C. 28 a

13-17. F. 31

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANASTASII
GERMONII
EX CEVAE MARCHIONIBVS
I. C.

Olim Archidiaconi Taurinenſis, hodie Archiepiſcopi, & Comitis Tarantaſienſis,

ET CAROLI EMMANVELIS
ALLOBROGVM DVCIS,
ITALIÆQ. SVBALPINÆ PRINCIPIS SERENISSIMI

Apud ſacram Catholicam Maieſtatem

LEGATI;

OPERA OMNIA

AB IPSO AVCTORE RECOGNITA, atque opportunis additionibus aucta: Quorum ſeriem duobus Tomis diſtinctam proxima pagina indicabit.

TOMVS PRIOR.

Conuent.s S. Mariæ de scala Vrbis

ROMAE, Sumptibus Hæredis Bartholomæi Zannetti. M. DC. XXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google



Digitized by Google

ELENCHVS OPERVM his duobus Tomis contentorum.

PRIORE TOMO CONTINENTVR

De Sacrorum immunitatibus Libri tres, &

Tractatus De Indultis Apostolicis.

POSTERIORE VERO

Paratitla in quinque Libros Decretalium.

Animaduersionum tam ex Iure Pontificio, quàm Cæsareo, Libri duo.

Pomeridianæ Seßiones, *hoc est*, de Latinæ linguæ dignitate.

Acta Tarantasiensis Ecclesiæ. Libri quinque.

Epistolarum ad Clerum, & populum Tarantasiensem, Libri tres.



a 2

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

P. Episcopus de Curte Vicesger.

IVbente Reuerendiss. P. Fr. Hyacintho Petronio, Sac. Apost. Pal. Magistro, Ego infrascriptus summa diligentia & voluptate perlegi Additiones Illustriss. & Reuerendiss. Domini Anastasij Germonij Archiepiscopi, & Comitis Tarantasiensis, ad Tractatus de Sacrorum immunitatibus, & de Cardinalium Indultis eiusdem Auctoris, olim in Vaticana Typographia impressos, cumque nihil, quod bonis moribus, aut religioni Christianæ aduersetur, contineant; immo maximæ vtilitati rei litterariæ studiosis sint futuræ, dignas eas censeo, quæ in commune bonum publici iuris fiant. Romæ kal. Nouembris M. DC. XX.

Ita est. *Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnasio Romano horis pomeridianis in prima sede Iuris Pontificij professor.*

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Petronius Ord. Prædicatorum, Sacri Palati Apostolici Magister.

ANASTASII GERMONII

Ex Ceuæ Marchionibus,

ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS TARANTASIENSIS,

DE SACRORVM IMMVNITATIBVS Libri Tres:

In quibus de auctoritate, potestate, ac quamplurimis immunitatum priuilegijs, quæ personis, locis, & rebus sacris, non solum Diuino, & Pontificio, sed Imperiali, atque ciuili, quinimmo ethnicorum iure, concessa sunt, copiose agitur. Plures item loci vtriusque iuris deprauati restituuntur, controuersi conciliantur, obscuri explicantur, libertasq. ecclesiastica in splendorem suum vindicatur.

Ad quorum faciliorem vsum SVMMAE exactissimæ à FRANCISCO AVANTIO, ciue Veneto elaboratæ, singulisq. materijs accommodatæ, necnon suis numeris distinctæ, ita vt breui compendio vniuersum opus comprehendant, in communem studiosorum vtilitatem prodeunt.

CVM RERVM, QVÆ NOTATV DIGNÆ VISÆ SVNT, ELENCHO ABSOLVTISSIMO, ab eodem AVANTIO elucubrato.

AD GREGORIVM XV. PONT. MAX.

ROMÆ, Sumptibus Hæredis Bartholomæi Zannetti. M. DC. XXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO SVMMOQ. PONT. GREGORIO QVINTODECIMO.

CARMELITANI SCALZI ... DI ... ()

Anastasius Archiepiscopus Tarantasiensis F.

LIBRVM hunc meum de Sacrorum Immunitatibus, tùm iurisprudentiæ laude, tum historiæ fide plusquam triginta annorum vsu liberalium artium alumnis probatum, in scholis omnibus, præsertim Hispaniensibus, citatum, vtilibus additionibus auctum, diuq. à gymnasiarchis ipsis efflagitatum, cum alijs superiorum ætatum, ac præsentis meæ adhuc viridis senectutis lucubrationibus iterum in lucem exeuntem TIBI nuncupo, PONTIFEX SANCTISSIME, tum ob materiam vere, atque omnino ecclesiasticam, nihilque cum profanis rebus commune habentem; tum etiam, quia ex amplissimo patrocinio TVO magnum sit res publica commodum acceptura. Has TIBI inquam (PATER BEATISSIME) vigilias meas inscribo, qui mirabili Patrum consensu ad ecclesiasticæ monarchiæ fastigium euectus, sacriq. armamenta-

rij custos renunciatus, immunitates dare, conseruare, & ab omni profanæ potestatis iniuria protegere potes, non solum ea sublimi auctoritate, qua vniuersi orbis supremus arbiter, diuino propemodum imperio mortalibus leges præscribis, sed ex cultiore quoque legum disciplina, quam TV summa industria, summaq. sedulitate comparatam publicorum munerum egregia administratione nobilitasti, magnaq; cum laude diu exercuisti. Hos item labores meos à me TIBI offerri, summa, vetusque in TE mea postulat obseruantia, vsque ab eo tempore concepta, quo ego in ista orbis terrarum luce, veræque religionis domicilio, duos supra viginti annos versatus ex TVARVM virtutum specula, quem supra Reges ipsos sacrosanctum geris magistratum, doctrinæ, ac pietati TVÆ designari perspexi, ijs etiam quæ in Subalpinis gessisti, magnopere confirmatus, cum à Summo, proxime vita functo, PAVLO PONTIFICE ad pacem inter Hispaniarum Regem, Allobrogumque Ducem conciliandam missus, admirabili dexteritate, & solertia, extinctis discordiarum fomitibus, rem feliciter composuisti, dissidentiumq. Principum animis in pristinam beneuolentiam restitutis; afflictos populos molestissimis oneribus subleuasti, ab Italia vastitatem depulisti, nosque bellicarum ærumnarum metu strenue liberasti. Quare

re

re cum difficillimæ legationis eximijs operibus conspicuus, ad solidæ gloriæ metam laudabiliter peruenisses, non modo sacra purpura es, Vrbe plaudente, cohonestatus, verum & ad eam, qua præfulges, summi Sacerdotij maiestatem viam TIBI patefecisti. Quamobrem; etsi ego, quam & publica, & mea causa inde voluptatem perceperim, ad TE datis litteris aliàs significaui; exigit tamen in TE mirà omnium propensio, ac studium (PATER SANCTISSIME) vt TIBI iterum gratuler, quòd ex isto, cui præfectus es cœlesti ministerio, maximarum virtutum Tuarum ductu, nullis, vel temporum, vel fortunæ casibus obnoxiam sis mercedem relaturus. Interea, vt exiguum hoc munus ex mea potius voluntate, quàm ex TVA amplitudine metiare, venerabundus à TE etiam, atque etiam peto; simulque cœptis TVIS Deum ita propitium auguror, ac precor, vt diutissimè nobis seruatus gloriosum de Christiani nominis hostibus, fideiq. Catholicæ perduellibus aliquando triumphum agas. Vale Pastor vigilantissime, vale bonorum præsidium, ac Religionis decus. Matriti pridie nonas Decembris, anno humanæ salutis M. DC. XXII.



Digitized by Google

Digitized by Google

PIO LECTORI
FRANCISCVS AVANTIVS CIVIS VENETVS S.

AEST sacrarum immunitatum præstantia, lector optime, ea excellentia, vt non modò in orbe Christiano vera sapientia illustrato, sed & apud cæcos idolorum cultores, impiasq. sectas summo semper in honore fuerint. Religionis enim libertatem præseferentes omni populo, licet efferato, ac barbaro, dignæ visæ sunt, quæ profanarum manuum contrectatione arcerentur, atque inuiolatæ à quauis temporis iniuria seruarentur. Sunt vero Christianæ Ecclesiæ immunitates, vt cæteras omittam, de sacrorum dignitate diuina testimonia, sacerdotes, scilicet, diuinæ mentis interpretes esse, templa, diuinas ædes, bona vtrisque addicta, diuinum patrimonium. Designant immunitates, diuinas qualitates humanæ naturæ communicatas, atque in sacerdotio hominibus collato, diuinæ maiestatis substantiam quodammodo humanam factam, ipsamq. Dei gloriam e cælo in terram descendisse. Deus enim, cùm impuris terrestrium creaturarum (quæ eius pedum scabellum sunt) manibus attrectari dedignaretur), alta- *Psal. 109.* ris ministros sibi delectos, ac per sacerdotium ad supremum dignitatis gradum euectos, terrenorum affectu spoliauit, expiauit, in Angelos lucis reformauit, vt quamuis intra carnalia septa existerent, carnem tamen sibi exuendam intelligerent: conspicuos item Angelorum ministerio fecit: demum populi sui curæ præfectos priuilegijs condecorauit, titulis auxit, atque à cæteris hominibus selectos sibi seposuit. Quod cùm apud nos sacræ paginæ auctoritate facile fidem inueniat, cæcutienti ethnicorum multitudini ita insitum, insinuatumq. fuisse solo naturæ ductu, vt sacerdotum ordini tantum tribuerint, quantum tribuisse grauissimi Auctores tradunt, magnum plane est, ac prorsus admirabile. Græcia quidem, virtutum seminarium, suorum Deorum ministros eo existi- *Cic. lib. 1. de Diuin.* mationis, atque obseruantiæ loco habuit, vt eos ad publica consilia omnino adhibendos iudicarit. Sparta verò, alter Græciæ oculus, Augures suis Regibus assessores dedit. Ad Druidas Cybeles sacerdotes Gallicorum magistratuum distributio pertinuit. Sed & *Cæs lib. 7. de Bel. Gal.* Romani, patria potestate, militia, tributis, vectigalibus exemptos sacerdotes, ac publicis stipendijs donatos, primitijs etiam, decimis, omnibusq. liberalitatis officijs prosecuti sunt, consularibus item fascibus ipsis subiectis, legumq. interpretatione à Collegio Pontificum accepta: quamobrem, re publica ad vnius arbitrium redacta, Imperatores summum Pontificatum pertimescentes, eum arripuerunt, atque imperialibus titulis adiunxerunt. Vitæ, ac necis ius in ipsos Reges insulæ Niloticæ Meroes penès sacerdotes *Diod. Sic. li. 4 Biblioth. c. 2.* diu fuit, & Galiphæ Mahometanæ legis in Aegypto summi Antistites eius gentis Principes Soldanos (quousque ea Prouincia in Turcarum potestatem venit) in Regio solio *Iou. lib. hist. 17.* confirmarunt. Iam, præter Romanos, & Aegyptios, quantum tribuerunt sacerdotibus Hebræi, quantum Chaldæi, atque Persæ, cùm hi omnes historiæ fidem non, nisi ab ipsis, petendam esse censuerint? Nam, quid dicam de Hebræis? Nonne tribus vndecim ex populo electo vni tribui Leui decimam pendere Dei oraculo iussæ sunt? Nonne eadem tribus oneribus vacua, & otiosa sacris tantùm curandis reseruata est? Porrò omnes omnium gentium immunitates in Christianæ legis sacerdotes translatas esse non ambigitur, ac tantò quidem præstantiores, quantò & ipsi sunt cæteris excellentiores. Quam

Digitized by Google

enim gentem, aut sectam tot cohonestatam priuilegijs audiuimus, quot Christianam religionem? Cuius Antistites ciuilis etiam gladij potestate armati, non vnam, aut alteram Prouinciam, aut Regnum, vt olim sacerdotes Meroes, sed orbem vniuersum subiectum habent. Quare, si aliàs vnquam, tum certe maxime, cum Christi lux mundo cœpit affulgere, decuit, sacerdotes, quorum sacris oblationibus expiamur, æternoq. Patri reconciliamur, libertate, atque immunitatibus quamamplissimis gaudere. Templa eadem plane ratione maiestatis plena sunt, atque, vt mysteriorum cælestium officinæ, dedicantur, donarijs consecrantur, ac locupletantur, cum Deus in peculiari sibi loco cultum velit adhiberi. Ideo Moysi tabernaculum, Salomoni templum ab ipso imperatum. In templis lex Dei promulgatur, veritas demonstratur, quique ex originali culpa natura serui sunt, in ijs sacramentorum virtute manumissi, Deoq. reconciliati, filij eius adoptiui ex gratia efficiuntur. Ac templorum quidem amplitudinem, religionemq. idem Saluator noster satis confirmauit, atque sanciuit, cum è templo ementes, & vendentes exturbando, suorum sacerdotum temporariam etiam iurisdictionem asseruit, ac de templo, tanquam de Paradisi fastigio, populos ad cælum inuitauit. Nec vix aliunde, quàm è templo, cælestem doctrinam seminauit: vbi & duodecimum natus annum cum summis Hebraicæ Synagogæ Theologis congressus, de diuinis arcanis acerrime disserens, à parentibus repertus est, sic, vt non solùm templorum sanctitati formam dederit, sed & templa reuerentiæ, qua adeunda sunt, normam præscripserit. Itaque Dei domus templum dicitur, & diuersorium, cuius tamen ingressu, & habitatione legem implentes non prohibeantur: iusti etenim Dei partes, portionesq. sunt: vnde Christus nunciantibus, se à matre, & fratribus quæri, matrem, & fratres suos esse definiuit, qui Patris sui voluntatem facerent. Diuini igitur domicilij causa, & iustorum contemplatione, qui Dei animata templa sunt, priuilegia, & immunitates templis manufactis conceduntur, quæ sine graui scelere interuerti, aut minima ex parte turbari non possunt. Personis, & locis proxime accedunt res sacræ, bona ipsa caduca seculi, quæ ex fructuum primitijs, & decimis, piorumq. hominum largitionibus constant, ac diuinæ substantiæ nuncupari possunt, quamquam creata omnia, quæcumque sunt, in Dei substantijs sunt. Domini est enim terra, & plenitudo eius, diuinus ait vates. Verùm enimverò, quia huiusmodi substantiæ ministris altaris alendis, & sanctis locis construendis, colendis, ac conseruandis mancipantur, humanoq. vsui subductæ, Deo magis peculiari ratione subijciuntur, diuina prædia, diuinæ possessiones, diuinæ proprietates præ cæteris apposite dicuntur. Porrò non solùm decimæ, verùm etiam quidquid ad pios vsus erogatur, sacrosanctum est, cùmq. à Deo incipiat, atque ad eundem felici periodo, reuertatur Deum, ab ipso Deo solida, ac germana immunitate vsquequaque consignatum est: & quidem rectè, ne, scilicet, sacerdotalis hæreditatis immortalis portio momentaneas vicissitudines, instar caducarum rerum, subire videatur. Et verò decimarum natura eiusmodi est, vt pacto ciuili nullo, contractu nullo abrogari, nec temporis, quantumuis longi, præscriptione impediri, aut tolli possint, quippe, quæ in mortalium bonis nequaquam existentes, ciuiliumq. magistratuum iudicio omnino exemptæ, si in controuersiam aliquando cadant, Ecclesiastici tantùm fori auctoritatem agnoscant. Prætereo, quòd ipsorum ethnicorum iure scripto hæredes ad votas, nec redditas à defunctis testatoribus decimas persoluendas olim cogerentur. Potissima igitur apud nos instituendi immunitates causa fuit sacrorum ministrorum excellentia, qui cum æternam hominum salutem procurarent, spiritalia bona proseminando, bonis itidem hominum, quasi pro laboris mercede, erant remunerandi, prohibente diuina lege, os boui trituranti alligari, & docente Apostolo, rite pro spiritalibus carnalia accipi posse. Magnam vtique diligentiam superiores ætates adhibuerunt, ne diuina hæc libertatis Ecclesiasticæ testimonia deperirent, aut minima ex parte vilescerent, ne vè

sacra

Marginal notes: Deut. 12. — 2. Reg. 7. — Ioan. 2. — Matth. 21. Mar. 14. — Luc. 2. — 1. Cor. 3. & 6. — Psal. 23. — c. 7. de transact. — c. 9. de præscript. — Deut. 25. 1. Cor. 9.

ſacra profanis admiſcerentur: dumq. priſca illa Chriſtianæ Eccleſiæ viguit diſciplina, floruitq. religio, ſacer ordo, & ſacra loca abſque vllis legibus ſuum in Eccleſia honorem obtinuerunt, id vtroque Teſtamento haud obſcure commonente, ita prorſus, vt cùm eſſent omnibus omnia communia, nullaq. habetetut proprietatis notitia (arctiſſime animos omnium, quotquot in illa beata ſecula inciderant, charitate coniungente) ſacerdotibus de ſuis immunitatibus fuit potius aliquid remittendum, quàm cum ipſis Chriſtianis (ſicuti poſtea accidit) mordicus decertandum: multitudinis namque credentium erat cor vnum, & anima vna in Deo. Sed poſtea, Eccleſiaſtica diſciplina ad remiſſionem ſenſim dilabente, neceſſe fuit, immunitates, hoc eſt ſacerdotum, & rerum ſacrarum priuilegia, ab antiquioribus patribus, vtroque videlicet Clemente, Ignatio, Irenæo, alijſq. eius tempeſtatis ſanctis doctoribus prædicatione, & ſcriptis ſuſtentari, & ad obſeruationem plebi Dei inculcari. At, in dies ingraueſcente morbo, cum Romani Pontifices; quorum hoc munus erat; vix data à Conſtantino Auguſto pace Eccleſiæ, ſatis virium non haberent ad ea, quæ aggrederentur, perficienda, ea cura apud mundi moderatores Cæſares diu remanſit: ſicq. Conſtantinus, Theodoſius, Leo, Iuſtinianus, alijq. pij viri, lege lata, ſæpius Eccleſiaſticam libertatem ab omni diſcrimine ſartam, tectamq. pœnis indictis, conſeruarunt, donec ſummi Pontifices opibus aucti, proprijs ſanctionibus, & Conciliorum decretis oppugnatas immunitates, ab inſidijs vendicare, ac contumaci turbæ obtrudere potuerunt: quorum epiſtolas, reſponſa, & conſtitutiones vndique conquiſitas, ſub certiſq. titulis in volumina digeſtas, Chriſtianus orbis pro legibus obſeruat, ac Ius Canonicum nuncupat. Demum Gothis, Vuandalis, Longobardis, Sarracenis, alijſq. barbaris populis per ſummam immanitatem Italiam deuaſtantibus, diuiſo in duas partes Imperio, Græciſq. poſterioribus Imperatoribus poſt multa diſſidia, & ſchiſmata à Romana Eccleſia ad Orientales ſuos Patriarchas tandem deſciſcentibus, cum etiam Occidentales Cæſares in tyrannis debellandis occuparentur, Chriſti Vicarij per ſummum nefas armis, & inſidijs exagitarentur, omniaque cædibus, incendijs, tumultu miſcerentur, ſacrorum immunitates cultoribus deſtitutæ, defenſorumq. præſidio nudatæ, ac fere omnino conuulſæ iacuerunt: quamquam poſtea, impijs huiuſmodi Principibus, partim de medio ſublatis, partim ad ſaniorem mentem reuertentibus, quaſi reuireſcentes, priſtinum ſplendorem magna ex parte receperunt. Sicq. Chriſtianorum peruicacia factum eſt, amice Lector, vt tanta Dei priuilegia ferè omnino perierint. Nec modò per bellorum diſcrimina, nationumq. inteſtinas diſſenſiones iactata, quam diximus, calamitatem acceperunt, ſed etiam tranquillis temporibus, pacatis rebus omnibus, tum Antiſtitum incuria, tum Principum ſecularium vitio concuſſa, ac debilitata, ita ab omnibus neglecta aliquando fuerunt, vt eorum prope memoriam mundus amiſerit, deſiderium autem vnus bonorum cœtus ſemper retinuerit. Antiſtites inquam ipſi negligentiâ, periculorum metu, ſimplicitate, virium imbecillitate, quandoque etiam inani ambitione magna immunitatibus vulnera inflixerunt, quærendo, quæ ſua, non, quæ Chriſti eſſent, ac terrenæ gloriæ, magna cum Eccleſiaſticæ Reipublicæ iactura, & dedecore, immodice ſeruiendo. Principes verò nonnulli immunitatum fines clàm aliquando, ſed ſæpiùs aperte irrumpendo, eas hoſtiliter oppugnarunt, tum potentia, tum eius amoris impetu, quo erga propria, vt plurimùm, iniuſte ferri conſueuimus; nonnunquam etiam, quod maxime dolendum eſt, & impietate, cùm tamen fidei clypei, ac propugnatores, Eccleſiæq. Chriſtianæ ſtipendiarij, pro ea vitam profundere debuiſſent, in cuius verba iurauerant. Tantis vero Eccleſiæ incommodis cauſam dediſſe rerum conuerſiones, ac viciſſitudines non equidem negarim: attamen id hominum, ſeu ſtultitiæ, ſeu nequitiæ, tribuerim magis, qui principium è cælo, hoc eſt Deo, ducentes, & ad cæleſtia nati, in terreſtri cœno ſe ſe volutare, ac terreſtribus rebus tanto ſtudio inhiant: quamuis hæc dilabi,

Act. 4.

1. Corinth. 1.

Aug. Triumph.

b 2 immo

immo fluentis vndæ instar, euanescere, illa verò consistere, æternoq. gyro in seipsa redeundo, firma, atque inconcussa permanere, perspicuè cernant. Quod eò magis confirmatur, quo humanus animus, etsi corpori inclusus, ad proprias sedes, Deum nempe ipsum, hinc euolare eiusdem Dei ductu non prohibetur; vt cui, cælum repetere, incolere, contemplari proprium cùm sit, hæc inferiora sordescant, quarum vmbratilem gloriam in tantis angustijs (vt apud Ciceronem perhibet Africanus) dilatari non posse cognoscat: cum Sol ipse, ac Luna, Planetæq. non nisi cæli faces, oculi, ministriq. sint, quibus vita, & alimentum nobis suppeditatur, terra item, quæ tot amatores, tot procos habet, si cæli beneficio careat, non nisi cæcus quidam, atque otiosus est tenebrarum globus, aridauè, ac informis massa, quæ suopte instinctu nec gignere, nec operari quidquam potest. Ideo, quia nostra conuersatio in cælis est, non est diligendus mundus, nec ea, quæ in mundo sunt, nisi, vt scala quædam ad res cælestes, atque diuinas, ita vt amens sit, qui eas terrenis comparandas, aut etiam posthabendas existimet. Quare plurimum debet ANASTASIO GERMONIO nostra hæc ætas, atque adeo Catholica Ecclesia vniuersa, quippe qui pro eius libertate, vt est animo ad pietatem maxime propenso, maximos labores exantlauit: iactantibus enim profanis magistratibus quibusdam, constanterq. asserentibus, res sacras à ciuilibus legumlatoribus nullas obtinuisse immunitates, quasque habent, summorum dumtaxat Pontificum beneficio habere, licet Imperatorum, magnorumq. Regum voluntas erga sacrum ordinem, sacraq. loca, vbique gentium egregia, ac præclara persæpe extiterit, tres libros aduersus huiusmodi leguleios composuit: quorum primo, vt facilius conuincantur, etiam ipsos ethnicos omnibus erga sacerdotes, ac templa officijs abundasse ostendit: secundo, idipsum eminentissimos Christianorum Principes sæpissime præstitisse probat, licet priuilegiorum, aut immunitatum nomine non appellentur, nisi quæ personis subiectis conceduntur: tertio, re ipsa suadente, de diuinis, ac Pontificijs priuilegijs suo more copiosè differit; vt intelligant, qui tantopere de Principum secularium iure, auctoritateq. soliciti sunt, non eas esse res Ecclesiasticas, quæ humanis subsidijs innitantur, cum potius subsidium rebus humanis ipsæ ferant, vtpotè, quæ orbis arbitrum, supremum legislatorem, lapidemq. angularem Christi Vicarium, cuius est temporalia spiritalibus connectere, auctorem habeant. Est verò hic ipse GERMONIVS in legali præsertim scientia (quam Augustæ Taurinorum plures annos publicè professus est) oppidòquàm eruditus, vt qui & Pancirolio, & Manutio Iurisconsultis absolutissimis operam dederit, & in antiquitatibus Romanis peruestigandis, quæ vniuersi iuris seminaria, ac fontes sunt, Transalpinorum exemplo, multus fuerit: id, quod eius Paratitla, Animaduersionumq. libri non obscure testantur, hoc autem opus maximè omnium, ex quo, quantum vtilitatis, quantumq. voluptatis capturus sis, pie lector, vix dici potest: cùm non minus styli elegantia, quam sententiarum pondere antiquitatem redoleat, veterumq. Iurisprudentum eloquentiam æmuletur. Cuius perficiendi magno desiderio auctor incensus, nec labore frangi, nec occupationibus retardari potuit, quin ad propositum finem cœptum opus perduxerit, quamuis causis audiendis ab amplissimo Cardinale Ruuereo præpositus, varijs curis, & negotijs non parum distrahatur: humanitate etiam, qua abundat, quoniam ad alienas vtilitates porrectus, magnam temporis partem amicis iuuandis, fouendisq. dare soleat exemplo eiusdem Cardinalis, qui præterquam, quòd ætatis nostræ decus, suis præclaris virtutibus Gloriæ ipsi claritatem addidisse, atque Immortalitatem æternitate donasse videtur, erga omnes præterea comis, officiosus, liberalis, ac munificus (quod in Ruuerea familia proprium, ac gentilitium est) diem se perdidisse existimat, quem non fuerit aliquo beneficio lucratus, hoc est, quem otiosum, suæq. beneficentiæ expertem à se transactum recordetur, consimili planè ratione, atque de Tito Cæsare scriptum reliquit Suetonius. Incommodus sanè

De somn. Scip.

Philip. 3. 1. Ioan. 2.

Suet. in Tito.

fuit

fuit hucusq. immunitatum vsus, cùm eorum testimonia latè dispersa per immensos voluminum campos cernerentur: ideo & earum nonnullæ obsoletæ, aliæ deperditæ, plures non satis notæ, non sine maximo Ecclesiasticæ Monarchiæ detrimento, cùm ex scriptorum multitudine plures errores irrepserint, qui per prauas consuetudines, atque abusus, tanquam spinæ, bonum semen suffocauerunt, Christianamq. disciplinam aliquando subuerterunt. Hodie GERMONII nostri industria, dispersa collecta, pugnantia conciliata, dubia sublata, ac in vnum quasi manipulum constricta sunt ita, vt piorum commoditati summa cum eius laude mirum in modum consultum sit: qui publici beneficij studio incensus, quasi eodem partu cum hisce libris, de Apostolicis Indultis item libellum edit ea ingenij felicitate compositum, vt à Typographo prælo subiectus, ac semiexcusus, adhuc ab auctore perfectus non esset. Quare cùm omni virtute ornatus, perpetuis laudibus à laudatis viris certatim ornetur, non immeritò & Cardinali Ruuereo, & Allobrogum Duci, bonisq. omnibus charissimus, dignus est (amice lector) qui tuam quoque beneuolentiam experiatur, cuius & ego periculum facere non dubitaui (licet amplissimi Cardinalis de Monte Elparo, cui à secretis sum, negotijs distractus) iisdem libris labores meos inserendo, summas, scilicet, accuratissimas, quas ad eos conscripsi, non Iurisconsultorum more, qui vnam, aut alteram rem scitu dignam è textu excerpunt, sed Rhetorum, qui breuibus argumentis multas sententias, ac totius thematis substantiam complectuntur: quod cum magno labore habet magnam quoque vtilitatem, elegantiamq. coniunctam. Tu, quod reliquum est, GERMONII lucubrationibus feliciter vtere, AVANTIIQ. labores læta fronte suscipe, ac, quam tua causa vterque in hoc volumine operam impendit, vt assoles, æqui, boniq. consule. Vale.

Lucæ 8.

b 3 DE

DE ANASTASIO GERMONIO,
IOSEPHI CASTALIONIS I. C.
EPIGRAMMA.

VOD sacra GERMONIVS, *Romanaq. iura tuetur,*
Fulmineo euertens arma profana stylo,
Ius ciuis, nomenq. viro defertur ab Vrbe,
Et conseruatæ Relligionis honos.

AD EVMDEM GERMONIVM;
THOMAE MANCINI APIRANI
HENDECASYLLABVM.

E ne ergo mihi detulisse tanti
Putas (o pater omnium bonarum,
Quæ sunt, atque fuere, litterarum,
GERMONI, *Hesperiæ decus supremum) vt*
Credam, carminibus meis ineptis
Laudes addere posse me eleganti,
Atque docto operi, quod ipse tanto
Edis eloquio, scientiaque,
Vt quotquot celebres fuere, suntq.
Scriptores meritò inuidere possint?
Certe falleris; idq. abesse tantum
A me, nunc tibi persuadeas, vt
Sat minus rear esse opus, pusilla
Lumen addere maximo lucerna
Soli. Id cur faciam, requiris ergo.
Sci'n cur? Nempe, opere vt tuo diserto
Ornentur mea carmina indiserta.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM,
QVAE IN VNOQVOQVE
huius Voluminis Libro continentur.

LIBRI PRIMI CAPITA.

LIBRI SECVNDI CAPITA.

De

Digitized by Google

LIBRI TERTII CAPITA.

ANASTA-

ANASTASII GERMONII

Ex Ceuæ Marchionibus

ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS TARANTASIENSIS,

DE AVCTORITATE, POTESTATE, & Immunitatum Priuilegijs, quæ ethnici, præsertim Romani, sacerdotibus, templis, ac eorum bonis concesserunt.

LIBER PRIMVS.

SVMMA EX PROOEMIO.

1 *Falsa opinio circa immunitates sacrarum ædium, quæ suos auctores ad perniciem trahit.*
2 *Sacerdotes etiam apud Gentes in maximo honore habiti sunt.*
3 *Priuilegia sacerdotibus concessa à Principibus ethnicis, in Christianos ab Imperatoribus continuata sunt.*
4 *Gentes etsi multos deos coluerant, vnum tamen Deum tantum esse arbitratæ sunt.*
5 *Veteres Theologi, nonnulliq. sancti Patres Antipodas esse constanter negarūt.*
6 *Mexicani, ac Peruenses populi ethnici vnum cæli, & terræ creatorem, & dominum agnouerunt.*
7 *Zeno philosophus naturæ, Dei partes tribuit: quod censuerunt & alij philosophi.*
8 *Gentes Deum humana forma carere crediderunt.*
9 *Prudentes, quamuis multos deos coluerint, multos tamen esse non putauerūt.*
10 *Beneficia heroum, multitudini deorum causam dederunt.*
11 *Dona diuina Dei nomen consecuta sunt apud cæcas gentes.*
12 *Pluribus vt prodessent poetæ, plures deos prodiderunt.*
13 *Peruenses ethnici montes, saxa, arenam, & quidquid ordinariam formam excedebat, adorabant.*
14 *In varijs dijs vnum Deum coluit antiquitas.*
15 *Quæ Gentes vnicum Deum ignorarunt, deos tamen venerandos esse existimarunt.*
16 *Persæ, & Germani prisci dijs templa non excitarunt, mundum deorum templum esse dicentes.*
17 *Romani maximam in construendis, ornandis, & consecrandis delubris diligentiam adhibuerunt.*
18 *Sacerdotes ab ethnicis creati sunt, vt sacra administrarent, proq. populo precarentur.*
19 *Sacerdotes in maximos, medios, & minimos distincti sunt.*
20 *Plurima beneficia collata sunt sacerdotibus, vt religioni vacarent.*
21 *Potestas iuris dicendi, & interpretandi sacerdotibus est permissa.*
22 *Sacerdotes non obedientibus interdicebāt, interdictiq. pro impijs habebantur, & deuitabantur.*

PROOEMIVM.

RECENS opinio est, eaq. nō modò quorundam ex plebe hominum, sed ciuilium etiam nōnullorum magistratuū firmata consensu, sacras ædes, earumq. præsides, & ministros nullam à ciuilium legum latoribus habere prærogatiuam, nullum priuilegium, nullaq. immunitatis beneficia. Si verò quidquam habent, sicut se habere palam profitentur, à semetipsis, vt inquiunt, habere constat. Namque

Namque per diœceses Episcopi aliqua, per prouincias Archiepiscopi multa, per tractus Patriarchæ plura, omnia denique per vniuersum terrarum orbem Rom. Pontifices concesserunt. Et horum licèt multiplici beneficio aucti maximæ hodie sint auctoritatis, & existimationis: olim tamen nulla eis erat potestas, nulla auctoritas, nulla dignitas, immunitas nulla. Qua falsa opinione fit profectò, vt eosdem interdum ciuiles magistratus, vti Reip. ac principum virorum, quorum partes tuentur, causam facere videantur meliorem: haud pudeat Ecclesiæ, sacerdotumq. immunitati obsistere, ac omnino aduersari. Turpis quidem res, & pestifera, si modo est vlla, qua facile ad peiorem longe pertinaciam possint induci. Itaque cùm otio abundarem, & abesse à ciuitate Augusta Taurinorum mihi per aliquot dies liceret, neque Romæ multum esset negotij, tum ipsius Christianæ Reipub. causa opinionem hanc, etsi recentiorem, insitam tamen, ex hominum mentibus extirpandam putaui: magni existimans interesse ad decus, & laudem sæculi nostri, si ostenderem, tantam fuisse etiam veterum apud Gentes sacerdotum auctoritatem, ac potestatem, vt omnis Reip. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ, domicilia, eorum sapientiæ, fidei, potestatiq. commissa, creditaq. esse viderentur. Quæ omnia à Christianis Imperatoribus, alijsq. sæcularibus Principibus non sublata, aut imminuta, sed mirum in modum aucta, ac in nouæ legis sacerdotes, CHRISTIQ. Ecclesiam cumulatius translata sunt. Nec me laboris, aut instituti mei pœnitebit: cùm facile sentiam, quàm prodesse possim, non modò ijs, qui hæc scire tantopere cupiunt, rebusq. sacris, quo ad eius fieri potest, fauent: verùm ijs quoque magistratibus, qui parum sincerè, & honestè antiquissimas, sanctissimasq. sacerdotum, atque Ecclesiæ immunitates oppugnare non verentur. Res autem, vt planior fiat, paulò altiùs est repetenda. Gentem quidem nullam tam feram, tamque barbaram esse inter omnes constat, quæ non, etiam si ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. Quod In noui orbis populis ipsa comprobat experientia: quos, cùm ante centum triginta annos ita à nostra notitia remoti fuerint, vt Lactantius,[a] Augustinus,[b] Io. Chrysostomus,[c] Theophilactus,[d] alijq.[e] grauissimi viri, Antipodas nusquam reperiri constanter affirmauerint; idola tamen Viracocha, ac Vitzilipuztli, tãquam cæli, & terræ creatores, rerumq. omnium dominos, in Mexicanis, ac Peruensibus Prouincijs studiosissime coluisse, tradit Iosephus Acosta[f]: proinde nullum, nisi rationis expertem fuisse, qui cælestem illum admirabilem ordinem, incredibilemq. constantiam, ex qua conseruatio, & salus omnium omnis oritur, vacare mente putauerit; cùm inter cæteros Zeno ipsius mundi, qui omnia complexu suo coercet, & continet, naturam, non artificiosam solum, sed plane artificem esse, consultricẽ, & prouidam vtilitatum, opportunitatumq. omnium existimauerit. Pro natura autem quid aliud intelligere volunt, quàm ipsius naturæ parentem Deum? Quamuis enim vulgo homines deos plures cõstituerint, nominarintq. sapientes; tamen vnum Deum tantùm, nulla humana forma præditum, purissimaq. in regione cæli collocatum, cuius consilio, & prouidentia vniuersa mundi machina regatur, administreturq., sunt arbitrati. Non inficior tamen, prudenti etiam, solertiq. ingenio viros non vnum, sed plures deos coluisse, ac veneratos esse; & ijs delubra, templaq. ædificasse, aras struxisse, simulacra erexisse: non est tamen verisimile hosce deorum multiplicitarem sibi effingere voluisse, ipsorum[g] Ciceronis, Plinijq.[h] testimonio: quod beatus[i] etiam Ambrosius nobis indicare voluit, dum Valentiniano Imperatori ita scriberet. *Cælestem Afri, Mithram Persæ, plerique Venerem colunt, pro diuersitate nominis, non pro numinis varietate.* Sed ex magnis hominum beneficijs magna effluxit deorum multitudo. Quidquid enim plusquam mediocrem humano generi afferebat vtilitatem, id non sine diuina virtute hominibus communicata, quæ diuina operarentur, fieri putabant. Itaque illud, quod erat Dei prouidentia datum, Deum esse arbitrati, nomine Dei appellabant; vt cùm fruges Cererem, aut vinum Liberum nominabant. & res ipsa, in qua vis inerat maior aliqua, Dei item nomenclaturam sortita est; quemadmodum Fides, Mens, Pudicitia, Virtus, Honor, Opis, Salus, Concordia, Libertas, Victoria, & aliæ eiusdem generis nõ paucæ: quarum omnium rerum, quia vis erat tanta, vt sine Dei beneficio administrari, ac consistere minus possent, eorum quælibet Dei nomen est consequuta. Sic etiam beneficijs excellentes homines in cælum fama, ac voluntate contenderunt extollere, vt Herculem, Castorem, Pollucem, Aesculapium, Liberum, Quirinum, siue Romulum, Cæsarem, Augustum: quorum, vt ait Marcus Tullius de natura[k] deorum, cùm

a l. 7. diuin. Inst. cap. 24.
b lib. 2. de Gen. ad litt. c. 9. & ad Ps. c. 35
c Homil. 14. & 27. in ep. ad Hebr. homil. 6. & 13. in Genes. & homil. 12. ad pop. Antioc.
d in comm. ep. ad Hebr. cap. 8
e Procop. in cõment. Genes. & Sixtus Senen. lib. 5. Biblioth. annotat. 3.
f Ioseph. Acosta l. 5. hist. nat. & mor. Indiarum 5. c. 3. & 9 & l. 6. c. 19. 20. & 21.
g lib. 2. de Nat. Deor.
h l. 2. c. 7.
i Epist. 2. cõtra Symmachum.
k lib. 2.

Digitized by Google

cùm remanerent animi, atque æternitate fruerentur, dij ritè sunt habiti, cùm & optimi essent, & æterni. Poetæ quoque sua in- 12
nata licentia magnam sibi effinxerunt deorum multitudinem, vt sub obscuro illo fabularum velamine hominum mores, vitiaq. nobis ob oculos ponerent. Hinc Saturnus est dictus, quòd saturetur annis: ex se enim genitos comedere fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisq. prætereuntibus insaturabiliter expletur: hinc Iuppiter, quem à iuuando Iouem nominabant: hinc Iuno, Ceres, Proserpina, Diana, Venus, Minerua, Luna, Neptunus, Ianus, Sol, Mars, Vulcanus: hinc & alij sexcenti excogitati, fictiq. sunt dij: quorum formæ, ætates, vestitus, ornatus hominibus fuerunt notissimi: genera item coniugia, cognationes, omniaq. ad similitudinem imbecillitatis humanæ traducta. Nam & animorum perturbationem dicuntur habuisse, cupiditates, ægritudines, iracundias; atque ideo non solum cum Titanis, & Gigantibus, vt Plato, sed inter se ipsos bella gessisse, vt scri-

l 5. Iliad. bit [l] Homerus. Quæ omnia, quamuis & di- 13
cerentur, & crederentur stultissimè, plenaq. essent vanitatis, & leuitatis, Deum tamen, his fabulis neglectis, ac omnino repudiatis, quocumque pertinentem per naturam cuiusque rei, per Cererem terras, per Neptunum maria, per Iunonem aerem, per Vulcanum ignem, per alia alios volebant posse intelligi; qui, qualesq. essent, quoque eos nomine consuetudo communis nuncupasset, vti deos & venerari, & colere se debere arbitrabantur. Peruenses quoque Americæ populi, non modò Solem, sed Lunam, ac Stellas in deorum numero habebant, flumina etiam lacus, fontes, fontiumq. origines, saxa ingentia, altissimos montes, montium cacumina, amœnos colles, arenæ magnos cumulos, & quidquid ordinariam excederet formam, adorabant: quòd scilicet 14

m Ioseph. Acosta Hist. Ind. l. 5. c. 5. illis [m] nonnihil diuinitatis inesse opinaren-
tur. Quoquo autẽ modo res se haberet, om- 15
nes gentes, etsi veram, perfectamq. Dei cognitionem minime consecutæ, (pauci enim, præter Hebræos, sola mente, vnumq. numen intellexerunt, ac illud æternum, neque mutabile, neque interiturum) deorum tamen cultum putarunt esse optimum, eundemq. castissimum, atque sanctissimum, plenissimumq. pietatis: vt eos semper pura, integra, incorrupta & mente, & voce venerandos esse existimauerint. Verùm, quoniam religionis, ac condecentiæ non esse iudicabant, vt quibusuis in locis deorum maiesta-

ti hæc adhiberetur veneratio; ideo templa, & fana in eorum honorem studiosè erexerunt. Nec quidquam facit, quod memoriæ proditum est, Zenonis scilicet dogmatibus cautum fuisse, ne deorum templa construerentur; cuius superstitioni adhæserunt ali-
16 qui, vti Persæ, necnon antiquiores Germani: nimirum existimantes, eos impiè facere, qui deos ædium, ac parietum septis includerent: cùm dijs omnia sint patentia, ac libera, mundusq. ipse, & omne hoc totum
17 illis pro templo, & domo sit. Siquidem Romanos cernimus, & Græcos, reliquasq. minus barbaras, ac feras nationes, non vulgarem quidem, sed exquisitam in deorum fanis, templisq. ædificandis curam, diligentiamq. adhibuisse; ita vt non Thuscano architecturæ ordine, neque vt plurimum Dorico, sed Ionico, atque Corinthio construerentur. Nec satis adhuc erat, templa miro esse artificio excitata, sed necesse quoque erat, vt dicarentur, ac consecrarentur verbis proprijs, atque solemnibus, & quibus diuis positæ essent aræ, adscriberetur: causa item, ob quam essent factæ, inscriptionis ti-
18 tulo demonstraretur. At verò, vt respub. ex ijs omnibus, non solum ornamenti, verùm aliquid etiam fructus capere videretur, sacerdotes, qui sacra pro populo facerent, preces effunderent, vota, donariaq. susciperent, aris suspenderent, custodiam adhiberent, creati sunt, vestituq. donati congruo, atque
19 insigni. His ita creatis, ac inter se munere, ornatuq. distinctis, ne vna omnibus esset auctoritas, atque eadem potestas, maximi, minimi, itemq. medij sunt constituti: In quos, vt faciliùs, quæ religionis erant, seruari pos-
20 sent, non modò plurima, quemadmodum in templa ipsa, immunitatis beneficia sunt collata, frugumq. omnium decuma data; sed vna etiam omnium fuit opinio, expedire
21 reipub. si apud eos iurisdicundi potestas, legum omnium interpretandi scientia, & actiones, quæ ex vniuerso iure erant compositæ, relinquerentur. Non est ergo dubitandum, quin res omnes, siue diuinæ, siue humanæ, siue sacræ, siue profanæ, à Gentibus sacerdotum sapientiæ, fidei, potestati &
22 committerentur, & crederentur. Nam & eorum præceptis, si quis vel publicus, vel priuatus non obtemperasset, sacrificijs interdicere poterãt: tantumq. auctoritas præiudicata valebat, vt ij, quibus erat interdictum, numero impiorum, ac sceleratorum haberentur: ab ijs omnes discederent, aditum eorum, sermonemq. defugerent: neque ijs petentibus ius redderetur, neque

honos vllus communicaretur. Sed de ijs, pluribusq. alijs, ex quibus pontificalis, sacerdotalisq. auctoritas, ac maiestas elucet maximè, singillatim, diffuseq. mox dicetur. Vt verò magistratus illi, viriq. parum religiosi, necnon ipsi sacerdotijs præditi, ac iuris studiosi totam hanc nostram tractationẽ commodiùs assequi possint, operæpretium me facturum sum ratus, si eam in libros tres partirer, ac distribuerem. Quorum primus ea, quæ à Gentibus, & à Principibus veram CHRISTI religionem minimè agnoscentibus, facta, & sacris ædibus, earumq. ministris sunt concessa; itemq. omnia, quæ ad religionem, & Deorum cultum attinent, vel votorum solutio, iurisiurandi religio, sacrorum interdictio, idq. genus alia complectetur. Alter ad ea, quæ ab Imperatoribus, & alijs Christianis populorum Principibus, ecclesijs, ac clericis omnibus abunde largita sunt, pertinebit. Tertius, & vltimus, ea, quæ iure diuino, pontificioq. data, ac tradita reperiuntur, continebit.

SVMMA EX CAPITE I.

1 *Decentiùs sacræ ædes magnifice extruũtur, quàm domus magnorum virorum.*
2 *Veteres architecti nolebant templa fieri Dorico ordine, eo quòd mendosior cæteris; sed tantum Ionico, aut Corinthio.*
3 *Gentiles varias formas templorum excogitarunt, pro varietate naturæ Deorum, & beneficij ab ipsis, hominibus collati.*
4 *Vitruuius omnium architectorum oraculum.*
5 *Mineruæ, Marti, & Herculi delubra Dorica structura fabricabantur, quòd hæc numina virtute præstantia delicias spernerent.*
Vide subinde, quomodo Vitruuius varios ordines pro deorum natura, & qualitate eorum templis adaptauerit.
6 *Doricus ordo virilis corporis firmitatem: Ionicus muliebrem grauitatem: Corinthius virginalem gracilitatem demonstrat.*
7 *Aræ antiquitus ad Orientem spectare debebant.*
8 *Altarium, alia in celsa, alia in humili, alia in ima parte collocari debebant, pro deorum merito, & dignitate.*
9 *Antiqui, Sexto Pompeio referente, dijs superis in altari à terra exaltato, dijs terrestribus in terra ipsa, dijs inferis in effossa terra sacrificabant.*
10 *Aræ, & signa, si ædificij ratio consentiat, ad Occidentem spectare debent, vt supplicantes faciẽ ad Orientem versa, habeant solem oppositum, intueriq. possint simulacra, tamquam cum ipso sole exorientia.*
11 *Indi Occidentales in templorum ædificatione Græcos, ac Romanos superarunt.*
12 *Mira templorum Indicorum magnitudo ac maiestas.*
13 *Indi caput religionis suæ Papam vocabant.*
14 *Indi homines in bello captos idolis sacrificabant.*
15 *Supellex Indicorum templorum pretiosissima.*
16 *Indi frontes templorum ad occasum locabant.*
17 *Solem Indi in summa veneratione habebant.*
18 *Pantheon Romano simile Indi quoque habent.*

De ædium sacrarum dispositione; ac varietate: de aris quoque, & de templorum frontibus ad occasum vergentibus. Cap. I.

VT igitur argumenti propositi initium faciam, placet ab ædium sacrarum dispositione, ac varietate exordiri. Ex ijs enim primum intelligere poterimus, quanta esset ethnicorum erga deos religio. Nam cùm animaduerterent, in Regum, Principum, magnorumq. virorum gratiam domos, atque palatia modis omnibus exornari; vt maiore illi, ac magnificentiore, quàm possent, pompa, honorarentur, id tum maxime congruere arbitrabantur, si dijs immortalibus templa, in quibus sacrificia fierent, preces funderentur, soluerentur vota, omni symmetria, omniq. pulchritudine excitarentur. Quare Pollio Vitruuius [a] non minus religiose, quàm doctè, dum sacrarum ædium formas calamo depingeret, docuit, cùm in omnibus operibus, tùm maxime in ædibus deorum ordines adamussim seruandos esse, in quibus operum laudes, & culpæ æternæ solent permanere. Quo in loco, qui, qualesve ij ordines sint, pluribus ostendens, probat sententiam veterum architectorum, Tarchesij, Pithei, & Hermogenis, qui negarant Dorico genere sacras ædes fieri oportere, quòd mendosæ, & inconuenientes ex eo ordine

[a] lib. 3. c. 1.

dine euaderent; atque ideò illas sic consti-
tuerant, earumq. membra sic ordinauerant,
vt proportionibus, & symmetrijs separatæ,
ac vniuersæ conuenientes efficerentur earũ
distributiones: effici autem non poterant,
nisi Ionico, aut Corinthio construerentur
ordine. Quamobrem *putant Persæ* (ait Xe-
b de pædia Cyri lib. 8. nophon) [b] *multò magis artificibus esse vten-*
dum erga Deos immortales, quàm circa alias
res. Sed, quia Græci, Romani, aliæq. gen- 1
tes, præter illud vnum prudentissimæ men-
tis numen, quo hæc omnia reguntur, multas
alias naturas deorum ex magnis, vt dictum
est, eorum beneficijs, quæ non sine diuina
virtute erga homines fieri arbitrabantur,
constituerunt, appellaruntq.; sic varias etiã
templorum formas excogitarunt, dijs, eo-
rumq. naturis aptiores. Et ne aliunde,
quàm ab ipso Vitruuio, à quo architecti, 4
tamquam à tripode responsa petunt, exem-
pla requiramus, eundem adeamus in hæc
c lib. 1. c. 2. verba Augusto Cæsari scribẽtem. [c] *Ioui ful-*
guri, & Cælo, & Soli, & Lunæ ædificia sub
dio, hypætraq. constituuntur: horum enim
deorum & species, & effectus in aperto mun-
do, atque lucenti præsentes videmus. Miner- 5
uæ, & Marti, & Herculi ædes Dorica fient:
his enim dijs propter virtutem sine delicijs
ædificia cõstitui decet. Veneri, Floræ, Proser-
pinæ, fontium Nymphis Corinthio genere ædes
cõstitutæ, aptas videbũtur habere proprietates,
quòd his dijs propter teneritatẽ graciliora, &
florida, folijsq., & volutis ornata opera fa-
cta augere videantur iustum decorem. Iu-
noni, Dianæ, Libero patri, cæterisq. dijs, qui
eadem sunt similitudine, si ædes Ionicæ con-
stituentur, habita erit ratio mediocritatis,
quòd & ab seuero more Doricorum, & à te-
neritate Corinthiorum temperabitur earum
institutio proprietatis. Hactenus ille. Nec
mirum videri debet, si sapientes illi veteres
pro Deorum varietate varias constitui vo-
luerint ædes: cùm Dorica ratio, eiusdem 6
d lib. 4. c. 1. auctoris [d] testimonio, virilis corporis pro-
portionem, & firmitatem, & venustatem
ædificijs præstare soleat: Ionica muliebrem
grauitatem: tertia, quæ Corinthia dicitur,
virginalis habeat gracilitatis imitationem:
nam virgines propter ætatis teneritatem
gracilioribus membris figuratæ, effectus re-
cipiunt in ornatu venustiores. Sed non mo-
do existimarunt diuersas pro deorum natu-
ra, auctoritateq. sacras ædes fore constituẽ-
das, verùm etiam altaria aut excelsa, aut
e lib. 4. c. 5. humilia: siquidem aræ, vt idem auctor ait [e], 7
spectare debent ad Orientem, & semper in-
feriores collocari, quàm simulacra, quæ fue-

rint in æde, vti suspicientes diuinitatem,
qui supplicant, & sacrificant, disparibus al-
titudinibus ad sui cuiusque Dei decorem
8 componantur. Altitudines autem earum sic
sunt explicandæ, vt Ioui, omnibusq. cæle-
stibus quàm excelsissimæ constituantur: Ve-
stæ, Terræ, Mariq. humiles collocentur.
9 Hoc nimirum est, quod refert Sextus Pom-
peius, antiquos dijs superis in ædificijs à
terra exaltatis sacra fecisse: dijs terrestribus
in terra: dijs inferis in effossa terra. At ve-
ro ex illis Vitruuij verbis licet nobis haud
obscurè intelligere, Gentibus non solum
curæ fuisse, vti ædes sacræ certa ratione con-
struerentur, atque aræ modò excelsæ, mo-
dò humiles collocarentur; sed etiam, vt ad
quandam cæli partem templa constitueren-
tur. Commodius autem, religiosiusq. esse
10 crediderunt, si eorum frontes ad Occiden-
tem vergerent: ita enim futurum erat, vt
altaria, & simulacra ab ea essent parte, qua
primum terra illuminatur, vt inde; veluti
surgentia cum Sole; ea conspicerent: quod
alibi explicauerat idem Architectorum ma-
gister [f] his verbis: *Aedes sacræ Deorum im-* f lib 4. c. 5.
mortalium ad regiones, quas spectare debent,
sic erunt constituendæ, vti; si nulla ratio im-
pedierit, liberaq. fuerit potestas ædis; signum,
quod erit in cella collocatum, spectet ad ve-
spertinam cæli regionem, vt qui adierint ad
aram immolantes, aut sacrificia facientes,
spectent ad partem cæli orientis, & simula-
crum, quod erit in æde: & ita vota suscipien-
tes contueantur ædem, & orientem cæli, ipsaq.
simulacra videantur exorientia contueri sup-
plicantes, & sacrificantes. quòd aras om-
nes deorum necesse esse videatur ad Orien-
tem spectare. Cuius religionis, & consue-
tudinis Plutarchus meminit [g], scilicet ad g In Numa.
Occidentem templorum frontes conuersas
fuisse. Tertullianus [h] quoque his verbis: h In Apol.
Sed & plerisque vestrũ affectatione aliquan-
do & cælestia adorandi, ad Solis ortum labia
vibratis. Apuleius de quodam Aegyptio
sacerdote loquens [i]: *Tunc orientem obuersus,* i Lib 11.
& incrementa Solis augusti tacitus impreca-
tus, &c. Latinus [k] Pacatus. *Nam vt diui-* k In Panegyrico.
nis operantes in eam cæli plagam ora con-
uertimus, à qua lucis exordium est, &c.
Virgilius Aeneid. xij. *Illi ad surgentem con-*
uersi lumina solem. Plura huc adduci pos-
sent, quibus facile moneremur, religionis
fuisse, vt sacrarum ædium frontes ad Occi-
dentem conuerterentur. Sed sufficiant ista.
Inter omnes autem populos, quos in con-
struendis templis summam posuisse operam
legimus, Indi occidentales, Mexicani, sci-

Digitized by Google

l Ioſeph Acoſta Hiſt Ind. lib 5.c.3.12. & 13.

licet, ac Peruenſes Romanos [l], Græcos, aliaſ-
que nationes ſuperaſſe mihi videntur arte, 11
ſtructura, magnificentia, amplitudine, lapi- 12
dum craſſitudine, aptaque connexione, pi-
cturis, ſtatuis, argenti, auri, gemmarũ etiam
ſplendidiſſimo ornatu, nec non teſſellatis,
ac vermiculatis operibus, cruſtisq. rerum,
atque animalium effigiem mirabili artifi-
cio exprimentibus. Quid dicam de templi
Vitzliputzli amplitudine? cùm præter plu-
rimas cellas, ſeu oratoria, ſeu ſacella, vbi
Deorum ſtatuæ, idolorumq. ſimulacra erant
collocata, ſummiſq. honoribus colebantur,
maximam habebat aream, ſeu chorum, ſaxis
ingentibus ad formam ſerpentum ſeſe inui-
cem coniungentium affabre elaboratis cir-
cumſeptum, in quo decemmillia hominum
manibus iunctis, iuxta patrium morem, per
circuitum feſtis diebus commodè choreas
ducebant. Proxima templo erant cœnobia,
domus, & hoſpitia non modò ſacerdotum,
& Papæ, qui hoc nomine vocabatur, cæte- 13
riſque præſidebat, ſed & puerorum, puella-
rumque, ac mulierum Dijs conſecratarum,
vtriuſque ſexus Præfectorum, & aliorum
miniſtrorum templis ſine intermiſſione, vel
aliquot diebus intermiſſis, ſeruientium, nec
non alia collegia, ac gymnaſia. Templum
quatuor adibatur portis, Oriẽtem, Occiden-
tem, Auſtrum, atque Aquilonem ſpectan-
tibus, extra quas ad ſexmillia paſſuum, vel
(vt vulgus loquitur) ad tres leucas, xyſti
porrigebantur. Ad templum pluribus, latiſ-
ſimiſque gradibus aſcendebatur, quorum
ſummitatem xyſtus, ſeu ambulacrum trice-
nis pedibus latum tenebat; in cuius medio
altiſſimis, & craſsiſsimis arboribus apta in-
ter ſe ratione diſtinctis iunctus erat hippo-
dromus. Ad templi ſummitatẽ (vbi duo ſum-
ptuoſiſsima ſurgebant ſacella, Vitzliputzli
eiuſque ſocij Tlaloc aureis ſimulacris dica-
ta) centum viginti lapideis gradibus aſcen-
debatur. Ante ſacella area patebat qua-
drata latitudinis pedum quadraginta, cuius
medium occupabat lapis pyramidis forma
in bello captorum hominum ſacrificio deſti- 14
natus: erât quoque fontes, balnea, lacuſque,
vbi, peractis ſacrificijs, templi miniſtri laua-
bantur. Templi amplitudini reſpondebat 15
argento, auro, pretioſis lapidibus, ſtatuis
etiam lautiſsima ſupellex, veſtibus irem au-
ro contextis, ac gemmarum copia ſumptuo-
ſiſsimis, quibus Papa (ſummus ſcilicet ſa-
cerdos) ac ſacerdotes in ſacrificijs vteban-
tur. Erant pariter magnifica Regum ſepul-
cra, [m] quæ regiam gazam omnem cuſtodie-
bant. Nec tamen hi populi, vel Vitruuio
operam dederant, vel alio architecto magi-
ſtro ædificabant; niſi fortaſſe, vel monſtran-
te diabolo, vel etiam (quod non abnuerim)
16 naturali lumine, quo inter cetera templo-
rum frontes ad occaſum locare didicerant.
A Regibus quoque, quos Ingas vocabant,
in Cuzco ampliſſimi Regni illius metropoli,
Dijs omnium nationum, ac Prouinciarum,
præſertim armis ſubactarum, templum, qua-
17 ſi alterum Romanum Pantheon, inter cæte-
ra excitatum cernebatur. In ſacello autem
18 Solis [n] maximo, qui apud illas gentes in
ſumma veneratione habebatur, poſita erat
ſtatua ex auro obryzo fabrefacta, gemmiſq.
ac lapidibus tota ornata pretioſiſſimis, eoq.
ad Orientem artificio locata, vt cùm exo-
riens Sol ſuper eam, ſuos effundebat radios,
eorum reflexu, ac claritate, quaſi altero na-
turali Sole, ita intuentium oculi perſtringe-
rentur, vt officio ſuo vix fungi poſſent.

m Idem Ioſeph. lib. 6. cap 22.

n Idem Ioſeph lib. 5. cap. 12.

SVMMA EX CAPITE II.

1 *Templa dedicata, & conſecrata ſunt, quo differrent à domibus hominum.*
2 *Dedicatio Deum in templa inducit, & ſede deſtinata locat.*
3 *Lege Papiria priuatorum ædes abſque plebiſcito conſecrari non poterant, ne domini rerum ſuarum inuiti priuarentur.*
4 *Ex illatione cadaueris in alieno loco non fit ſacer locus.*
5 *Plebs in tribunos plebis omnem poteſtatem contulerat.*
6 *Plebis nomine numquam fuerunt templa conſecrata, aut dedicata: ſoli enim Pontifices templa dedicabant.*
7 *Quibus verbis in dedicatione vteretur antiquitas.*
8 *More maiorum apud Rom. dicare templum non poterat, qui Conſul, aut Imperator non eſſet.*
9 *Horatij Puluilli exemplaris conſtantia.*
10 *Dedicatio templorum fiebat olim certis ſolemnibus verbis.*
11 *Pontifices in templorum dedicatione poſtes tenere conſueuerant.*
12 *Quibus verbis vſus fuerit Romulus, quãdo templum Ioui Feretrio dedicauit.*
13 *Virginia femina patritia; quia plebeio homini nupſerat; à ſacris reiecta fuit à matronis patritijs.*
14 *Conſecratio non verbis tantum, ſed etiam manu fieri ſolebat.*
15 *Iſidori opinio improbatur.*
16 *Sacra res eſt, quæ publice conſecrata eſt;*

est; locus publicus sacer est, cùm Princeps eum dicat, seu dicandi potestatem dat.

17 *Consecratio, & dedicatio confunduntur, idemq. prorsus sunt.*

18 *Dedicatio fiebat verbis, & manu epulo quandoque adhibito.*

19 *Aræ titulos habuerunt cum caussis extructionis.*

20 *Polluti piaculo dedicatione prohibebantur.*

21 *Templa dedicata fuisse, ait Quintilian. vt violatores, tamquam sacrilegi, recte puniri possent.*

22 *Dedicationis tabulæ exponi solitæ.*

23 *Ethnici Idola summo silentio venerabantur.*

24 *Puer barbarus ob sacrificij reuerentiam, brachium sibi aduri sine doloris indicio passus.*

De sacrarum ædium dedicatione: neque vllam fuisse inter dedicationem, & consecrationem apud veteres differentiam; reiecta hac in re Isidori sententia; consecrationemq. ad Pontifices pertinuisse: *Cap. II.*

TEMPLA vero, etsi Ionico, aut Corinthio opere egregiè
constructa, vt congruam tamen apud mortales, ampliorem
q. reuerentiam, atque maiestatem nanciscerentur, augustioraq. ac
venerabiliora essent, religionis ergo dicata,
& consecrata fuerunt, quo à profanis ædificijs
distinguerentur, ne potius quàm Deorum
ædes, hominum domus, aut palatia
viderentur. Quantum enim differunt ab ho- 1
minibus Dij, tantum interesse à Principum,
Regumq. domicilijs Deorum delubra omnes
debere senserunt: nec vlla æque visa est
melior differentia, quàm si hæc dicarentur,
consecrarenturve, non item illa. Vnde
Quintilianus scribit, templa, priusquam dedicationis
accipiant summam religionem,
opera esse tantum: *Dedicatio*, inquit, [a] *est* 2
*illa, quæ Deum inducit, quæ sede destinata
locat*. Et Marcus Tullius [b] dicit, quòd consecrabantur
Dijs destinatæ ædes, non priuatorum
domicilia: consecrabanturq., vt maiorem
afferrent religionem. Immo lex Papiria,
eodem Cicerone auctore, vetat pri- 3
uatorum ædes iniussu plebis consecrari: quæ
lex æqua, iustaq. semper visa est veteribus;
ne eueniret, vt res aliena consecraretur, qua
consecrata, priuaretur dominus ipso facto,
4 & sine sui culpa. Atque ideo videmus veteres
iuris auctores responsitasse, [c] ex illatione
mortui alienum locum non fieri sacrũ;
sed qui intulit, aut id tollere, quod intulit,
aut loci pretium præstare, cogendum per in
factum actionem: quod est argumentum,
priuatum rem priuatam facere sacram minus
posse: neque ædes priuatas consecrandas
esse, nisi plebs iussisset, dixit idem [d] Cicero
sic: *Si Tribunus plebis verbis non minus
priscis, & pene solemnibus bona cuiuspiã
consecrarit, &c.* Quod autem tribunus plebis
faciebat, perinde erat, ac si tota plebs
5 iussisset: hæc enim in illum, teste Liuio, [e] omnem
potestatem contulerat. Verum enim-
6 uero nomine plebis dedicata, consecratave
templa fuisse nusquam legimus: soli Pontifices
templa dicabant. Solebant enim magistratus
ædes, arasve dicaturi, rem prius ad
collegium Pontificum referre, quibus vt
adessent, denunciari solebant illa verba,
7 quæ à Cicerone referuntur [f]: *Ades, ades, Luculle,
Seruili*, (nomina sunt Pontificum)
*dum dedico ædem hanc, vt mihi præeatis, postemq.
teneatis*. Id fieri à Pontifice etiam
Paulus in Festi Epitome existimat, dum ait:
*Fanum, à Fauno dictum, siue à fando: eo
quòd, dum Pontifex dedicat, certa verba fatur.*
Terentius Varro [g]. *Hinc fana nominata*
dicit, *quòd Pontifices in sacrando fati sunt
finem*. Liuius [h] quoque tradit coactum fuisse
consensu populi Cornelium Barbatum
Pontificem Max. verba præire, dum Cn. Flauius
ædem Concordiæ in area Vulcani dicaret,
summa nobilium inuidia: cùm more
8 maiorum populus negasset, nisi Consulem,
aut Imperatorem posse templum dedicare.
Idem Varro [i]: *Sic enim ædes sacra à magistratu,
Pontifice præeunte, dicatur*. Neque
9 dissentit Valerius Maximus [k], egregium
Puluilli Pontificis Maximi factum recensens.
Nam cùm in Capitolio Ioui Opt. Max. ædẽ
dedicaret, interq. nuncupationem solemnium
verborum postem teneret, ac mortuũ
esse filium audiuisset, nequaquam manum à
poste remouit, ne tanti templi dedicationem
interrumperet. De quo B. Hieronymus [l]:
*Quid memorem Romanos duces, quorum
virtutibus, quasi quibusdam stellis, Latinæ
micant historiæ? Puluillus Capitolium dedicans,
mortuum, vt nunciabatur, subito filium,
se iussit absente sepeliri*. Ex ijs duo
plane colliguntur; alterum, Deorum ædes
consecrari solitas fuisse; alterum, consecra-

a Declamat. 343.

b In or. pro domo sua ad Pontif.

c l. 2. & l. 9. ff. de relig. & sump. fun.

d ead. orat.

e lib. 2.

f Ead. orat.

g lib. 5. de ling. latina.

h lib. 9. in fin.

i Eod. l. 5.

k lib. 5. c. 10.

l In epist. ad Heliod. epitaph. Nepotiani epist. 22 lib. 2.

tionem ad Pontificem pertinuisse. Quod pluribus etiam ostendit Cicero pro [m] domo sua: *Habetis*, inquit, *in Commentarijs vestris C. Cassium Censorem de signo Concordiæ dedicando ad Pontificum collegium retulisse, eiq. M. Aemilium Pontificem Max. pro collegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim præfecisset, atque eius iussu faceret, non videri ea recte posse dedicari. Quid? Cùm Licinia virgo Vestalis summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello Coss. aram, & ædiculam, & puluinar sub saxo sacro dedicasset, non eam rem ex auctoritate senatus ad hoc collegium Sex. Iulius prætor retulit? cùm Scæuola Pontifex Max. pro collegio respondit, quòd in loco publico Licinia iniussu populi dedicasset, sacrum non videri esse.* 10 Fiebat autem dedicatio certis solemnibus verbis, vt ex iam dictis patet manifeste. Idq. apertius ex eodemmet Cicerone intelligitur: qui cùm domus suæ dedicationem non rite, non legitime factam apud Pontifices exclamaret, dixit: *Ego vero, si omnia solemnibus verbis veteribus, & priscis institutis acta esse dicerem, tamen me reipub. iure defenderem.* Tum subiungit: *An si postem tenuerit Pontifex, & verba ad religionem Deorum immortalium composita, ad perniciem ciuium transtulerit, valebit ad iniuriam nomen sanctissimum religionis?* Et postea: *Si is Q. Cæpionis inimici sui postem ædium tenuisset, & pauca verba fecisset, ædes Cæpionis essent dedicatæ?* 11 Itaque videmus Pontificem in templorum dedicationibus postem tenere consueuisse. Quod indicauit etiam Valerius Max. loco iam citato, & cum eo [n] Seneca, qui idem exemplum, quod Valerius, refert: scilicet Puluillum Pontificem, cùm postem teneret, eiq. immatura filij mors nunciata esset, dissimulasse se exaudisse, atque solemnia Pontificalia verba concepisse, gemitu non interrumpente precationem. Quæ autem essent hæc solemnia Pontificia verba, Liuius [o] demonstrat, dum Romuli dedicationem Ioui Feretrio factam elegantissimis verbis describit: 12 *Iupiter Feretri*, ait, *hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero, templumq. ijs regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spolijs, quæ Regibus, ducibusq. hostium cæsis, me auctorem sequentes posteri ferent.* Apud eundem Liuium hæc fere continuata verba [p] leguntur: 13 *Virginia Auli patritij filia; quam, cùm esset plebeio L. Volumnio consuli nupta, matronæ sacris arcuerant; conuocatis plebeijs matronis conquesta iniuriarum patritiarum, hanc ego*, inquit, *aram Pudicitiæ plebeiæ dedico; vosq. hortor, vt quod certamen virtutis viros in hac ciuitate tenet, hoc pudicitiæ inter matronas sit; detisq. operam, vt hæc ara, quàm illa, si quid potest, sanctius, & à castioribus coli dicatur.* Hanc autem dedicationem factam fuisse præeunte verba, & postem tenente Pontifice, intelligendum est. Neque solemnia ista ignorarunt Poetæ, immo Tibullus ait [q]:

Hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus
Dedicat, & grata sis, Dea, mente rogat.

Idem profecto ostendit inscriptio Capitolina his doctissimis versibus:

Alcidæ sacri generis decus, hoc tibi Prætor,
Et Iouis Antistes dedico perpetuus.

14 Nec verbis solum, sed & manu consecrationes fieri Cicero insinuare videtur [r], scribēs sic: *Bene vero quod mens, pietas, virtus, fides consecratur manu, quarum omnium Romæ dedicata publice templa sunt.* Et alio loco [s]: *Cùm suis se dicat manibus consecrasse, quæ tua fuit consecratio.* Ita fieri solitum scribit Ouidius [t].

Sacra vocāt Augusta patres: Augusta vocātur
Templa sacerdotum rite dicata manu.

15 Hæc forte sunt, quæ Isidorum virum alioquin, præter rerum antiquarum peritiam, valde diligentem, egerunt præcipitem, vt existimarit differentiam esse inter dedicationem, & consecrationem: scribit enim [u]: *Omne, quod Deo datur, aut dicatur, aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur, vnde & appellatur. Vnde & errant, qui dedicationem, consecrationem putant.* Hæc ille. Nam si de gentibus loquamur, pace tanti viri dixerim, nullum video inter has discrimen; nisi velit dedicationem verbis fieri, consecrationem manu. Nec adhuc differentiam probo: Siquidem Ouidius dicit, templa dicata manu: Cicero, fides consecratur manu: Immo statim subijcit: *Quarum omnium Romæ publice dedicata templa sunt.* Paulus quoque, vt iam dictum est, dum fani ethimon proponit, dicit: *Dum Pontifex dedicat, certa verba fatur.* Varro: *Hinc fana nominata, quod Pontifices in sacrando fati sunt*
16 *finem.* Martianus [x] Iurisconsultus: *Sacræ*, inquit, *res sunt, quæ publice consecratæ sunt.* Vlpianus [y] vero: *Sacra loca ea sunt, quæ publice dedicata sunt. Locus publicus tunc sacer fieri potest, cùm Princeps eum dicauit, vel dedicandi dedit potestatem.* Hic vero Vlpiani locus, quomodo accipi debeat, alibi [z] expli-
17 cabitur. Vtuntur igitur his verbis promiscue: dicato, pro consecrato: consecrato, pro dicato. Nec dici potest, quòd prius dicarentur à priuatis, mox consecrarentur à Ponti-

[m] In Orat. pro domo sua.
[n] lib. de consolat. ad Martiam.
[o] lib. 1.
[p] lib. 10.
[q] Eleg. 10.
[r] lib. de legib. 2.
[s] Pro domo sua.
[t] lib. 1. Fastor.
[u] l. 6. Orig. c. de officijs.
[x] l. 6. ff. de rer. diuis.
[y] l. 9. ff. eod.
[z] Cap. 8.

Pontificibus: etenim latere neminem arbitror, quòd consecratio fiebat, quando Pontifex præibat, postemq. tenebat: atqui in omnibus huius rei gratia citatis auctoribus videmus apertè dedicationem æque, ac cõsecrationem intelligendam: quod est argumentum, nullam constitui posse differentiã.
18 Verbis igitur, & manu, adhibito aliquando etiam epulo, dedicationes celebrabantur. Namque Fabato prosocero suo C. Plinius ita scribit [a]. *Templum pecunia mea extruxi: hoc est in oppido nomine Tiferno Tiberino: cuius dedicationem, cùm sit paratum, differre longius, irreligiosum est. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare constitui.* Qui mos non fortè Romæ obseruabatur. Idem enim Plinius Traiano Imperatori: *Ego,* inquit [b], *cùm quærerem, num esset aliqua lex dicta templo, cognoui alium hic, alium apud nos esse morem dedicationis.* Adhibebantur & alia, quæ à Cicerone hisce verbis [c] recensentur. *An consecratio nullum habet ius, dedicatio est religiosa? Quid ergo illa tua tum obtestatio tibicinis? Quid foculus? quid preces? quid prisca verba voluerunt?*
19 Aris etiam titulos inscribi consueuisse; qui causam continebant, ob quam eæ essent collocatæ; ostendit Suetonius in Caligula [d]. Addit etiam, inquiens, *Pro argumento aras ibi ostendi inscriptas, ob Agrippinæ puerperium.* Immo & quibus Diuis dedicatæ essent, adscribi solitum Valerius Max. [e] docet: Sic & Athenis aram inscriptam esse monemur in Actibus Apostolorum [f].
20 Neque est silentio prætereundum, quòd qui piaculo erat aliquo pollutus, dedicationem templi facere non poterat. Idq. in Poplicola haud obscure ostendit Plutarchus. Nam cùm M. Horatius Puluillus; de quo iam factus est sermo; Capitolini Iouis templum dicaret, (vt pollueretur, exindeq. dedicatio foret nulla,) Marcus Poplicolæ frater ibi iamdudũ foribus adstans, & occasionem captans: *Filius, ô Consul,* inquit, *tuus in castris ex morbo decessit. Omnibus hoc auditu graue fuit. At Horatius, ne gemitu inanis redderetur dedicatio; nihil perturbatus, hoc tantùm dicto: Proijcitote ergo, quo volueritis mortuum, ego enim luctum non admitto, &c.* Sed cùm iam fores teneret, solemniaq. verba dixisset, cætera peregit. Neque erat verum, quod nunciabatur: sed Marcus finxerat, quo à dedicatione Horatium deterreret, ita vt pollueretur. Quod planè ex [g] Quintiliano intelligi potest: ait enim. *Hoc ideo facere,* idest dedicationem, *non cuiquam permittitur, nisi casta manus, nisi familiaris sacris animus*
21 *accesserit. Dedicatio solis concessa Atheniensibus. Hoc ergo fieri reorum iudices, quòd cùm cæterarum ciuitatum templa in ipsis posita viribus frequenter cùm totis ruere, atque incendi mœnibus viderimus, nulla vindicta, nulla religio, nulla eos, qui fecerant, supplicia consequuta sunt. Hic sacrilegium pestilentia vindicatum dedicationem destinabat.* Neque enim aliter templum esse existimabant, nisi dedicatum fuisset. Solebant etiam addere tabulam, qua dedicationis monu-
22 mentum demonstrabatur: hoc eiusdem Ciceronis testimonio [h]. *Neque vllum est passus ex ea dedicatione litterarum extare monumentum.* Nec prætermittendum, quod legimus apud S. Ambrosium [i], qui dum in ecclesijs obstrepentes, & nugantes carpit, *An quidquam,* ait, *indignius est, quàm oracula diuina circumstrepi, ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur, circumsonari sacramenta confusis vocibus, vt impediatur oratio*
23 *pro salute deprompta omnium, cùm Gentiles idolis suis reuerentiam tacendo deferunt? Vn-*
24 *de illud exemplum proditur, Alexandro sacrificante Macedonum Rege, puerulum barbarum, qui ei lumen accenderet, excepisse ignem bracchio, atque adusto corpore, mansisse immobilem, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito pœnam indicasse fletu. Tanta in puero barbaro fuit disciplina reuerentiæ, vt naturam vinceret.* Et paulo post: *Tu in ministerio Dei virgo gemitus, exereatus, tusses, risus: abstine.*

[a] l.4. epi.1.
[b] l.10. epist. 58.
[c] ead. orat.
[d] cap. 8.
[e] lib. 1. c. 5.
[f] cap. 17.
[g] Declamat. 313.
[h] ead orat.
[i] lib. 3. de Virgin.

SVMMA EX CAPITE III.

1 *Non sunt omnia temere à Dijs petenda, ait Plato.*
2 *In sacerdotum electione nobilitas, probitas, & prudentia requirebantur.*
3 *Romani conati sunt cæteris nationibus religione anteire.*
4 *Quæ obseruabantur ad implorandam Deorum opem.*
5 *Vrbs putabatur apud Romanos tutior à sacerdotibus, quàm à mœnibus.*
6 *Numa quindecim sacerdotum genera instituit.*
7 *Rex sacrificulus creatus ad supplendum officium regum exactorum, ad quos nonnullæ cæremoniæ, & sacrificia pertinebant.*
8 *Mexicani, & Peruenses plures sacrorum ministrorum ordines habebant, eaque in Idolorum cultu obseruabant, quæ Christianæ religionis mores mirum in modum imitarentur, adeo vt à Chri-*

Christianis edocti viderentur. Vide textum.

9 *Indi Iubilæum cum indulgentiarum concessione habuerunt.*

10 *Mamacome mulieres Soli consecrata.*

11 *Solis festum diem Indi incredibili honore celebrabant.*

12 *Indi satanæ suggestione, in tribus statuis Soli dicatis diuinæ Trinitatis mysterium agnoscere videbantur.*

13 *Ministri sacri Peruenses ex oblationibus piorum hominum, ex bonisq. dijs dicatis alebantur.*

14 *Sacerdotes ludos edebant cum pecuniæ profusione.*

15 *Africa vocari solita est Prouincia Proconsularis figurate.*

16 *Pauperes à sacerdotio excusabantur ob munerum editionem.*

17 *Sacerdotes noui introitus causa aliquid veteribus sacerdotibus erogabant.*

18 *Erogationes, & xenia; quæ pro introitu ecclesiæ à clericis dabantur; sunt hodie omnino vetita.*

De vario sacerdotum genere, eorumq necessitate. Cap. III.

PERACTIS his, quæ ad ædium
sacrarum dispositionem, cõ-
secrationemq. attinent, erit
de sacerdotibus dicendum.
Namque templa ideo con-
struebantur, ac dedicabantur, vt deorum
domicilia fierent, in ijsq. sacerdotes pro po-
pulo preces effunderent, sacra offerrent,
publica, ac priuata sacrificia procurarent,
vota susciperent, religiones interpretaren-
tur, ac omnem dijs cultum exhiberent. Non
enim cuiquam hæc peragere licebat: sed, vt
a in Dialog de Regno. ait Plato[a], sacerdotem esse oportebat, &
quidem talem, vt intelligeret, doceretq.
quo pacto donaria deis, & sacra essent offe-
renda: item qua ratione vouendum esset,
quidue boni esset à dijs petendum: non
enim omnia à dijs temere petenda sunt.
Quo fit sane, vt non omnes ad dignitatem 1
sacerdotalem deligerentur, sed viri tantum
probi, nobiles, ac prudentes. Atque ideo 2
cernimus, non solum apud Aegyptios, Græ-
cos, Romanos, aliasq. gentes sacerdotes
extitisse, hosque diuersi generis; verum etiã
inter alios non minus, ac Vesper, aut Luci-
fer inter minora sydera, dignitatis fulgore,
potestatisq. & imperij magnitudine excel-
luisse. Dicam igitur de Romanis, quòd ad
propositam disputationem magis pertinere
videatur, non omissis tamen exteris in ijs,
quæ argumento nostro poterunt deseruire.
Siquidem Romani intelligebant Rempub.
eorum, qui religionibus paruerant, imperijs
valde esse amplificatam: ideoq. vt Romana
ipsa respub. imperijs augeretur maximis,
enixi sunt religione fieri omnibus gentibus
3 superiores: idque fatetur Cicero ipse, dum
inquit[b]. *Si conferre volumus nostra cum* b lib. 2. de Nat. Deor.
exteris, cæteris rebus, aut pares, aut etiam
inferiores reperimur: religione, idest cultu
deorum, multò superiores. Vnde alibi dixit[c]: c in Or. de Arusp. resp. & Val. Max. lib. 1. c. 1.
Maiores statas, solemnesq. cæremonias Pon-
tificatu, rerum bene gerendarum auctorita-
tes augurio, fatorum veteres prædictiones
Apollinis vatum libris, portentorum expla-
nationes Hetrusca disciplina contineri puta-
4 *uerunt. Prisco etiam instituto rebus diuinis*
opera datur, cùm aliquid commendandum
est, precatione: cùm exposcendum, voto: cùm
exoluendum, gratulatione: cùm inquirendum,
extis, vel sortibus impertito: cùm solemni ri-
tu peragendum, sacrificio, quo etiam osten-
torum, ac fulgurum denũciationes procuran-
tur. Idcirco putarunt veteres pluribus opus
5 esse sacerdotibus, quasi eorum religione
diligentius vrbs, quàm ipsis mœnibus cin-
geretur: atque præter illos antiquissimos
Pinarios, & Potitios Herculis sacerdotes,
& Aruales fratres, item Augures, Salios,
6 Fœciales, Patres patratos, à Numa Pompi-
lio sunt Pontifices constituti, atque etiam
Flamines, Dialis, scilicet, & Martialis: immo,
vt Varro[d] asserit, per eundem singulis deis d lib. 4. de lingu. Lat.
Flamines destinati, ac ab eis etiam nomina-
ti, Dialis, Martialis, Quirinalis; & deinde
aucta Vrbe, Viminalis, Vulcanalis, Car-
mentalis, Falacer, seu Falacris, Palatualis,
Furinalis, Pomonalis, & cæteri vsque ad xv.
numerum. Virgines quoque Vestæ legit, &
his, vt assiduæ templi antistites essent, sti-
pendium de publico statuisse, virginitate,
alijsq. cæremonijs venerabiles, ac sanctas
fecisse Liuius scribit[e]. Eiectis vero Regibus, e lib. 1.
rerum dininarum habita est cura: & quia
quædam publica sacra per ipsos Reges fa-
ctitata erant, necubi Regum desiderium
7 esset, Regulum sacrificulum creatum fuisse
idem Liuius auctor est[f]. Erant & alij sacer- f lib. 2.
dotes, seu sacerdotum ministri, vti Duum-
viri sacrorum, qui postea quindecim fuerũt,
& soli sacros inspiciebant libros, & carmina
Sybillina. Item Epulones, quos veteres
Pontifices, vt ait M. Tullius[g], propter mul- g lib. 4. de Orat.
titudinem sacrificiorum tres esse voluerunt,
cùm essent à Numa ipsi, vt ludorum epula-
re sacrificium facerent, instituti. Reperiun-

tur

tur etiam alij, qui extra Vrbem habitabant,
& Tirij sodales appellabantur: alij Luperci,
alij Curiones, alij Orgeones. alij alijs nominibus,
alijsq. ministerijs addicti. Huc re-
h l. 2. de legibus. spicit lex illa apud Ciceronem h. *Diuisq.*
alijs alij sacerdotes, omnibus Pontifices, sin-
gulis Flamines sunto. Ad cuius legis inter-
i eod. lib. 2. pretationem hæc idem adiecit Cicero i.
Descriptio sacerdotum nullum iustæ religio-
nis genus prætermittit. Nam sunt ad placan-
dos deos alij constituti, qui sacris præsunt so-
lemnibus: ad interpretanda alij prædicta
vatum, neque multorum; ne esset infinitum,
neque vt ea ipsa, quæ suscepta publice essent,
quisquam extra collegium nosset. Horum sa-
cerdotiorum breuis descriptio ab Arnobio
k lib. 4. aduersus Gentes traditur k. *Sedent*, inquit,
in spectaculis publicis sacerdotum omnium,
magistratuumq. collegia: Pontifices maxi-
mi, & maximi Curiones: sedent Quindecim
viri laureati, & Diales cum apicibus Flami-
nes: sedent Augures interpretes diuinæ men-
tis, & voluntatis, nec non & castæ virgines
perpetui nutrices, & conseruatrices ignis.
l l. 5. c. 20. Lactantius l. *Procedant in medium Pontifi-*
ces, seu minores, seu maximi, Flamines, Au-
gures, item Reges sacrificuli, quique sunt sa-
cerdotes, & antistites religionum. Habe- 8
m Ioseph. Acosta Hist. Ind. l. 5. c. 14 & 24. bant & Indici Mexicani, & m Peruenses non
solùm sacerdotes, sed alios etiam inferiores
ministros, Acolythis, Lectoribus, Leuitis,
alijsq. ecclesiasticis ministris nostris simi-
n Idem l. 5 cap. 13. les: quibus n solis loca, vbi idola colebantur,
ingredi licebat, sicut matrimonium con-
trahentibus, veluti Parochi, assistere, &
o Idem eod. lib. c. 17. vtriusque explorato consensu o, quibusdam
adhibitis cæremonijs, eos coniungere. In-
p Idem eod lib c. 29. fantes statim p, ac nati essent, lauabant, eo-
rum auribus, membroq. virili marium, non
nihil inciso, alijsq. cæremonijs, quasi bapti-
zantes, vtebantur. Iisdem sacerdotibus mos
q Idem eod. lib. c. 27. erat q peccantium confessiones audire, con-
fitentibusq. iuxta peccatorum grauitatem
pœnitentiam imperare, grauissima sacerdo-
tibus indicta pœna, si confitentium peccata
reuelassent, quæ secretissima esse, lege lata,
voluerunt. Quolibet item quadriennio, 9
r Idem eod. lib. c. 29. Iubilæum publicabant, quo r finiente pecca-
torum plenariam impartiebantur peccanti-
bus remissionem. Quid dicam de panis con-
secratione? Hunc Mamacomæ, mulieres 10
quædam Soli consecratæ, ex farina, aut simi-
la Maiz (est tritici species) & sanguine
albi veruecis, qui eodem die Solis simula-
s Idem eod. lib. c. 21. cro mactatus fuisset, componebant s, trade-
bantq. sacerdotibus: qui eo benedicto,
suoq. more consecrato, in frusta diuiden-
tes, omnibus, etiam extraneis, ac peregri-
nis, in signum fœderis cum Rege initi tra-
debant: quo panis bolo ingenti gaudio, ac
veneratione accepto, ac mãducato, Solique
innumeris actis gratijs pro tanto sibi colla-
to beneficio, & fauore, declarabant, ac sum-
ma religione promittebant, se, dum viue-
rent, nihil contra Solis, Regisq. maiestatem,
vel auctoritatem vnquam molituros aut co-
gitaturos. quamobrem panem illum Solis
accipiebant, & comedebant, in eorum cor-
poribus remansurum in testimonium fidei,
quam perpetuò, & inuiolabiliter, & Soli, &
11 Regi erant conseruaturi. Eo die, qui t festus t Idem eod. lib. c. 28.
habebatur, Solis ligneæ statuæ induebantur
pretiosis vestibus, & ante eas ducebantur
choreæ: flores per omnes vias spargeban-
tur, Indi in medium prodibant, & Principes
non solùm sumptuosis vestimentis elegan-
ter induti, sed, barba quibusdam aureis fe-
stucis mire elaboratis, & concinne dispositis
diligentius ornata, omnes simul cantabant.
Quæ sane sanctissimæ Eucharistiæ solemni-
tatem repræsentare videntur. Qua de causa
nequaquam prætermittendum, quod Iose-
phus u Acosta obseruauit, æternæque man- u Idem eod. lib. c. eod.
dauit memoriæ, dæmonem, scilicet, dum
miseros Indos summa tyrannide premebat,
cùm veri Dei potestatem æmularetur, om-
nia, quæ in ipsum Deum referri debebant,
vt sibi tribuerentur, omne studium adhibuis-
se: cùm & apud idololatras cuiusdam impiæ
trinitatis cognitionem, ac venerationem
induxisset; videlicet, vt tres constituerentur
12 Solis statuæ, tribus appellatæ nominibus,
quibus significabatur pater, & dominus Sol,
filius Sol, & frater Sol. Additq. Iosephus,
quemdam ex nostris sacerdoribus vidisse
idolum, Iangatanga nuncupatum, quod
Indi adorabant, asserentes, vnum in tribus,
& tria in vno existere; idque interdum po-
pulis in maximis solemnitatibus à sacerdo-
tibus ostendi solere. Quibus omnibus, alijs-
que pluribus ad eorum munus spectantibus,
quo diligentiùs ministri incumbere possent,
13 ex publico stipendio, populorumque obla-
tionibus, opulentissimis quippe, ac frequen-
tissimis, sustentabantur. In Regno autem
Peruensi x ex fructibus omnium bonorum, x Idem eod. lib. c. 13.
quæ, siue à priuatis personis, siue à Princi-
pibus, ac Regibus, Dijs offerebantur, vel
testamentis relinquebantur, quorum nume-
rus pene infinitus, pretijque inæstimabilis
esse putabatur, quidquid eis opus erat, ca-
piebant, in propriumque vsum conuerte-
bant. Perspectum est itaque, veteres gen-
tes varia sacerdotum genera habuisse: quo-
rum

rum & maior pars ex officio, exhibendorum ludorum gratia, multas pecunias profunde- 14
bat. Quod indicare voluit Tacitus lib. 3. Annal. his verbis: *Sed tum ſupplicia Dijs, ludiq. magni ab Senatu decernuntur, quos Pontifices, & Augures, & quindecimuiri ſeptemuiris ſimul, & ſodalibus Auguſtalibus ederent. Cenſuerat L. Apronius, vt fæciales quoque ijs ludis præſiderent*. De quibus intelligens Tertullianus [y], *Tranſit hoc genus editionis*, ait, *ab honoribus mortuorum ad honores viuentium: Quæſturas dico, & magiſtratus, & Flaminia, & ſacerdotia*. Et paulo poſt. *Vt alia ſpectes, vt talibus exultes, quis tibi Prætor, aut Conſul, aut ſacerdos, aut Quæſtor de tua liberalitate præſtabit?* De huiuſmodi editione mentio etiam fit in libris noſtris: ita enim interrogatus Imperatot Alexander reſcripſit [z]. *Si de proprio patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromiſit, ideoq. etiam ſacerdotem te creari impetrauerit, onus erogationis commune omnium hæredum eius eſſe, Præſes Prouinciæ non ignorabit*. Et hoc nimirum eſt, quod reſpondit Hermogenianus Iuriſconſultus [a]. *Immunis*, inquit, *ab honoribus, & muneribus ciuilibus, ſi decurioni creato filio, quem habet in poteſtate, conſentiat in muneribus, & honoribus, ſumptus ſubminiſtrare filio compellitur*. Idem & de ſacerdotio intelligit, ſiquidem in principio legis dixit: *Spontè prouinciæ ſacerdotium iterare nemo probibetur*. In Codice Theodoſiano etiam de ſacerdotum editionibus paſſim [b] agitur, præſertim in tit. de Decurionib. vbi Africanorum ſacerdotalium mentio fit, & editionum; prout etiam alibi eodem titulo, [c] quo in loco vocantur feſti, & legitimi dies: & additur propterea multos propter pompam eorum dierum Carthaginem conuenire. Fuit tandem lege [d] ſancitum, ne à ſacerdotibus Prouinciæ proconſularis, hoc eſt Africæ, (ſicut vocatur in Princi- 15
pum conſtitutionibus, & apud Optatum Mileuitanum [e], & Victorem de perſecutione Vvandalorum,) præbitio tyronum exigeretur, his verbis. *Maioribus expenſis ſacerdotes fatigantur, in quarum ſolatium indemnem eſſe conuenit dignitatem*. Aliquando etiam D. Auguſtinus huius conſuetudinis mentionẽ facit. Nam de Apuleio Afro, & mago loquens, inter alia ſic ſcribit [f]. *An fortaſſe, vt philoſophus voluntate contempſit, qui ſacerdos Prouinciæ pro magno fuit, vt munera ederet, veneratoresq. veſtiret*. Non eſt igitur mirum, ſi ſacerdotij munera plures detrectarent, quæ ab inuitis ſuſcipi non oportere definierunt Imperatores [g]. Quamobrem Symmachus Imperatori ſcribens. *Nihil*, inquit, [h] *magna dignitas à paupere petit: ſit fortaſſe pleriſque ipſa inopia grauis, habet tamen alieni oneris exceptionem. Adijce, ſi placet, ſeruituti eius ſacerdotij priuilegium, & vnius hominis munimenta multiplica*. Tenuioris itaque fortunæ homines
16 à ſacerdotij oneribus excuſabantur. Nam præter illud vnum, quod in publicum erogabatur, aliquid etiam pro introitu ſacerdotij erogari ſolitum Suetonius in Clau-
17 dio [i] notat. Fuit ſanè antiquis mos, aliquid ob introitum elargiri collegio, curiæ, aut corpori, vt liquet ex libris noſtris apertiſſimè, & apud Imperatores [k], & apud Iuriſconſultos [l]; vbi aliquid dicitur erogari pro introitu militiæ: & apud Plinium, vbi de Theatro Nicenſi tractatum [m] habet. Sed & pro introitu eccleſiæ, presbyteri, & clerici aliquando xenia, & his ſimilia conferebant: quod tamen vetitum fuit legibus Francorum [n]. Item Concilio Arelatenſi [o], vt apud Burchardum [p] videas, & per ſpecialem Nouellam Iuſtiniani [q]; quamquam in alia Nouella [r] concedatur, vt in maiori eccleſia Conſtantinopolitana fieri poſſent inſinuationes: hoc eſt, erogari ea poſſent, quæ pro introitu clerici noui dare veteribus conſue-
18 uerant. Eiuſmodi tamen erogationes, xenia, & alia eiuſdem generis hodie ſunt omnino vetita, tum ſacris canonibus [ſ] antiquis, tum nouis [t] ſacri Concilij Tridentini conſtitutionibus.

y l. de ſpect. cap. de munere.
z l. vni. C. de periculo ſucceſſ. parent. lib. 10.
a l. penult. ff de muner. & honorib.
b l. 1. de ſpectac & l. 145 de Decur.
c l. 176. eod.
d l. vlt. C. de tyronib.
e lib. 3.
f epiſt. 5. in fine.
g l. 101. & 109 & 168. eod de Decurionib.
h l. 3. epiſt. 61.
i cap. 9.
k l 7. C. de prox. ſacr. ſcrinio lib. 12.
l l. penul. §. penul & vlt. ff de leg. 3.
m l. 10. epiſt. 48.
n l 1. tit. 140
o cap. 10.
p l 3. c. 217.
q lib. 10.
r 123.
ſ c. 8 q. 19. & alibi extra de ſimon.
t c. 14. ſeſſ. 24.

SVMMA EX CAPITE IV.

1 *Pontifices ſacerdotibus maiores erant.*
2 *Pontifex Max. is dicebatur, qui primus in collegium venerat, ſicut minimus, qui poſtremus.*
3 *Pontifex Max. ſacrorum omnium curam habebat.*
4 *Pont. Max. à Plutarcho deorum interpres vocatus fuit.*
5 *Pont. Max. creabatur ex primoribus ciuitatis.*
6 *Pont. Max. iuriſperitus eſſe debebat, non ſolum circa ea, quæ ad ſacra pertinebant, ſed etiam de alijs iuris ciuilis quæſtionibus, & contractibus.*
7 *Pont. Max. iudex, & vindex erat contumaciæ priuatorum magiſtratuum, habebatq. in omnes ſacerdotes iuriſdictionem.*
8 *Flamen Dialis prima erat dignitas poſt Pontif. Max.*

Flamen

9 *Flamen Dialis à Pont. Max. capiebatur.*
10 *Rex ſacrificulus Pont. Max. ſubiectus fuit.*
11 *Pont. Max. virgines Veſtales capiebat, ideſt inſtituebat, quas etiam puniebat.*
12 *Druides ſacerdotes Cybeles ad vnum omnia ad poteſtatem ſacerdotalem ſpectantia referebant.*
13 *Indi ſuum Papam ſumma cum reuerentia venerabantur, colebantque.*
14 *Pontifex à poſſe, & facere dictus eſt.*
15 *Facere verbum, ſacrificare ſignificat.*
16 *Pontificium pro facultate ſacrorum adminiſtrandorum accipitur.*

De Pontifice Maximo, deq. eius in alios omnes ſacerdotes iuriſdictione, & quid ſit Pontificium. Cap. IV.

QVIA lex Ciceronis eſt. *Diuis alijs alij ſacerdotes, omnibus Pontifices, ſingulis Flamines ſunto*, de Pontificibus, qui omnibus præſunt, modò erit ſermo: nam inter ſacerdotes primas obtinebant Pontifices, qui, vt Lactantius Fir- 1
a lib. 5. c. 20 mianus [a] ait, & maiores, & minores appellabantur. Inter vtroſque vnus erat maxi-
b Plutarch. in Numa. mus [b] re, & nomine. Maximus is diceba- 2
tur, qui primus in id collegium venerat; & minimus vocabatur, qui nouiſſimus. At ve- 3
rò Pontifex maximus ſacra omnia exſcripta habebat, & obſignata, hoſtias, dies, ad quæ templa ſacra facienda, atque vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur: cæteta quoque omnia, cùm publica, tùm priuata, ipſius Pontificis ſcitis ſubiecerat Numa, vt eſſet, quo conſultum plebs iret, ne quid diui-
c lib. 1. ni iuris, vt Liuius [c] ait, negligendo patrios ritus, peregrinoſq. adſciſcendo, turbaretur: nec cæleſtes modo cæremonias, ſed iuſta quoque funebria, placandoſq. manes idem Pontifex edoceret. Quibus addere poſſumus, præter ea, quæ dicta ſunt, quæ egre-
d in Numa. giè ſcripta nobis reliquit Plutarchus[d] dicẽs: *Pontifex autem Max. interpretis Deûm,* 4
Vatis, adeoq. ſacrorum enarratoris, doctoriſq. loco eſt, non modò publicorum ſacrificiorum curam gerens, ſed priuata etiam inſpiciens, ac ne quid præter legitima fiat, prohibens, docenſq. quibus cuique rebus ad honorandos, exorandosuè Deos opus ſit. Quibus planè intelligere poſſumus, non omnes ad ſummum illud omnium maximarum dignitatum culmen aſpirare potuiſſe. Erant enim,

5 vt plurimum, ex primoribus ciuitatis, vt ex Tacito perſpectum, manifeſtiſſimumq. eſt. *Etenim*, inquit [e], *pars magna*, (loquitur de
e lib. 1. Ann. Pontificibus,) *è propinquis ipſius*, ideſt Cæſaris, *aut primores ciuitatis erant, &c.* Ne-
6 ceſſe quoque erat, vt iuris eſſent periti: quod etiam oſtendere voluit apud Ciceronem Publij Scæuolæ filius ita [f]. *Sæpe ex patre au-*
f lib. 2. de Leg. tur. *diui Pontificem bonum neminem eſſe, niſi qui ius ciuile cognoſceret.* Hoc eſt, vt Cicero interpretatur, de ſacris, de votis, de ferijs, de ſepulchris, & ſi quæ huiuſmodi ſunt. Quamquam ipſe in ea ſum ſententia, vt exiſtimem ius ciuile illud referri etiam poſſe ad alia, quæ religionem ſaltem rectà non reſpiciũt, eiuſdem Ciceronis teſtimonio [g], qui ait.
g in Orat. pro Domo ſua ad Pont. *Reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipſi Pontifices ſemper non ſolum ad ſuas cæremonias, ſed etiam ad populi iuſſa, accommodarunt.* Quid enim ſibi volunt illa verba, *non ſolum ad ſuas cæremonias, ſed etiam ad populi iuſſa*; niſi quòd ius ciuile accipi debet, non modo de ſacris, de votis, de ferijs, & de ſepulchris, ſed de alijs quoque iuris quæſtionibus, contractibus, vltimiſq. voluntatibus, ex quibus publica tranquillitas, omniſq. hominum diſcordia pendet, manatq.? Nec aliter fieri poterat: ſiquidem Pontifex
7 Max. ſi Plutarcho credimus [h], iudex, ac
h in Numa. vindex erat contumaciæ priuatorum magiſtratuum; atque in alios omnes ſacerdotes habebat iuriſdictionem, etiam in Flaminem
8 Dialem: qui licet poſt Pontificem, vt ſuo loco dicetur, maior propemodum cæteris auctoritate, ac dignatione haberetur, tamen etiam ſi aduerſa valetudo eum inceſſiſſet, vt Cornelius [i] Tacit. in Annalibus tradit,
i lib. 3. niſi Pontificis Max. arbitrio abeſſe non poterat: vnde, ne in prouincias iret, ſæpe à Pontificibus prohibitum fuiſſe idem Tacitus [k] refert. Immo, ſi Valerij Maximi dicto
k eod. & lib. 1. cap. 1. ſtandum eſt, Metellus Põtifex Max. Poſthumio Conſuli, eidemq. Flamini, ad bellum gerendum Africam petenti, ne ſacris diſcederet, mulctam dixit, Vrbeq. egredi paſſus
9 non eſt. Quinimmo Flaminem à Pontifice Max. capi ſolitum, idem Valerius [l] Maximus,
l lib. 6. c. 9.
10 itemq. Liuius [m] tradidere. Rex quoque ſa-
m lib. 27. crificulus, qui pro exactis Regibus publica quædam ſacra factitabat, Pontifici ſubiectus eſt. Cuius rei illam reddit cauſam Liuius [n], ne ſcilicet additus nomini honos,
n lib. 2. aliquid libertati, cuius tùm prima erat cu-
11 ra, officeret. Capiebantur & Veſtales virgines à Pontifice, vt videbimus ſuo loco abunde: qui ideo earum magiſter à Plutar-
o in Numa. cho [o] haud male appellatur: qui etiam ſcri-

Digitized by Google

bit in eas delinquentes animaduertiſſe Pon-
rifices. Idq. conſtat manifeſtè ex Plinio ſe-
p l.4. epiſt. 11. cundo p de Domitiani Principis immanita-
te ad Minutianum ſuum ſcribente. Si quid
enim deliquerat Veſtalis, verbera ei à ſum-
mo Pontifice infligebantur, aliquãdo etiam
nudæ in obſcuro, & vmbroſo loco linteo
prætenſo. Ar, quæ virginitatem polluerat,
viua defodiebatur iuxta portam Collinam:
quod quibus fieret cæremonijs, idem Plu-
q in Numa. rarchus q paucis exequitur. Qui præterea
aſſeuerat his Pontificibus nomen factum eſ-
ſe, ſiue quòd deos colerent; qui omnium
ſunt rerum potentes: ſiue, quod alijs placuit,
exceptionem id nomen ſigoificat, quòd le-
gumlator iuberet ab ijs ea, quæ poſſent
præſtari, ſacrificia peragi. Nam & omni- 12
bus Druidibus in Gallia vnus præerat, qui
ſummam inter eos habebat auctoritatem.
Huic mortuo, qui ex reliquis excellebat di-
gnitate, ſuccedebat, aut ſi plures erant pa-
res, ſuffragio Druidum eligebatur: nonnũ-
r lib. 6 de bell. Gall. quam etiam armis, vt Cæſar r tradit, de
principatu contendebant. Apud Mexica-
nos, Peruenſes, alioſq. Indos vnus item
ſummus Pontifex omnibus præerar, quem
ſ Ioſep Acoſta Hiſt. Indicæ lib. 5. c. 14. & 24. eorum quoque lingua Papam vocabant ſ. 13
Huic; vt ſupremo ſacrorum Antiſtiti; non
obſequium modò ſpontè præſtabant, ſed &
t idem eod. lib. 5. c. 20. & 25. eum colebant, ac venerabantur. Hic t ve-
ſtitu penitus ab alijs diſtincto, eoque orna-
tiore, & ſumptuoſiore, margaritis, pretio-
ſiſq. lapidibus admodum conſpicuo, coloris
diuerſi pro temporum, ac ſolemnitatum di-
uerſitate, vtebatur. Hoc verbum Pontifex, 14
dictum eſt à poſſe, & facere: vnde & Ponti-
fices vocatos Scæuola, & poſt eum alij ferè
omnes putarunt. Facere enim apud veteres 15
u lib. de die Natal. c. 3. etiam ſacrificare eſt. Cenſorinus u. *Quid
cauſa ſit, vt merum fundendum genio, non
hoſtia faciendum putauerit?* Sed Pontificiũ 16
pro iure, fácultate, ac poteſtate paſſim ac-
cipitur. Idq. comprobare enitar, vt intelli-
gamus tantam fuiſſe, atque hodie eſſe Pon-
tificis maximi auctoritatem, & poteſtatem,
vt Pontificium ſimpliciter prolatum, ſit pro
iure, facultate, ac poteſtate. Huius rei au-
ctorem affero Symmachum Theodoſij tem-
x lib. 8 epiſt. 37. pore Vrbi Præfectum. *Habeo*, inquit x, *expo-
ſtulandi tecum probabiles cauſas: quandoqui-
dem Pontificio iterati honoris auctus, nullum
mihi indicium communis gaudij præſtitiſti.*
y l. 7. epiſt. 37. Er alibi Macedonio ſuo ſcribens, *Soles*, air y,
*affirmare, quòd me tibi præferas. Poſſet hoc
eſſe credibile, ſi filium meum Attalum ad nos
venire patereris: in tuo enim iure eſt, tuis
monitis adquieſcit. quod quidem fieri oporte-
re conſentio. Sed non eatenus, vt Pontificium
tuum in damna noſtra protendas.* Ad ipſum
verò Theodoſium Imperatorem. *Motus,
ait* z, *indignitate talium querelarum, cùm* z l. 10. epiſt. 49.
*viderem rurſus illudi poſſe iudicijs, ſi quid ſe-
uerius cenſuiſſem, factu optimum credidi, ſi
æternitati veſtræ cauſæ iſtius Pontificium
reſeruarem.* In Codice etiam Theodoſiano
quinquies hanc vocem animaduerti: locosq.
recenſere haud pigebit. Ita in titulo de bo-
nis maternis. *Sin* a *in parentum poteſtate,* a lib. 1.
*atque dominio, vt fruendi Pontificium ha-
beant, alienandi eis licentia derogetur.* De
Epiſcopali audientia b. *Habituro Ponti-* b lib. 1.
*ficium ſacræ diſceptationis Timotheo Epiſco-
po.* De Hæreticis c. *Harum profeſſionem* c lib. 13.
Pontificium, vel miniſterium vindicarunt.
De apoſtatis. d *Sed etiam ſub adipiſcendæ* d lib. 2.
*Pontificio hæreditatis vſurpandarum poteſta-
te excludi.* De fide catholica e. *Neque his* e lib. 1.
*penitus poſt hac obtinendarum eccleſiarum
Pontificium facultatem permitti.* A quo di-
cendi genere nec abhorruerunt ſacrorum
Canonum latores, vt excellentiſſimi inge-
nij, & præſtantis ſapientiæ vir Innocentius
huius nominis III. qui *diebus*, inquit f, f cap. penult. extra de vſu pallij.
*ſolemnibus vſum pallij, per quod plenitudo
Pontificij deſignatur, poteris liberius exerce-
re.* Hac voce vtitur quoque Eccleſia in ora-
tione illa, in qua Principis Apoſtolorum
auxilium à Deo pro nobis peccatoribus in-
terceditur. *Deus*, inquit, *qui Beato Petro
Apoſtolo tuo collatis clauibus regni cæleſtis,
ligandi, atque ſoluendi Pontificium tradi-
diſti, &c.* Reliqua, quæ ad Pontificis Max.
auctoritatem, ac poteſtatum pertinent, ali-
bi dicentur.

SVMMA EX CAPITE V.

1 *Conſarreatio vinculorum religioſiſſimum habebatur.*

2 *Flamen Dialis, non niſi genitus ex parentibus per conſarreationem matrimonio coniunctis admittebatur.*

3 *Vxor tribus modis habebatur, vſu, farreatione, coemptione.*

4 *Flaminica conſarreata in poteſtatẽ viri non veniebat de vetuſto more Rom. ab ipſoq. pro arbitrio diuertere poterat.*

5 *Conſarreatio in deſuetudinem abijt, præſertim, quia parentes patriam poteſtatem amittere nolebant.*

6 *Materfamilias, quæ vocanda ſit.*

7 *Flaminicam in poteſtate Flaminis poſuit, quoquo modo contractæ eſſent nuptiæ, Tiberius Cæſar lege lata.*

Pont.

8 *Pont. Max. non poterat secundò nubere, ne incontinens videretur.*

9 *Monogamia in summo honore fuit, ita vt vniuira corona donaretur, & in solemnibus cæteris loco anteiret.*

10 *Rex sacrificulus apud Athenienses, non nisi virginem vxorem ducere poterat.*

11 *Flaminis, & Flaminicæ matrimonium morte tantum soluebatur, non arbitrio alterutrius, vt alia.*

12 *Flamen Dialis, extincta vxore, sacerdotio decedebat, cùm aliam ducere non liceret: hocq. quia ei vxor in sacris obeundis aderat.*

13 *Censorum altero moriente, superstitem censura collegæ se abdicare opus erat.*

14 *Flamen Dialis iuris Pontificij ignarus Pontificatu deijci iuste poterat.*

15 *Flamen Dialis faba vesci vetitus, quòd hebetare sensus ei legumini propriū sit.*

16 *Flamen Dialis vitium propagines deuitabat, cùm esset nefas sacerdotem inebriari.*

17 *Flamini Diali religio erat equum tangere, aut se eo vectari permittere, quia illud animal fel habet veneficum: vetitum etiam classem ad pugnam promptam videre.*

18 *Flamen Dialis raro consul creatus est, ne ad bellum egredi cogeretur.*

19 *Prouincias administrare Flamini Diali à Pont. Max. interdictum erat.*

20 *Metellus Pont. Max. Posthumio Flamini Martiali, ne ad bellum exiret, interdixit multa indicta.*

21 *Flamini Diali sella curulis, & lictor permissus cum fascibus.*

22 *Proconsules sex tantum fasces habebant.*

23 *Fasces aliquando pro iurisdictione sumuntur.*

24 *Merum imperium habere est, gladij potestatem tenere.*

25 *Sacerdotium regno æquale est.*

26 *Regnum, & sacerdotium simul esse non licuit, quòd officia vtriusque inter se plurimum diffiderent.*

27 *Priuilegia, & auctoritas Flaminis Dialis multa.*

28 *Rex sacrificulus tantum super Dialem in conuiuio accumbebat.*

29 *Flamen Dialis ad iurandum non poterat cogi. Vide opportunum exemplum.*

30 *Flamen Dialis non iurat, quia cùm ei rerum maximarum cura tradita sit, multo magis paruarum est credenda.*

31 *Ad Dialem Flaminem confugiens, eo die verberari non poterat.*

32 *Flamen Dialis patriam potestatem non agnoscit.*

33 *Flaminicæ Diales à patris potestate exemptæ habebantur.*

34 *Filia, quamuis nupta, de iure ciuili in patris potestate remanet.*

35 *Lex Iulia patri filiæ in adulterio deprehensæ occidendæ potestatem dat.*

36 *Flamen Dialis solus album gestabat galerum.*

37 *Flamen Dialis, cùm galerum, ob calorem, gestare non posset, lineo filo caput cingebat.*

38 *Flamini Diali nudo capite sub dio esse religio fuit.*

39 *Galerus Flaminis Dialis apex vocatus est, quod multum in sacrificijs excelluit, cùm & insigni veste vteretur.*

40 *Ancilia gestabantur à Salijs sacerdotibus Martis cū tripudio, & saltatione.*

De Flamine Diali, eiusq. electione, ac de multiplici immunitatis beneficio: item de nuptijs confarreatis: & explicatur Cornelij Taciti locus, & Boetius notatur. Cap. V.

FLAMINES à Pontifice capi diximus: non autem indistincte capiebantur omnes, sed potissimum ij, qui confarreatis erant parentibus geniti. In sacris enim, vt Plinio placuit [a], nihil religiosius confarreationis vinculo erat. Namque nuptiæ, quæ per confarreationem fiebant, reliquis, siue per coemptionem, siue per communem vsum contractis, præstantiores habebantur, vel quòd legitimis fierent modis, vel pluribus cæremonijs. Quamquam Boetius [b] in Ciceronis Topica vult solis confarreationem Pontificibus conuenisse. In Flaminem igitur Dialem non eligebatur, nisi parentibus confarreatis genitus. Quod non obscure Tacitus [c] ostendit his verbis. *Sub idem tempus de Flamine Diali in locum Seruij Maluginensis defuncti legendo, simul roganda noua lege disseruit Cæsar. Nam patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis vnus legeretur vetusto more neque adesse, vt olim eam copiam, omissa confarreandi adsuetudine, aut inter paucos retenta: pluresq. eius rei causas adferebat, potissimam penes incuriam virorum, feminarumq. Accedere ipsius cæremoniæ*

a lib. 18. c. 3

b lib. 2.

c 1. 4. Ann.

moniæ difficultates, quæ consulto vitarentur. Et paulo post. *Igitur tractatis religionibus placitum, instituto Flaminum nihil demutari: sed lata lex, qua Flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cætera promiscuo feminarum iure ageret.* Si aliquis interrogabit, quid sibi velit Tacitus, respondebo, quòd olim tribus modis habebatur vxor, vsu, farreatione, coemptione: quæ in manum per coemptionem conuenerant, hæ matresfamilias vocabantur: quæ vero vsu, vel farreatione, minime, vt idem Boetius[d] putat; ideoq. Flaminica in Flaminis potestate non erat. Quare constituit Cæsar (Tiberius scilicet) quoquo modo nuptiæ fierent, in potestate Flaminis esset Flaminica Dialis, idq. sacrorum causa, videlicet, ne Flamen sacerdotio decederet, quo decedebat, vti dicetur mox, vel moriente vxore, vel virum relinquente: quæ enim in viri manum non conuenerat, pro arbitrio recedere à viri toro poterat. Lata igitur lex est, qua cautum fuit, vt vxor Flaminis Dialis sacrorum causa, in viri esset potestate, vt perinde haberetur, ac si per coemptionem in viri manum venisset. Solemnitates coemptionis Vlpianus[e] in suis Institutis exponit: item Boetius[f]. Cui mihi duo videntur obstare: & quòd non solis pontificibus confarreatio conueniret: & quòd per confarreationem mulier esset materfamilias. Ex verbis enim Taciti haud obscure colligi videtur, farreationem etiam alijs, quàm Pontificibus conuenisse, cùm dicat confarreationem inter paucos fuisse retentam, vel ob incuriam virorum, feminarumq. vel ob ipsius cæremoniæ difficultates. Quæ verba vtique ad solos Pontifices referri nequaquam possunt. Ea vero incuria inde initium, atque incrementum sumpserat, quòd parentes confarreati e patria potestate sibi eximi filios ægre ferebant, si mares Flamines, aut feminæ Flaminum vxores fierent: quod de filijs procreatis ex nuptijs per coemptionem, aut per vsum celebratis non timebant. Nec placet, quòd mulier, quæ farreatione in viri manum venerat, non esset materfamilias, cùm matremfamilias appellatam eam solam asseueret Gellius[g], quæ in viri manu, mancipioq. aut in eius, in cuius maritus, manu, mancipioq. esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum venisset. Voluit itaque Tiberius instituto Flaminum nihil demutari: sed quoquo modo contraherentur nuptiæ, Flaminica esset in potestate Flaminis. Qua sanè mortua, sacerdotio decederet Flaminem, & Gellius[h], & Plutarchus[i] dixere. Quare Tertullianus[k], *Certe*, inquit, *Flaminica, non nisi vniuira est, quæ Flaminica lex est. Nam duo ipsi Pontifici maximo iterare matrimonia non licet, quòd Monogamiæ gloria est.* Et ad vxorem. *Regem sæculi Pontificem Max. rursus nubere, nefas est.* Cuius rei ratio esse poterat: quia vxorum multiplicatio euidentissimum præbet incontinentiæ argumentum. Vnde apud veteres, & quidem ethnicos, quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honoratas fuisse scribit Valerius Maximus[l]. Idemq. sentit Tertullianus[m], dum ait: *Monogamia apud ethnicos in summo honore est, vt & virginibus legitime nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, etsi auspicis initium est. Item in quibusdam solemnibus, & auspicijs, vt prior sit vniuiræ locus.* Cornelius[n] quoque Tacitus Germanorum mores, ac ritus affabre describens, & hac in re mirifice collaudans. *Melius quidem*, ait, *adhuc eæ ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum spe, votoq. vxoris semel transigitur: sic vnum accipiunt maritum, quo modo vnum corpus, vnamq. vitam; nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament.* Idem ipse Tertullianus[o] scriptis mandauit, ostendens quantam etiam feminæ sæculares ob vniuiratus obstinationem sint famam consequutæ: vt Dido, quæ profuga, in alieno solo; vbi nuptias Regis vltro optasse debuerat; ne tamen secundas experiretur, maluit e contrario vri, quàm nubere: vel Lucretia, quæ, vt semel per vim, & inuita alium virum passa est, sanguine suo maculatam carnem abluit, ne viueret iam non sibi vniuira. Refert etiã Demosthenes, apud Athenienses eorum Regem sacrificulum non potuisse, nisi virginem ducere, ipsamq. suæ virginitati, magno, solemniq. iureiurando coactam fuisse testimonium perhibere. Nam & turtur, si à copula sua fuerit casu intercedente diuisus, perpetua se abstinentiæ lege constringit, gratiamq. vt ait Cassiodorus[p], coniunctionis non repetit, quam reliquit: fidem seruat, dum laudem pudoris ignoret: & moribus studere deprehenditur, quòd nulla viduitatis conuersatione gloriatur. Et quamquam olim pluribus de causis libellus repudij[q] mitti poterat, vt passim in Digestorum libris constat manifeste, Flaminis[r] tamen matrimonium, nisi morte dirimi non erat ius. Si quidem Flamini, vt in Paratitlis[s] interdum differebam, sine vxore, nec eidem rursus cum secunda vxore sacerdoti licebat

d eod. lib. 2
e tit. de nupt.
f eod. lib. 2.
g lib. 18. c. 6
h lib. 10. c. 15.
i Quæst. Ro. 50.
k in exhort. ad castitat.
l lib. 2. c. 1.
m eod. loco.
n lib de moribus Germ.
o eod. de ea. ... [illegible]
p lib. 5. variar. epist. 33.
q tit de diuortijs. & tit. ff. solu. matr.
r Gellius l. 10 cap. 15.
s tit. de Digamis.

licebat esse. Res erant pleræque sacræ, vt
t ead. quæst. 8. idem Plutarchus [t] docet, in quibus obeun-
dis vxor Flamini aderat, neque ea absente
peragi eas fas erat. Nec ei id mirum vide- 13
bitur, qui obseruauit, etiam Censorum alte-
ro vita defuncto, alterum abdicare se cen-
sura opus habuisse. Mortuo qnidem Liuio
Druso Cēsore, collega eius Aemilius Scau-
rus, cùm se abdicare noluisset, tum eum
Tribunorum plebis quidam duci in carce-
rem iusserunt. At, præter hæc omnia, de- 14
bebat Flamen Dialis bene ius Pontificium
cognoscere: alioquin tanta dignitate ne-
quaquam dignus, à sacerdotio reijci impu-
ne poterat. Nam M. Cato, vt apud Gel-
u eod. c. 15. lium [u] legitur, cùm Ser. Galbam accusauit,
eum dixit ius Pontificium discere noluisse.
Ego me, inquit, *nunc volo ius Pontificium
optime scire. Iamne ea causa Pontifex ca-
piat?* Hanc ob causam opinor vetitum fuis-
se, ne faba vesceretur Flamen: namque fa- 15
x lib. 18. c. 12. ba, vt scribit [x] Plinius, heberare sensus, in-
somnia quoque facere existimatur. Neque 16
ei licebat per viam transire, vbi vitium pro-
pagines in sublimi essent prætensæ: quia
y Quæst. Ro. 112. nefas est, vt rectissimè Plutarchus [y] ait, sa-
cerdotem inebriari: qui enim ebrij sunt, eo-
rum superius capitibus est vinum, atque ea
degrauat, & premit: cùm par sit voluptate
ista superiores esse, & non vinci à vino, sed
ei moderari. Et quia damnatur equinum 17
fel inter venena, ideo Flamini equum tan-
z lib. 28. c. 9 gere non licuisse, idem Plinius [z] auctor est:
immo equo vehi religio erat: classem pro-
cinctam extra pomœrium, idest exercitum
videre ei non erat permissum. Alia quoque
permulta Diali Flamini vetita religionis er-
go, quæ ab eodem Plutarcho ibidem enu-
merantur. Raro item Flamen creari solitus 18
Consul est, cùm bella Consulibus manda-
a lib. 3. Ann. rentur: vnde apud [a] Tacitum legitur sic. *In-
ter quæ prouincia Africa Iunio Bleso proroga-
ta, Seruius Maluginensis Flamen Dialis, vt
Asiam sorte haberet, postulauit: frustra vul-
gatū dictitans, non licere Dialibus egredi Ita-
lia, neque aliud ius suum, quam Martialium,
Quirinaliumq. Flaminum: porrò si duxissent
prouincias, cur Dialibus id vetitum? nulla
de eo populi scita, non in libris cæremoniarum
reperiri: sæpe Pontifices Dialia fecisse, si Fla-
men valetudine, aut munere publico impedi-
b eod. retur*. Scribit tamen [b] Tacitus fuisse à Pon- 19
tificibus Max. prohibitū, ne Flamines irent
in Prouincias. Immo, vt in præcedenti ca- 20
c lib. 1. c. 1. pite ex [c] Valerio disserebam, Metellus Pon-
tifex Max. Posthumium Consulem, eun-
demq. Flaminem Martialem ad bellum ge-

rendum Africam petentem, ne à sacris di-
scederet, mulcta indicta, vrbe egredi mini-
mè passus est; religioniq. summum impe-
rium cessit, quòd tutò se Posthumius Mar-
tio certamini commissurus non videbatur,
cæremonijs Martis desertis. Si non licebat
Martiali, multo minus Diali. Tacitus [d]. d eod.
*Quoties valetudo aduersa Flaminem Dialem
incessisset, vt Pontificis Maximi arbitrio,
dum ne plusquam binoctium abesset, dum
ne diebus publici sacrificij, neu sæpius, quàm
bis eumdem in annum*. Et hoc nimirum est,
quod voluit Liuius de Numa scribens [e]. *Ne* e lib. 1.
*sacræ regiæ vices desererentur, Flaminem
Ioui assiduum sacerdotem creauit: insigniq.
eum veste, & curuli regia sella adornauit*.
21 Tanta siquidem Dialibus inerat dignitas, &
auctoritas, vt non solum curulem haberent
sellam, sed etiam lictorem, quæ Regi dum-
taxat, summisq. magistratibus concedebā-
tur. Nam lictores à ligando dictos existi-
mant, quòd, vt ait Fenestella [f], quem con- f lib de Magistr. c. 7.
sules prehendi, ligariq. iussissent, præstò es-
sent ad prehendendum. Præferebant licto-
res magistratibus fasces, hoc est fasciculos
virgarum; intra quas virgas securis obliga-
ta erat, ita vt ferrum in summo fasce exta-
ret. Sed soli, vt dixi, maiores magistratus
fasces habebant, certoq. numero definitos.
22 Scribit Vlpianus [g] ad legem Iuliam, & Pa- g l. proconsules. ff. de offic. procons.
piam, Proconsules non amplius quàm sex
23 fascibus vti solitos. Nec mihi displicet, quod
Budæo placuit, vt fasces aliquando pro iu-
risdictione sumantur. Immò & pro Imperio,
24 ac quidem mero: nam [h] merum est impe- h l. imperiū. ff. de iurisd. omn. iud.
rium, habere gladij potestatem ad animad-
uertendum in facinorosos homines: quod
etiam potestas appellatur. Quæ, nec teme-
re, nec inconsulto à me dicuntur, sed vt in-
telligamus non minimam, immò maximam
habuisse Diales dignitatem, & auctoritatē.
Etsi Plutarchus, dum quærendo dubitat,
cur Flaminibus Dialibus permissum non es-
set, vt magistratum susciperent, aut ambi-
rent; censet [i] lictorem, & sellam curulem i Quæst. Ro. 113.
eis concessam honoris graria, vtq. ferrent
æquiore animo magistratuum gerendorum
facultatem sibi ademptam. Sed mihi magis
arridet, quam statim subijcit, causa, quia
videlicet in Græcia etiam aliquibus in locis
25 sacerdotium dignitate regno cùm æquale
esset, repulsam passi sacedutio digni habiti
26 sunt. Cuius rationis aliam reddit rationem:
quòd cùm certæ, & ordine definitæ essent
sacerdotum actiones, Regum verò ordine
carentes, & infinitæ, fieri non poterat, vt
qui Rex simul, sacerdosq. esset, diuersi ge-

Digitized by Google

neris in eundem tempotis articulum inci-
dentibus negotijs, vtrumque procuraret;
sed necessarium erat futurum, vt vtroque
vrgenre, alterum omitteret: itaque inter-
dum deos rite non coleret, interdum ciuibus
esset damno. Hinc colligitur, eandem Dia-
lium, quam Regis fuisse potestatem, atque
(k apud Gellium lib. 10. cap. 15.) auctoritatem. Ideoque legimus [k] multa 27
Dialibus, ac quidem singularia fuisse olim
concessa. Capillum enim Dialis, nisi qui
liber homo erat, non detondebat. Super
Dialem in conuiuio, nisi Rex sacrificulus, 28
haud quisquam alius, accumbebat. Neque
eum iurare fas erat. Namque Prætor in suo 29
edicto perpetuò dicebat: *Flaminem Dialem
in omni mea iurisdictione iurare non cogam.*
Cuius rei præclarum sanè exemplum affert
(l lib. 31. in fine.) Liuius [l] hisce verbis. *C. Valerius Flaccus,
quem præsentem Aedilem creauerant, quia
Flamen Dialis erat, iurare in leges non po-
terat: magistratum autem plus quinque dies,
nisi, qui iurasset in leges, non licebat gerere.
Petente Flacco, vt legibus solueretur, Senatus
decreuit, vt si Aedilis, qui prose iuraret, ar-
bitratu Consulum daret, Consules, si eis vi-
deretur, cum Tribunis plebis agerent, vti ad
plebem ferrent. Datus, qui iuraret pro fra-
tre, L. Valerius Flaccus Prætor designatus.
Tribuni ad plebem retulerunt: plebsq. sciuit,
vt perinde esset, ac si ipse Aedilis iurasset.*
(m Quæst. Ro. 44.) Cur autem Diales non iurarent, [m] Plutar- 30
chus aliquot causas affert: sed præter eas
omnes, vnam videtur probare, quæ mihi
rectissima, verissimaq. est, quia non conue-
nit de rebus paruis fidem non habere ei, cui
sacræ, & maximæ sunt creditæ. Immo tan- 31
ta erat dignatio Dialis, vt si quis ad verbe-
randum duceretur, & ad pedes eius supplex
procubuisset, eo die verberari piaculum
(n lib. 10. c. 15.) fuisse, tradat [n] Gellius: qui etiam alia his si-
milia immunitatis beneficia recenset, quæ
enumerare longum esset. Vnde mirari non
(o lib. 1. epist. 81.) debemus, si Plinius [o] secundus de Voconio
Romano cum Prisco loquens, dicat. *Scis
quod iudicium Prouinciæ illius: scis quanta
sit grauitas: ipse Flamen proximè fuit.* Nec 32
est interea silentio prætereundum, quod
Cornelius Tacitus breuissimè tangit, sacer-
doti nempe Diali e patrio iure exire licuisse,
(p lib. 4. Ann.) his verbis [p]. *Et quando exiret e iure patrio,
qui id Flaminium apisceretur, quæque in ma-
num Flaminis conueniret.* Itaque non ipse 33
Dialis solus, sed eius quoque vxor exime-
batur patria potestate; quod est singulare
(q l. si vxorē. C. de condit. & §. 1. Inst. ad Tert.) in Flaminica: cùm [q] aliàs filia etiam nupta 34
in patris potestate remaneat: vel (vt Impe-
ratores Diocletianus, & Maximianus lo-
quuntur [r]) maneat in sacris; atque ideo lex (r l. filiæ C. de Collat.)
35 Iulia patri occidendi filiam in adulterio de-
prehensam [s] fecerat potestatem. Erat igi- (s l. patri. cū trib. seqq. ff. ad l. Iul. de adul.)
tur Dialis maximus: ideoque solus is, vt ait
36 Gellius ex Varrone libro secundo rerum di-
uinarum, album habebat galerum, vel quòd
maximus esset, vel quòd Ioui immolata ho-
stia albato fieri oporteret. Plutarchus [t], (t In Numa.)
Flaminum, inquit, *& maioribus natu tribu-
tum tradunt à pileis, quibus capita operiebāt,
quasi pilamines, quia eo tempore plura quàm
hodie Græca vocabula fuerint Latinis im-
mixta.* Idem ait Festus: etsi alij, vt idem
Festus auctor est, à filo dictos existiment.
37 Nam per æstatem cùm propter calorem ga-
lerum gestare non vtique possent, lini filis
38 caput amiciebant. Nudo quidem capite
39 sub dio esse Flamini fuit religio. Hoc autem
gestaminis genus etiam apex vocabatur.
Lucanus [u]. (u lib. 1.)

Et tollens apicē generoso vertice Flamen.

Diuus Augustinus de ciuitate Dei. *Flami-
nes etiam* [x], inquit, *instituerunt, quòd hoc* (x lib. 2.)
*sacerdotum genus adeo in Romanis sacris, te-
stante apice, excelluit, vt solum tres Flamines
instituerentur. Et præter apicem, veste, vti
iam dictum est, vtebantur insigni.* Quemad-
40 modum & Salij, quibus Numa, vti [y] Liuius, (y lib. 1.)
& Dionysius Halicarnassæus [z] tradidere, (z lib. 2.)
tunicæ pictæ insigne dedit, & supra tunicam
æneum pectori tegumen, cælestiaq. arma,
quæ ancilia appellantur, ferre, ac per Vrbē
ire canentes carmina cum tripudijs, solem-
niq. saltatu iussit. Quod verò dicit Augu-
stinus, veteres tres solùm Flamines institu-
tos, debet referri ad tres illos, quos esse
iusserat Numa, Dialem, Martialem, & Qui-
rinalem: namque postea singulis dijs sin-
guli Flamines fuerunt constituti.

SVMMA EX CAPITE VI.

1 *Augures inter sacerdotes, & magno in honore apud Rom. habiti sunt.*
2 *Augurandi ars vsque à Chaldæis ortum duxit.*
3 *Dignitatem Augurum explicat Cic. luculenter.*
4 *Augurem vocat idem, Iouis consiliarium, atque administrum.*
5 *Consules ad Bellum profecti, quoniā Augures dixerunt fuisse vitio creatos, ab exercitu per senatum reuocati fuerūt.*
6 *Flaminius Consul, cùm iniussu senatus pugnasset, rediens victor, populum obuium non habuit, immo consulatum deponere coactus est.*

Tres

7 *Tres Trib. pl. magistratu abierunt, quòd vitio creati ab Auguribus renunciati essent.*
8 *Auguralis dignitas erat perpetua vsque à Numa Pompilio.*
9 *Fratrum Arualium sacerdotium à Romulo institutum erat perpetuum, exulesq. & captos sequebatur.*
10 *Numa à patribus electus Rex per Augurem consecratur, & confirmatur.*
11 *Augur regiæ maiestatis assertor dici potest.*
12 *Attius Nauius Augur Romanus cotem nouacula palam discidit.*
13 *Romani omnia auspicato gerebant.*
14 *Augures religionis custodes, & Reipublicæ summi consiliarij fuerunt.*
15 *Auguria obseruata, damna auerterunt: spreta, aut neglecta inuexerunt.*
16 *Claudius Pulcher, & C. Flaminius, quia contrarijs auspicijs prælium commiserunt, victoriam hostibus miserè reliquerunt.*
17 *Aemilius Consul noluit collegam aduersus auspicia dimicare.*
18 *Mentiens auspicium pullarius dat mendacij miserabiles pœnas.*
19 *Plebs Romana nulla habebat auspicia, proinde nullus magistratus plebeius auspicato creabatur.*
20 *Celtæ fidem plurimam dederūt augurijs.*
21 *Adolescentibus non est credendum sacerdotium.*

De Auguribus, & eorum auctoritate. Cap. VI.

a lib. 3. de nat. Deo. in princip.

CVM, vt ait C. Cotta apud[a]
Ciceronem de religione, sacrisq. differentem, omnis populi Romani religio in sacra, & auspicia diuideretur,
adiunctis ijs, quæ prædictionis causa ex portentis, & monitis sibyllæ per interpretes,
aruspicesve monebantur: abre non erit de
Auguribus, eorumq. auctoritate, & dignatione pauca subijcere. Hos enim inter sacer- 1
dotes connumeratos, summoq. in honore
habitos legimus. Nam Chaldæos primum, 2
& Pisidas, ac Cilices, deinde Hetruscos,
mox Latinos, & Romanos augurandi disciplina excelluisse accepimus. Quanta vero
apud Romanos esset ipsorum Augurum potentiā, & dignitas, Cicero hisce verbis de- 3
monstrat, dicens[b]. *Maximum, & præstantissimum in Repub. ius est Augurum, cùm est auctoritati coniunctum. Neque vero,*

b lib. 2. de legib.

quia sum ipse Augur, ita sentio, sed quia sic existimare nos est necesse. Quid enim maius est, si de iure quærimus, quàm posse à summis imperijs, & summis potestatibus comitia tollere, & concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius, quàm rem susceptam dirimi, si vnus Augur aliter dixerit? quid magnificentius, quàm posse decernere, vt magistratu se abdicent Consules? quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid legem si non iure rogata est, tollere? vt etiam decreto collegij, vt Lenias consilio Philippi, Consules, & Augures: nihil domi, nihil militiæ per magistratus gestum, sine eorum auctoritate posse cuiquam probari? Hæc ille: apud quem
extat etiam lex ita concepta[c]. *Auspicia seruanto: Auguri parento.* Ad quam subijciens interpretationem, eleganter dixit.
4 *Est boni Auguris meminisse maximis Reipub. temporibus præsto esse debere, Iouiq. opt. max. se consiliarium, atque administrum datum, vt sibi eos, quos in auspicio esse iusserit, cæliq. partes sibi definitas esse traditas, e quibus sæpe Reipub. ferre opem possit.* Huius verò auctoritatis memorabile exemplum Plutar-
5 chus[d] refert in hanc sententiam. *Cùm Augures comitijs consularibus vitio creatos Consules renunciassent, confestim Senatus litteris ab exercitu eos reuocauit, quatenus deposito consulatu, hostibus, vt Consules, bellum non inferrent. Flaminius acceptas litteras non ante aperuit, quàm collata pugna, versisq. in fugam barbaris in agrum eorum excursio-*
6 *nem fecisset. Redeunti igitur, & multa referenti spolia, non processit obuiam populus, quia reuocatus, non continuo mandatis paruerat: sed tam is, quàm ipsius collega, consulatu se abdicare coacti sunt.* Idem accidisse
7 testatur Liuius[e] de tribus plebis Tribunis creatis, ac tertium iam mensem magistratum gerentibus: qui perinde ac vitio creati, decernentibus Auguribus ratam non esse
8 electionem, honore abiere. Hinc plurima Cicero in secundo de Legibus. Tale quoque erat hoc sacerdotium dignitate, vt non
9 adimeretur viuenti, sicut nec fratrum Arualium[f], exules, & captos sequens: quos cùm Romulus instituisset, illis duodecimum se fratrem adiunxit. Plinius verò secundus Ariano sibi de Auguratu gratulanti, quòd & Marcus Tullius, quem Plinius æmulabatur, Augur fuisset, respondet[g]. *Gratularis mihi, quòd acceperim Auguratum: iure gratularis: primum quòd grauissimi Principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est: deinde quòd sacerdotium ipsum*

c lib. 3. de legib.

d in Marcello.

e lib. 4.

f Pli. lib. 18 cap. 2.

g lib. 4. ep. 8.

cùm priscum, & religiosum, tùm hoc quoque
sacrum plane, & insigne est, quòd non adimi-
tur viuenti. Nam cætera, quamquam digni-
tate propemodum paria, vt tribuuntur, sic
auferuntur: in hoc fortunæ, hactenus licet,
vt dari possit. Quo vero ad Ciceronis æmu-
lationem ita respondet. *Sed vtinam, vt sa-*
cerdotium, idem & Consulatum, multo etiam
iunior, quàm ille, sum consequutus, ita senex
saltem ingenium eius aliqua ex parte assequi
possim. Id igitur sacerdotium erat perpetuũ:
h lib. 1. quod & ipse testatur Liuius [h] hisce verbis.
Inde ab Augure, cui deinde honoris gratia 10
publicum id, perpetuumq. sacerdotium fuit,
Numa deductus in arcem, in lapide ad meri-
diem versus consedit, &c. Quo in loco vi-
dere est, quanta etiam in primordijs nascen-
tis Romæ fuerit Auguris auctoritas: nimi-
rum, qui, sicut Romulus augurato à se con-
ditæ vrbis imperium ceperat, ita Numam
eidem in regno suffectum, consultis dijs,
captatisq. auspicijs, solemnibus verbis in-
augurauerit, regem declarauerit, ac in Ro-
mano solio, quasi manuducens, firmauerit:
vnde regiæ maiestatis assertor merito dici 11
potuerit. Legitur apud eundem Romanæ 12
gloriæ illustrem promotorem Liuium de At-
i lib. 1. tio Naulo inclyto Augure miraculum [i],
quod augurandi artem mirum in modum as-
seruit. Hic enim Rege Tarquinio spectan-
te, ac per iocum ei, vt cotem discideret, pro-
ponente, incunctanter nouacula discidit.
qua de causa non solum sibi statuam in loco
miraculi poni meruit, sed eam augurijs fi-
dem auxit, vt nihil deinceps, nisi auspica- 13
k Cic. de di uin. 1. tò [k], seu domi, seu [l] militiæ, gestum sit.
l lib. 10. Itaque Augures tamquam religionis custo- 14
des, in grauibus Reipub. casibus cõsulti sunt:
m lib. 4. vt cùm Mamercus [m] Aemilius post magnas
contentiones iterum Dictator, qui à Consu-
le dici debuisset de more gentis, à Trib. pl.
Auguribus concedentibus dictus est: & cùm
n lib. 42. de bello Macedonico [n] suscipiendo inter pa-
tres agitatum est: cùmq. Populus Rom. ve-
xatus aliquo incommodo, detrimentum
suis rebus timuit, reive alicuius controuer-
sæ euentum perspectum non habuit. Repe-
tebantur quandoque auguria, si incerta es-
sent: sicut Papirium Dictatorem fecisse mo-
o lib. 8 nitu pullarij idem Liuius [o] testatur: vt quæ 15
p lib. 27. obseruata damna auertissent [p], spreta, aut
neglecta, plurimum contra nocuissent: sicuti
q lib. 19. in ep. r. Claudio Pulchro [q] primo Punico nauali bel- 16
r lib. 22. lo, Caioq. [r] Flaminio, postea ad lacum
Thrasimenum alias nocuerant. Quare Var-
roni Consuli ia n signa altero bello Punico
ad pugnam cum Hannibale ineundam ca-
17 stris efferenti, obnunciauit collega Aemi-
lius, ne cùm pulli auspicio non addixissent,
res Romana periclitaretur. Et licèt [s] Papi- s lib. 10.
rius infaustis auspicijs, Samnites vicerit, id
non ei, sed mentienti pullario tribuendum,
18 qui ideo mendacij suspectus, atque inter
prima signa constitutus, in acie pilo ictus
miserabiliter cecidit. Consul enim eius re-
latu in aciem descendit, deosq. propitios
habuit, vt cum ethnicis de re ethnica quan-
doque loquar. Fuereq. tantæ nobilitatis
19 auspicia, vt plebs nulla [t] haberet, nullusq. t lib. 4.
plebeius magistratus [u] auspicatò crearetur: u lib. 6.
de quorum dignitate luculenter disserit Ap-
pius [x], dum legem de Consulatu cum plebe x Liu. lib. 6.
communicando à L. Sextio rogatam, oppu-
20 gnat. Nec prætereo, Celtas quoque augu-
ria nouisse, & magni fecisse: Ambigatum
enim eorum Regem Bellouesum, & Singo-
uesum sororis filios auguriorum arbitrio ire,
quocumque accirentur, nouarum sedium
constituendarum gratia permisisse, refert
idem Liuius [y]. Hac de causa haud frequen- y lib. 5.
ter sacerdotia cõsequebantur adolescentes,
dicente eodem Liuio [z]. *Creatus augur Tib.* z lib. 39.
Sempronius Gracchus admodum adolescens:
quod tunc perrarum in mandandis sacerdo-
21 *tijs erat.* Quod nobis est argumento, ado-
lescentibus dandum non esse sacerdotium.
Etenim ait Alex. III. *indignum* [a], *ac pene te-* a cap. 1. de ætate, & qua lit. ordinan.
merarium est, eum, qui se tueri, ac gubernare
nequit, grauissimum ecclesiarum onus subire.

SVMMA EX CAPITE VII.

1 *Virgines Vestales assiduæ templi antisti-*
tes à Numa destinatæ sunt.
2 *Numa de publico Vestalibus stipendium*
statuit.
3 *Vestales pro populi salute sacrificabant.*
4 *Vestales per triginta annos castitatem*
seruare tenebantur.
5 *Perfectè agere cupientis est discere, gere-*
re, & docere.
6 *Quibus verbis vteretur Pont. Max. cùm*
Vestalem capiebat.
7 *Vestalis qualibet capiebatur in locum*
deficientis.
8 *Vestalis simul ac capta erat, sui iuris fie-*
bat absque vlla alia solemnitate,
iusq. testandi adipiscebatur.
9 *Quæ Vestalis alias dignitate anteibat,*
Vestalis maxima, à Symmacho pri-
migenia, à Tacito Vestalium vetustis-
sima dicta est.
10 *Viris non patebat ingressus ad sacrificia*
Vestalium.

Vesta-

11 *Vestales elapsis triginta annis nubere poterant, quod tamen perraro accidit: quæque hac facultate vsa est, in res aduersas incidisse obseruatum fuit.*
12 *Vestales poterant viuente patre testamentum condere.*
13 *Vestales sine tutore omnia agere poterant, tamquam trium liberorum ius adeptæ.*
14 *Vestalibus permissus fuit lictor, lectica, & liberatio euntis ad supplicium, dum iurasset, fortuna, non dedita opera ipsum in via obuium habuisse.*
15 *Vestalium virginum apud Romanos auctoritas maxima.*
16 *Prodigium erat Vestalis incestus, eoque consulebantur libri Sibyllini.*
17 *Veneris verticordiæ simulacrum consecratum est, quò mulierum mens ad pudicitiam conuerteretur.*
18 *Libri Sibyllini non inspiciebantur, nisi essent nunciata prodigia.*
19 *Apud Indos Occidentales virgines fuerũt eorum Dijs consecratæ, Vestalibus Romanis similes.*
20 *Puellas sacrificabant Indi.*
21 *Sacræ virgines apud Indos Occidentales suas quoque Antistitas Abbatissis nostris similes habuerunt.*
22 *Sacræ virgines impudicitiæ compertæ viuæ defodiebantur.*
23 *Sacris virginibus proprius census, vnde alerentur, constituebatur.*

De Vestalibus: de honore illis debito, & de earum immunitate. Cap. VII.

SED, quoniam huc nostra prouecta oratio est, cùm de sacerdotibus in genere, de Põtificibus, Flaminibus, & Auguribus disseruerimus; tempus iam videtur postulare, vt de virginibus
Vestalibus, quibus, vt assiduæ templi anti- 1
stites essent [a], Numa etiam stipendiũ de pu- 2 — a Liuius l. 1.
blico statuit, priuilegijs, virginitate, alijsq.
cæremonijs venerabiles, ac sanctas esse decernens, mentionem faciamus. Namque
Vestales pro populo, seu pro populi salute, 3
etiam sacrificia fecisse, pluribus in locis [b] docet Cicero. At verò Pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legebantur: sortitionemq. in concione ex eo nume- — b lib. 1. ad Attic. in or. de Arusp. resp. & in orat. pro domo sua, ad Pontif.
ro fieri A. Gellius scribit [c]. Quibus Numa 4 — c lib. 1. c. 12.
præscripserat triginta annorum castimoniã.

Primo decennio [d] discebant ea, quæ sui erãt — d Plutarch. in Numa.
officij: altero ea exercebant: tertio alias eadem ipsæ docebant: sicut sacerdotes Dianæ apud Ephesum primum Mellieren, id est, futuram sacerdotem; deinde Hieren, vt iam sacerdotem; postremo, Parieren vocabant,
5 quasi defunctam sacerdotio. Vnde Plutarchus [e] excellentissime, vt assolet, dicebat, — e in lib. an seni sit gerenda respub.
quòd vir perfecte ciuilis primùm initiabitur in Repub. eamq. gerere discet: deinde geret: vltimo loco alios initiabit, atque docebit. Sed redeamus ad Vestales, quas à Pontificibus maximis capi aliàs diximus [f]. Ca- — f supra c. 4.
piebantur verò sub hac verborum formula, quam A. Gellius [g] ex Fabij Pictoris libro — g lib. 1. c. 12.
primo excerptam ab obliuionis iniuria vin-
6 dicauit: ea erat huiusmodi. *Sacerdotem Vestalem, quæ sacra facias, quæ ius siet sacerdotem Vestalem facere pro populo Rom. Quiritibus vti, quod optima lege fiat, ita te Amata capio.* Nam quæ legebantur Vestales, capi propriè dicebantur: cui verbo peculiarem hac in re locum fuisse Chirius Fortunatianus [h] notat. *Vt si*, ait, *Dictatorem dictum dicat: Flaminem proditum: Vestæ Virginem captam.* Quod significare etiam voluit B. Ambrosius ad Valentinianum Imperatorem scribens, dum ait [i]. *Vix septem capiuntur puellæ.* Et Prudentius [k] de ijsdem Vestalibus contra Symmachum. — h lib. 1. Rhetoric. — i Epist. 2. — k lib. 2.

Ac primum paruæ teneris capiuntur ab annis.

Quamquam & Vestalem legi Liuius [l] semel, atque iterum, & Valerius Maximus [m] di- — l lib. 2. & lib. 27. — m lib. 6 c. 9
7 xerunt. Neque alia capiebatur virgo, nisi in alterius locum. Tacitus [n]. *Post quæ retulit Cæsar virginem in locum Ouiæ.* Idem [o]. *Decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scautiæ capiebatur.* Et alibi [p]. *Defunctaq. virgo Vestalis Lælia, in cuius locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.* Suetonius in Augusto [q]. *Sed & commoda auxit præcipue Vestalium virginum: eùmq. in demortuæ locum aliam capi oporteret, &c.* Mihi autem mirificè arridet, quòd & Gellio placuit [r]: Vt scilicet virgo capi propterea dicatur, quia à Pontifice Max. manu prehensa, ab eo parente, in cuius erat potestate, veluti bello capta, abducebatur. Nam virgo Vestalis, simulatq. capta, atque in atrium — n lib. 2. — o lib. 4. — p L. 15. Ann. — q cap. 31. — r lib. 1 c. 12
8 Vestæ deducta, & Pontificibus tradita erat, eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione, quibus modis [f] quis sui iuris efficitur, e patris potestate exibat, iusq. testandi adipiscebatur. Quæ reliquis ætate, ordine, ac dignitate superior erat, — f Instit. quib. mod. ius pat. potest. solu.
9 Vestalem maximam appellatam esse docet Plinius,

Plinius[r] ſecundus: quam Symmachus[u]
primigeniam nominat: eodem ſenſu Vibi-
diam Veſtalium vetuſtiſſimam dixit Corne-
lius Tacitus[x]. Iſtæ igitur pro populo, ſeu
pro populi ſalute ſacrificia peragebant, præ-
ter illud vnum, quòd ignem foci publici,
idemq. perpetuum cuſtodiebant. Nam Ci-
cero[y]. *Virgines Veſtales in vrbe cuſtodiun-
to ignem foci publici ſempiternum*. Quod nõ
ſolùm ad religionem pertinebat, ſed etiam
ad ciuitatis ſtatum. Ad ea verò ſacrificia 10
viris minimè patebat ingreſſus: quod planè
ex M. Tullio ad Atticum ſcribente[z] intel-
ligi poteſt. *Credo*, inquit, *te audiuiſſe, cùm
apud Cæſarem pro populo ſacra fierent, ve-
niſſe eò muliebri veſtitu virum, hoc eſt, P.
Claudium Appij filium, &c.* Et ad Pontifi-
ces aduerſus P. Lentulum loquens[a]. *Quid
tibi*, ait, *neceſſe fuit anili ſuperſtitione homo
fanatice, ſacrificium, quod alienæ domi fie-
ret, inuiſere? Quæ autem te tanta mentis
imbecillitas tenuit, vt non putares deos ſatis
poſſe placari, niſi etiam muliebribus religio-
nibus te implicuiſſes? Quem vnquam audiſti
maiorum tuorum, qui & ſacra priuata colue-
runt, & publicis ſacerdotijs præfuerunt, cùm
ſacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuiſſe? Ne-
minem, ne illum quidem, qui cæcus factus eſt.*
Hic fuit Appius. Solus ergo Pontifex Max.
ad ea ſacra ingrediebatur, qui in puluinari-
bus verba hæc vſurpaſſe: *Vigilaſnè Deùm
gens?* notat[b] Seruius ad Virgilium non
ſemel ad illum verſum.

Vigilaſnè Deùm gens?

Verba, ait, *ſunt ſacrorum. Nam & ipſæ
virgines Veſtæ certa die ibant ad regem
ſacrorum, & dicebant, Vigilaſnè rex? Vi-
gila*. Idem Seruius ad illa verba,

Vtque impulit[c] arma.

Hoc, ait, *ad pedites pertinet, eſt autem ſacro-
rum: nam is, qui belli ſuſceperat curam, ſa-
crariũ Martis ingreſſus, primo Ancilia com-
mouebat: poſt haſtam ſimulacri ipſius, dicẽs:
Mars vigila*. Vt igitur aſſiduæ templi An-
tiſtites eſſent, Numa, vti ex Liuio[d] diximus,
ſtipendium de publico ſtatuit, & caſtimoniã
annorum triginta: quo tempore elapſo, per-
miſſum erat illis, quæ vellent, depoſito ſa- 11
cerdotio, nubere, aut aliud vitæ genus deli-
gere. Scribit tamen Plutarchus[e] non mul-
tas hac licentia vſas, & ijs, quæ eam ample-
xæ fuiſſent, aduerſas res eueniſſe: pœniten-
tia, & mæſtitia reliquum vitæ tempus vexa-
tas, cæteras in eam ſuperſtitionem adduxiſ-
ſe, vt ad ſenectutem potiùs, exitumq. vitæ
in virginitate perſeuerarent. Magnos hono-
res his ſacerdotibus tribuit idem Numa:

r lib. 4. ep. 11.
u lib. 9. ep. 119.
x l. 11. Ann.
y lib. 2. de legib.
z lib. 4.
a in or. pro domo ſua.
b lib. 2. & lib. 10. Aeneid.
c l. 8. Aeneid.
d lib. 1.
e in Numa.

12 quòd eis ſcilicet licebat viuo adhuc patre
13 teſtamentum condere: quòd ſine tutore
omnia agere poterant, haud ſecus, quàm
14 ius trium liberorum adeptæ: cùm in publi-
cum progrediebantur, lictores ſecum habe-
bant: lectica vehebantur: ac ſi tùm fortè
ad capitale ſupplicium aliquis duceretur, is
non necabatur: iuſiurandum tamen ab ipſis
Veſtalibus exigebatur, fortè fortuna, non da-
ta opera id eueniſſe, cùm aliàs iurare nefas
eſſet. Vnde Prætor in ſuo perpetuo edicto[f]
dicebat: *Sacerdotem Veſtalem in omni mea
iuriſdictione iurare non cogam*. Immò tan-
15 ta fuit Veſtalium fides, atque religio, vt
apud eas ſæpiſſimè teſtimunio[g] Dionyſ.
pactiones, fœdera, teſtamenta, pecuniæ de-
ponerentur. Nam teſtamentum Auguſti per
virgines Veſtæ illarum eſſe refert[h] Tacitus:
ad quem notat Lypſius, alia Principum vi-
rorum teſtamenta in Templo Veſtæ reperta:
quod religione primùm, mox vſu fuit rece-
ptum. Alia quoque ab alijs ſummis Princi-
pibus priuilegia habuerunt: quod indicat
Symmachus[i] Theodoſio, & Valentiniano,
qui vt Chriſtiani, omnem Veſtalibus præro-
gatiuam, atque alimenta detraxerant. *Quid
iuuat*, inquit, *ſaluti pubicæ caſtum corpus di-
cere, & imperij æternitatem cæleſtibus fulcire
præſidijs, armis veſtris, aquilis veſtris ami-
cas habere virtutes, pro omnibus efficacia
vota ſuſcipere, & ius cum omnibus non habe-
re? &c.* tum ſubijcit. *Honorauerat lex pa-
rentum Veſtales virgines, ac miniſtros deo-
rum victu modico, iuſtisq. priuilegijs: ſtetit
muneris huius integritas vſque ad degeneres
trapezitas, qui ad mercedem vilium baiulo-
rum ſacræ caſtitatis alimenta verterunt.* De
quibus intelligens D. Ambroſius dicit[k].
*En totus numerus, quem inſulæ vittati ca-
pitis, purpuratarum veſtium murices, pom-
pa lecticæ miniſtrorum confuſa comitatu, pri-
uilegia maxima, lucra ingentia, præſcripta
denique pudicitiæ tempora coegerunt*. Tan-
16 taq. erat harum virginum dignatio, vt ſi
forte fortuna inceſti crimen commiſiſſent,
pro re prodigioſa haberetur apud Roma-
nos. Plane, cùm tres vno tempore Veſtales
nobiliſſimæ inceſti cum equitibus Romanis
17 pœnas dediſſent, Senatum, libris Sibyllinis
per Decemuiros inſpectis, cenſuiſſe, vt Ve-
neris Verticordiæ ſimulacrum cõſecraretur,
quo facilius virginum, mulierumq. mens, à
libidine ad pudicitiam conuerteretur, tra-
dunt[l] Valer. Max. Ouidius[m], Plinius[n], &
18 alij[o]. Romanosq. niſi prodigia nunciata
eſſent, non ſoliros fuiſſe libros Sibyllinos
adire, compertum eſt: quod Cicero de Diui-
natione

f Gellius li. 10. cap. 15.
g lib. 48.
h lib. 1. annal.
i lib. 10 c. 54
k ead. ep. 2.
l lib. 8. cap. vlt.
m li. 5. Faſt.
n lib 7 c 35
o vt Iul. obſeq. in lib. de Prodig.

p lib. 1. q lib. 7. natione testatur p, pluribusq. q Liuius sic.
*Q. Fabius Max. Dictator iterum, quo die
magistratum iniit, vocato senatu, ab dijs orsus,
cùm edocuisset patres, plus negligentia
caremoniarum, auspiciorumq. quàm temeritate,
atque inscitia peccatum à C. Flaminio
Cos. esse, quaq. piacula iræ deûm essent, ipsos
deos consulendos esse, peruicit, vt (quod non
ferme decernitur, nisi cùm tetra prodigia
nunciata sunt) Decemuiri libros Sibyllinos*
r lib. 22. *adire iuberentur*. Idem r. *Priusquam signa
ab Vrbe noua legiones mouerent, Decemuiri
libros adire, atque inspicere iussi, propter perterritos
vulgo homines nouis prodigijs*. Et paulo
post. *Hoc nefas cùm inter tot, vt fit, clades
in prodigia versum esset, Decemuiri libros*
s lib. 31. *adire iussi sunt*. Alibi s. *Nihilominus Decemuiros
adire libros de portento eo iusserunt*.
t Lib. 34. u lib. 1. c. 1. Et alibi t passim. Et Varro de u re rustica.
Neque patiar, ait, *Sibyllam non solum cecinisse,
quæ dum viueret, prodessent hominibus,
sed etiam, quæ cùm perijsset ipsa, & id
etiam ignotissimis quoque hominibus: ad cuius
libros tot annis post publice solemus redire, cùm
desideramus, quod faciendū sit nobis ex aliquo*
x cap. 6. *portento*. Idē quoque refert Censorinus x de
Natali die. Apud Indos Occidētales Peruē- 19
y Ioseph. Acosta Hist. Ind. l. 5. c. 15 ses, ac Mexicanos y, virgines eorū dijs sacras
fuisse scribit Iosephus Acosta: quarum antiquiores,
quæ Mamacomæ appellabantur, iuniores
instruebāt, nō solùm in ijs, quæ ad vitam
tolerandam necessaria putabantur, sed
& in ijs, quibus ad mores, cæremonias, sacra,
ac sacrificia opus erant. Ex iuuenibus,
cùm quartumdecimum attingebāt annum,
aliæ seligebantur, quæ Dijs, aut Deorum
simulacris, ac sanctuarijs diu, noctuque inseruirent:
quæ quidem perpetuæ virginitatis
votum emittebant. Aliæ sacrificijs, quæ 20
de puellis fieri mos erat, reseruabantur.
Aliæ item pro sacrificijs, quæ extra ordinem,
z auctor infra hoc libro cap. 19 quasi imperatiua (vt suo loco inferius z dicemus)
indicebantur, solebantq. fieri pro
Regis coronatione, ac salute, pro regiorum
filiorum natiuitate, pro bellis ab ipsis Regibus
susceptis, vel pro agendis gratijs pro
victoria de inimicis reportata. Aliæ denique
Regum vxoribus assistebant, ministrabantq.
seu eius consanguineis ex regio diplomate
(etenim aliter fieri non poterat) aut viris
Principibus: quod maximo sibi decori tribuebant.
Capiebantur eiusmodi puellæ annos
circiter octo natæ, non, vt Vestales, Romæ
à Pontifice Maximo, sed ab eius Vicario,
cui nomen erat, Apopanaca: nec patri,
nec matri, nec fratribus vetare licebat, quin
eorum filiæ, aut sorores à Vicario caperentur;
immo à parentibus plerunque vltro offerebantur,
nimirum plurimùm sibi laudis,
ac gloriæ accedere existimantibus, quòd in
sacrum illum cœtum cooptarentur. Præter
Mamacomas, alias habebant Præfectas, veluti
Antistitas, siue (vt apud nos) Abbatis-
21 sas, quæ & Mamacomis, & puellis præsidebant.
Quinimmò, vt Mamacomæ à diuinorum
celebratione reuertentes, ne otio torpescerent,
texendis telis, ac pro templis, ac
dijs, aut deorum simulacris, ornamentis
conficiendis, operam darent, ex officij auctoritate
curabāt, quibus plane Dijs diuersorum
colorum vestes pro cuiusq. dignitate,
temporumq. varietate, summa cum industria,
atque arte parabantur. Ipsæ tamen
virgines albi tantùm coloris vestitu, eodemque
simplici, absque vllo ornamento extra
sacrificia vtebantur. At verò, si virgines,
aut Mamacomæ, ab Antistitis, seu viris Præfectis,
seu ab Apopanaca, quidquam, vel
minimum, contra vitæ, locique honestatem
commisisse deprehendebantur, viuæ effo-
22 diebantur, vel alio crudeli mortis genere
plectebantur. Quare, ne se patratorum criminum
excusare vllo modo possent, & maiore
diligētia munere suo fungerentur, pro-
23 prij, ac certi constituti fuerant census, quibus
commode sustentarentur, quamuis essent
numero quamplurimæ.

SVMMA EX CAPITE VIII.

1 *Quæ ad religionem pertinebant, à collegio Pontificum decidebantur.*
2 *Domitianus ad illustranda sua tempora, maximam Vestalem defodi viuam cupiebat.*
3 *Posthumia virgo Vestalis, quòd effusiùs risisset, impudicitiæ suspecta.*
4 *Res diuina facta postridie Nonas, aut Idus, aut Calendas cuiuslibet mensis proximo prælio sequenti victoriam intereertit, ex longa obseruatione Romanorum.*
5 *Pontifex Max. erat omnium sacerdotum iudex, rerumq. humanarum, ac diuinarum arbiter.*
6 *Vna cella, seu templum duobus dijs haud recte dicabatur, cùm eueniente prodigio, non potuisset dignosci, vtri eorum res diuina fieri oportuisset.*
7 *Pontifex ad sepulturam spectantia cognoscebat.*
8 *Nisi Princeps, Pontifex & Princeps fuerit, non poterit de sepultura aliquid statuere.*

Pontifi-

9 *Pontifices nullam rationem senatui reddebant suarum actionum, iudiciorúve.*

10 *Pōtificum placita à senatu rescindi baud poterant, nec ipsi vlli potestati obnoxij erant.*

11 *Imperatores cùm Pontificalem potentiam timerent, ipsi sibi Pontificatum adsciuerunt.*

12 *Votorum, supplicationum, & sacrificiorum materia à Pontificibus pendebat.*

De auctoritate, & iurisdictione Pontificum in ijs, quæ ad religionem spectant: & explicatur l. ossa. 8. ff. de relig. & sump. funer. Cap. VIII.

His ita præmissis, restat, vt videamus de auctoritate, ac iurisdictione Pontificum, qui, cùm interpretes [a] deorum, vatis, sacrorumq. enarratoris, & doctoris loco fuit, optimè existimarunt veteres, si qua ad religionem pertinens 1 quæstio, vel controuersia incideret, eorum collegium esse consulendum, vel ad eorum collegium referendum. quod plurimorum auctoritate potest comprobari. Namque Cicero [b], *Ex hoc*, inquit, *Aruspicum responso decreuit senatus, vt de locis sacris, ac religiosis ad hunc ordinem* (hoc est Pontificum) *referretur*. atque ibidem memorat senatum decreuisse, vt de suarum ædium religione ad collegium Pontificum referretur. Et ad Atticum [c]. *Postquam senatui renuntiatum esset, P. Clodium cum veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, cùm pro populo à Vestalibus sacra fierent, eam rem ex S. C. ad Virgines, & Pontifices relatam, idq. ab his nefas esse decretum*. Et Liuius [d]. *Senatus collegium Pontificum consuli iussit, num omne id aurum in ludos consumi necessum esset*. Tacitus [e] itidem. *Claudius retulit ad senatum super collegio Aruspicum, ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret. Factum est ex eo senatusconsultum: viderunt Pontifices, quæ retinenda, firmandaq. Aruspicum*. Vnde Domitianus Imperator, cùm 2 Corneliam Vestalium maximam defodere viuam concupisceret, vtqui illustrari seculum suum eiusmodi exemplo arbitraretur, Pontificis Maximi iure, seu potiùs immanitate tyranni, licentia domini, reliquos Pontifices in albam villam conuocasse, Plinius [f] memoriæ p. odidit. Posthumia quoque Vestalis virgo, quòd promptiùs rideret, & cùm 3 vitis liberiùs colloqueretur, in suspicionem non seruatæ pudicitiæ venit; ita quidem, vt etiam causam in iudicio cogeretur dicere: & insontem criminis compertam Sp. Minutius Pontifex Maximus, Plutarcho teste [g] cùm absolueret, monuit, ne verbis vitæ testimoniam non æquantibus vteretur. Sic ad collegium Pontificum relatum de expiandis, quæ Locris in templo Proserpinæ tacta, violata, elataq. inde essent, Liuius [h] scribit. Qui etiam asseuerat [i], Consulem iussum esse ad collegium Pontificum referre, si posset rectè votū incertæ pecuniæ suscipi. Et [k] cùm signa, aliaq. ornamenta, quæ quærerentur, ex ædibus sacris sublata essent, de ijs cùm M. Fuluius Romam reuertisset, placuisse ad collegium Pontificum referri, & quod ij censuissent, fieri. In Saturnalibus quoque testatur Macrobius [l], quòd cùm anno ab Vrbe condita CCCLXIII. in senatu tractatum quid esset, propter quod toties intra paucos annos malè esset afflicta Respub. interrogatum L. Aquinium Aruspicem respondisse: Q. Sulpitium Tribunum militū ad Alliam aduersum Gallos pugnaturum tem diuinam dimicandi gratia fecisse postridie Idus Quintilis: item apud Cremeram, multisq. alijs tempotibus, & locis post sacrificium die postero celebratum malè cessisse conflictum. Tunc patres iussisse, vt ad collegium Pontificum de his religionibus 4 referretur. Idem asserit A. Gellius [m]: adeoq. vt complures senatores recordari se dixetint, quoties belli gerendi gratia res diuina postridie Calendas, Nonas, Idus à magistratu Pop. Rom. facta esset, eius belli proximo deinceps prælio Rempub. malè gestam esse. Tùm senatus eam rem ad Pontifices reiecit, vt ipsi, quod videretur, statuerent. Pontifices decreuerunt, nullum ijs diebus sacrificium rectè facturum. Quòd autem rerum sacratum notio ad Pontifices pertineat, Tacitus [n] quoque ipse fatetur, inquiens. *Quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem Flaminem Dialem, promsit Cæsar: recitauit decretum Pontificum*. Diximus [o] nos etiam Pontifices mulctam Flaminibus indixisse, 5 ne à sacris discederent. Atque ideo Festus [p] Pompeius differebat Pontificem Max. esse omnium sacerdotum iudicem, & arbitrum rerum diuinarum, & humanarum. Nam Romæ, cùm Metellus quintùm Consulatum getens, templum Honori, & Virtuti, Clastidio priùs, deinde Syracusis potitus, nuncupatis debitum votis consecrare vellet, à collegio Pontificum impeditus est, negante

vnam

[a] Plutarch. in Numa.
[b] in orat. de Aruspic. resp.
[c] lib. 1. epist. 11.
[d] lib. 39.
[e] lib. 11. Annal.
[f] lib. 4 epist. 31.
[g] lib. de capien. ex hostib. vtilit.
[h] lib. 19.
[i] lib. 31.
[k] lib. 28.
[l] lib. 1. c. 6.
[m] lib. 5 cap. 17.
[n] lib. 3. Ann.
[o] cap. 4. & 6.
[p] lib. de verb. sign. in verb. ordo sacerdotum.

Digitized by Google

6 vnam cellam duobus dijs rectè dicari. Futurum enim, si quid prodigij accidisset, in eane dignosceretur, vtri rem diuinā fieri oporteret; nec duobus, nisi certis dijs, vnà sacrificari solere. Ea Pontificū admonitione, vt ait

q lib. 1. cap. 1.

Valerius [q] Max. effectū est, vt Metellus separatis ædibus, Honoris, ac Virtutis simulacra statueret. neque aut collegio Pontificum auctoritas amplissimi viri, aut Metello adiectio impensæ impedimento fuit, quominus religionibus suus tenor, suaq. obseruatio redderetur. Huc sanè respicit & illud Cice-

r lib. 2. de legib.

ronis [r] dictum. *Publicus sacerdos imprudentiam consilio expiatam metu liberet: audaciā in admittendis religionibus fœdis damnet, at-*

7 *que impiam iudicet*. Item, quæ ad sepulturā spectant, Pontifices poscentibus expedisse,

s in Numa.

docet Plutarchus [s]. Quamobrem ossa, quæ ab alio illata sunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere, vel eruere sine decreto Pontificum, seu iussu Principis, interdū quæstionis fuit. Et respondit Labeo expectandū esse, seu permissum Pontificale, seu iussionem Principis, alioquin iniuriarum fore actionem

t l ossa. 8. ff. de relig. & sump. funer.

aduersus eum, qui eiecit. Vlpianus [t] ad edictum scribit. Quod verò Labeo ait, expectādum esse, seu permissum Pontificale, seu iussionem Principis, non debet vtique simpliciter ad Principē referri, sed ad Principis iussionem, ex eo quòd Princeps & Pontifex

8 erat, alioquin ijs se non immiscuisset Princeps. Tanta siquidem data Pontificibus au-

u lib. de vir. illustrib. x lib. 2.

9 ctoritas fuit, vt ex Plinio [u] & Dionysio [x] Halicarnassæo colligitur, vt non tenerētur causas ad senatum referre, aut ei aliquam ratio-

10 nem reddere. Immo non solum senatus Pontificum iussa rescindere non poterat, verum nec ipsi Pontifices vlli potestati erant obnoxij. Sed, ne somnia afferre videamur, libet in medium proferre, quod C. Plinius, dum in Thracia Proconsul esset, quæsiuit à Traiano Principe, cuius tempore floruerūt quamplurimi iurisconsulti, quorum responsis concinnati sunt Pandectarum quinquaginta libri,

y li. 10. epist. 3.

hisce verbis [y]. *Petentibus quibusdam, vt sibi reliquias suorū, aut propter iniuriam vetustatis, aut propter fluminis incursum, aliaq. his similia quæcūque, secundum exemplum Procōsulum, transferre permitterem, quia sciebā in vrbe nostra ex huiusmodi causis collegiū Pontificum adiri solere: te domine maximū Pontificem consulēdum putaui, quid obseruare me velis*. Quibus planè verbis, quis est tam in iure plumbeus, qui non videat Labeonem, ac Vlpianum excellentissimos Iurisconsultos Principis iussionem desiderare, non eo, quòd Princeps, omniumq. dominus, sed quia Pō-

11 tifex sit? Nam (vti mox [z] dicetur) cùm

z cap. seq.

Imperatores pertimescerent Pontificum auctoritatem, etiā summo Pontificatu initiari voluerunt. Quo Accursius [a] nihil equidem

a ad l. 9. de rer. diuision.

melius adnotauit vnquā. Cùm enim Vlpianus respondisset, loca sacra ea esse, quæ publice dicata sunt, siue in ciuitate, siue in agro: & locum publicum tunc sactum fieri posse, cùm Princeps eū dicauit, vel dedicandi dedit potestatem, Accursius dixit: & rectissimè, quia olim Imperatores sacerdotes erant. Eodem sensu accipi potest canon ille, quem Gratianus [b] ex Concilio [c] Maguntiensi refert, cuius verba sunt hæc. *Corpora*

b can. 35. de cōsec. 1. dist.

sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat sine consilio Principis, vel Episcoporum, sanctaq. synodali licentia. Huc pertinet etiam, quod Vlpianus [c] in libro primo

c cap. 51.

opinionum scriptis mandauit, vt si in eo monumento, quod imperfectum esse dicitur, reliquiæ hominum conditæ sunt, nihil impedit, quo minus id perficiatur: sed si religiosus locus iam factus sit, Pontifices explorare debent, quatenus salua religione desiderio reficiendi operis medendum sit. Non est itaque dubium, quin res omnes religionem recta, vel non recta spectantes, ad Pontifices pertinerent, vt de ædium sacrarum consecratione disseruimus. Quod satis etiam animaduertit Alexander Romanus Imperator. Sic enim de eo scribit Lampridius. *Pontificibus tantum detulit, & Quindecimviris, atque Auguribus, vt quasdam causas sacrorum à se finitas iterari, & aliter distingui pate-*

12 *retur*. Nec vota suscipiebantur, aut supplicationes habebantur, aut sacrificia fiebant, nisi, vt suis locis abunde demonstrabimus, omnibus præesset Pontifex.

SVMMA EX CAPITE IX.

1. *Pontifices inter priuatos, & magistratus, & sacerdotes iudicabant, nouasq. leges de sacris condebant.*
2. *Pontifices, qua volebant pœna, transgressores mulctabant.*
3. *Expedit Reipublicæ ius ciuile solis Pontificibus notum esse.*
4. *Collegium Pontificium leges interpretandi auctoritatem habebat.*
5. *Pontifices testamētis præerant, emācipationumq., ac adoptionū iudices erant.*
6. *Pontifices de periurio, de incestu, deq. huiusmodi criminibus cognoscebant, compertosq. alicuius flagitij etiam capitali supplicio afficiebant.*
7. *Incestus vltima pœna puniebatur.*
8. *Pont. Max. rerum diuinarum, atque hu-*

manarum iudex, & arbiter appellatus fuit à Festo Pompeio.

9 *Pontifices magistratibus summis se multos abdicare coegerũt, etiam Consules.*

10 *Imperatores metu Pontificiæ potestatis seipsos Pontifices creari voluerunt.*

11 *Mos fuit Romanis, Hebræis, Aegyptijs, atque Chaldæis, historiarum, & annalium fidem à Pontificibus suæ gentis agnoscere.*

12 *Persæ idem obseruauerunt.*

Pontifices etiam in ijs, quæ ad religionem non pertinent, habere iurisdictionem, summamq. potestatem. Cap. IX.

SCIO, ac mẽtis oculis intueri videor nõnullos, qui sibi docti, & ingenio excellentes, mihi tamẽ litteratores, & curiosi potiùs videntur, in medium prodire, & dicere se minimè inficiari amplissimam Pontificum fuisse potestatem:
namque ij, vt apud Halicarnassæum [a] benè 1 [a lib. 1.]
scriptum refert antiquitas, de omnibus causis ad sacra pertinentibus iudicabãt, & inter priuatos, & magistratus, & inter deorum ministros, nouasq. leges de sacris arbitratu suo, condebant, sicubi destituebãtur scriptis legibus; ac magistratus, penes quos cæremoniæ erant, ac sacrificia, sacerdotesq. omnes examinabant: ministros quoque sacrorũ in officio cõtinebant, ne quid præter solemnes ritus facerent: à profano, & imperito vulgo consulebantur de cultu deorum, ac geniorũ,
alijsq. religionibus: quòd si quem animad- 2
uertebant præscripta sua contemnere, eum mulctabãt pro delicti magnitudine: ipsi nullius potestati erant obnoxij, nec debebant, vel senatui, vel populo de se reddere rationem, poterantq. quamplurima huiusmodi facere circa religionem: Verùm in ijs, quæ ad Reipub. statum pertinerent, nihil prorsus iuris habuisse Pontifices. Quibus satis etiam facere in animo est. Itaque meminerint, Vlpianum [b] partiri ius omne in publicum, & priuatum; vel, vt ipse aliàs [c] dicebã, tùm ex Quintiliano, & ex xij. tabulis, tùm ex Aristotele, in sacrum, publicum, & priuatũ: quod idem cum Vlpiano est, quia publicum etiã in sacris consistit. Publicum igitur est, quod ad statum Reipub. spectat, quodque vt idem Vlpianus [d] ait, in sacris, in sacerdotibus, & magistratibus consistit: quo modo Accursius [e], & Andreas [f] Alciatus explicant peri-

[b l. 1. §. 1. ff de iust. & iur.]
[c in Paratit. tit. de sum. Trin. & fid. cathol.]
[d eod. l. 1. §. 2.]
[e ad l. §. 2.]
[f ad l. pupillus § munus ff de verb. signif.]

te satis. Atque, præter illos, sciendum est, quòd in Reipub. statu nõ modò tractatur de rebus diuinis, de sacris cæremonijs, de personis sacris, & de ijs, quæ accessoriè sacra respiciunt, vt de pauperibus, de pijs causis, & de personis, quæ fori eorum erant, vt Cicero
apud Pontifices [g] disserebat: sed putarunt [g pro domo sua.]
3 etiam expedire Reipub. Romanæ, si ius ciuile inter sacra, cæremoniasq. deorum immortalium abditum, solisq. Pontificibus [h] notũ [h Val. Max. lib. 2. c. 2.]
4 esset. Vnde Pomponius [i] Iuriscõsultus dixit [i l. 2. § omnium ff. de orig. iur.]
omnium legum, & interpretandi scientiã, & actiones apud collegium Pontificum fuisse: ex quibus constituebatur, quis quoque an-
5 no præesset priuatis. Namque Pontifices testamentorũ facultatibus præerant, maximè cũ fierent calatis comitijs, quæ propriè Pontificum fuisse testis est Gellius [k]. Itẽ de emãcipationibus, adoptionibusq. cognoscebãt, [k lib. 15. c. 27.]
& discernebant: cuius rei plura, itemq. dignissima habemus testimonia. M. enim Tullius [l] ad Pontifices. *Quid est, Pontifices, ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, & cùm potuerit, sit expertus. Quæ deinde causa cuiq. sit adoptionis, quæ ratio generum, ac dignitatis, quæ sacrorum, quæri à Pontificũ collegio solet.* Tacitus [m]. *Si te priuatus lege curiata apud Pontifices, vt moris est, adoptarẽ, &c.* Audiamus etiam eundem Gellium [n] dicentẽ. *Sed arrogationes non temere, non inexplorate committuntur: nam comitia etiam arbitris Pontificibus præbentur, quæ curiata appellãtur.* Deponebatur etiam apud eosdem Põtifices, vt auctor est Varro [o], pecunia illa, quam veteres sacramentũ appellabant: videlicet, quod litigãtes pœnæ nomine æs pendebãt. Quod ipse [p] alias diffusè sum dicturus. Item de
6 periurio, incestu, & alijs eiusdem generis criminibus cognoscebant; & pro delicti qualitate irrogabant pœnas, atque supremo sup-
7 plicio incestum puniebant, vt ex eodem Cicerone [q] intelligi potest facile. *At verò quid maius, excellentiusq. est, quàm inter priuatos, & magistratus iudicare?* Iudicasse autem Halicarnassæus [r] & ipse fatetur. Nonne &
8 Festus Pompeius scribit Pontificem Max. iudicem, & arbitrum esse rerum diuinarum, atque humanarum? Quæ cum alijs nõ tacuit idem [s] Cicero, dum Pontifices alloqueretur hisce verbis. *Pontifices religiones sapiẽter interpretando, Rempub. conseruarunt: quòd si vllo tempore magna causa in sacerdotum Populi Rom. iudicio, ac potestate versata est, hæc profectò tanta est, vt omnis Reipub. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ, domicilia*

[l pro domo sua.]
[m li. 7. Ann.]
[n lib. 5. c. 19]
[o li. de ling. Latina 4.]
[p in c. vlt. lib. 1.]
[q lib. 2. de legib.]
[r eod. lib. 2.]
[s ead. or. pro domo sua.]

vestra

vestra sapientia, fidei potestatiq. commissa, creditaq. esse videantur. Hæc ille. Atque ideo tanta per temporis successionem apud homines valuit Pontificum potentia, vt ab ipsis multi diuersis temporibus magistratu se abdicare, dignitatem deponere, & potestate regia consulari abire iussi, coactiq. fuerint. Quamobrem aliquando suspectam, & inuisam fuisse patritijs haud obscure Liuij [t] locus demonstrat, apud quem conqueruntur Pontifices, Auguresq. eorum sacerdotia plebi communicari. Eandem cùm postea summi Imperatores pertimescere inciperēt, vt eo liberarentur metu, summo Pontificatu initiari, & omnibus sacris inaugurari voluisse, auctor est Dion [u] Cassius: existimabant nimirū, si summo illo essent sacerdotio aucti, Cæsaream potentiam, & dignitatē alicuius potestati nequaquam cessuram. Quod Virgilius indicare etiā voluit illis versibus.

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq. sacerdos
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro.

Quod & ibidem scite ádmodū edisserit Seruius doctissimus Virgilij interpres. Quanta autem esset Pōtificatus dignitas, ex his Taciti [x] verbis nō obscure colligitur: *Otho Pontificatus, Auguratusq. honoratis iam senibus cumulum dignitatis addidit, & recens ab exilio reuersos nobiles adolescentulos, auitis, ac paternis sacerdotijs in solatium recoluit. Pontificatum Maximum Augustus primùm Imperio iunxit, eumque sequuti sunt successores Principes, & ad maiestatem, & ad tutelam.* Malabarum [y] quoque Reges Indiæ Orientalis sacerdotes omnes sunt. Argumento item nostro deseruire haud malè videtur, quod apud Ciceronem de Romana historia narrat Antonius [z]. *Erat historia*, inquit, *nihil aliud, nisi annalium confectio: cuius rei, memoriaq. publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum, vsque ad P. Mutium Pontificem Max. res omnes mandabat litteris Pontifex Maximus, efferebatq. in album, proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo agnoscendi: qui etiā nunc Annales maximi nominantur*. Nec mirum videri debet hanc historiæ conscribendæ curam Pontificibus Max. fuisse demandatam: siquidem fuit Hebræorum, Aegyptiorū, & Chaldæorum id scribendæ historiæ studium, ea diligentia, ea laus, vt publicum, diuinumq. hoc munus semper existimarent, tantùm integerrimis dignum, optimisq. viris: nam solis sacerdotibus, & Prophetis permissum erat res gestas litteris mandare, nec supra quidem scribentis memoriam. Et ea monumenta publica erant, asseruabanturq. diligentissimè, & sanctissimè, vt initio docet Iosephus contra Græcos, & Manethonem scribens. Quod etiam ex Biblijs sacrosanctis intelligi potest. Fuit quoque is Persarum Regum mos [a].

t lib. 4.
u lib. 53.
x lib. 1. hist.
y Feder. Lopez hist Ind. lib. 1. c. 14.
z lib. 2. de orat.
a Esdræ 3. 4.

SVMMA EX CAPITE X.

1 *Romani honorem diuinæ maiestatis humanæ præferre consueuerunt.*
2 *L. Albinius sacra incendio Vrbis erepta cum sacerdotibus in proprium plaustrū imponit, iussa inde coniuge cum liberis descendere, ad locumq. destinatum peruehit.*
3 *Sacerdotes apud Græcos publicis intererant consilijs.*
4 *Sacerdotes apud Rom. digniorem obtinebant locum.*
5 *Augures diuinæ mentis interpretes dicti sunt.*
6 *Sacerdotibus honos impendendus, quia pro vniuerso populo precantur.*
7 *Aegyptij Reges, aut è sacerdotali, aut è militari ordine deligebant, vt, aut sapientes, aut fortes essent.*
8 *Nouuus Rex apud Aegyptios se sacerdotibus erudiendum dabat.*
9 *Pharao Rex, vendētibus sibi populis prædia pro frumento, noluit sacerdotum bona distrahi, immo cibaria eis ex proprijs horreis distribui iussit.*
10 *Sacerdotes apud Gallos maximè honorabantur.*
11 *Alexander Magnus, Thebis captis, sacerdotibus pepercit.*
12 *Idem Pontificem Hebræorum adorauit, tamquam Dei vices gerentem.*
13 *Iulianus Apostata vetuit sacerdotibus, ne obuiarēt Præsidibus, Præsidesq. noluit ingredi templa praeunte militia, inquiens eos priuatorum personam ingressu templi induere.*
14 *Fætor lacus Amsancti, cùm omnibus letalis sit, sacerdotibus est innoxius: idem accidit Hierapoli.*
15 *Corpore vitiati sacerdotio inepti erant.*
16 *Metellus Pontifex sacrilegus oculorum amissione mulctatur: porrò non potuit obtinere sacerdotium.*
17 *Sacerdos non integer corporis, quasi mali ominis res vitanda est.*
18 *Victima debet carere vitio corporali.*
19 *Non nisi deorum ira, sacerdotes debilitari aiebat superstitiosa antiquitas.*
20 *Sacerdotes à Romulo lecti, nec inopes, nec trunco corpore fuerunt.*

Quantus apud omnes gentes semper habitus sit honor, quantaq. reuerentia sacerdotibus.

Cap. X.

SED videamus, si placet, quãta reuerentia, quantusq. honor apud omnes gentes sacerdotibus semper habitus sit. Namque Romani, ne eos omittamus vmquam, omnia post religionem ponenda esse duxerunt, etiam cùm de summæ maiestatis decore actum est. Quocirca non dubitarunt sacris supremi imperij culmen subijcere; ita se humanarum rerum faustum futurum regimen existimantes, si diuinæ potentiæ benè, atque constanter fuissent famulati; ac, cũ rebus sacris, sacerdotibusq. honor debitus haberetur, Deo Opt. Max. cuius vicem in terris gerunt sacerdotes, se optimè deseruire sunt arbitrati. Quod non in principum virorum dumtaxat, sed in priuatorũ quoque pectoribus extitisse scribit Valerius [a] Maximus. Cùm enim Vrbs à Gallis capta, depopulata, incensaq. esset, & Flamen Quirinalis, virginesq. Vestales sacta onere partito ferrent; pontemq. Sublicium transgressi, cliuum, qui ad Ianiculum ducebat, descendere inciperent; eos L. Albinius homo plebeius, qui plaustro coniugem, ac liberos vehebat, conspiciens, studiosior publicæ religionis, quàm priuati cõmodi, suos, vt statim plaustro descenderent, iussit, atque in id Vestalibus, Flamine, & sacris impositis, inceptum omisit iter, atque Cære, quo tendebant, peruexit. Cuius rei memoriam T. Liuius [b] reliquit in hunc modum. *Flamen interim Quirinalis, virginesq. Vestales, omissa rerum suarum cura, quæ sacrorum secum ferenda, quæ, (quia vires ad omnia ferenda deerant,) relinquenda essent, consultantes, quisve ea locus fideli asseruaturus custodia esset, optimum ducunt, condita in doliolis sacello proximo ædibus Flaminis Quirinalis, vbi nunc despui religio est, defodere. Cætera inter se onere partito ferunt via, quæ Sublicio ponte ducit ad Ianiculum. In eo cliuo eas, cùm L. Albinius, de plebe Romana homo, conspexisset, plaustro coniugem ac liberos vehens, inter cæteram turbam, quæ inutilis bello, Vrbe excedebat, saluo etiam tum discrimine diuinarum, humanarumq. rerum, irreligiosum ratus sacerdotes publicos, sacraq. Populi Romani pedibus ire. ferrique, se, ac suos in vehiculo conspici, descendere vxorem, ac pueros iussit; Virgines, sacraq. in plaustrum imposuit, & Cære, quo iter. sacerdotibus erat, peruexit.* Hæc Liuius, qui antea etiam dixerat patribus placuisse Flaminem, sacerdotesq. Vestales, sacra publica à cæde, ab incendijs procul auferre, nec ante deseri cultum eorum, quàm non superessent, qui colerent. Legitur etiam apud Ciceronem [c]
tantam reuerentiam religioni deorum, &
sacerdotibus ipsis exhibitam, vt sacerdotes
3 omnibus publicis consilijs interessent apud
Græcos: nam tamquam dijs præsentibus,
quibus nihil ignotum existimare debemus,
ita præsentibus sacerdotibus (Mantibus scilicet apud Athenienses, & Auguribus Regi
apud Lacedæmonios assistentibus) omnia
publica proponebantur consilia. Apud Ro-
4 manos verò etiam in rebus publicis digniorem obtinebant locum. Quod apertè ostendit Arnobius [d] aduersus gentes, sic scribẽs.
Sedent in spectaculis publicis sacerdotum omnium, magistratuumq. collegia, Pontifices Max. & maximi Curiones: sedent Quindecimuiri laureati, & Diales cum apicibus Fla-
5 *mines: sedent Augures interpretes diuinæ mẽtis, & voluntatis, necnon & castæ virgines perpetui nutrices, & conseruatrices ignis.* Vnde Plutarchus in libello, qui inscribitur, Maximè cum principibus viris philosopho esse disputandum; ait sacerdotibus ciuitates ho-
6 norem habere, eosq. venerari, quia ij bona à dijs, non sibi tantùm, suisq. amicis, & familiaribus, sed in commune omnibus ciuibus precantur. Et verò ij deos non faciunt bonorum largitores: sed cùm tales suapte sint natura, eos obsecrant. Apud
7 Aegyptios quoque, vt idem Plutarchus refert [e], Reges, aut ex sacerdotibus, aut è rei bellicæ peritis deligebantur: siquidem isti ob virtutem, illi ob sapientiam in honore, &
8 auctoritate erant. Qui verò è militibus viris creabatur Rex, illico se sacerdotibus dabat, ac philosophiæ fiebat particeps, vt rerum sacrarum mysteria, quæ alioquin perplexa, & fabulis inuoluta erant, prudenter interpretari, ac declarare posset. Testantur etiam sacræ litteræ, [f] iam olim Pharaonis tempore tantam sacerdotibus habitam fuisse reuerẽ-
9 tiam, vt cùm per vniuersam Aegyptum magna esset rei frumentariæ caritas, vt fame necarentur homines, conarenturq. omnia sua prædia Pharaoni vendere, idem Pharao noluit, vt sacerdotes bona sua distraherent, sed ea in perpetuum retinerent, ac cibaria statuta ex horreis publicis haberent. Apud Gallos, vt auctor est Cæsar [g], hominum, qui aliquo sunt numero, atque honore, genera

[a] lib. 1. c. 1.
[b] lib. 5.
[c] lib. 2. de Diuinat.
[d] lib. 4.
[e] lib. de Iside, & Osiride.
[f] Geneseos cap. 47.
[g] lib. 6. de bello Gall.

erant duo,alterum Druidum, hoc est sacer-
dotum, alterum equitum. Illi rebus diuinis
intererant, sacrificia publica,& priuata pro-
curabant, religiones interpretabantur. *Ad*
hos, inquit, *magnus adolescentium numerus*
disciplinæ causa concurrit, magnoq. hi sunt
*apud eos honore.*Magnus ille Alexander Ma- 11
cedo tantam quoque sacerdotibus reueren-
tiam habendam duxit, vt cùm bello Thebas
amplissimam ciuitatẽ vicisset cepissetq.,om-
nes, exceptis sacerdotibus, vendidit, ad tri-
h in Alexan. ginta, si Plutarcho [h] credimus,hominũ mil-
lia. Idem Alexander, vt Ioannes Monachus
in eius vita refert, capta Tyro, cùm versus 12
Hierosolymam mouisset castra, cuius vrbis
direptionem Regis comites permissurum eũ
existimabant, deq. summo Pontifice suppli-
cium sumpturum; atque exiuisset Pontifex
cum sacerdotibus, & populo in locum, vnde
vrbs, ac templum conspici poterat, populũ,
ac sacerdotes magno cùm apparatu, Ponti-
ficemq. hyacinthina veste,cui aurum intex-
tum erat,indutum,ac cydarim in capite ge-
stantem, vbi in laminula Dei nomen inscri-
ptum legebatur, e longinquo vidisset: pro-
gressus solus supplex Pontificem salutauit:
ac Parmenioni interroganti, quam ob cau-
sam Iudæorum Pontificem adorasset, respõ-
dit,se non illum,sed Deum ipsum, cuius Põ-
tificatũ gereret,adorasse. His, alijsq. dictis
humane excipiens Põtificem,eum eo in vr-
bem, & deinceps in templum intrauit, vbi
Pontifice præeunte, sacrum fecit. Item om-
nium sceleratissimus ille Iulianus apostata
Acatio Galatiæ Pontifici, vt apud Sozome-
i lib.5.c.15 num [i] historiæ Ecclesiasticæ scriptorẽ extat,
mandauit,ne ingredientibus in vrbem Præ- 13
sidibus, vllus sacerdos obuiam prodiret,nisi
quando ad templa deorum accessissent; at-
que solùm inter vestibula, ac eos intrantes
nullus miles præcederet, sed qui vellet, se-
queretur. *Nam simul,vt ingreditur*,inquit,
limen delubri,personam priuati induit: siqui-
dem ipse, vt nosti, his qui intus sunt, præes,
propterea quòd diuina lex istud postulat. Sed
quid in ijs laborãdum, cùm omnium barba-
rorum barbari Tartari,præsertim idololatræ,
quippe nec Christum agnoscunt,nec Maho-
metis dogmata sequuntur, maximam suis
sacerdotibus reuerentiam præstent,testimo-
k in descrip. Tartariæ in fine. nio Guagnini [k] Seijo verò supremus sacer-
dos dicitur: qui apud Tartaros tantæ aucto-
ritatis est, vt Reges aduenienti occurrant,
stantesq. equo insidenti manum porrigant,
capiteq. inclinato manum illius osculentur.
Idque ipsis Regibus permissum est: Duces
verò, non manum, sed genua: Nobiles pe-

des deosculantur: plebei vestes tantùm,aut
equum manibus attingunt. Alia multa hu-
ius generis exempla afferri in medium pos-
sunt,quæ legentibus facilè obuiam veniunt.
Quod tamen Plinius refert de terrarum mi-
raculis, item de perpetuis incendijs,ac de
spiritibus letalibus, non omittam: cuius ver-
14 ba sunt hæc [l]. *In Hirpinis Amsancti ad Me-* l lib.2.c.93
phitis ædem lacum esse, quem, qui intrauere,
moriuntur: simili modo Hierapoli in Asia,
Matris magnæ tantùm sacerdoti innoxium.
Quod argumento est,res etiã inanimatas, &
sensu omnino carentes sacerdotibus reuerẽ-
tiam habere; idq. naturæ instinctu cõtinge-
re haud quisquam hæsitare potest. Ac, ne
sciens quidquam prætermittam,mirum non
est, si tantus honor sacerdotibus habebatur:
quia,sicut iam dictum [m] est, tales esse debe- m sup. c. 3.
bant,vt bene,quod agerent,intelligerent,&
15 essent viri probi,atq. nobiles. Quod & apud
nos obseruatũ cernimus [n], qui impuros, fla- n tot.tit.de corp. vitiat.
gitiosos,mutilatos, diminutos, ac vt ait Ta-
citus, mulctato corpore homines, ad sacra
non admittimus, nisi sacrorum summo Præ-
side permittente. Id ipsum excellẽter docet
Seneca in controuersiarum libris [o]. *Lex. Sa-* o lib 4.c.2.
16 *cerdos integer sit. Thema. Metellus Pontifex,*
cùm arderet vestæ Templum, dum Palladiũ
rapit,oculos perdit: sacerdotium illi negatur.
17 Et paulo post. *Sacerdos non integri corporis,*
quasi mali ominis res vitanda est. Hoc in vi-
18 *ctimis notatur, quanto magis in sacerdotibus?*
Post sacerdotium magis obseruanda est debi-
19 *litas. Non enim sine ira deorum debilitatur*
20 *sacerdos.* Dionysius Halicarnassæus [p] sacer- p lib. 2.
dotes à Romulo lectos scribit,genere excel-
lentes,simul & virtute præstantes, nec tamẽ
inopes,aut corpore vlla ex parte trunco. Et
hoc est, quod voluit intelligere Plinius [q], q lib.7.
dum tradit M. Sergium de rebus strenue à
se gestis orationem habuisse, cùm à sacris
arceretur, vt debilis.

SVMMA EX CAPITE XI.

1 *Sacerdotium regno Græci æquipollere censuerunt.*
2 *Athenienses in Repub. tractanda sacerdotum consilio vsi sunt.*
3 *Lacedæmonij Regibus suis Augurem assessorem dederunt.*
4 *Gallorũ sacerdotes magistratus creabãt.*
5 *Sacerdos Bellonæ in Cappadocia summam obtinuit auctoritatem.*
6 *Sacerdotes Insulæ Meroe Niloticæ Regem sibi adeo obtemperantem reddiderant, vt & mortem oppetere, & re-*

gno decedere ei facilè persuaderent; donec ad Erganem ventum est, qui ipsos necari iussit, & sacerdotium sustulit.

7 *Caliphæ apud Aegyptios confirmandi Soldanos plenum ius possidebant.*

Quanta apud omnes gentes maiestate, imperio, & potentia pollerent sacerdotes. Cap. XI.

SACERDOTES verò, non solum magno apud omnes gẽtes fuerunt in honore, sed etiam magnam obtinuerunt auctoritatem, summamq. potestatem. Atque ideo Plutarchus [a] dicebat 1 in Græcia quibusdam in locis regno æquale fuisse sacerdotium: fortasse intelligens de Atheniensibus, & Lacedæmonijs. Namque 2 & Athenienses, vt ex Cicerone [b] in præcedenti capite differebam, omnibus semper publicis consilijs diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocabant, adhibebant: & 3 Lacedæmonij Regibus suis Augurem assessorem dabant. Scribit etiam Homerus [c], cùm in Græcorum castris pestilentia grassaretur maximè, Achillem consilium conuocasse, sacerdotesq. adhibuisse: è quibus intellexit, quidnam tanti mali causa esset: qua cognita sacerdotibus obtemperatũ est. Apud Aegyptios, vt testatur Aelianus [d] in varia historia, sacerdores iudices erant. Apud Romanos inter priuatos, & magistratus, & inter deorum ministros ius [e] quoque dicendi habebant potestatem. Apud Gallos de omnibus ferè controuersijs publicis, priuatisq. constituisse refert Cæsar [f]. Et si quod erat admissum facinus, si cædes facta, si de hereditate, si de finibus controuersia erat, ijdem decernebant, præmia, pœnasq. constituebant: immo magistratus creabant: de Heduis enim, & de semetipso loquens Cæsar [g]. *Cotum*, inquit, *imperium deponere coegit Cæsar: Conuictolitanem, qui per sacerdotes more ciuitatis intermissis magistratibus esset creatus, potestatem obtinere iussit.* In conuentibus Germaniæ publicè habitis, vbi sæpè de summa rerum agebatur, ius habuisse imperandi sacerdotes, & silentium indicẽdi, apertè scribit Cornelius Tacitus [h]: qui etiam in historijs [i] asseuerat, neque vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum: non quasi in pœnam, nec ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Scriptum quoque reliquit Cæsaris familiaris A. Hircius [k], 5 siue Oppius in suis Commentarijs, Bellonæ templum in Cappadocia tanta religione coli, vt sacerdos eius Deæ maiestate, imperio, & potentia secundus à Rege, consensu gen-6 tis illius haberetur. In Aethiopia Meroe sacerdotes tanta præstabant dignitate, vt quando illis videbatur, Regi mandarent, vt mortem oppeteret, imperioq. cederet: quã sanè inueteratam consuetudinem ad Erganem regem vsque, qui sacerdotes necari iussit, & sacerdotium sustulit, obseruatam fuisse narrat Diodorus [l] Siculus: quemadmodum & Helmodius [m], quippe qui tradidit apud Saluios, sacerdotes Regibus esse maiores, cùm ab illorum auctoritate pendeant, sicut apud Vtopienses insulanos: ibidem enim, vt excellentissimè vir ingenio præstans Thomas [n] Morus ait, quòd scilicet sacerdotes nulli subsunt, omnibus præsunt, suntq. motum censores acerrimi. Abhinc etiam annis plus minus octoginta, vti eleganter vir superioris sæculi eruditissimus Paulus [o] Iouius publicis monumentis man-7 dauit, Caliphæ fuerunt apud Aegyptios, qui sacris tantùm præerant, confirmandiq. Reges, quos Soldanos vocabant, potestatem habebant: sicuti à Romano Pontifice, & Christi in terris vicario, Romanos Cæsares diademate insigniri, inueterata consuetudine, optimoq. [p] iure fieri videmus. Hic addi possunt, quæ de Indis sacerdotibus, ac Pontificibus superius diximus [q].

a Quæst. Rom. vlt.
b lib. 1. de diuinat.
c lib. 1. Iliad.
d lib. 14. c. 34.
e Dionys. Halicarn. lib. 2.
f lib. 6. de bello Gal.
g eod. lib. 7
h lib. de morib. Germ.
i lib. 4.
k lib. de bello Alexand.
l lib. 4. Bibliot. c. 1.
m li. 1. c. 18
n lib. 2. Vtopiæ.
o lib. hist. 17
p c. Venerabilem 14. de electione.
q c. tertio.

SVMMA EX CAPITE XII.

1 *Excommunicatio gladius ecclesiasticus, & neruus disciplinæ ecclesiasticæ nuncupatur.*
2 *Romani decem legum tabulas ab Atheniensibus acceperunt.*
3 *Athenienses, & Argiui habebant templũ Execrationis, figuram nostræ excommunicationis repræsentantis.*
4 *Excõmunicatione vsos esse constat ethnicos manifestissimè ex Platone.*
5 *Scelus, & piaculum indicit Plato tangenti excommunicatum parricidam.*
6 *Regem Taprobanes insulæ, si causa adsit, morte, hoc est excommunicatione mulctari, nullo interimente, asserit Plinius.*
7 *Ignominia notati in bello apud Germanos à sacris arcebantur.*
8 *Romani etiam execrationibus vsi sunt.*
9 *M. Crassus diris impetitus ab Ateio Trib. pl. à Parthis interfectus est, quia eas neglexit.*

Sacer-

10 *Sacerdotes vtriusque sexus Alcibiadem exsecrati sunt.*

11 *Excommunicationis gladium etiã Druidæ vibrare nouerunt.*

12 *Interdicti, & excommunicationis sententia à sacerdotibus tantùm relaxabatur.*

13 *Quod dictum est de Ateio Trib. pl. quòd. s. Crassum diris impetiuerit, intelligendum est fuisse iussum, à sacerdotibus verò executioni mandatum.*

Aliam sacerdotibus fuisse olim auctoritatem, aliamq. potestatem: quòd afficere delinquentes poterant ea pœna, quam nos excommunicationem appellamus: proinde ethnicos pœnam excommunicationi similem habuisse. Cap. XII.

HABEBANT quoque sacerdotes aliam summam in suos auctoritatem, ac potestatem, quam nos, siue gladium ecclesiasticum, siue neruum disciplinæ ecclesiasticæ, siue excommunicationem appellamus. Nam apud Athenienses, vt ab ijs incipiamus, à quibus decem legum [a] tabulas mutuati sunt Romani, antiquitus fuisse publicas quasdam detestationes, veluti in eos, qui viam non monstrassent erranti, auctor est Cicero [b]. Idq. videtur indicare Hesychius [c], dum scribit Execrationis templum Athenis fuisse: cuius etiã meminit Aristophanes [d]. In Oreste figuram quamdam nostræ excommunicationis depinxit etiam Euripides Atheniensis, quam & Argis obseruatam scribit: cuius Græca carmina ad verbum propemodum latine traducta sunt ita.

Sancitum est porro Argis hisce neque nos tectis,
Nec igne recipiendos, neque alloqui quemquam debere
Matricidas.

Plato [e], qui tam pie, ac religiose scripsit, vt merito diuinus sit appellatus, in suis legibus, in quibus sanciendis nulli ethnicorũ est secundus, ira cauit: *Si quis de vi parentibus allata damnatus fuerit, primùm quidem ex vrbe egrediatur, in exiliumq. perpetuum proficiscatur, ac sacris omnibus arceatur. Eum autem, qui non se arcuerit, agronomi verberibus cædant, & omnino, vt hi quidem voluerint. Reuersus vero ex exilio, morte mulctetur. Si quis vero ex liberis hominibus cum tali viro, vel comederit, vel biberit, vel re alia quacunque cum eo communicauerit, atque adeo, si ei obuiam factus, eum sua sponte tetigerit; neque in templum ingrediatur, neque in forum, neque omnino in vrbem, priusquàm purgetur. Putet enim se cum homine scelesto communicauisse.* Hæc ille. Vnde grauissimus ille philosophus, & iuxta doctissimus Theologus, Marsilius Ficinus, in eo argumenro, quod edidit in decimũ librum [f] eiusdem Platonis, dicit. *Ac, ne quid nos lateat, ad impietatem etiam pertinet familiaritas, & communio omnis, seu in cibis, seu in verbis cum ijs inita, qui ob nefaria scelera arcentur a sacris, qui & contaminati cæteros quoque vel ipsa propinquitate contaminant.* Qua quidem de re in calce noni libri ita summus ille Philosophus loquitur, vt præfigurare visus sit execrationes quotidie factas à nostris, profanos à communione Ecclesiæ propellentibus. Plinius [g] in libris naturalis historiæ, de Taprobane Insula, eiusq. moribus, ac ritibus, de Regis electione, potestate, ac imperio scribens, ait. *Regem (ferunt scilicet) si quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, sed auersantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus.* Apud veteres Germanos nescio quid huius execrationis extitisse videtur: si quidem Cornelius [h] Tacitus, illorum mores quàm diligentissime repræsentans, ait. *Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus instes, consilij, quàm formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubijs prælijs referunt. Scutum reliquisse, præcipuum flagitium, nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas: multiq. superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.* Legimus etiam passim Romanos his diris, & execrationibus vsos fuisse, quibus obnoxios dare grauissimas pœnas, maximoq. infortunio affici necesse erat. Literis enim mandauit Plutarchus [i] Ateium Trib. pleb. his diris confixisse Crassum in Parthos proficiscentem, de quo intelligere voluit Lucanus [k] illis verbis.

——Crassumq. in bella secutos
Sæua Tribunitiæ vouerunt prælia diræ.

Quibus congruit quod M. Tullius de Diuinatione [l] scriptum reliquir sic. *M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnunciatione neglecta.* Arnobius [m] aduersus gentes. *Et vt Parthos signa repetamus, dirarum imprecationes Crassus & meruit, & irrisit.*

a l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur.

b lib. 3 offic.

c in Leuitico.

d in Horis.

e lib. 9. de legib. prope finem. Ex versione Andreæ Turaquelli.

f eod. de legibus post principium.

g lib. 6. c. 22

h lib. de hist. siue de moribus Germ.

i in Crasso.

k li. 3. Pharsaliæ.

l lib. 1.

m lib. 8 qui verius Octauius inscribitur.

Digitized by Google

Huiusmodi quoque dirarum meminit Plinius [n], meminit & Liuius [o] hisce verbis. *Qui victus acie excessisset, eum ne quis vrbe, tecto, mensa, lare reciperet, diram execrationem in populares, obtestationemq. quam sanctissimam potuerunt, aduersus hospites composuerunt.* Et [p] alio loco. *His adhortationibus execratio dira adiecta. Si quem à proposito spes, mollitiave animi flexisset.* Rursusq. [q] *Huius atrocitas facinoris nouam velut flammam Regis* (Philippum Macedonem intelligit) *inuidiæ adiecit, vt vulgo ipsum, liberosq. eius execrarentur: quæ diræ breui ab omnibus dijs exauditæ, vt sæuiret ipse in suum sanguinem, effecerunt.* Idem dicere apud Horatium [r] voluit Canidia, cùm ait.

Diris agam vos: dira detestatio
Nulla expiatur victima:

In quibus omnibus viuam nostræ excommunicationis imaginem repræsentari adnorauit vir Gallorum omnium diligentissimus Andreas Tiraquellus [s]. Sed dicet aliquis ingenio peracutus. Fateor quamdam nostræ excommunicationis figuram extitisse, sed nondum comperio ad sacerdotes magis, quàm ad alios pertinuisse, immo verius cōtrarium videtur. Atqui Plutarchus [t] hanc 10 hæsitationem remouet: tradit enim ipsos Athenienses decreuisse, vt ministri, ministræq. sacrorum Alcibiadem, veluti impium, ac sceleratum execrarentur: etsi earum vna, neglecto populi iussu, dixit supplicationem ad se, non execrationum officia pertinere. Cui laudi datum est. Hoc etenim non feminarum, quamuis sacerdotum, sed virorum munus esse decebat, sicut etiam apud nos semper est obseruatum, vt aliàs ostendemus [u]. Et apertius ex Cæsaris Commentarijs [x] habetur, vbi sic de Druidibus loquitur. *Si quis, aut publicus, aut priuatus eorum decreto non stetit; sacrificijs interdicunt.* 11 *Hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum, ac sceleratorum habentur. His omnes decedunt, aditumq. sermonemq. defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque his petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur.* Hactenus Cæsar. Ex quibus plane verbis quis non dicet, illam esse pœnam eam, quam nos excommunicationem vocamus, a sacrorumq. ministris iniungi, at- 12 que relaxari? Idem quoque apud Romanos obseruatum esse auctor est [y] Cicero: nam cùm de Crasso sermonem habuisset in illis iā recitatis verbis, *M. Crasso quid acciderit, videamus, dirarum obnunciatione neglecta,* subijcit statim. *In quo Appius Collega tuus bonus Augur, vt ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum, & ciuem egregium Censor C. Ateium notauit, quòd ementitum auspicia subscripserit.* Mox addit. *Aut illa obnunciatio nihil valuit, aut si, vt Appius iudicat, valuit, id valuit, vt peccatum hæreat, non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non ob-*
13 *temperauerit.* Quod vero Plutarchus, & Lucanus scribunt, Ateium Trib. pleb. diris affecisse Crassum, accipi debet, ad supplicationem Tribuni plebis sacerdotes in Crassum diris, & execrationibus sæuisse, non quòd ipse Tribunus pleb. hanc Crasso pœnam inflixerit.

n lib. 28. c. 2. o lib. 36. p lib. 27. q lib. 40. r Epodon. od. 5. s de Retroctu §. 1. glo. 9. nu. 17. & deinceps vsque ad finē. t in Alcibiade, & in quæst. Rom. 44. u lib. 3. c. 10. x lib. 6. Bel. Gal. y lib. 1. de Diuinat.

SVMMA EX CAPITE XIII.

1. *Sacerdotes nec tributa, nec vectigalia exoluebant, à militaribusq. oneribus immunes erant.*
2. *Ius ciuile ab omni obligatione sacerdotes eximit, nullam de ipsis onerosam mentionem faciens.*
3. *Tributa, & vectigalia populis imposita sunt bellorum causa.*
4. *Nihil grauius tributis in diuina condemnatione.*
5. *Iuliani apostatæ inaudita impietas.*
6. *Plurimum detulit Gentibus Iulianus apostata.*
7. *Sacerdotes Aegyptij tributorum immunitate gaudebant.*
8. *Druidæ pariter nullis exactionibus grauabantur.*

De Sacerdotum immunitate. Cap. XIII.

CVM sacerdotes tantis digni haberentur honoribus, ac tanta auctoritate, ac imperio præstarent, existimarunt veteres æquum, iustumq. esse, si iisdem aliqua concederentur immuni-
1 tatis beneficia. Earum enim rerum, quas possidebant, nec tributa, nec vectigalia sacerdotes persoluisse, ex Aristotele [a] haud obscure deducitur: cùm insuper militiæ haberent vacationem. quod palam ostendit Plutarchus [b], cùm de Gallis loquens, inquit. *Tantus is metus fuit, vt lege quoque sacerdotibus, militiæ immunitas (præterquam si bellum Gallicum incidisset) data fuerit.* Et, cùm de Marcello sermonem haberet, ait [c]: *Ex quo tempore decretum erat, vt sacerdotibus militiæ munere vacare liceret, nisi denuò Gallicum*

a lib. 2. œconom. b in Camillo. c in Marcel lo fercà principio.

licum bellum ingrueret. Quæ sane lex tan-
tæ deinceps auctoritatis, & roboris fuit, vt
ipsi sacerdotes in perpetuum omnibus im-
munitatibus gauderent, muneribus vaca-
rent, tributa, exactiones, vectigalia, anga-
rias, parangarias, & his similia minime
persoluerent. Cuius rei argumentum com-
plures Digestorum tituli [d]: de publicanis, 2
scilicet, de vectigalibus, de muneribus &
honoribus, de vacatione & excusatione
munerum, de iure immunitatis. In quibus
sacerdotum nulla fit mentio. At, qui nescit
legem omnem [e] de re dubia esse? Cùm igi-
tur de sacerdotibus ibi nullus sermo fiat, se-
quitur profectò, vt nemini dubitare contin-
gat, an sacerdotes ad huiusmodi munera,
& tributa tenerentur; & si alicubi sacerdotis
mentio habetur, in beneficium, & fauorem
ipsius habetur. Vt apud Hermogenianum [f]:
qui interroganti an sacerdotium reiterari
posset, respondit, in hæc verba. *Sponte
prouinciæ sacerdotium iterare nemo prohibe-
tur*. Nam, cùm huiusmodi sacerdotium
non nisi magno sumptu haberi posset, vti
aliàs [g] dictum est, legislatores noluerunt
quem posse cogi ad suscipiendam iterum di-
gnitatem illam. Idcirco Paulus [h] Iuriscon-
sultus dicebat, defensionem Reipub. am-
plius, quàm semel suscipere compelli nemi-
nem, nisi id fieri necessitas postulet. Non
est ergo dubium, quin sacerdotes apud Ro-
manos omnium immunitatũ beneficio gau-
derent. Idq. argumento est, quòd cùm
illi militiæ haberent vacationem, eisq. pro-
bro esset pias manus sanguine, vi, & armis
effuse polluere [i] ab omni mulcta, ab omni
tributorum vectigaliumq. exactione liberi
esse deberent: siquidem bellorum causa 3
tributa, vectigalia, & alia id genus excogi-
tata, inuenta, atque subditis imposita fue-
runt. Quod D. Gregorius [l] Nazianzenus
Iuliano tributorum exactori demonstrauit.
Hoc, inquit, *peccati præmium, hinc penuria
nata est, perniciosæ cupiditatis mater, quæ
bella peperit, à quibus orta sunt tributa, qui-
bus in diuina condemnatione nihil grauius est* 4
& acerbius. Etsi Theodosius, & Valenti-
nianus Imperatores pro pace etiam esse
adinuenta dicunt, his verbis [k]. *Maxime
exigente hac tributorum necessitate, sine qui-
bus nihil in pace, aut bello curari potest*. Iu-
lianus etiam impijssimus Princeps, quo tem- 5
pore solus est potitus imperio in Oriente,
Gentilium delubra, quæ Christianorum
Principum iussu iam erant clausa, aperiri,
& quæ neglecta corruerant, reædificari, quæ
deturbata, denuo restaurari; quin etiam

d Lib. 49. tit. 4. & lib. 50. tit. 4. 5. & 6.

e l Ancillæ. ff. de rei vin.

f l. 17. ff. de mun. & hon.

g cap. 3.

h l. æstimatione ff. eod.

l in orat. ad Iulianum.

k in Nouell. 22.

aras, & simulacra erigi mandauit. Vetera
prætererea, & patria ciuitatum instituta, atque
6 sacrificia renouare, idolis immolare, offer-
req. illis libamina cœpit. *Horum autem sa-
crorum* [l], ait Sozomenus in historia eccle-
siastica, *professoribus, sacerdotibus, interpre-
tibus, & statuarum cultoribus pristinos ho-
norum gradus reddere, rata facere ea, quæ
veteres Imperatores, Gentiles nempe, de his
sanxerant: decernere illis immunitatem mi-
nisteriorum, & rerum quoque aliarum, sicut
ante habuerant*. De quibus forsan intelli-
gere voluit Symmachus [m], ad Theodosium,
& Valentinianũ optimos Principes sic scri-
bens. *Honorauerat lex parentum Vestales
virgines, ac ministros deorum victu modico,
iustisq. priuilegijs*. Nam, e patria exibant [n]
potestate, testamenti factionem habebant,
ac omnia sine tutore, vel curatore peragere
poterant. Neque in ius vocari poterant ij,
qui sacra faciebant, sed neque ij, qui pro-
pter loci religionem inde se mouere non po-
terant, adstipulante [o] Vlpiano. Nec quid-
quam vectigalium, tributorumq. nomine,
vt supra demonstratum est, persoluebant.
7 Apud Aegyptios nulla etiam tributa præ-
stabant sacerdotes: immo liberi erant om-
nino, vt sacratissimus Geneseos scriptor [p] te-
statur his verbis. *Ex eo tempore vsque in
præsentem diem in vniuersa terra Aegypti
Regibus quinta pars soluitur, & factum est
quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ*
8 *libera ab hac conditione fuit*. Galli quoque
sacerdotes à bello eximebantur, & tributa
non persoluebant: immo militiæ vacatio-
nem, omniumq. rerum habuisse immunita-
tem tradit Cæsar, [q] qui ita. *Druides à bel-
lo abesse consueuerunt, neque tributa vna cum
reliquis pendent: militiæ vacationem, om-
niumq. rerum habent immunitatem. tantis
excitati præmijs & sua sponte multi in disci-
plinam conueniunt, & à parentibus, propin-
quisq. mittuntur*. Paulò ante dixerat. *Hi
certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ
regio totius Galliæ media habetur, considunt
in loco consecrato: huc omnes vndique contro-
uersias habent, conueniunt, eorumq. decretis,
iudicijsq. parent*. Quo igitur se recipient ne-
gantes nullam sacerdotibus fuisse à Gentili-
bus Principibus datam immunitatem? le-
gant eundem Symmachum ad eosdem Im-
peratores sic scribentem: *Fiscus bonorum
Principum, non sacerdotum damnis, sed ho-
stium spolijs, augeatur*. Et paulo post: *Agros
etiam virginibus, & ministris deficientium
voluntate legatos Fiscus retentat. Oro vos
iustitiæ sacerdotes, vt vrbis vestræ sacris
redda-*

l Lib. 5. c. 3.

m Lib. 10 ep. 54.

n Plutarchus in Numa. Tacitus lib. 4 Ann.

o l 2. ff. de in ius vocand.

p cap. 47.

q lib. 6. de bello Gallico.

reddatur priuata successio. Dictent testamenta securi, & sciant, sub Principibus non auaris stabile esse, quod scripserint. Delectet vos ista felicitas generis humani. Cœpit causa huius exemplum solicitare morientes. Et, paucis intermissis: *Rempublicam lædimus, cui nunquam expedit, vt ingrata sit. Nemo, me putet solam causam religionis tueri. Ex huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta humani generis incommoda.* Deinde subiungit: *Sequuta est fames publica, & spem Prouinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum. Nihil imputamus astris: nec rubigo segetibus obsuit, nec auena fruges, nec aus sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur.*

SVMMA EX CAPITE XIV.

1. *Gentilitas stipendia de publico ærario sacerdotibus erogauit.*
2. *Decreta fuerunt cuidam virgini Vestali sestertia xx. stipendij nomine, quæ quingentorum scutatorum nostratium, seu ducatorum summam conficiunt.*
3. *Gentiles primitias sacerdotibus pendebāt.*
4. *Athenienses primitias capillorum Apollini Delphico offerebant.*
5. *Romana iuuentus primæ lanuginis barbam dijs consecrabat.*
6. *Cereri primitiæ frugum offerebantur.*
7. *Iulianus apostata primitias gentibus imperauit.*
8. *Decimas antiquitus ethnici soluebant.*
9. *Herculi præsertim decimæ vouebantur.*
10. *Votum fiebat interdū de decimis dandis.*
11. *Lucullus, quia votum persoluit, ditissimus factus est.*
12. *Matronæ Rom. ornatum vsque muliebrem in publicum contulerunt soluendi voti causa, quod Camillus, Veijs captis, nuncupauerat.*
13. *Heredes votas decimas à defunctis, & non solutas tenebantur soluere.*
14. *Voti obligationem ad heredes transire censuit Vlpianus, quod, si sit decima, Budæus ad Herculeā restringit.* Explicatur §. vlt. l. 2. ff. de pollicitation.
15. *Salij cenabant sumptuose adeo, vt locare Herculeas decimas publicanis cogerentur.*
16. *In ecclesiam transit rei dominium absque traditione, dum certa sit.*
17. *Nemo possidet incertam partem rei.*
18. *Non possunt esse vnius rei duo domini.*
19. *Mexicani, etiam pauperrimi ad Idolorum sacella non accedebant manibus vacuis.*
20. *Ethnici naturali iure decimas persoluebant.*

Veteres etiam ethnicos sacerdotibus primitias, ac decimas, persoluisse. qua occasione explicatur §. vltimus l. 2. ff. de pollicitationibus. Cap. XIV.

NON possum non mirari, cùm priscorum euoluo monumenta: & quoniam iucunda videtur admiratio, semel, atque iterū ea lego, & relego, magna cum delectatione. Video enim veteres illas gentes, quæ nullam, aut saltem non veram Dei cognitionem habuere, perquàm religiosas fuisse, & erga sacer-
1 dotes pientissimas extitisse. Non enim contenti, vt magno essent in honore, summaq. pollerent potestate, ipsis [a] etiam stipendia de publico statuerunt, ne sacra desererentur, neve dignitas sacerdotum in contem- [a] Liuius lib. 6.
2 ptum abiret. Ait enim Tacitus [b]. *Vt gliscere t dignatio sacerdotum, atque ipsis promptior animus foret ad capessendas caremonias, decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scautiæ capiebatur, sextertia xx.* Atque vt magis eorum inter mortales dignosceretur excellentia, & auctoritas, se rectissime facturos arbitrabantur, si rerum omnium darent illis decimam, primitiasque; Plinius de Romanis in naturalis historiæ libris [c] loquens, [b] li. 4. Ann. [c] lib. 18. c. 2
3 ait. *Ac ne degustabant quidem nouas fruges, aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent.* Dionysius Halicarnassæus [d], scribit etiam sacerdotes ex singulis intestinis, quæ ex victimis consecrandis desecabant, [d] lib. 7.
4 primitias cepisse. Immo Athenienses primitias crinium Delphis dedicasse, & Theseum anteriorem capillum eisdem Delphis consecrasse notat Alexander ab Alexandro [e]. Cuius exēplo iuuenes, cùm ex ephebis excessissent, anteriorem comam Phœbo, & Aesculapio, aut Libero primitias offerebant: [e] li. Genial. 5. cap. 18.
5 mox Romani adolescentes magnæ indolis primam lanuginis barbam dijs consecrare
6 consueuerunt. Cereri quoque primitias frugum oblatas fuisse, ex illis Ouidij [f] carminibus plane intelligere possumus. [f] lib. 10. Metamorph.

Festa piæ Cereri celebrabant annua matres,
Illa, quibus niuea velatæ corpora veste,
Primitias frugū dant spicea serta suarum.

Iulianus

g lib. 5. c. 15 Iulianus apostata apud Sozomenum [g], vt
Gentiles ex omnibus fructibus offerrẽt dijs 7
primitias, iussit. *Quare*, inquit, *doceto Gen-
tiles in huiusmodi mysteria pecuniam confer-
re, & pagos Gentilium ex fructibus dijs offer-
re primitias, & eiusmodi beneficentiæ officijs
assuefacito, planumq. illis facito hoc nostrum
olim munus fuisse*. Decimas quoque à ma- 8
h lib. 19. c. 14. vers. fin. ioribus solutas fuisse, idem Plinius [h] auctor
est. *Thus*, inquit, *collectum Sabotam came-
lis conuehitur, porta ad id vna patente. Di-
gredi via, capitale leges fecere: ibi decimas
Deo, quem vocat Sabin, mensura, non ponde-
re sacerdotes capiunt, nec ante mercari licet*.
Et paulo post. *Sunt & quæ sacerdotibus dan-
tur portiones, scribisq. regum certæ*. Et de
i lib. eod. cap. 19. cinnamomo loquens [i]. *Sarmenta hasta di-
uidit sacerdos, Deoq. partem ponit: reliquum
mercator in massam condit*. Nonne passim 9
legitur apud probatos auctores, Herculi de-
k Diod. Sicul. lib. 5. & Plut. in probl. cap. 16. cimas fuisse solutas [k]? Nec solum primitias, 10
decimamq. dabant, sed se daturos plerum-
que vouebant, vt de Diuinatione testis est
l lib. 3. m lib. 2. Cicero [l], & de Natura deorum [m]. *Neque*,
inquit, *Herculi quisquam decimam vouit vn-
quam*. Quocirca Lucullum Romani moris, 11
& iuris peritissimum, quòd decimas vouis-
set, votasq. persoluisset, maximis auctum
opibus, fortunisq. veteres existimasse nar-
n in Lucullo. rat Plutarchus [n]. Item, cùm Camillus, ob
Veios captos, Delphico Apollini decimam 12
prædæ vouisset, nec in publico aurum soluen-
di facultas esset, matronas patriæ magis,
quàm suis consulentes commodis, omnia
sua ornamenta, etiam mundum muliebrem,
o lib. 5. in ærarium detulisse, refert apud Liuium [o]
p lib. 1. & lib. 9. antiquitas. Tradit quoque Herodotus [p]
Crœsum monuisse Cyrum, vt decimæ om-
nium hircorum Ioui redderentur. Et Aegi-
netas decimam ex spolijs Persarum, qui ad
Plateas occubuerant, dijs quibusdam dedi-
casse. Et Xenophon in oratione, quam
q de Cyri expeditione lib. 5. edidit de [q] Agesilai laudibus, scribit ipsum
duorum annorum spatio centum talenta, &
amplius Deo apud Delphos decimam de-
disse. Idemque Xenophon, oraculi iussu
templum se apud vicum Sciluntem Dianæ
extruxisse tradit, cui & annuam decimam
consecrauit ex agri fructibus, quem eidem
Deæ ex sacra pecunia mercatus fuerat: sed
& ante templum pilam erectam esse, in qua
hæ sint incisæ litteræ: *FVNDVS DIANAE
SACER. Hoc, qui possessor fruitur, quotan-
nis consecrato decumam. De reliquo fanum
sartum tectum conseruato*. Tantumq. præ- 13
ualuit voti obligatio, vt si forte, qui deci-
mam vouerat, decessisset ante sepositionem,
hæres ipsius hæreditario nomine decimæ
14 obligatus remaneret. Voti enim obligatio-
nem ad hæredem transire respondit Vlpia-
nus [r]. Nec mihi displicet viri doctissimi Gu- r l. 2. § vlt. ff. de pollic.
lielmi Budæi lectio super hoc, quod dicit
idem Vlpianus. *Si decimas quis bonorum vo-
uit, decima non prius esse in bonis desijt, quàm
fuerit separata. Decimam*, inquit Budæus,
*Herculeam, quia, vt dixi, Herculi decimam
15 deuouebant*. Tertullianus [f] de Salijs loquens, f in Apologetico.
qui suas cœnas tanto instruebant sumptu,
vt principibus publicanorum decumanis
Herculis decimas locare cogerentur, ait.
*Salijs cœnaturis creditor erit necessarius Her
16 culanarum decimarum*. Nec tamen placet
aliorum interpretum sententia, qua idem
Vlpiani responsum valde labefactatur: cùm
per se satis clarum sit, & nulli expositum
dubitationi. Nam, si quis vouerit decimam
rerum suarum, illa non vtique desijt esse in
bonis vouentis, priusquam fuerit ab alijs
bonis separata. Nec sum nescius, illud du-
bitationem fecisse, quòd in ecclesiam tran-
sit [t] dominium sine traditione. Sed debe- t l. fin. C. de sacros. eccl. c. 2 de consec.
bant Bartolus, & alij animaduertere, deci-
mam incertam ibidem esse, atque ideo in-
certæ decimæ dominium alicubi non transi-
re. Cuius rei perelegantem reddit ratio-
nem Paulus [u] Iurisconsultus, dicens. *Incer-* u l. 1. § incertam. ff. de acquir. poss.
17 *tam partem rei nemo potest possidere*. Nam,
rogo, quæ erit decima omnium bonorum,
si nondum separata est? nemo, nec ipsa
ecclesia rei incertæ habebit vindicationem:
18 tum quia nō possunt esse vnius rei duo [x] do- x l. 5. § vlt. ff. commod.
mini insolidum, tum quia non censetur iusta
causa ad decimam incertam vindicandam:
quia vt Caius ait [y], incertæ partis vindica- y l. 25. § 1. ff. de rei vend.
tio datur, si iusta causa interueniat, non
æquè, si non iusta. Non dubito tamen,
quin ille qui vouit, actione personali cogi
possit ad illam decimam separandam, & se-
paratam præstandam, ne post votum sit lo-
cus pœnitentiæ: quòd si non separauit, sed
decessit prius, adhuc in vouentis bonis est,
& hæres obstrictus erit, compelliq. poterit,
vt separet, soluat, & præstet. Verùm enim-
uero Romani isti, Græci, atque Barbari
non audierunt illam Dominicam vocem,
Decimæ, & primitiæ meæ sunt. & illam [z], z Leuit. cap. vlt. & Num. c. 18 toc. tit. de Decim.
Vouete, & reddite. Cùm nec vllam habe-
rent legem, qua iuberentur decimas persol-
19 uere. De noui orbis sacerdotibus legimus,
quòd, cùm Mexicani quibusdam diebus
idolorum sacella aperirent, vt populo pate-
rent, nemo, quamquam pauperrimus, ad ea
accedebat, manibus, vt aiunt, vacuis; sed
vnusquisque aliquid offerebat pro sua pie-
tate,

tate, ac conditione, telas quippe ex bysso, vela, gemmas, lapides pretiosos, aurum, argentum, fructus terræ, animalia, cibos lautissimos, pluraq. eiusmodi munera. Persoluebantur itaque decimæ, ac primitiæ non
solùm ex voto, sed ipsa suadente natura. 20
Nos verò, qui veri Dei omnipotentis, eiusq. vnigeniti filij Iesu Christi lege ad eas persoluendas obstringimur, non persoluemus? absit à nobis decimarum retentio. Cur ita digressus sim, aliàs ostendam, cùm agam de decimis.

SVMMA EX CAPITE XV.

1 *Inaugurare, & exaugurare templa mos erat antiquis.*
2 *Templa immunitatibus decorata sunt, vt à profanis ædificijs distinguerentur.*
3 *Varia exempla ex Plauto, & aliunde sumpta ad demonstrandum, confugientes ad aras olim tutos fuisse.*
4 *Meticulosa res est ire ad iudicem, ait Plautus.*
5 *Ara misericordiæ Athenis constituta à posteris Herculis ad arcendam vim insequentium: quæ postea asylum facta est quouis crimine damnatis.*
6 *Templum Dianæ Ephesiæ quosuis criminosos defendebat.*
7 *Dij templi sui violationem vlti sunt fame, & calamitatibus.*
8 *Percussor Laodomiæ, quæ in templum Dianæ confugerat, in furorem versus, misere perijt.*
9 *Magistratus Athenienses, quia in confugientes ad aram Mineruæ sæuierant, male mulctati sunt.*
10 *Spartani pene terræmotu euertuntur ob violatum templum Neptuni.*
11 *Templum Mineruæ apud Tegæatas omnibus tutum fuit.*
12 *Sylla, quia Mineruæ templum Aristonis abductione, & morte violauerat, in maximam adductus fuit calamitatē.*
13 *Alexander Magnus seruum templo abduci passus non est.*
14 *De iure ciuili nemo potest extrahi per vim ab ecclesia.*
15 *Exercitus Macedonicus consumptus est ob iniuriam templo factam ab Alexandro.*
16 *Asyla à Græcis templa vocata sunt.*
17 *Cadmus Thebanus, primus asylum adinuenit.*
18 *Romulus fundata vrbe asylum perfugis construxit.*
19 *Non est fugitiuus, qui in asylum se recipit, cũ id faciat, quod licere omnibus credit.*
20 *Omnes fere Asiæ vrbes asyla habuerunt.*
21 *In venditionibus sacrum, religiosum, & publicum semper excipitur, item ius sepulchri, de iure Romanorum.*

De sacrarum ædium apud omnes gentes immunitate, tutoq. ad eas delinquentium, damnatorum, ac obæratorum perfugio. Cap. XV.

QVOCVMQVE oculos conijcio, & quocumque me animo, & cogitatione conuerto, vbique nescio quid intueor religionis, & pietatis in maioribus nostris eluxisse. Parum siquidem duxerunt donatos pluribus esse immunitatibus sacerdotes, nisi & templa, eorum simulatis dijs dicata, ijsdem prope gauderent priuilegijs. Videbant enim templa ipsa mirifice constructa, pluribus dicata solemnitatibus, & vt sanctiora redderentur, inaugurata fuisse. Solebant porro veteres sua tem-
1 pla, vt ait ex Varronis sententia Gellius [a], inaugurare, idest suis augurijs sanctiora reddere; & similiter profana facere, idest exaugurare. Vtrumque satis clare de Rege Tarquinio loquens, ostendit Liuius [b]. *Et vt libera*, inquit, *à cæteris religionibus area esset tota Iouis, templiq. eius, quod inædificaretur, exaugurare fana, sacellaq. statuit, quæ aliquot ibi à Tatio Rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnæ vota, consecrata, inaugurataq. postea fuerunt.* Cùm igitur templa solemnitatibus, & cæremonijs essent nobilitata, & in ipsis supplicationes fierent, vota conciperentur, suspenderenturq., & sacrificia pro populo celebraren-
2 tur; æquum, iustumq. illis visum est, vt eadem aliquo pacto à profanis ædibus discernerentur: nec vlla melior visa est ratio, quàm si ea immunitatum beneficijs permunirent.
3 Quæ, quantave essent, edocet in primis Tranio seruus apud Plautum, qui ne ab hero Theuropide puniretur, ad aram confugiens; in Mustellaria [c] dicit.

Ego interim hanc aram occupabo.
Th. Quid ita? Tr. nullam rem sapis.
Ne enim illi huc confugere possint, quæstioni quos dabit,
Hic ego tibi præsidebo, ne vlla interbitet quæstio.

a lib.2 c.10
b lib.1
c act.5.scena 1.

Th. Sur-

Th. Surge. Tr. minime. Th. ne occupassis obsecro aram. Tr. cur? Th. scies.
Quia id enim ita maxime volo, vt illi istoc confugiant, sine.
Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius.
Tr. Quod agis, id agas: quid tu porro vis serere negotium?
Nescis tu, quàm meticulosa res sit ire ad iudicem? 4
Th. Surge dum huc, est consulere igitur quiddam, quod tecum volo.
Tr. Sic tamen hinc consilium dedero, nimio plus sapio sedens.
Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.

d act. 3. scena 3.

Huc accedit, quòd apud eundem Plautum[d] in Rudente Trachalio seruus Palestræ, & Ampelisca mulieribus persuadet, vt in ara assidant, ne inde per vim abducantur. Ita enim loquitur.

Ne, inquam, timete, assidite hic in aram.
Am. isthæc quid ara
Prodesse nobis plus potest, quàm signum iis fano hic intus
Veneris, quod amplexæ modo, vnde abreptæ per vim miseræ?
Tr. Sedete hic modo, ego hinc tamen vos tutabor: aram habete hanc
Vobis pro castris mœnia, hinc ego vos defensabo.
Præsidio Veneris malitiæ lenonis contra incedam.

e eod. scena 4.

Apud eundem,[e] conquerēti Labraci ex ara non posse ancillas deducere, respondet Dæmones interlocutor, lege cautum esse, his verbis.

Mihi non liceat ancillas meas Veneris de ara abducere?
Dæm. Lex est apud nos.

5 Legimus etiam Athenis aram misericordiæ extitisse, quam sibi primum constituerunt Herculis posteri, veriti vim eorum, qui ab eodem Hercule fuerant vexati. Vnde Statius[f].

f lib. 12. Thebaidos.

Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse colonos.

Et hæc ara eis erat asylum, à quo nemo abduci inuitus poterat, vt idem Statius[g] auctor est in illis carminibus.

g eod. lib.

Vrbe fuit media nulli concessa potentum
Ara Deum: mitis posuit clementia sedem.

6 Memoriæ quoq. prodidit Cicero,[h] templum Dianæ Ephesiæ eiusmodi fuisse, vt nemo quouis capitali crimine damnatus inde extrahi posset. Cuius meminit Iustinus[i], dicēs. *Laodomia, cùm in arā Dianæ confugisset, concursu populi interficitur. Quod facinus dij im-* 7 *mortales assiduis cladibus gentis, & prope interitu totius populi vindicauerunt. Nam sterilitatem, famemq. passi, & intestina discordia vexati, externis ad postremum bellis*

h act. 3. in Verr.

i lib. 28.

8 *penè consumpti sunt; Miloq. Laodomiæ percussor in furorem versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa, dentibus laceratis visceribus, duodecimo die interijt.* Scribit etiam Pausanias[k], apud maiores tantæ obseruantiæ, & reuerentiæ templa fuisse, vt si quis supplex ad aras deorum confugisset, eum inde euellere per religionem haud licuisset.

k in Achaicis.

9 Quare, cùm Atheniensium magistratus in eos sæuissent, qui cum Cydone in arā Mineruæ confugerant, & ipsi, & omnes eorū posteri violatæ religionis Mineruæ pœnas dede-
10 rūt. Sic[l] Lacedæmonij, cùm violassent eos, qui supplices in templum Neptuni confugerant, tā ingentibus, tamq. crebris terræmotibus Sparta concussa est, vt nulla prope do-
11 mus expers tantæ ruinæ fuerit. Idem Pausanias[m] tradit, apud Tegæatas Mineruæ templum vniuersæ Peloponneso fuisse prisca religione sacrosanctum; nec violari eos fas fuisse, qui illuc confugissent. Immo[n]
12 existimat nullam ob aliam causam Syllam in diram illam incidisse calamitatem, quàm quòd Aristonem, qui ad Mineruæ templum confugerat, vi abductum, interfici iussisset. At verò longe religiosior videtur fuisse Ale-
13 xander Macedo: quippe qui, vt apud Plutarchum[o] scriptū extat, Megabyzo mandat de seruo, qui in templum confugerat, vt eum, si posset, euocatū ex templo capiat, in templo manū ei non afferat. Cui videtur conuenire Leonina[p] cōstitutio: qua expresse cauetur,
14 ne quis de ecclesia extrahi debeat, sed possit in ius vocari, vel, vt nostri[q] loquuntur, verbaliter citari, & si non venerit, vel per se, vel per procuratorē, iudiciorum, legumq. solitum ordinem seruari debere[r]. Verebatur fortasse Alexander, ne sibi cōtingeret, quod aliàs contigerat. Nam cùm Athenas bello premeret, ipse pestilentia laborare cœpit, quia sacris ædibus iniuriā intulerat. Sic enim Quintilianus[s] de eo. *Omnia alia impune faciebat, dum res intra cædem hominum stetit: dum inter vastationes agrorum, secunda res tamen; ac ne illa numina quidem, quæ semper excubare videntur pro nostra ciuitate,*
15 *satis ad tuendam vrbem profuerunt. Vt verò ignem sacris postibus, & ferrum vetustissimæ religioni admouere ausus est, intellexit sibi nō esse bellum nobiscum. Libenter audio, quæ ex diuersa parte dicuntur: ægrum exercitum, præcipiti morte consumptas copias. Quis enim non videt omnia ista facta esse, vt rur-*

l idem Pausan. in Corinthiacis.

m in Laconicis.

n in Atticis.

o in Alexan.

p l. 5. C. de his, qui ad eccl. cōfug.

q Bartolus, & alij.

r d. l. 5. §. cum autem.

s Declamat. 123.

sus templum esset? Restituto templo, Atheniensis sacerdos, Alexandro pollicente discessurum se ab armis, si dedicaret, dedicauit: discessit ab obsidione Athenarum Alexander. Deinceps maximam sacris ædibus adhibuit venerationem. De eodem Q. Curtius[t] memoriæ prodidit, quòd, Tyro expugnata, ciuitate maxima, atque fortissima, cùm Tyriorum alij supplices in templa confugissent, alijs sibi salutem alia via quærentibus, Alexander, exceptis, qui in sacras ædes confugerant, alios omnes interfici, igne etiam tectis iniecto, iusserit. Sic Perseus etiam Macedonum Rex, eius exercitu à Paulo Aemylio profligato, ne in potestatem Romanorum veniret, ad templum in Samothracia confugiens, se Asylo tuebatur. Et quamuis victor eum in triumphum ducere maximè optaret, vt tandem fecit, Cn. tamen Octauium Legatum suum à violatione asyli ob honorem Deorum abstinuisse, auctor est Plutarchus[u]. Hinc Asyla veteres passim constituisse, in manifesto est: erantq. hæc loca sacra, ex quibus ius non erat quemquam abduci: quod & Diuus Augustinus[x] testatur in libris de ciuitate Dei. 16 Testatur quoque Liuius[y] templum Apollinis Delij Asylum fuisse: & omnia sacra templa à Græcis Asyla vocata. Primus omnium 17 Asylum constituisse Cadmus dicitur: vt Thebas, quas nuper ædificauerat, frequentiori populo compleret. Hunc imitatus 18 est Romulus, vt auctores sunt Liuius[z], Dionysius[a] Halicarnassæus, Iuuenalis[b], Augustinus[c]. Namque Vrbe primum fundata, illico templum perfugis ad securitatem præbens, Asylum constituit, ex quo abripere quemquam nefas erat: ita vt neque domino seruos, neque ære alieno grauatum creditori, neque homicidas, aut sceleratos homines magistratui abducere licuerit, vt scribit Plutarchus[d], cui assentitur[e] Ouidius, dum ait.

Romulus, vt saxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.

Et[f] Virgil.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida mõstrat sub rupe Lupercal.

Prætetea à Dione[g] templi in honorem Iulij Cæsaris dicati, quod Asylum Romanis erat, mentio fit. Meminit quoque Asyli Vlpianus[h] noster. Nam, cùm apud Labeonem & Cœlium quæreretur, si quis in Asylum confugiat, an fugitiuus sit? respondit eum 19 non esse fugitiuum, qui id facit, quod publicè fieri licere putatur. In Asia vero, & in

t lib. 4.
u in vita Pauli Aemylij.
x cap. 34.
y lib. 36.
z lib. 1.
a lib. 2.
b Satyr. 8.
c eod. c. 34.
d in Romulo.
e lib. 3. Fastorum.
f lib. 8. Aeneid.
g lib. 47.
h l. 17. §. apud Labeonem ff. de ædilit. edict.

Græcia complura fuisse Asyla, nominatim referunt Thucidides[i], & Tacitus[k]. Hic enim. *Crebrescebat*, inquit, *Græcas per vrbes licentia, atque impunitas Asyla statuendi. Complebantur templa pessimis seruitiorum. Eodem subsidio obærati aduersum creditores, suspectiq. capitalium criminum receptabantur. Nec vllum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi, flagitia hominum, vt cæremonias deùm, protegentis. Igitur placitum, vt mitterent ciuitates iura, atque legatos, &c.* Deinde recenset eas ciuitates, quæ Romam ad Cæsarem legatos miserunt, vt ostenderent iura, quæ habebant Asyla statuendi. Extat quoque apud eundem Tacitum[l] C. Cestij grauissimi viri memorabile factum: qui, cùm videret, sceleratissimum quemque imagine Cæsaris abuti, in Senatu plurimùm contendit, vt ea auctoritas imaginum aboleretur: quoniam, tametsi Principes instar Deorum erant, ab ipsis tamen Dijs, nisi iustæ preces audirentur; nec licere quemquam in Capitolium, vel in alia vrbis loca sacra perfugere, vt eo subsidio ad flagitia vteretur: siquidem[m] Cæsares non minorem venerationem suis imaginibus, & statuis haberi voluerunt, quàm sacris ipsis ædibus, ad quas confugientes serui[n] quoque securum haberent perfugium. *Serui* (inquit Seneca)[o] *ad statuas licet confugere*. Tiberio quoque imperante capitale fuisse, 20 seruum circa Augusti simulacrum cædere, scribit Corrasius[p]. Ex quibus planè constat, omnes ferme Asiæ, Græciæq. ciuitates Asyla habuisse, eaq. maximis priuilegijs donata. Tanta quoque securitate gaudebant templa, vt in eis, custodiæ causa, deponerentur & pecuniæ, & testamenta; immo à quibusdam (vt refert Herodianus[q]) omnes fortunæ, siue omnia bona: quod innuit Vlpianus dicens[r]: *Si custodiam testamenti æditus suscepit*. Cùm, scilicet, templa à militibus custodirentur. Vnde Tertullianus[s] damnat, à Christianis militibus ad idolorum templa excubias fieri, cùm viderentur tueri, quibus renunciauerant. Immo non solùm templis, verùm ijs etiam locis, quæ circa templa quaquauersus multorum pedum spatio porrigebantur, eadem sanctitas, quæ templis tribuebatur. Quare idem Tacitus[t]: *Altius, ait, Hierocæsarienses exposuere Persicam apud se Dianam, delubrum Cyro dicatum, & memorabantur Perpernæ Isaurici, multaq. alia Imperatorũ nomina, qui non modo templo, sed duobus millibus passuum eandem sanctitatẽ tribuerunt.*

i lib. 1. belli Peloponnesiaci.
k lib. 3. Ann.
l lib. 3. Ann.
m l. non cõtrahit ff. ad l. Iul. maiest.
n ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. l. 1. § 1. ff. de off. Præf.
o lib. 1. de Clem.
p lib. Miscellan. 5. c. 23. num. 9.
q lib. 1. de templo Pacis.
r l. 3. in princ. ff. de tabul. exhib.
s de corona militis.
t lib. 3. Ann.

Hic

Hic lectorem admonitum velim, venditionibus ferè semper illam adiectam esse legem in hæc verba. *Si quid sacri, vel religiosi, vel publici est, eius nihil vænit:* vt passim nostri docent Iurisconsulti [u]. Item illam [x]. *Vt ad sepulchra, quæ in fundis erant, iter eis, aditus, abitus, funeris faciundi causa esset.* Cicero [y]. *Mors hominis*, ait, *florentissimi Sexti Roscij crudelissima, filij autem eius egestas indignissima, cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius, ne iter quidem ad sepulchrum patrum reliquisset.* 1

u l. 22. & l. 72. §. vlt. ff. de contrah. emp.
x l. 5. ff. de sepulch. violat.
y in orat. pro Rosc. Amer.

SVMMA EX CAPITE XVI.

1 *Variæ fuerunt causæ, & tempora sacrificandi: varia sacrificia, varijq. modi ea celebrandi.*

2 *Flamen Cerealis coronabatur fronde querna: Herculeus populea: Apollineus laurea.*

3 *Sacerdotes puras vestes habere debebant, coloresq. pro deorum qualitate mutabant.*

4 *Sacerdotes polluti ad aras non accedebant, nisi commissi piaculo, sin secus incassum facta sacrificia putabantur.*

5 *Sacerdotes vtriusque sexus per nouem dies à commixtione carnali sacrificaturi, abstinebant.*

6 *Sacerdotes extorum, cæterorumq. membrorum hostiarũ primitias capiebant.*

7 *Opifices, quo die fieri debebat sacrificium, iubebantur per calatores à Pontificibus missos, opus deserere.*

8 *Sunt, quæ, si festis diebus fiant, ferias polluant.*

De sacrificijs; ipsaq. sacerdotum prærogatiua, & auctoritate. Cap. XVI.

SED iam ad reliqua pergamus, deque sacrificijs dicamus, in quibus & ipsorum sacerdotum dignitas, auctoritas, potestasq. excellit maximè. Porrò solebant, vt auctor est Cicero [a], pluribus de causis antiqui dijs sacrificare: nunc, vbi gratias agerent: nunc, vbi aliquid peterent: nunc, vbi iratos placarent: nunc autem honoris tantùm gratia cultus munia exequendo. Item diuersa pro singularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum deorum natura, sacrificia vbique offerri consueuerunt. 1

a lib. 2 de legibus.

Item alia cælestibus, alia terrestribus, alia aquaticis, alia dijs inferis conueniebant: quorum alia publicè, alia fiebant priuatim, quæ etiam perpetua remanere debere M. Tullius [b] in suo de legibus tractatu dixit. Coronabantur autem in ipsis sacrificijs, & victimæ, & altaria, & sacrificantes, vt testantur oraculi Delphici, quæ à Demosthene [c] referuntur, carmina. Verùm, quoniam aliæ arbores alijs dijs fuerunt consecratæ; idcirco dijs varijs sacrificaturi sacerdotes, varijs coronis ornabantur, vt Thimachidas [d], & Aristophanes [e] tradidere: quod ex Latinis indicare etiam voluit Virgilius [f] illis versibus.

b eod. lib. 2
c in orat. cont. Midiã.
d in lib. de Coronis.
e in lib. de Ranis.
f Georg. 1.

——nec ante
2 *Falcem maturis quisquã supponat aristis,*
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.

Hæc in Cerealibus. In sacris verò Herculis populo coronabãtur: vnde idem Virgilius [g].

g lib. 8.

Populeis adsunt euincti tempora ramis.

In sacrificijs Apollinis lauro. Ideo Apollonius [h].

h lib. 2. Argonaut.

Flauaq. sunt viridi redimiti tẽpora lauro.

Pro suorum etiam Deorum dignitate boues mactabant, teste Xenophonte libro octauo de pædia, siue institutione Cyri, his verbis: *Posteaquàm regiæ fores aperirentur, primùm Ioui quaterni pulcherrimi tauri ducebantur, & Dijs cæteris, quibus Magi ducendos suis è ritibus indicarẽt. Nam Persæ multo magis existimant, diuinis in rebus artificum opera vtendum esse, quam in alijs.* Sa-
3 cerdotum quoque vestes puras esse debere, nec vlla prorsus macula inquinatas, innuit etiam Virgilius [i].

i lib. 12.

——puraque in veste sacerdos,
Setigeræ fetum suis, intonsamque bibentem
Attulit, admouitq. pecus flagrantibus aris.

Deinde alijs dijs alterius coloris vestes magis idoneas esse putabant. Nam dijs inferis atras vestes, cælestibus purpureas conuenisse scribit Menander [k], quibusdam verò, vt Cereri, albas, Ouidij testimonio [l], sic loquentis.

k lib de mysterijs.
l lib. 10 Metamorph.

Festa piæ Cereri celebrabant annua matres,
Illa, quibus niuea velatæ corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum.

Idem [m]. *Alba decent Cererem: vestes Cerealibus albas*
Sumite: nunc pulli velleris vsus abest.

m lib. 10. Fastorum.

Vtebantur quoque Sacerdotes Gentilium, maxime Aegyptiorum, lineis vestibus in sa-

 crificijs.

crificijs. Scribit siquidem Herodotus [n] Sacerdotes Aegyptios vestibus lineis circa crura fimbriatis indui solitos: & Plinius, [o] vestes lineas Sacerdotibus Aegyptijs gratissimas esse testatur, eo lini genere, quod xylon appellatur, vnde dicta sunt xylina, quibus nulla sunt in candore, mollitiave præferenda. Huius etiam vestimentorum generis meminit Philostratus[p] in vita Apollonij Tyanæi, qui, dum à Domitiano Principe reprehenderetur, quòd vestitu lineo vteretur, dixit, linum purum Indis, purum etiam Aegyptijs videri; propterea prius Pythagoræ, deinde etiam sibi visum conueniens vti lineo vestimento, quod etiam tam disputantibus congruit, quàm orantibus, seu sacrificantibus. Idem Philostratus: [q] *Prima, atque ea,* inquit, *lineo texto inuoluere, quod purissimum est, rebus diuinis velamentum, quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orphei, & Pythagoræ scitis profanus vestitus est: sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terræ exorta, non modo indutui, & amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque, inde rebus sacris vsurpatur.* Libēti quoque animo subijciam notatu dignissimū, vt intelligāt nostri sacerdotes, qui omnipotenti Deo non hircorum, aut taurorum sanguinem, (vt ad Hebræos ait Apostolus [r]) sed agni immaculati CHRISTI sanguinem offerunt, quo pacto, antequam ad tremendum illud, & admirabile sacrificium accedant, debeant se præparare. In omnibus enim sacrificijs committebat piaculum, quicumque cæde pollutus, vel alio flagitio, ad aras accessisset; neque grata videbantur sacrificia, quæ ab impuris manibus sceleratorum hominum offerebantur. Quapropter saltem per spatium nouem dierum, noctiumq. oportebat sacerdotes, aut mulieres æditu as, aut initiatas, ab omni se abstinere viri, mulierisque complexu, vt hic.

Perq. nouem noctes Venerem, tactusque virorum,
In vetitis memorant. Et Homerus [s].
Non decet illotis manibus libare superno
Vina Ioui: pudor hoc prohibet fecisse, cruore.
Turpatum me cæde virum dijs fundere vota.

Quare, si quis, neglecta purgatione, ad sacrificia accessisset, illius preces à dijs neque auditas, neque respectas arbitrabantur. Huc etiam referri possunt, quæ de sacrarum ædium dedicatione scripsi [t]. Neque vlterius quæram, quæ ligna præparari opus esset, quo modo victimæ mundarentur, quomodo ad aras assisti deberet, & huiusmodi alia: quia non est instituti nostri hæc tam alte repetere, cùm sufficiat paucis ostendere, nescio quid dignitatis sacerdotalis vbique effulsisse. Eadem fere de noui orbis idololatris sacerdotibus, refert Ioseph Acosta [u]. In nouo enim terrarum orbe, qui America dicitur, Mexicani, & Peruenses sacerdotes idolis sacrificabant; nec quidem prius, quàm quinque, & interdum decem diebus ieiunassent, semel in die, & post Solis Occasum comedentes, à vinoque, & alijs potionibus vxorumque concubitu abstinentes, carne varijs modis macerata vsque ad sanguinis effusionem. Quibus ad vnguem peractis, vncti, pretiosisq. induti vestibus, (vnusquisque pro dignitate, & temporis opportunitate) in medium prodeuntes, Dijs, toto spectante populo, offerebant, vel hominum holocausta, vel victimas imolabant. Vt verò sacrificij dignitas ex omni parte hominum priorum seculorum pietati responderet, sacerdotes; de quibus superiùs locuti sumus; præparatis lignis ad sacrificium aptis, victimisque mundatis, & quietis, ad aram assistentibus, aquam infundebant in aurem victimæ, deinde preces incipiebant, ac paucis præmissis, vinum inter cornua victimarum effundebant. Qua de re eleganter Ouidius ita [x].

Admoti quoties templis dum vota sacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum. Et Homerus [y].
Fudit aquas, fuditque molas, ac multa precatus
Pallada, dat flammæ euulsos de vertice villos.

Cuius moris, & consuetudinis, atque etiam aliorum omnium ad sacrificia pertinentium meminit Dionysius Halicarnassæus, [z] dicitq. fuisse apud Romanos eundem, qui apud Græcos erat, ritum. Non prætermittam tamen illud, quod ad rem nostram facit optime, videlicet sacerdotes, posteaquam victimæ erant pelle nudatæ, & membratim dissectæ, ex singulis intestinis, cæterisque membris primitias capere consueuisse. Omnia autem sacrificia, tam publica, quàm priuata, ad ipsos sacerdotes pertinere, ex [a] Liuio [b], & Plutarcho ignorat nemo. Quorum hic etiam scribit, cùm sacrorum pompæ ducerentur, præcones à sacerdotibus iussos per vrbem præcessisse, vacare opifices, & ab opere desistere iubentes. Quare Seruius in illud Virgilij [c].

Quippe

n lib. 2.
o lib. 19. c. 1.
p lib. 8 cap. 3. in epist. Vespasiani ad Apollonium Tyanæum.
q in Apoll. vide Eusebium Cæsar. in lib. aduersus heresim Hieroclis.
r cap. 9.
s li. 5. Iliad.
t supra c. 2.
u lib. Histor. natur. & moral. Ind. 5. cap. 20. & 29.
x lib. 7 Metamorph.
y li. 3. Odiss.
z lib. 7.
a lib. 1.
b in Numa.
c lib. 1. Georgic.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus.

Sunt, ait, *aliqua, quæ, si festis diebus fiant, ferias polluant. Idcirco & Pontifices sacrificaturi præmittere calatores suos solent, vt sicubi viderint opifices adsidentes, opus fieri prohibeant, ne pro negotio, & ipsorum oculos, & Deorum cæremonias attaminent*. Postremo sacerdotes tales esse debent, quales à Plat.[d] desiderantur, vt intelligant, doceantq. quo pacto donaria deis, & sacra sint offerenda.

[d] in Dialogo de Regno.

SVMMA EX CAPITE XVII.

1 *Romulus ad sistendum fugientem exercitum suorum, Ioui Statori templū vouit.*

2 *Appius in maximo belli discrimine templum vouit Bellonæ.*

3 *Pomponius Attellanarum scriptor vouit pro reditu sacrificium bidenti verre.*

4 *Augustus in Philippensi bello votum nuncupauit.*

5 *Consul ædem Fortunæ Primigeniæ principio pugnæ vouit.*

6 *Cornelius Consul. Iunoni Sospitæ pro victoria.*

7 *Marcellus Honori, & Virtuti.*

8 *Dictatores, Consules, Prætores semetipsos, & hostium legiones deuouerunt.*

9 *Decius vterque sese pro patria deuouerunt.*

10 *Respub. vniuersa afflicta bellis Punicis, ædem Marti vouit.*

11 *Flauius Concordiæ, pro reconciliatione ciuium, templum vouit.*

12 *Aedes Apollini vota pro peste auertenda.*

13 *Eadem de causa vota ædes eidem, atque Aesculapio à Consule.*

14 *Vota suscipiebantur, etiam pro ægrotantium salute.*

15 *Equites Romani vouerunt donum Equestri Fortunæ ob salutē Augustæ, vxoris scilicet, Imperatoris viuentis.*

16 *Romani pro Cæsarum salute vota publicè nuncupabant.*

17 *Idem fiebat pro imperio, & ciuibus.*

18 *Christiani accusati fuerunt, quòd pro salute Imperatorum vota non fecissent.*

19 *Dies Imperij Traiani à militibus, & prouincialibus votis conceptis celebratus est.*

20 *Votum suscipiebatur, præeunte Pontifice Maximo.*

21 *Consul vouit ludos, & donaria in Capitolio.*

22 *Vota aliquando mandabantur suscipi publicis sacerdotibus.*

23 *Gentiles vota reddebant accuratissime.*

24 *Reus voti est, qui nuncupat: damnatus, qui compos voti factus, adhuc nō soluit.*

25 *L. Furius Dictator ædem Iunoni Monetæ vouit dimicando.*

26 *Hisce quattuor notis V. S. L. M. significabatur vota esse soluta, quarum interpretatio ex Probo talis est: Votum solui libens, merito.*

De voto, votiq. solutione, ac de sacerdotum in voto auctoritate; & quid sit voti reus, & damnatus esse. Cap. XVII.

SOLEBANT quoque maiores nostri pro rerum incidentiū necessitate, proq. imminentibus, impendentibusq. periculis vota facere. Vnde 1 Liuius [a] Romulum sistendæ suorum fugæ causa Ioui Statori templum ita vouentem inducit. *Tu pater deûm, hominumq. hinc saltem arce hostes: deme terrorem Romanis: fugam fœdam siste. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum sit posteris, tua præsente ope seruatam Vrbem esse, voueo.* 2 Idem Liuius [b] auctor est, Appium in medio pugnæ discrimine, ita, vt inter prima signa manibus ad cælum sublatis aspiceretur, vota suscepisse in hunc modum. *Bellona, si hodie victoriam dicis, ast ego templum tibi voueo.* 3 Sed & Pomponius egregius Attellanarum scriptor in Gallis Transalpinis, testibus A. Gellio [c], & Macrobio [d] scripserat. *Mars tibi voueo facturum, si vmquam rediero, bidenti verre*. Tertullianus [e] verò. *Ecce*, inquit, *annua votorum nuncupatio quid videtur? prima in principijs: secunda in Capitolio. Accipe post loca, & verba: Hunc tibi, Iuppiter, bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum*. Virgilius [f] quoque Ascanium vota facientem inducit sic.

Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis:
Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona,
Et statuam ante Aras aurata fronte iuuencum,
Candentem, pariterq. caput cum matre ferentem.

Ouidius [g] etiam Ioui ab Aenea factum votum refert his versibus.

Hostica Tyrrheno vota est vindemia Regi:
Iuppiter è Latio palmite musta feres.

[a] lib. 1.
[b] lib. 10.
[c] lib. 16. c. 6.
[d] lib. 6. Saturnal. c. 9.
[e] lib de coron milit. versus fin.
[f] lib. 9. Aeneid.
[g] lib. 4. Fastorum.

h lib. 5 eod. Idem Ouidius [h] Augusti votum, quod Phi- 4
lippensi bello nuncupauerat, pluribus ver-
i in vita Augusti. bis narrat, quemadmodum & Suetonius [i].
k lib. 29. Liuius [k] quoque refert, Consulem in princi- 5
pio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vo-
uisse, si eo die hostes fudisset. Eodemq. mo-
do Cornelium Consulem aduersus Insubres 6
missum, initio pugnæ, ædem sospitæ Iunoni,
si eo die hostes fusi, fugatiq. essent, vouisse,
l lib. 34. idem Liuius [l] scribit. Bello quoque Galli- 7
eo ad Clastidium gesto, Marcellum templũ
m lib. 27. Honori, & Virtuti vouisse, ex Liuio [m], Vale-
n lib. 1. c. 1. o in vita Marcelli. P rio [n] Maximo, & Plutarcho [o] alias docui P.
Immo videmus aliquando Dictatores, Con- 8
sules, Prætores sese, hostiumq. legiones de-
q lib. 2 de Natur. Deorum. uouisse: quod ostendit Cicero [q], dicens. *At
vero apud maiores tanta religionis vis fuit,
vt quidam Imperatores etiã seipsos dijs im-
mortalibus, capite velato, verbis certis pro
r epist. 67. Repub. deuouerent.* Narrat enim Seneca [r] De- 9
cium se pro Repub. deuouisse, & in medios
hostes concitato equo, mortem petendo, ir-
ruisse. Et de filio. *Alterum post hunc paternæ
virtutis æmulum, conceptis solemnibus, ac
iam familiaribus verbis, in aciem confertissi-
f lib. 28 c. 2 mam incurrisse.* de quibus Plinius [f] in natu-
rali Historia eleganter. *Durat*, inquit, *im-
menso exemplo Deciorum patris, & filij, qui
se deuouere, carmen*. Bellis vero Punicis Re- 10
publica perquàm afflicta, & ob assiduas ca-
lamitates, crebrasq. clades acceptas valde
attonitis, & stupefactis ciuium mentibus,
ædem Menti, librorum Sibyllinorum monitu
t lib. 22. u lib. 6. Fastor. votam, præter Liuium [t], prodidit Ouidius [u]
his, quæ subijciam, carminibus.

*Mens quoque numen habet: Menti delu-
bra videmus
Vota metu belli, perfide Pœne, tui.
Pœne rebellabas, & leto Consulis omnes
Attoniti, Mauras pertimuere manus.
Spem metus expulerat, cùm Menti vota
Senatus
Suscipit, & melior protinus illa venit.*

Flauium, etiam Concordiæ ædem vouisse, si 11
reconciliasset populo ordines, litteris man-
x lib. 33 c. 1 dauit idem Plinius [x]. Sanè pro valetudine 12
populi, peste grassante, ædem Apollini vo-
a lib. 7. b lib. 40. & 41. tam, à Liuio [a] scriptum extat: qui [b] etiam
refert, ob pestem, quæ iam tertium annum
vrbem Romanam, atque Italiam vastabat,
Consulem Apollini, Aesculapio, saluti vo- 13
ta vouere, & dare signa inaurata iussum,
quæ vouit, deditq. Item pro ægrorum salu- 14
te vota interdum suscipiebantur. Vnde
c cap. 45. Suetonius [c] in Claudio. *Quasi pro ægro vo-
d lib. 3. An. ta adhuc suscepta sunt*. Et Tacitus [d]. *Incesf-
sit deinde religio, quonam in templo locandum*

15 *esset donum, quod pro valetudine Augustæ
equites Romani vouerant Equestri Fortunæ*.
Idem recenset Liuius [e]. Idem etiam Proper- e lib. 39.
tius [f], dicens. f lib. 2. eleg. 7.

*Hæc mihi vota tuam propter suscepta sa-
lutem.*

16 Postea verò inualuit mox, vt ineunte an-
no, pro Cæsarum salute, vota publice nun-
cuparentur [g]. Caius Iurisconsul. vt alios ta- g l. 233. de verbor. sign.
ceam quamplurimos, ad legem xij. tabula-
rum. *Post Calendas*, ait, *Ianuarias, die
tertio pro salute Principis vota suscipiuntur*.
17 Pro æternitate imperij, & pro principum, &
ciuium salute nuncupari item vota consue-
ta, Plinius in Panegyrico tradit. Tertullia-
nus [h]. *Sed ijdem*, inquit, *ipsi, qui per genios* h in lib. ad Scapul.
*eorum pridie vsque iurauerant, qui pro salu-
te eorum hostias, & fecerunt, & vouerunt,
qui Christianos sæpe damnauerant, hostes eo-
rum sunt reperti*. Idem in Apologetico te-
18 statur crimini datum Christianis, læsæq. ma-
iestatis eos accusatos, quòd pro salute Im-
peratorum vota non facerent. Martialis [i] i lib. 8. Epigramm.
ad Domitianum Cæsarem.

*Quantus Io Latias mundi conuentus ad aras
Suscipit, & soluit pro duce vota sua.*

Huiusmodi votorum pluribus in locis Pli-
nius [k], Tacitus [l], & Dio [m] loquuntur: quo- k lib. 10. epist.
rum primus ad Traianum optimum Princi- l lib. 3. Ann. m lib. 48.
pem ita scribit. *Solemnia vota pro incolumi-
tate, qua publica salus continetur, & suscepi-
mus pariter, & soluimus, precati deos, vt ve-
lint ea semper suscipi, semperq. signari*. Ob
19 diem quoque Imperij eiusdem Traiani, præ-
eunte se, à militibus, & prouincialibus vota
concepta fuisse ostendit, dicens: *Precati deos,
vt te generi humano, cuius tutela, & securitas
saluti tuæ commissa est, incolumẽ, florentemq.
20 præstarent.* Nec est dubium, à magistratibus,
& populo, præeunte Pontifice Maximo, su-
scipi, & nuncupari vota consueuisse. Hoc pa-
lam facit pluries Liuius [n], votum, scilicet, nũ- n lib. 30. & 36. & lib. 40.
quam à Consule susceptum, nuncupatumve,
nisi præisset Põtifex Maximus: inquit enim.
*Martio Philippo Pontifice Max. verba præ-
eunte, populum Romanum votum suscepisse
21 fertur*. Et alibi [o]. *In Capitolio, ait, nouit Con-* o lib. 42.
*sul ludos fieri, donariaq. dari, quanta ex pe-
cunia decreuisset Senatus, cùm centũ, & quin-
quaginta non minus adessent: præeunte ver-
ba Lepido Pontifice Maximo id votum susce-
ptum est*. Vnde Valerius Maximus [p] scribit p lib. 7. c. 13.
Metellum, cùm admodum senex Pontifex
creatus esset, tutelam tamen cæremoniarum
per duos, & viginti annos, ore in votis nun-
cupandis minimè hæsitãte, gessisse. Et Cor-
nelius Tacitus [q]. *Pontifices, eorumq. exemplo* q lib. 4. An.
cæteri

cæteri sacerdotes, cum pro incolumitate Principis vota susciperent, Neronem quoque, & Drusum iisdem dijs commendasse. Et hoc est, quod ait Valerius Flaccus [r], sacerdotem, scilicet dedicare pia vota. Publicis etiam sacerdotibus mandata fuisse vota, quæ fierēt, indicat Seneca [s] illis verbis. *Pro libertate vota facienda sunt: captiuæ mandabitis? pro pudicitia vota facienda sunt: prostitutæ mādabitis? pro militibus vota facienda sunt: isti mandabitis?* Cùm Iubilæi tempore, quod singulo quoque quadriennio in Mexicanis Prouincijs indicebatur, multa, eademque pretiosa dona idolis offerrentur, & cum his epulæ quoque lautissimæ, scribit Ioseph [t] Acosta, quasdam mulieres vouere solitas, se ijsdem idolis cibos diligenter paraturas per totum eum diem, qui apud Mexicanos festus erat, ac celebertimus, mensis nempe Maij decimus nonus. Quamobrem summo mane illius diei, quid sibi pro voti solutione faciendum esset, à Præfectis templi quæsitum ibant; quodque imperabatur de epulis, quam diligentissimè curabant; quas deinde cùm hora prandij ad templum deferrent, obuias habebant Dijs consecratas puellas; quæ, postquam acceptos cibos super mensis ante Deorum simulacra paratis concinnè disposuissent, quoque venerant ordine ad cœnobium reuertissent, iuuenes eiusdem templi ministri easdem dapes ad sacerdotū cubicula deferebant, quibus dierum quinque ieiunio afflicti recrearentur. Plura item in hanc sententiam afferri possent, quibus apertè doceremur, Pontificem in nuncupādis votis præiuisse, atque sacerdotes pia dedicasse vota. Sed modo sufficiant ista. Nemo enim dubitat ex ijs, quæ iam antea à nobis relata [u] sunt, quin omnis ad religionem pertinens quæstio, vel cōtrouersia, vel causa ad Collegium Pontificum referretur, in ijsq. omnem potestatem haberent sacerdotes. Verùm, vt maiorum erga Deum religio, itemq. pietas magis omnibus innotescat, & nobis Christianis exemplo sit, illud notatu dignum subijciam libenter: veteres scilicet ex causis dictis, non solùm frequenter vota suscepisse, atque nuncupasse, sed ea etiam summa cura reddidisse. Vnde M. Tullius [x] in libris de legibus. *Caute vota reddūto*. Namque eos, qui vota facerent, reos voti, eorumq. compotes factos, quoad promissa soluissent, damnatos voti appellatos refert Macrobius [y], expendendo illum Virgilij locum: *Constituam ante aras voti reus. Hæc vox*, inquit, *voti reus, propria est sacrorum, vt reus vocetur, qui suscepto voto se numinibus obligat: Damnatus autem, qui promissa non soluit*. Seruius in schedis. *Damnare est damno afficere, idest debito liberare*. Ideo & cùm vota suscipimus, rei voti dicimur, donec consequamur beneficium: & donec condemnemur, idest promissum soluamus. Virgilius [z]. *Damnabis tu quoque votis*. Liuius [a] de L. Furio Dictatore. *Inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Monetæ vouit, cuius damnatus voti, cùm victor Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit*. Et alio [b] in loco. *Vt ædem etiam fieri Senatus iuberet, bis eiusdem voti damnata Repub. in religionem venit*. Alibi [c] etiam, de Repub. loquens. *Damnatam voti Deum benignitate exoluere id velle*. Vota verò hinc solui, & reddi dicebantur. Macrobius [d], ad illum Virgilij [e] versum:

Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis
Persoluo:

horum verborum proprietatem obseruans, adnotat Virgilium, vt nuncupata vota significaret, dixisse, *persoluo*: quod de voto propriè dicitur. Apud Ouidium [f] Flora de ludis sibi ex voto suscepto factis.

Annuimus votis: Consul cum Consule ludos
Posthumio Lenas persoluere mihi.

Valerius [g] Maximus. *Item*, ait, *Matri Deū sæpenumero Imperatores nostri compotes victoriarum suscepta vota, Pessinuntem profecti, soluerunt*. Festus Pompeius. *Minuitur luctus, cùm votum publicè susceptum soluitur*. Virgilius in Citi.

Debita cùm castæ soluuntur vota Mineruæ.

Horatius [h] in Odis. *Et ture, & fidibus iuuat*

Placare, & vituli sanguine debito
Custodes Numidæ Deos.

Vbi Acron excellens eius interpres, *Sanguine*, inquit, *debito, idest, votis pactis. Debetur enim hostia, dum votis susceptis promittitur*. Propertius [i]. *Debitaq. occultis vota tuli manibus?*

Idem [k]. *Tu quoniam es mea lux magno demissa periclo.*

Munera Dianæ debita redde choro.

Innumeras in hanc rem veterum scriptorū auctoritates afferre possem, nisi lectorem molestia leuare consilium esset. Qui verò soluebant, reddebantve vota, ea se soluisse testabantur hisce solemnibus verbis. *Votum solui libens merito*, quæ his notis. V.S.L.M. significabantur, quemadmodum Valerius Probus [l] edidit, & Barnabas [m] Brissonius probat plurimorū lapidum, numismatumq. inscriptionibus.

r lib. 1. Argonaut.
s lib. 1. controuers. c. 2.
t Hist. Ind. lib. 5. c. 28.
u c. 4. & 9.
x lib. 2.
y lib. 3. Saturnal. c. 2.
z Eglog. 5.
a lib. 6.
b lib. 10.
c lib. 39.
d lib. 3. Saturnal. c. 5.
e lib. 5. Aeneid.
f lib. 5. Fastorum.
g lib. 1. c. 1.
h lib. 1. Od. 36.
i lib. 1. eleg. 16.
k lib. 2. eleg. 28.
l de no. Ro. ad litterā V.
m lib. 1. de formulis.

SVMMA EX CAPITE XVIII.

1 *Vota soluebantur dedicante sacerdote.*
2 *Supplicationes fiebant iussu sacerdotum.*
3 *Supplicatio decreta fuit pestilentiæ causa.*
4 *Supplicationes decernebantur pro felici successu aggressorum à Republica.*
5 *Supplicatio pro exercitus Romani felicitate facta est, eo in Africam ab Scipione traiecto.*
6 *Supplicatio in vnum diem decreta pro exercitu, quod in Asia castra posuisset.*
7 *Supplicationes decernebantur, etiam ob rem prospere gestam.*
8 *Annibale in Africam reuocato, dijs gratiæ actæ, supplicatione quinque dierum cū centum viginti maioribus victimis.*
9 *Supplicationes decretæ sunt ob rem prospere administratam.*
10 *Quibus verbis supplicatio decerneretur.*
11 *Supplicabatur dijs capite coronato, vnde supplices coronarij.*
12 *Mancipia in bello capta sub corona vendebantur.*
13 *Laurus, seu corona addita Imperatoribus victoribus.*
14 *Romani gratias dijs agebant beneficiorum quàm accurate.*
15 *Scipionis Africani religio.*
16 *Sylla ante pugnam Apollinis signum amplecti solitus.*
17 *Alex. Macedo omnibus otiosis negotijs rem sacram præferebat.*
18 *Alex. Seuerus templorum frequentator.*
19 *Indi occidentales, vrgente necessitate, vel ex publica causa, supplicationes indicebant.*

De supplicationibus; quæ apud gentes, mandantibus sacerdotibus, pluribus de causis fiebant: Cap. XVIII.

QVEMADMODVM pro rerum incidentium necessitate à Gentibus vota, præeunte Pontifice Maximo, suscipiebantur, soluebanturq. ipso dedicante sacerdote; sic pro opportunitate temporis fiebant supplicationes, mandantibus sacerdotibus, vt testatur aurea illa Platonis [a] sententia. *Vt sacerdotes intelligant, doceantq. quo pacto donaria dijs, & sacra sint offerenda: item qua ratione vouendum sit, quidue boni sit à dijs petendum: non enim omnia à dijs temere sunt petenda.* Scribit 2

a in Dialog. de Regno.

3 siquidem Liuius [b], quòd cùm late quondam vis pestilentiæ grassaretur, inopem auxilij humani senatum ad deos populum, ac vota vertisse, iussisseq. cum coniugibus, & liberis supplicatum ire: pacemq. à dijs exposcere. Porro Romanos auctoritate publica euocatos, omnia delubra impleuisse, stratasq. passim matres, crinibus templa verrendo, veniam iræ cælestis, finemq. pesti expoposcisse. 4 Pro felici etiam successu, & exitu eorum, quæ Resp. aggrederetur, supplicationes decretas, idem Liuius [c] tradit his ver-
5 bis. *P. Scipioni, non temporis, sed rei gerendæ fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium est, decretumq. vt supplicatio fieret, quòd is in Africam prouinciam traiecisset, vt ea res salutaris populo Romano, ipsiq. Duci, atque exercitui esset.* Legimus quoque apud eumdem [d], supplicationem in
6 vnum diem decretam, quòd exercitus Rom. tum primum in Asia castra posuisset, vt ea res prospera, & læta eueniret: simulq. vicenis maioribus hostijs sacrificare Consul ius-
7 sus est. Rebus etiam prospere, ac feliciter gestis, gratias actas dijs, supplicationesq. ad omnia puluinaria haberi plerumque senatum decreuisse, testis est idem Liuius [e]: vbi post legatos Saguntinorum auditos, à senatu decretum fuisse refert, vt gratiæ dijs
8 victoriarum causa agerentur. Sic cùm multis Scipionis in Africa victorijs Carthaginenses in desperationem acti, Annibalem ex Italia in auxilium publicæ salutis reuocassent, isq. anno sextodecimo Italia excessisset, eo timore Italia liberata, senatus agēdas dijs gratias censuit, eodem auctore sic loquente. *Conclamatum deinde ex omni parte curiæ est, vti referret P. Aelius Prætor: decretumq. [f] vt quinque dies citra omnia puluinaria supplicaretur, victimæq. maiores immolarentur cxx.* Item [g] victoriæ naualis ergo in vnum diem supplicationem decretam idem Liuius narrat. Catilinæ quoque coniuratione patefacta, supplicationem ad omnia puluinaria decretam, auctor est Cicero [h].
9 Ob rem publicam bene, seu prospere gestam supplicationes etiam fiebant. Cicero [i]. *Quamobrem, aut supplicatio ob rem pub. pulcherrime gestam, postulantibus vestris imperatoribus, deneganda est, &c.* Ibidemq. sup-
10 plicationem his verbis decernit. *Vt ob eas res bene, fortiter, feliciterq. gestas, C. Pansa, A. Hirtius Coss. Imperatores, alter, ambo, aut si abeant, M. Cornutus prætor Vrbanus supplicationes per dies quinquaginta ad omnia puluinaria constituat.* Liuius [k]. *Non homines tantū victoria lætos, sed dijs quoque*

immor-

b lib. 1.
c lib. 30.
d lib. 37.
e lib. 30.
f Liuius lib. 33.
g lib. 37.
h In orat. in Catilin. 3.
i Philipp. 14.
k lib. 31.

immortalibus per triduum supplicationes ha-
bitas, quòd bene, ac feliciter, non quòd male,
ac temere res publica à L.Furio Prætore ge-
sta esset. Idem pluribus in locis ipsemet Li-
l lib. 33. lib. 41. lib. 42. lib. 45.
uius[l], & A. Gellius[m] referunt. Retulit &
m lib. 7 c. 4.
hæc ex Catonis libro de re militari Festus
n in verb. sub corona.
Pompeius[n]. *Vt populus sua opera potius ob* 11
rem publicam bene gestam coronatus suppli-
o lib. de corona Militis.
catum eat, (erant enim, Tertulliano[o] te- 12
ste, supplices coronarij apud veteres,) *quàm*
re male gesta coronatus vaneat. Et hoc ni- 13
mirum est, quod dicere voluit Cornelius Ta-
p lib. 13.
citus[p], dum ait. *Ob res à Quadrato & Cor-*
bulone prospere gestas laurum fascibus impe-
q in Alexandro.
ratorijs addi. & Lampridius[q]. *His vero, qui*
rem publicam bene gesserant, consularia or-
r In Orat. in Pisonem.
namenta sunt decreta. Cicero[r]. *Vt senatus*
is, qui in eam benignitatis consuetudinem ve-
nit, vt eos, qui bene rem publicam gesserint,
nouis honoribus afficiat, & numero dierum,
& genere verborum, &c. Fuerunt itaque 14
Romani perquam diligentes in agendis dijs
immortalibus gratijs pro beneficijs acce-
s lib. 1. c. 2.
ptis. Vnde Valerius Maximus[s]. *Omnia*, in-
quit, *post religionem ponenda semper nostra*
ciuitas duxit, etiam in quibus summæ mate-
t lib. 1. c. 3.
statis decus voluit. Narrat[t] idem Scipionem 15
Africanum non ante ad negoria publica, aut
priuata iuisse, quàm in cella Iouis Capitoli-
ni moratus fuisset. Sic L.Sylla, quoties præ- 16
lium committere destinabat, paruum Apol-
linis signum, Delphis sublatum, in conspectu
militum complexus, orabat, vti promissa ma-
u In Alexã.
turaret. Plutarchus[u] quoque refert Alexan- 17
drum Macedonem per otium nihil prius
egisse, quàm vt dijs rem sacram faceret. De 18
Alexãdro Seuero hæc etiam recenset Lam-
x In Alexã.
pridius[x], dum Patribus loqueretur. *Hæc*
sunt, P.C. gesta: eloquentia opus non est: mili-
tes diuites redeunt, laborem in victoria nemo
sentis. vestrum est supplicationem decernere,
ne dijs videamur ingrati. Ipse vero, vt idem
Lampridius ait, cùm in Vrbe esset, templa
frequentabat. Indi omnes, præsertim Mexi- 19
cani, ac Peruenses, inter Noui orbis occiden-
tales à nostris prius cogniti, haud raró ad
y Ioseph. Acosta Hist. Ind. lib. 5. cap. 29. & lib. 6. cap. 2.
supplicationes cõfugiebant,[y] vel pro gratijs
agendis, quòd voti compotes facti essent;
vel pro aliqua necessitate, æstiuo maxime
rempore, ad impetrandam, vel arcendam
pluuiam; vel pro victoria, quam de hostibus
vel reportassent, vel reportare cuperent.
Quas quidem supplicationes indicebant sa-
cerdotes terreæ cuiusdam fistulæ sonitu, quo
populi ad supplicandum Dijs attenti redde-
bantur. Plura irẽ in hunc sensum; si otiũ sup-
peteret; adderemus. Sed de his hactenus.

SVMMA EX CAPITE XIX.

1 *Romani festos dies habuerunt.*
2 *Festi dies erant, quando sacrificia, vel ludi fiebant, & feriæ obseruabantur cum solemnitate, atque epulo.*
3 *Feriæ quadrifariam partitæ sunt, nempe inter statiuas, conceptiuas, imperatiuas, Nundinas: quæ, quales sint ex auctore ipso cognosces.*
4 *In ferijs mos erat, abstinere ab omni controuersia, & iurgio, & contentione ciuili: ideo ius non reddebatur.*
5 *In lectisternio octo dierum primum instituto, etiam cum hostibus benigni sermones habiti sunt, & à litibus temperatum est.*
6 *Dies festi sunt necessarium laborum temperamentum.*
7 *Flamines habebant præclamitatores, qui diebus feriatis operarios opere abstinere clamabant. Eosdem præcias vocat Sext. Pompeius: calatores Seruius.*
8 *Sacra polluebantur, si diebus feriatis Flamen opus facientes vidisset.*
9 *Feriæ, operæ Deorum vocari possunt.*
10 *Censuit Numa operas cessare debere festis diebus, vt deorum cultus intentius celebraretur, quòd ægre succederet operantibus opificibus, quoniam strepitu, & sonitu omnia miscerentur.*
11 *Vox hæc: Hoc age, agentes, & præsentes attentos facit.*
12 *In diebus sacrorum iudicibus ius dicere fas non erat.*
13 *Reges Peruenses ordinarios, & extraordinarios dies festos celebrabant summa cum solemnitate, ac cæremonijs.*
14 *Peruensibus dies festos hominum sacrificio, quos etiam comedebant, solemnes facere mos fuit.*
15 *Profani homines ante dies festos ieiunabant, à qualibet potione, necnon ab vxorum amplexibus abstinebant.*
16 *Peruenses Iubilæũ solemniter celebrabãt.*
17 *Peruenses Idolorum vestes, tamquam res diuinas, conseruabant, atque adorabant.*
18 *Peruenses ignem ad Idolorum altaria perpetuò ardẽtem, diuinum vocabant.*
19 *Peruenses ad pedes Idolorum pretiosa munera offerebant.*
20 *Sacerdotes Peruenses oblata idolis ad suas cellas portabant.*
21 *Reipublicæ causa etiam feriatis diebus ius dici leges permiserunt.*

22 *Pro-*

22 *Proconsul debet audire leuia crimina de plano.*

23 *Audire causas de plano, est, non pro tribunali, aut è superiori loco audire, quãuis Accursius intellexerit de plano, idest sine libello, & inscriptione: sed est, audire citra, aut præter solemnitatem loci.*

De festis diebus, qui celebrabantur apud Gentes, & de sacerdotum in eos auctoritate: & quid sit apud Iurisconsultos, de plano lites, criminave audire, & discutere. Cap. XIX.

FESTOS quoque dies habuisse Romanos, nulli dubiũ 1
esse potest, teste in vita Romuli Plutarcho[a], dum ait. *Festos dies, & sacrificia inter se communicabant.* Hoc est, Romani, & Sabini. Festi vero dies apud Romanos, aliasq. 2
Gentes dicebantur, in quibus, vel sacrificia dijs offerri consueuerant, vel ludi in honorem deorum fiebant, & feriæ obseruabantur, vel publicæ lætitiæ, bonive euentus causa solemnitates quædam, more maiorum receptæ, diurnis ex prouentu fœtus pecorum, frugumq. epulationibus celebrabantur. Fe- 3
riarum, aliæ erant publicæ, aliæ familijs quibusdam propriæ, & hæ priuatæ appellabantur. Illarum quatuor fuisse genera edocet Macrobius[b]. Statiuæ vniuerso populo erant communes, quæ certis, & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipue seruabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ, quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus concipiebantur in certos, siue in incertos dies, vt sunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Imperatiuæ, quas Consules, vel Prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem pro salute Reipublicæ, aut Principis, aut ob rem feliciter gestam. Nundinæ paganorum erant, & rusticorum, quibus ad negotia, & merces conueniebant. In ferijs igitur imperandis, vt litibus, & iur- 4
gijs abstinerent, per præconem edici solitum scribit Cicero[c]. Proinde ait Ouidius[d] de ferijs Calend. Ianuariarum agens.

Lite vacent aures, insanaq. protinus absint
Iurgia: differ opus liuida turba tuum.

Martialis[e]. *Natalem colimus: tacete lites.* Vnde tradit[f] Liuius, in primis lectisternijs, 5
quæ in Vrbe Romana octo diebus agebantur, cum inimicis quoque benigne, & comiter sermones habitos, iurgijsque & litibus temperatum fuisse. Sic apud eundem[g] Scipio. *Hoc*, inquit, *die Tribuni plebis, vosque Quirites, cum Hannibale, & Carthaginensibus signis collatis in Africa bene, ac feliciter pugnaui. Itaque hodie, cùm litibus, & iurgijs supersedere æquum sit: ego huic exemplo in Capitolium ad Iouem Opt. Max. Iunonemq. ac Mineruam, cæterosq. deos, qui Capitolio, atque arci præsident, salutandos ibo.* Quocirca ait Cicero[h] de legibus. *Ferijs iurgia amouento.* Quam legem explicando, subdit. *Cùm est feriarum, festorumq. dierum ratio, in liberis requiem habento litium, & iurgiorum.* Symmachus[i]. *Vt feriarum requie laboris fastidium tergeant.* Seneca[k] de tran-
6 quillitate vitæ. *Legum conditores*, ait, *festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publice cogerentur, tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum.* At
7 vero ferijs publicis ante Flamines quosdam incessisse, qui opere abstinere homines monerent, Sextus Pomdeius[l] tradit. *Præclamitatores*, ait, *vel, vt alij malunt legere, Præciamitatores, dicuntur, qui Flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes, exclamant ferijs publicis, vt homines se abstineant opere: quia his opus facientem videre, irreligiosum est.* Idem Pompeius[m]. *Præcias dicebant, qui à Flaminibus præmittebantur, vt denunciarent opificibus manum abstinerent ab opere; ne si vidisset sacerdos facientem*
8 *opus, sacra polluerentur.* Huc etiam referri possunt, quæ idem de sacrificijs loquens, ex Seruio deduxit in illud Virgilij[n].

Quippe etiam festis quædam exercere diebus, &c.

Aliqua sunt, inquit, *quæ si festis diebus fiant, ferias polluant: quam ob rem & Pontifices sacrificaturi præmittere calatores suos solent, vt sicubi viderint opifices adsidentes, opus fieri prohibeant, ne pro negocio suo, & ipsorum oculos, & deorum cæremonias attaminent.*
9 *Feriæ enim operæ deorum creditæ sunt.* Quod fatetur Macrobius[o] his verbis. *Affirmabant autem sacerdotes pollui ferias, si indictis, cœptisq. opus aliquod fieret.* Præterea Regem sacrorum, Flaminesq. non licebat videre ferijs opus fieri: & ideo per præconem denunciabant, ne quid tale ageretur, & præcepti
10 negligens mulctabatur. Numa etiam (vt apud Plutarchum scriptum extat) censuit debere ciues nihil rerum sacrarum, vel videre, vel audire obiter, & neglectim: sed vacantes ab omnibus alijs rebus, cultui Deùm, tanquam maximo negocio, animum intendere,

a in Romulo.
b lib. 1. Saturnal. c. 16.
c lib. 1. de diuina.
d lib. 1. Fastorum.
e lib. 10. epigram.
f lib. 5.
g lib. 38.
h lib. 2.
i lib. 3. epist. 23.
k lib. 1. cap. vlt.
l lib. 14.
m eod. lib.
n lib. 1. Georg.
o eod. lib. 1. Saturnal.

Digitized by Google

dere, & tempore sacrificiorũ vias sonituum,
strepituum, gemituum, aliorumq. id genus,
quæ duros,& illiberales labores sequuntur,
vacuas exhibere. *Cuius rei*, inquit Plutar-
chus, *vestigium quoddam Romani seruantes,*
Principe circa auguria, aut sacrificia occupa-
to, clamant: Hoc age; quæ vox eos, qui inter- 11
sunt, ad rem, quæ agitur, attentos reddit. Fe-
riarum igitur tempore sacerdotes per Vr-
bem præcedere præcones iubebant, qui ab
opere desistere agentes præcipiebant. Nec 12
ipsi iudices ius dicebant: Nam & B. Ambro-
p cap. 6. sius p in Epistolam ad Corinthios primam
dicit. *Aut iudicem publicum, cui dici solet. Ho-*
die dies sacrorum est: ius dici non potest, &c.
q lib. 7. Arnobius q aduersus gentes, velut ex com-
muni Gentilium sermone, hoc recitat. *La-*
uatio Deûm Matris est hodie: Iouis epulum
cras est: Aesculapij geritur, celebraturq. vin-
demia: Lectisternium Cereris erit Idibus pro-
ximis: Telluris natalis est. Nusquam vidi-
mus, aut legimus, festos dies maiore cum so-
lemnitate, sumptuve, ac cæremonijs agitari
r Ioseph. Acosta Hist. Ind. lib. 5. cap. 27. 28. 29. & 30. consueuisse, quàm apud Indos r. Siquidem
Peruensium Reges, Ingas vocatos, & ordi- 13
narios, & extraordinarios dies festos ha-
buisse compertum habemus: nonnullos im-
peratiuos, quòd eorum solemnitatem Reges
imperarent, vel, cùm regiam acciperent co-
ronam, vel, cùm bellum suscipere in animo
s Idem eod. lib. cap. 7. & 28. haberent s, vel alia de causa: nonnullos, qui
statiui dici possunt, quoniam certis, statisq.
temporibus celebrabantur, mactaris non
minus, quam centum arietibus; seu veruеci-
t Idem l. 4. cap. 41. & lib. 5. c. 28. bus diuersorum t colorum, pro temporum,
atque idolorum varietate. Extraordinarij
maiore cum pompa, ac sumptuosius agita-
bantur, oblatis pro holocaustis, ac victimis,
non modò animalibus quadrupedibus, atq.
auibus, sed (mirum & horrendum spectacu-
lum) etiam hominibus, quos impij barbari
summa cum lætitia deinde deuorabant. Vt
verò illi dies solemniores essent, non solùm 14
sacerdotes, omnesque templorum proceres,
titulo dignitatum insigniri, & ministri, quin-
que, ac sæpe decem diebus ieiunabant, sed 15
populi quoque, saltem biduum, semel in die
comedentes, nihil sale cõditum, nec vinum,
nec chicam (potionis genus est) degustan-
tes, ab vxorum etiam concubitu abstinebãt.
Ipso festo die, in publicum omnibus pro-
deuntibus, sacerdotes vestibus idoli vesti-
mento simillimis induti, eius ferculum suc-
collantes, exponebant, fistula modulantes,
opertoq. capite incedentes, diem integrum
ac noctem insomnem ducebant, duobus se-
quentibus inter choreas, atque epulas cele-
16 bratis. Mexicani dies festos non minore iti-
dem pompa transigebant, Iubilæi præsertim
tempore. Etenim sacerdotes, detracto vetere
indumento, quod postea, vt res sacra, conser-
17 uabatur; nouo à Principibus viris allato, ido-
lum vestiebant, maximaque cum reuerentia
adorabant, varijsque insignibus ornabant.
Cùm autem à Rege u Regni possessio ca- u Idem lib. 6. cap. 24.
pienda esset, vnus ex dignioribus sacerdoti-
bus, ijs vestibus indutus, quæ, (vt diximus)
ab idoli indumento nihil differrent, post
multas cęremonias, super igne, qui ante ido-
li aram semper ardebat, diuinusq. appella-
18 batur, de more gentis sacrificia faciebat. Ad
simulacrum omnes concurrebant, eiq. ado-
rato offerebat vnusquisque aurum, argen-
tum, gemmas, margaritas, lapides pretiosos,
ligna odorifera, telas ex bysso contextas,
Maiz (est id frumenti genus), plura fructuũ
genera, epulas item varijs modis conditas,
aliaque eiusmodi donaria non pauca; om-
19 niaque sacerdotibus venerabundi tradebãt,
quibus simulacrum ornabatur, vel ad eius
pedes ponebantur, ducebanturque choreæ,
vt in Hispania fieri solet festo die, & per to-
tam octauam, hoc est, septem diebus proxi-
mis solemnitati sanctissimi Corporis Christi,
tum procedente supplicatione, tum in ipsis
Ecclesijs ante ipsam Eucharistiam. His per-
20 actis, sacerdotes oblata auferentes, ad sua
cubicula portabant. Plura obseruauit, lin-
guaque Hispanica scripta reliquit Iosephus
Acosta x in sua eleganti Indiarum naturali, x Idem lib. 5. cap. 27. 27 28. 29. & 30.
ac morali historia, quam Robertus Regna-
tus in Gallicum sermonem, vt opinor, syn-
cere transtulit. Reipub. vero causa factum
21 est, vt ob quasdam causas Prætor etiam fe-
riatis diebus adiri posset. Causas recenset
Vlpianus y. Feriatis quoque diebus, nec pro y l. 2. & 3. ff. de ferijs.
tribunali tantum, & à superiori loco, sed &
de plano audiri custodias posse, eleganter
Iurisconsulti z responsitarunt. Immo Vlpia- z l. 9. ff eod. de ferijs. l. 19. §. vlt. ff. de quæstio. & l. 12 ff. de publ. iudic.
nus a scribit, leuia crimina audire, & discepta-
22 re de plano Proconsulem oportere, & vel li-
berare eos, quibus obijciuntur, vel fustibus
castigare, vel flagellis seruos cædere. Festum a l. 6 ff de accusat.
plane Portium Iudææ Præsidem pro tribu-
nali Paulum Apost. audiuisse legitur in Acti-
21 bus Apost. b. Ex quibus constat erroneã esse b. cap. 25.
Accursij, & aliorum interpretationem c, exi- c ad d. l. 18. & d. l. 12.
stimantium, verba illa, *de plano*, accipi de-
bere, pro libello, & inscriptione, hoc est, vt
audiri possent sine libello, & sine inscriptio-
ne: cũ intelligi debeant, *de plano*, hoc est, nõ d l. 9. §. de plano. ff. de offic procõs. e l. 11. §. sexagesima ff. ad l. Iul. de adulter.
pro tribunali, non ex superiori loco, non so-
lemniter, vt ex Vlp. d respõso, & Papiniani e
libro singulari de adulterijs manifestum est.

SVM-

SVMMA EX CAPITE XX.

1 *Varijs iurandi formulis Romani vtebantur.*
2 *Iurare per caput, tralatitium, & familiare veteribus fuit.*
3 *Solemne iusiurandum Romanis fuit, iurare per Iouem lapidem.*
4 *Per Iouem lapidem iurare, est Iouem fulgura lapidea torquentem inuocare.*
5 *Iuratum est frequentissime per Deum, per deos.*
6 *Iusiurandum aris tactis præstari solitum, & sæpe conceptis verbis.*
7 *Apud Græcos quoque iuramenta in templis suscipiebantur.*
8 *Syracusanorum iuramentũ terrificum.*
9 *Plurimum valet præsentia religionis, licet omnia Deo plena sint.*
10 *Iuramenta essent præstanda à magistratibus ante aras, vt homines deterrerentur præsentia religionis.*
11 *Amnis quidam in Bithynia existit, cuius aqua periuris tantum est letalis.*
12 *Alia aqua iuxta Tyana reperitur, quæ non solum periurorum membra corripit, sed eos sistit, adeo vt non possint inde discedere: vnde periurium patesit.*
13 *Lacus Palicorum, vbi falsi iuratores vitam amittunt.*
14 *Crateres Palicorum vocantur implacabiles, quia periuros vitæ amissione plectebant.*
15 *Fons Palicorum extabat, in quo tabellæ supernatabant, si iuramentum verum erat, sin secus, euanescebant.*
16 *Ethnici censuerunt grauiora fuisse periuria, quæ accidissent tactis sacris, quàm cætera.*
17 *Octo eiues Romani ad Annibalem hostem reuertuntur, quia iurauerant, duo: qui Romæ remanserant, damnis, & ignominia notati sunt, tamdemq. se ipsos interfecerunt.*
18 *Periurij pœna à Pontificibus sumenda est.*
19 *Inhabilitas opponi non potest ei, qui licet esset inhabilis, iurauit tamen consentiente parte aduersa.*
20 *Iusiurandum maioris ponderis est, quàm res iudicata.*
21 *Dato iuramento, non quæritur, an debuisset dari, sed an iuratum sit.*

De Iureiurando, quod, vt plurimum, tactis aris præstabatur; & quanta esset apud Gentes in eo obseruando religio: & quòd apud Romanos de periuris pœnas sumebant Pontifices. Cap. XX.

RESTAT, vt de iuramentis, quæ ad religionem maxime pertinent, in quorumq. obseruatione Põtificalis maiestas valde emicat, dicamus. Qui enim dicta, facta, promissa ve sua, diuino numine adhibito, firmabant, pluribus, varijsq. modis deierabant: vt, cùm iurabant per caput suum, vel per caput alterius, vt Vlpianus [a] his verbis scribit. *Cæterum si ego detuli, vt per Deum iurares, tu per caput tuum iurasti, vel filiorum tuorum, &c.* Et Ouidius [b] libro de Tristibus quinto.

Per caput ipse tuum solitus iurare, tuumq.
Quod scio non illi vilius esse suo.

Et de Ponto [c].

Per Cæsareum caput iurat. Iuuenalis [d].
— Nondum Græcis iurare paratis.

Per caput alterius.

Nonnumquam per oculos suos iurabant. Plautus [e] Menæch.

Si voltis oculos iurare, &c.

Ouidius [f]. *At mihi te comitem iurabas vsque futuram.*
Per me, perque oculos sidera nostra, tuos.

Aliquando etiam ita iurabant. *Ita viuam.* Cicero [g]. *Nam, ita viuam, putaui.* Et ad Atticum [h]. *Quæris quid agam: ita viuam, vt maximos sumptus facio.* Hanc iurandi formulam referunt etiam Valerius [i] Max. & Seneca [k]. Passim etiam iurabant. *Ita me Deus amet, ita me dij ament:* quæ sæpe in oculos, qui Plauti, & Terentij comœdias legunt, incurrunt. Interdum vero sic. *Dij me perdant.* vt frequenter videre est apud eosdem Plautum, & Terentium, & apud Suetonium [l] in Tiberio. Cicero [m] in libro de Diuinatione hac vtitur iurisiurandi formula. *Ita deos mihi velim propitios.* Idem [n] in Catilinam. *Nam, ita mihi salua Republica vobiscum perfrui liceat, vt ego, &c.* Idem [o] ad Atticum iurat, ita sibi parentis honores consequi liceat. Cæsar Augustus apud Suetonium [p] in Tiberio. *Vale iucundissime, & ita sim felix, vir fortissime.* Vt plurimum tamen per Deum iurabant, vt maiorem vim id ius-

a l. 3. §. vlt. ff de iureiurando.
b eleg 8.
c li. 3. eleg. 3.
d Satyr. 6.
e Sce. vlt.
f 5. Amor. eleg. 16.
g lib. 9. Ep. famil. 14.
h li. 5. epist. 15.
i lib. 9. c 14
k lib. 12. c. vlt.
l cap 21. & 68.
m lib. 1.
n Act 4.
o lib. 13. epist. 45.
p cap. 21.

id iusiurandum videretur habere. Solemne, 1
atque sanctissimum Romani iusiurandum
Per Iouem lapidem concipiebant, teste A.
Gellio [q]. *Iouem*, inquit, *lapidem quod san-*
ctissimum iusiurandum est habitum, sum pa-
ratus iurare, Virgilium hoc numquam scri-
psisse. Apuleius [r]. *Quid igitur? Iurabo per*
Iouem lapidem Romano vetustissimo ritu?
Cicero [s]. *Quomodo autem tibi placebit Iouem*
lapidem iurare, cùm scias Iouem iratum ne-
mini esse? Si quis forte interrogabit, quare 4
per Iouem lapidem iusiurandum concipie-
bant, respondebo me in ea esse sententia, vt
existimem inuocasse Iouem lapidẽ, eo quòd
veteres finxerunt Iouem fulgura, quæ ad in-
star lapidis sunt, manibus tenere. Nam Li-
uius [t] de Annibale. *Eaq. vt rata scirent fo-*
re, agnum læua manu, dextra silicem reti-
nens, si falleret, Iouem, cæterosque precatus
deos, ita mactarent, quemadmodum ipse ma-
ctasset agnum: secundum precationem caput
pecudis saxo illisit. Itaque, si quod iurabant,
& scientes fefellissent, deos sibi iratos de-
precabantur. Cicero [u]. *Deliciæ vero tuæ, no-*
ster Aesopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per
omnes homines liceret. Is cum iurare cœpis-
set, vox eum defecit in illo loco. Si sciens fallo.
Plinius in Panegyrico. *Quin etiam sedes*
præiuit iusiurandum, & ille iurauit, expressit,
explanauitq. verba, quibus caput suum, do-
mum suam, si sciens fefellisset, deorum iræ
consecraret. Plautus [x] Amphitryon.

Id ego, si fallo, tum te summe Iuppiter
Quæso, Amphitruoni tu semper iratus sies.
Al. Ah propitius sit potius. Iu. Confido fore,
Nam iusiurandum verum te aduorsum dedi.

Tacitus [a]. *Iusiurandum perinde æstiman-*
dum, quàm, si Iouem fefellisset. Propertius [b]
id quoque elegantissimis illis versibus ex-
plicauit.

Ossa tibi iuro per matris, & ossa parentis,
(Si fallo cinis, heu, sit mihi vterq. grauis,)
Me tibi ad extremas mansurũ vitæ tenebras.

Videbis quoque passim tum apud histori- 5
cos, tum apud poetas iuratum fuisse *per*
Deum, per deos. Terentius [c] in Andria.

Per omnes tibi adiuro deos, numquam eam
me deserturũ. Ouidius [d].
Per mare, per terras, per tertia numina iuro,
Per te præsentem, conspicuumq. Deum.

Sed illud est obseruatione dignissimum, cu-
ius occasione hæc omnia à me recitata sunt,
quòd non vbiq. iusiurandum, vel à parte, vel 6
à iudice delatum præstari permittebatur, sed
in templis duntaxar, tactis aris, altaribusq.
& sæpe conceptis verbis. Vtrumque indicat
egregie Plautus [e] in Rudente hisce verbis.

La. *Quod tibi lubet, id mihi impera.* Gr. *tan-*
ge aram hanc Veneris. La. *tango.*
Gr. *Per Venerem hanc iurandum est tibi.*
La. *quid iurem?* Gr. *quod iubebo.*
La. *Præi verbis, quid vis, id, quod domi est,*
numquam illi supplicabo.
Gr. *Tene aram hanc.* La. *Teneo.* Gr. *deiura*
te mihi argentum daturum
Eodem illo die, viduli vbi sis potitus,
La. *fiat.*

Et quæ sequuntur. Ex quibus nulli dubium
esse potest, quin ille Plautinus locus haud
obscure demonstret iusiurandum aris tactis
præstari solitum. Quod & Cicero pro Flac-
co indicat, cum ait.

Is, si aram tenens, iuraret, crederet nemo.
Iuuenalis [f].
Falsus erit testis, vendet pecunia summa
Exigua, Cereris tangens aramq. pedemq.

Eoq. pertinet, quod alibi idem Iuuenalis [g]
scriptum reliquit.

Atque adeo intrepidi quæcunque altaria tan-
gunt, &c.

innuens eos, vt Vlpianus [h] ad edictum ex-
posuit, faciles esse ad iurandum contemptu
7 religionis. Et Plato [i] in libris de legibus.
Idem in Græcia obseruatum esse narrat Iu-
stinus [k]. *Quo perducto*, inquit, *in sanctissi-*
mum Iouis templum veterrimæ Macedonum
religionis, Ptolemæus, sumptis in manus alta-
ribus, contingens ipsa simulacra, & pului-
naria deorum inauditis, vltimisque execra-
tionibus adiurat, se sincera fide matrimo-
8 *nium sororis petere.* Apud Syracusanos ma-
gnum quoque iusiurandum extabat, vt Plu-
tarchus [l] meminit, hoc modo, vt qui fidem
illo suam sanciret, is in templum Cereris,
ac Proserpinæ descenderet, sacrisque pera-
ctis quibusdam, purpura Deæ se indueret,
facemque tenens ardentem, iuraret. Nec
prætermittam hic illud prudentissimo, etsi
ethnico viro, Symmacho [m] dignum dictum
9 ad Theodosium Imperatorem. *Omnia qui-*
dem Deo plena sunt, nec vllus perfidis tutus
est locus: sed plurimum valet ad metum de-
linquendi, etiam præsentia religionis vrge-
ri. Illa ara concordiam tenet omnium, illa
ara fidem conuenit singulorum, neque aliud
magis auctoritatem facit sententijs nostris,
quã, quòd omnia, quasi iuratus ordo decernit.
Patebit ergo sedes profana periurijs, & hoc
inclyti Principes mei probabile iudicabunt, qui
10 *sacramẽto publico tuti sunt?* Hæc ille. Ediscãt
etiã ab infideli homine Christiani magistra-
tus iuramenta deferre, quippe qui inconsi-
derate cuiusuis conditionis homines, non
ad aras, vbi præsentia religionis vrgeri pos-

q lib. 1 cap. 21.
r li. de Deo Socratis.
s lib. 7. Epistol. Famil. 12.
t lib. 21.
u lib. 7. Epi. famil. 1.
x act. 3. sce. 2.
a lib. 1. Annal.
b li. 4. eleg. 15.
c act. 4. sc. 2.
d li. 1. Trist. eleg. 2.
e act. 5. sc. 2.
f Satyr. 14.
g Satyr. 13.
h l. 8. ff. de condit. inst.
i Dialog. 12.
k lib. 14.
l in Dione.
m lib. 10. epist. 53.

sent, sed ad profana tribunalia, vbi nihil ante oculos versatur, quod quibus iusiurandū deferendum est, deterrere valeat, ad iuramentum præstandum admittantur. Sunt quoque alia, quæ præclaro nobis exemplo huiusce erga iuramenta reuerētiæ esse possent. Nam licet falsam veteres religionem colerent, videmus tamen in tractandis iuramētis quandam peculiarem obseruantiam in vsu habuisse in honorem diuini numinis, quod maximè timebant, atque reuerebantur, vt omnis periurij occasio tolleretur, cuius pœnam maximam esse sciebant. C. enim Plinius [n] in sua naturali historia scribit, amnem Olacham in Bithynia Briaxum alluere 11 (hoc est, & templo, & Deo nomen) cuius gurgite periuri notantur pati, velut flammā vrentem. Philostratus [o] in vita Apollonij Tyanæi, de eodem loco agens. *Est autem,* 12 ait, *iuxta Tyana aqua, quam aiunt Ioui sacratam, quam indigenæ inextinguibilem vocant. Fons eius frigidus sanè scatet, ebullit non secus, atque igne calefactus lebes: hanc pueris, & iurisiurandi fidem seruantibus viris aspectu placidam, gustuq. dulcem perhibent, periuris verò, & infidis palàm aduersari: epota namque oculos, pedesq. ac manus periurantis inuadit, aqua intercute, ac tabe totum corpus inquinans. nec illinc discedendi datur facultas: sed eo loco permanentes, corā aqua ipsa suam deplorant infirmitatem, palam, quòd peierarint, profitentes.* Macrobius [p] Palicorum historiam recensens, dum interpretatur [q] Virgiliana illa verba, *vbi implacabilis ara Palici;* ait. *Lacus non longè* 13 *inde sunt, quos incolæ, Dellos appellant, fratresq. eos Palicorum existimant, & habentur in cultu maximo, præcipuèq. circa exigendum iuxta eos iusiurandum, præsens & efficax nomen ostenditur. Nam cum furti negati, vel eiuscemodi res fides quæritur, & iusiurandum à suspecto petitur, vterque ab omni contagione mundi ad crateras accedunt, accepto priùs fideiussore à persona, quæ iuratura est, de soluendo eo quod peteretur, si addixisset euentus. illic inuocato numine testatum faciebat esse iurato, de quo iurabat. quòd si fideliter faceret, discedebat illæsus: si verò subesset tureiurando mala conscientia, mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Hæc res illa religionem fratrum commendabat, vt crateres implacabiles vocarentur.* Hæc ille. Idem fere ex Aristotele [r] refert Leonicus [s]: 14 siquidem Aristoteles meminit Palicorum fontis iurisiurandi, & tabellarum, quæ in 15 aquam mittebantur, & si non fuisset falsum iuramentum, emergebant; sin secus, euanescebant. Quod & Stephanus libro de vrbibus scribit, à quo parum dissentit Diodorus [t] Siculus. De quo plane fonte intelligere voluit Silius Italicus [u], dum ait.

Et, qui præsenti domitant periura Palici
Pectora supplicio.

Huiusmodi etiam alia congessit vir egregie doctus Didacus Couarruuias [x], quibus ostēdere conatur apud ethnicos iurisiurādi religionem ita obseruatam fuisse, vt grauiora 16 existimarentur ea periuria, quæ contingerēt in iuramentis super quibusdam sacris præstitis, ac deinde diuina vltio expectaretur, timereturq. ab his, qui specialia quædam numina, quo ad iurisiurandi religionem minime reueriti essent. Apud Romanos vere, quàm inuiolate, sanctèq. semper habitum, seruatumq. sit iusiurandum, nemo, nisi plane rudis, & imperitus, ignorat. Id enim, & moribus, & legibus quamplurimis ostenditur. Extant [a] adhuc celebres in libris nostris tituli, Iurisconsultorum responsis, & Principum constitutionibus bene concinnati, in quibus elucet quædam religionis imago, vt Christiani homines nihil sanctius, melius, religiosiusq. constituere posse videantur. Quibus non tenue argumentum 17 esse potest, quod scribit A. Gellius [b] de decem captiuis, quos Annibal Carthaginensium Imperator iuramento ab ijs accepto Romam legauit. Nam, cùm Romam venissent, ac mandatum Annibalis in Senatu exposuissent, nec permutatio Senatui placuisset, octo ex ijs, licet plurimum à parentibus, cognatis, affinibusq. rogarentur, ne ad hostes redire vellent, postliminium tamen iustum non esse sibi respondissent, quoniam iuramento vincti essent, statim vt iurauerant, ad Annibalem profecti sunt. Quo sanè facto maximam cōsequuti sunt laudem. Duos reliquos, qui Romæ manserunt, solutosq. esse sese, ac liberatos religione dicebant, omnium notarū, & damnis, & ignominijs Censores affecerunt, quoniam, quod de se facturos dictauerant, non fecissent. Immo Cornelius Nepos [c] affirmauit eos, qui ad Annibalem non redierunt, vsque adeo detestabiles, inuisosq. fuisse, vt eos tædium vitæ ceperit, necemq. sibi cōsciuerint. Huius egregij facti meminit etiam M. Tullius officiorū libro tertio, etsi, vnum tantùm ex decem redijsse, scribit, at non impune, cùm Senatus decreuisset, vt ille veterator, & callidus vinctus ad Annibalem duceretur: *Nullū enim vinculum* (ait Cicero) *ad astringendam fidem iureiurando Romani arctius esse voluerunt. Id indicant leges in xij. tabulis; indicāt sacra;*

n lib. 31. c. 2.
o lib. 1.
p lib. 5. c. 19.
q lib. 9. Aeneid.
r lib. de admirandis naturæ.
s lib. 2. c. 6. de varia historia.
t lib. 11.
u lib. 14.
x ad c. 1. prima partis Relect. §. 4. num. 6 de pact. lib. 6.
a tit. de iureiur. tit. de in litem iuran. ff. & tit. de reb. cred. si cer. pet. & de iureiur. C. & passim, sparsimque alibi.
b lib. 7. c. 18.
c lib. exemplorum. 3.

sacra; indicant fœdera, quibus etiam cum ho-
ste deuincitur fides; indicant notationes, ani-
maduersionesq. Censorum, qui nulla de re
diligentius, quàm de iureiurando, iudicabant.
Vnde mirũ esse non debet, si maiores nostri
putauerint, vt litteris mandauit idem Cice-
d lib. 2. de legib. ro [d], periurij pœnam esse diuinam, atque de 18
periurijs sumendũ esse à Põtificibus suppli-
cium. Cui conuenit illud, quod ex Tacito su-
perius retuli, iusiurandum perinde æstiman-
dum, ac si quis Iouem fefellisset, deorumq.
iniurias dijs curæ esse: quo in loco Carolus
Paschalius egregie, ait: *Quæ iniuriæ Deo*
ita fiunt, vt an factæ sint, necne, ipse vnus,
præterq. ipsum, nemo dispicere potest, ab ha-
rum cognitione abstinere homines debent. Cur
enim, & quid de eo cognoscant, cuius ad in-
uestigationem nulla humana industria, aut
ope perueniri potest? Sacerdotes verò, vt sæ-
pius est dictum, quia in terris Dei vice fun-
guntur, quasi dij sunt, & de Dei iniurijs co-
gnoscunt, ius dicunt, ac pœnas sumunt.
Quemadmodum autem inuiolate seruari
iusiurandum voluerunt, sic etiam delato iu-
ramento, & præstito fidem non haberi, irre-
ligiosum esse putauerunt. Quare Paulus [e] e l. 26. ff. de iureiur.
libro xviij. ad edictum ait. *Qui iurare dici-*
tur, nihil refert, cuius sexus, ætatisue sit:
omni enim modo custodiri debet iusiurandum
aduersus eum, qui contentus eo, dum deferret,
fuit, quamuis pupillus non videatur peierare,
quia sciens fallere non videatur. Quem lo-
cum singularem esse Baldus [f] rectissimè est f ad d. l. 26.
19 arbitratus: vt si detuli iusiurandum ei, qui
aliàs minus habilis est, & iurat, non licet po-
stea opponere, quòd inhabilis sit. Quamob-
20 rem idem Paulus [g] asseuerauit, iusiurandũ g l. 2. ff. eod.
speciem continere transactionis, maioremq.
habere auctoritatem, quàm res iudicata
habet. Et [h] Vlpianus dixit. *Omne omnino* h l. 5. ff. eod.
licitum iusiurandum, per quod voluit quis si-
bi iurari, idoneum est: & si ex eo fuerit iu-
ratum: Prætor id tuebitur. Diuus quoque
Pius iurijurando, quod propria superstitione
21 *iuratum est, standum rescripsit. Dato iure-*
iurando, non aliud quæritur, quàm, an iura-
tum sit, remissa quæstione an debeatur: quasi
satis probatum sit iureiurando. Itaque for-
tissimum est hoc vinculum.

Finis Libri Primi.



Digitized by Google

ANASTASII GERMONII

Ex Cæuæ Marchionibus

ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS TARANTASIENSIS,

DE AVCTORITATE, POTESTATE,

& Immunitatum Priuilegijs, quæ Imperatores, alijq. Christiani Princeps Ecclesijs, earumq. Episcopis, & inferioribus sacerdotibus, necnon eorum bonis concesserunt.

LIBER SECVNDVS.

SVMMA EX PROOEM. LIB. II.

1 *Supremi Principes Christianorum summam reuerentiam Ecclesiæ, eiusq. ministris exhibuerunt, nec vilia etiam obsequia eis præstare dedignati sunt.*

2 *Principes litium iudicia sacerdotibus remiserunt.*

3 *Imperatores, & reliqui Principes Christiani Ecclesiæ debitum honorem vltro impartiti sunt.*

4 *Imperatores Christiani post Romam à Constantino Ecclesiæ traditam, super rebus Romanis iurisdictionem exercuerunt aliquandiu, ob ethnicorum potentiam, Romanorumq. Pontif. debilitatem.*

5 *Imperatores Christiani Romanos magistratus pertimescebant.*

6 *Roma Honorio, & Theodosio secundo imperantibus capitur an. sal. 410. ab Alarico Gothorum Rege.*

7 *Leo Pontifex Max. Attilam Romæ inhiantem, atque imminentem, oratione deterret.*

8 *Leo Imperator paganismum capitali edicto prosecutus est.*

9 *Theodericus Rex Gothorum Italiam occupat an. sal. 482.*

10 *Pontifices Vrbem deuastatam, & bellis agitatam regere recusarunt, quamuis in ea iurisdictionem, & plenum ius haberent.*

11 *Theodericus se humiliter Ioanni Pontifici per epistolam submittit, etiam eum in temporalibus superiorem agnoscendo.*

12 *Belisarius Iustiniani Dux Gothos Italia pellit.*

13 *Pelagius Romam ab Attila, eam funditus euertere minanti deprecatur, cùm tamen tertiam muri partem postea diruerit idem Attila.*

14 *Bellisarius muros Romanos ab Attila deiectos refecit.*

15 *Longobardi in Italiam à Narsete accersiuntur.*

16 *Carolus Magnus, Adriano Pontif. postulante, Desiderium Regem Longobardorum capit, Exarchatumq. Rauennatem liberat.*

17 *Imperatores nihil de Ecclesia definiunt, sed definita à Concilijs, & sacris canonibus sequuntur, & pœnis indictis tuentur.*

18 *Constitutiones Principum de rebus, & personis sacris nihil pontificiam potestatem imminuunt.*

19 *Auctoritate Principum permulta flagitia repressa, & vlta sunt: quod à summis Pontificibus fieri nequiuisset.*

20 *Principum constitutiones magis augent pontificalem auctoritatem, quàm deprimant.*

PROOE-

PROOEMIVM.

De his hactenus, quorum licet religiones falsas fuisse, eosq. in varijs, & obscurissimis errorum tenebris versatos monstrauerim, tamen, quia deorum cultum existimarunt esse optimũ, sanctissimũ, plenissimumq. pietatis, sacerdotes, vti illorum deorum vices in terris gerentes, non modo venerari, colere, ac varijs dignitatum titulis cohonestare, sed auctoritate etiam, dignatione, praerogatiua, beneficijs denique pluribus immunitatis augere, ac sanctiores reddere voluerunt. Nunc de ijs agendum erit Principibus, qui reiecta persuasione in suscipiendis prauissimè religionibus inueterata, conuictisq. inanibus, & hominum impia vanitate detecta, singularis Dei, eiusq. filij CHRISTI, ac Spiritus sancti, qui ab vtroque procedit, maiestatẽ sacrosancti baptismatis gratia cognouerunt: item de ijs, qui in nostra religione Christiana nati sunt, atque alti. Omnes enim, adepto huius mundi imperio, nihil quicquam habuerunt antiquius, nihil praeclarius duxerunt, nihil tandem Christiano Principe dignius, atque imperio vtilius fore putarunt, quàm sacrosanctam Dei Ecclesiam, eiusq. Praesides, & ministros, non solum ab inuidis, & peruersis hominum mentibus, & ausis atrocibus tueri, verùm honoribus quoque cumulare, fortunis locupletare, immunitatibus ornare, priuilegijs munire, agris denique, vrbibus, prouincijs, regnis augere. Praeterea tantam habuerunt sacerdotibus reuerentiam, vt aliquãdo haud dedignati sint diadema, seu coronam, sceptrũ, aliaq. imperatoria insignia illorum pedibus submittere, eorum pedes summa cum humilitate exosculari, proprijs etiam equorum, quos illi conscendebant, manibus frena tractare, & alia eiusmodi obsequia praestare. Quid isthaec? Quidquid potestatis, ac imperij obtinebant, ab illorum arbitrio, & nutu pendere profitebantur: proinde si litis aliquid, vel controuersiae oriebatur, non nisi grauissimo illorum iudicio finiri, ac terminari posse fatebantur. Quae omnia suis locis copiosius, quo fieri poterit, explicabuntur: vt intelligant ciuiles magistratus, illa omnia, quae sunt enumerata, & alia non pauca, quae hic breuitatis gratia omittuntur, nõ à solis Oecumenicis Concilijs, vt autumant, aut ab ipsis duntaxat Romanis Pontificibus, vti vociferant, aut ab alijs summis sacerdotibus, vti asseuerant, sed ab Imperatoribus, & alijs quoque Christianis principibus fuisse perliberaliter concessa, cumulatissimèq. tradita. Quae opinio certè plerosq. ad vitia, & sui ipsius perditionem cõpellit: dum enim verum esse, quod dicunt, arbitrantur, totos se libidinibus addicunt, Principibus saeculi, quorum mens alioquin optima est, quod esse cupiunt, persuadendo, necnon eis, licere, quòd non licet, praedicando, etiam per vias obliquas, ac bonis viris inuias, incautos, atque ecclesiasticae libertati infensos, in laqueos mortis secum trahunt, postquam propriae salutis oblitos, per extremamq. caecitatem seipsos, ac sua maximi facientes, ac maiorum sanctiones obseruatu dignas tantummodo censentes, ad synodalium Pontificaliumq. constitutionum (quibus ad beatam, sempiternamq. vitam peruenitur) contemptum induxerũt. Sed de his alibi, vbi aptior erit locus. Nunc de suis profanis legibus, quibus solis fidem habendã esse contendunt, erit nobis sermo.

Sed antequam vlterius progrediar, ijs, quae magis subtiliter, quàm vere obijciunt, erit respondendum: vt à nobis dicenda deinceps suo ordine, & loco, intellectu sint faciliora. Duo igitur quaestionem nobis videntur facere maximam: alterum, quòd tum veteres, tum recentiores Imperatores, ac Reges copiosissime de rebus sacris, & sacerdotibus, deq. ipso Pontifice Maximo multa sanxerunt, quae debilitare, ac labefactare sacerdotalis ordinis dignitatem, ac praeeminentiam videntur. Alterum, quo monemur Romanos Pontifices post Constantini donationem, quam dicunt, ciuili iurisdictione haud vsos fuisse: cùm extent Valentiniani, Arcadij, Honorij, aliorumq. Principum constitutiones, quae poenas iudicibus, praefectisq. Romanis minitantur, praeter ea, quae de venalibus rebus statuuntur in Codice Theodosiano [a]. In quo [b] etiam Valentinianus, Valens, ac alij vetant sine sua voluntate noua extrui aedificia, cùm instaurari, & refici vetera permittant. Alia item pleraque in eo Codice obseruari possunt ad hoc pertinentia. Si quis tamen illorum temporum monumenta euoluet, non haesitabit vtique. Valebat enim adhuc paganismus, quem Imperatores Christiani magis dissuere, quàm discindere poterant: nec enim stetisset eorum imperium: atque ideo ferebant ethnicos magistratus, vt inter caeteros tulerunt Symmachum Romae Praefectum: qui, quàm fuerit acerrimus Christianae religionis oppugnator,

a lib. 14. tit. 15.
b lib. 15. tit. 1.

gnator, testatur eius ad Theodosium, & Va-
c lib. 10. ep. 34. lentinianum [c] epistola. Creabantur etiam 5
tum, & ius dicebant Consules, cogebatur se-
natus, vt antea, vigebantq. cæteri magistra-
tus, & ciuiles, & criminales, necnon ordina-
ria, & extraordinaria iudicia, quibus si non
obtemperabant Imperatores, quam tamen
habebant auctoritatem, pertimescebant, at-
que passim perturbabantur, modo ab ipsis
ethnicis, modo ab hæreticis. Vnde Romani
Pontifices, alijq. pij, & sancti viri in hoc vnũ
toto pectore incumbebant, vt eorum ani-
mos retinerent, ne, quod tempore, & scele-
re flagitiosissimi Iuliani Apostatæ iam antea
obuenerat, rursus accideret. Huius rei testi-
monium perhibent sanctissimæ, ac iuxta do-
ctissimæ D. Ambrosij Mediolanensis Episco-
pi ad eosdem Theodosium, & Valentinianũ
in eundem Symmachum epistolæ, lepidissi-
mi Prudentij versus, elegans, & pia Bonifa-
cij primi ad Honorium Augustum epistola,
d cap. 1. distinct. 97. quæ apud Gratianũ [d] extat, in cuius exor-
dio habetur. *Ecclesiæ meæ, cui Deus noster*
meum sacerdotium (vobis res humanas re-
gentibus) deputauit, nos cura cõstrinxit, &c.
Et versus finem. *Augeretur pluribus, Prin-*
ceps Christianissime, mater Ecclesia, nisi apud
te suarum esset cura causarum, & nisi in op-
pressionibus idolorum, & hæreticorum corre-
ctionibus fide tua, diuino cultu pariter cum
imperio semper florente, vicisset. Habet refu-
gium pium tuæ mansuetudinis animum cum
suæ religionis veneratione coniunctum, cùm
quidquid huic proficiat ecclesiæ, vos agatis, &
conferatis fratribus, & consacerdotibus meis
probatissimis viris, à me, & ab omnibus, qui
ecclesiam faciunt, legatis: quibus prosequen-
tibus precamur sacræ causa religionis, vt in
vrbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo
postulatis annuitis, in perpetuum statui vni-
uersalis Ecclesiæ consulatis. Hæc ille. Hoc
autem Honorio cum Theodosio Arcadij fi- 6
lio imperante, Roma ab Alarico Gothorum
Rege anno salutis circiter CCCCX. capitur
Nec multo post sub Valẽtiniano tertio, Ati-
la Hunnorum Rex Italiam inuadit. Aqui-
leiam triennij obsidione captam depopula- 7
tur, incendit: Romam, cùm venire parasset,
iamq. copias præmisisset, diuina Leonis Pa-
pæ eloquentia persuasus, ne dicam perterri-
tus, retrocedit. Valentiniano interfecto, Leo
& Maiorianus Principes succedunt; quo tẽ- 8
pore paganismus publicum, & capitale cri-
e l. vlt. C. de Pagan. men à Leone [e] statuitur. Maioriano de me-
dio sublato, aliquot annos Romã, Italiamq.
totam occupant tyranni, vt Seuerus, Oly-
brius, Nepos, Orestes, Augustulus, Odoacer,
vt ex magno Aurelio Cassiodoro [f], qui ea f in Chron. Gothorum.
ætate summa cum auctoritate floruit, videri
potest. De Odoacre in synodo Romana ter-
tia [g], quam in corpus canonum retulit Gra- g cap. 1. h can. 1. dist. 96.
tianus [h]. Mox anno à natiuitate Domini
9 circiter CCCCLXXXII. Theodericus Go-
thorum Rex totius Italiæ potitur imperio.
Sic incommodis tot acceptis toties Christia-
10 na respublica, Vrbe præsertim Barbarorum
furijs vexata, factum fuit, vt non modò Ro-
mani ipsi Pontifices Vrbis imperium non
gererent, sed eam quoque curam recusa-
rent, atque aspernarentur. Ea tamen om-
nia, quæ imperij, & iurisdictionis sunt, ha-
buisse, omniaq. gerere potuisse, vt possunt
hodie, & solent, ad Ioannem Pontificem
Maximum scribit idem Cassiodorus [i] sena- i lib. 11. Variar. epist. 2.
tor, patriciusq., & Vrbis præfectus, qui om-
nia Theoderici nomine summa prudentia,
pietate, ac religione administrabat: cuius
verba subijciam libenter, vt qui aliter sen-
tiunt, nullo prope incommodo intelligant
11 verum esse, quod dicitur. *Nolite*, inquit, *in*
me tantum reijcere ciuitatis illius curam, quæ
potius vestra laude secura est. Vos enim
speculatores Christiano populo præsidetis: vos
patris nomine vniuersa diligitis. Securitas
ergo plebis ad vestram respicit famam, cui
diuinitus est commissa custodia. Quapropter
nos decet custodire aliqua; sed vos omnia.
Pascitis quidem spiritualiter commissum vo-
bis gregem, tamen nec ista potestis negligere,
quæ corporis videntur substantiam continere.
Nam sicut homo constat ex dualitate, ita boni
patris est vtraque refouere. Deinde subijcit.
Sum quidem iudex Palatinus, sed vester non
desinam esse discipulus. Nam tunc ista recte
gerimus, si à vestris regulis non discedamus.
Et post pauca. *Sedes illa toto orbe mirabilis*
proprios tegat affectione cultores, quæ licet ge-
neralis mundo sit præstita, vobis etiam cogno-
scitur et localiter attributa. Tenemus aliquid
sanctorum Apostolorum proprium, si peccatis
diuidentibus non reddatur alienum, quando
cõfessiones illas, quas videre vniuersitas ap-
petit, Roma felicior in suis finibus habere pro-
meruit. hactenus Magnus Aurelius. Mortuo
Theoderico succedit Atalaricus: Atalarico
Theodahadus: huic Vigitis. Cum quibus,
alijsq. Gothis variè in Italia disceptatũ est:
12 qui tandem à Bellisario Iustiniani Impera-
toris duce sunt expulsi. Aliquanto post ab
Atila Gothorum Rege Roma capitur: quam
cùm cæde, & incendijs omnino delere sta-
13 tuisset, precibus primum Pelagij, qui po-
stea summus fuit Pontifex, tum litteris eius-
dem Bellisarij dissuasus, abstinuit, tertia
tamen

tamen muri parte solo æquata. Quam,cùm 14
nouis mœnibus,quæ adhuc extant, Bellisa-
rius munisset, Byzantiumq. à Iustiniano es-
set reuocatus, Vrbs iterum in Atilæ venit
potestatem. Quam ob causam Narses Eunu-
chus cum ingenti militum manu mittitur,
qui Gothos cædit,profligat, ac eorum præ-
sidio Italiam liberat. Sed reuocatus à So- 15
phia Iustiniani vxore ex Pannonia, Longo-
bardos non vulgari amicitia sibi deuinctos,
ad occupandam Italiam accersit. Hi nego-
tium Imperatoribus semper fecerunt, vt ex
k lib. 2. & 5 Procopio, Paulo [k] Diacono, & Gregorio [l]
l lib. 12. ep. 29. Magno constat manifeste, qui contra bar-
baros stipendia militibus dedit, ac Impera-
tores rogauit, vt Romanos iuuarent, roga-
uitq. ita, vt missa sit ab eisdem Imperatori-
bus Romam pecunia eroganda egentibus,
qui eo ob belli calamitatem vndique con-
fugerant;Imperatorq. Mauritius triginta li-
bras auri miserit,vt auctor est idem Grego-
m lib. 8. ep. 2. rius [m]. A Præfecto, & magistro Imperato-
rum defendebatur vrbs, cuius status qualis
fuerit,ex ijs facile dignosci potest. *Viginti,
& septem annos*, ad Constantiam Augu-
n lib. 4. stam idem B. Gregorius [n] ait, *in hac vrbe
inter Longobardorum gladios viuimus, qui-
bus, quàm multa ab hac ecclesia quotidianis
diebus erogantur: hæc ecclesia vno, & eodem
tempore, clericis, monasterijs, pauperibus,
populo, ac insuper Longobardis multa indesi-
nenter expendit*. Quorum Longobardorum
dominio liberata non est Italia, donec Ca- 16
rolus Magnus ab Adriano Pontifice Max.
opem implorante, accersitus est. Is Desi-
derium Regem omnia vastantem capit, ca-
ptumque in Galliam ducit, & liberum
Exarchatum, cuius partem Desiderius in-
uaserat,Romano Pontifici restituit. Minime
ergo mirum est, si Imperatores in ijs, quæ
ciuilem respiciunt iurisdictionem, & impe-
rium, aliquandiu Romana gubernacula te-
nuisse videntur. Quod altero loco obijcie-
batur, Imperatores, ac Reges de rebus sa-
cris, ac sacerdotibus statuisse, quis nescit?
Attamen nõ definiunt Principes quidquam 17
o infra c. 11 per se, ipsi;sed definita,vt diffuse [o] alias di-
cetur sequentes, legibus, & iussionibus mu-
niunt, atque tuentur,pœnarumq. terrore
obseruatu reddunt faciliora. Quocirca con-
sueuerant veteres Imperatores œcumenicis
interesse Concilijs,demum eorum,quę à Pa-
tribus decreta fuerant, obseruantiam, adie-
cto pœnarum terrore,imperare. Eorum ta-
men constitutiones nihil extenuant, nihil
eleuant,aut imminuunt Pontificalem aucto- 18
ritatem,ac potestatem, vti videas in Codice
Theodosiano, atque Iustinianæo,in Nouel-
lis multorum Principum constitutionibus,
item in sanctionibus Regum Galliæ, & Hi-
spaniæ, ac Vvisigothorum, qui copiose, &
abundanter de rebus sacris, ac sacerdotibus
multa saluberrime constituunt, ex veterum
Patrum decretis,vt testatur præcipue prima
pars constitutionum [p] Hispaniæ: vbi etiam p tit. 4. & 5.
de Pontifice maximo, quas ob causas con-
stitutus sit,interpretantur:quæq. sit eius au-
ctoritas, ac potestas; nec fortasse alio loco
apertius. Item de reliquis Ecclesiæ Præsidi-
bus,ac ministris. Nec mirum videri debet,si
tot latæ sint leges de hisce rebus. Siquidem,
cùm omnium, tum maxime Regum interest,
vt salua,& incolumis sit Respublica,ea præ-
sertim parte, quæ in sacris, & sacerdotibus
consistit: quod non difficile (vt Vlpianus [q] q l. 13. ff. de offic. Præsidis.
de Proconsule, & Præside ait) obtinebunt,
si solicite egerint, vt malis hominibus Pro-
uincia careat, eosque conquisiuerint; si sa-
crilegos, latrones, plagiarios, fures perse-
quantur;& prout quisque deliquerit,in eum
animaduerti, receptatoresque eorum coer-
ceri, sine quibus diutius latere non possunt,
iusserint. Idcirco non Pontificijs tantum le-
19 gibus, & synodalibus opus fuit, sed Princi-
pum etiam, vt consultissime illa omnia, quæ
prouincijs, & regnis nocumento esse pos-
sunt,auerterentur. Quod nisi ita fieret,nun-
quam insatiabilis quorundam fames exple-
retur, nunquam cupiditatis sitis satiaretur:
at semper fontes sitirent. Inscio enim Pon-
tifice, qui vbique esse non potest, nisi Prin-
cipes, in quorum conspectu multa temere
profunduntur, ea prohiberent, tuerenturq.
3 ius: quot mala? quot scelera? quot latroci-
nia? quot rapinæ,incendia, sacrilegia erum-
perent? Et nisi Principes ita sanctionibus
suis hanc disciplinam ecclesiasticam sartam,
tectamq. conseruarent, vulgus rei indigni-
tate concitatum non curaret Antistitem,
nec Antistes gregem; atque ita omnibus
seuulsis, hæreses in dies maiores nasceren-
tur: nec tantummodo disciplina ecclesiasti-
ca, sed ciuilis quoque, & politica guberna-
tio vilesceret: vrbes, prouinciæ, regna, im-
peria subuerterentur. Nec indigent hæc
probatione: satis enim, quod dolendum est,
clara, & manifesta sunt hisce temporibus.
20 Non est itaque putandum,huiusmodi Prin-
cipum constitutiones vlla ex parte Ponti-
ficis maximi dignitatem labefactare, sed
augere potius: vtraque enim potestas se
inuicem adiuuare,conseruareq. & potest, &
debet, & diuina,humanaq. connexa,deuin- Nouella 6. in prin. Quomodo oport. Episc.
ctaq. esse conuenit, cùm [r] vnus sit vtriusque

 Princeps.

Princeps Deus omnipotens, & Christus, à quo pendet vtraque, quique & hanc, & illam regit, tuetur, administrat, habetq. in hac mortalium rerum procuratione, & administratione vtramque ministram, & famulam. Longius, quàm arbitrabar, profectus sum: sed nauis, cùm in altum fertur, difficilius in portum vehitur, nisi plena sint ventorum bene spirantium vela. Quid? quòd non ad portum appuli, sed vela portu duntaxat soluisse videor: adhuc terram videre, oram littoris cernere, portum vndique circumspicere videor. At vastum Principalium constitutionum, (quarum causa per hoc placidum mare, nullis, aut sane modicis procellis agitatum, vectus sum) Oceanum scilicet ingredi oportet, in altumq. prouehi. E portu igitur remigando egredior, vela pando; Deumque optimum maximum precor, vt qualis in alio cursu fuit, talis mihi in hoc contingat nauigatio.

SVMMA EX CAPITE I.

1 *Imperatoribus baptizatis prima cura fuit, superstitionem tollere, religionemq. Christianam asserere.*
2 *Constantius, etsi Arrianus, ethnicas superstitiones abolere conatus est. Idem Gratianus, Valentinianus, Theodosius, Arcadius, & Honorius Caess. perficere studuerant.*
3 *Sumptuosa ædificatio ecclesiarum, pictura, emblemata, cæteraq. ornamenta ab antiquissimo tempore initium sumpserunt.*
4 *Constantinus Magnus ad honorandum CHRISTI monumentum ecclesiam splendide construi mandat Hierosolymis, ac de modo ædificandi, necnon de membris ædificij disponit per litteras.*
5 *Monumentum CHRISTI, tamquam caput nouæ ecclesiæ à Cõstantino Hierosolymis fabricatæ, magna artificio decoratum fuit.*
6 *Descriptio templi Hierosolymitani à Constantino Imperatore constructi.*
7 *Iustinianus ædificauit Constantinopoli templum sanctæ Sophiæ mira magnificentia, & impensa.*
8 *Non defuerunt Imperatores, qui ornatiora Deo, quã sibi, ædificia excitarint.*
9 *Theodericus Rex Rauennatem basilicam construendam ornari efficaciter iubet.*
10 *Altaria olim ad Orientem vertebantur.*
11 *Templa non poterant ædificari inconsulto Episcopo.*
12 *Non extruitur ecclesia, aut monasterium, nisi tantum alterutri redditum tributum sit, quantum necesse est pro alendis ministris, & sacrificijs peragendis.*
13 *Nec refici, nec exornari ecclesia poterant, nisi permissa Episcopi.*
14 *Noua ecclesia non ædificabatur, nisi Episcopus locum oratione consecrauisset, in fundamentisque crucem fixisset.*
15 *Dominium loci profani amittitur, in quo sacrum ministerium peractum sit, locusq. ecclesiasticus fit.*
16 *Encænia, hoc est anniuersaria commemorationes dedicationis ecclesiarum, antiquitus indicta fuerunt.*

De ædificatione templorum, eorumq. dedicatione ab Episcopo facienda. Cap. I.

SIt igitur tale huius nostrę nauigationis exordium, quale in primo libro fuit. Suscepto igitur illustrandæ veritatis officio, putaui necessarium à dispositione sacrarum ædium, ab earumque varietate principium sumere, quòd ea essent vera hominum erga deos religionis indicia.
1 Sic Imperatores etiam sacrosancto baptismatis fonte regenerati, nihil imperatoria maiestate præstantius esse crediderunt, quã protinus curare, vt omnis cessaret superstitio, sacrificiorum aboleretur insania, simulacra de medio tollerentur, impia fana, templaque clauderentur. Vnde Constantius, quamuis Arriani delirij reus, ad Taurum Præfectum Prætorio rescripsit [a] ita. *Placuit omnibus locis, atque vrbibus vniuersis claudi protinus templa, & accessa vetitis omnibus, licentiam delinquendi perditis abnegari. Volumus etiam cunctos sacrificijs abstinere.* [a] l. 4. C. Theod. lib. 16. tit. 8. Gratianus quoque, Valentinianus, & Theodosius ad Albinum. *Nemo* [b], inquiunt, *se hostijs polluat, nemo insontem victimam cædat: nemo delubra adeat, templa perlustret, & mortali opere formata simulacra suspiciat, ne diuinis, atque humanis sanctionibus reus fiat.* Et inferius. *Nulli sacrificandi tribuatur potestas: nemo templa circumeat: nemo delubra suspiciat: interclusos sibi nostræ legis obstaculo profanos aditus recognoscant, adeo* [c], *vt si qui, vel de dijs aliquid contra vetitum, sacrisq. molietur, nullis exuendum se indulgentijs recognoscat.* Quas constitutiones idem Theodosius, Arcadius, & Honorius ad omnes

[b] l. 10. eod. tit.
[c] l. 11. eod. tit.

d l. vlt. cod. tit.

omnes extendi voluerunt [d], dicentes. *Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, siue potens sorte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla vrbe sensu carentibus simulacris, vel insontem victimam cadat, vel secretiore piaculo larem ignem erogeniũ, penates odore veneratus, accendat, lumina imponat, thura, serta suspendat. Quòd, si quispiam immolare hostiam sacrificaturus audebit, aut spirantia exta consulere; ad exemplum maiestatis reus, licita cunctis accusatione delatus, excipiat sententiam competentem, etiamsi nihil contra salutem Principum, aut de salute quæsiuisset. Sufficit enim ad criminis molem, natura ipsius leges velle rescindere, illicita perscrutari, occulta recludere, interdicta tentare, finem quærere salutis alienæ, spem alieni interitus polliceri.* Hac ergo hominum impia vanitate detecta, legibusq. in posterum vetita, statim ecclesias in Dei, eiusque filij Christi, Deiparæq. virginis, ac Sanctorum omnium honorem, & titulum erexerunt. Verum, quoniam in his fidei nostræ (vt ait [e] Anastasius Imperator) instituta perdurant, ideo non contenti, vt Ionico potius, Corinthiove, quàm Thuscano, aut Dorico architecturæ ordine, omniq. symmetria, & pulchritudine construerentur: sed eximijs etiam columnis illustrarunt, laquearibus aureis ornarunt, marmoribus puris, aut discoloribus crustis, picturarum varietate, conchis, alijsque id genus structuris concinnarunt, parietes, pauimentaq. marmoreis segmentis, atque tessellatis, & vermiculatis emblematis mira arte distinguendo, omni denique splendido, maximoq. ornatu amplificando. Quod, an verum sit, testantur multa, quæ per vniuersum terrarum orbem ædificata sunt, templa: quorum alia integra, alia per ea, quæ extant vestigia, præsertim in vrbe Roma, priscorum Christianorum pietatem erga Deum apertissime ostendunt. Testantur quoque Constantini Imperatoris ad Macarium Hierosolymitanum Episcopum litteræ [f], quibus mandat locum quendam sacrum ab eo iam turpissima simulacrorum superstitione purgatum, ac à primis vsque mundi temporibus ipsius Dei optimi maximi iudicio sanctum habitum, deincepsq. multo clariorem sanctitatis suæ significationem daturum, præclara ædificiorum structura exornari. *Atque ideo*, inquit, *par est; vt tua prudentia ita opus disponat, & prouide res quasque accuret necessarias, quonam modo sanctuarium templi reliquis omnibus, quæ vbique sunt, pulchritudine antecellat, sed etiam cætera eius partes tales sint, vt omnia templa, quæ in singulis ciuitatibus primas tenent, huius ædificij dignitate longe superentur. Ac de partibus erigendis, exquisitoq. artificio perpoliendis, tum Draciliano amico nostro, qui nonnullas aliarum Prouinciarum partes administrat, tum vestra etiam Prouinciæ Præfecto, scito curam à nobis esse impositam. A nostra enim benignitate illis imperatum est, vt, qui artifices, qui operarij, quæue res aliæ fuerint ad illud ædificium necessaria, à tua prudentia discant; ac statim ipsorum prouisione eo mittantur. Quod autem attinet ad columnas, cæterasque partes ex marmore conficiendas, quas ipse existimaueris, vel ad decus illustriores, vel accommodatiores ad diuturnitatem fore, cùm eas, quasi summatim tecum consideraueris, fac ad nos diligenter perscribas: vt cùm ex litteris tuis, quibus rebus opus fuerit intellexerimus, vndique eadem illo comportari possint. Testudinem vero sanctuarij laqueatam ne facere, an alio quodam fabricæ genere ex-*
1 *truere placeat, abs te certior fieri velim. Restat igitur, vt tua sanctitas illis, quorum iudicio, vt supra dictum est, rem permisimus, quibus operarijs, quibus artificibus, quibus denique sumptibus opus fuerit, quàm celerrime significet.* His ita à Principe perscriptis, rebusque omnibus ad opus necessarijs, nulla interposita mora comparatis, templum ædi-
2 ficatur. Monumentum, in quo Christus fuerat conditus, veluti totius templi caput, eximijs columnis illustrari, & ornatu maximo decorari, & varijs cuiusque generis insigni-
3 bus illuminari cœpit. Aduerso autem lateri antri, quod ad solem orientem respiciebat, regale, & augustum sanctuarium adiunctum est. Cuius interiores partes marmoris versicoloris crusta construebantur: exterior vero parietum superficies politis lapidibus, qui commissuris quibusdam inter singulos interiectis, colligabantur, erat exornata: tectorũ vero exteriores partes in sublimi positæ, plumbeis laminis obtegebantur. Inte-
4 riores cælatis laquearibus affabre inter se compactæ, coagmentationibus quibusdam inuicem continenter cohærentibus, diffusæ, dilatatæq. & fulgente auro passim coopertæ, totum ædificium, veluti solis claritate, mirifice illuminabant. Ex vtroque latere xysti gemini ad longitudinem sanctuarij adiecti sunt, quorum testudines multo auro, plurimaq. arte decoratæ inspiciebantur: ex quibus alter à fronte inferioris templi columnis ingentibus fulciebatur, alter in-

e l. 9. C. de heret. & Manich.

f Eusebius in lib. 4 de vita Constãtin. cap. 25. cum seqq. Socrates li. 1. cap. 6.

trospectans sublatis postibus inspiciebatur.
Istis ex aduerso erat fornix dimidiati vni-
uersi cæli circuli speciem adumbrans, in
summo sanctuario in orbem ductus, quem
duodecim columnæ Saluatoris nostri Apo-
stolis numero pares, tamquam coronam cin-
gebant, crateribus ex argento confectis cir-
ca fastigia concinne expolitæ. Erant etiam
inibi vtrinque, primo atrium, deinde porti-
cus, ad extremum atrienses portæ: post quas
in ipsa media platea à foro eo deducente,
totius fabricæ vestibula graphice admodum
constructa visebantur. Præter hæc autem
tanta erat auri, argenti, lapidum pretioso-
rum, quibus vniuersum plane adornatum
erat templum, copia, tanta magnitudo, tan-
ta varietas, tantum denique in eo elaboran-
g eod. c. 19.
do artificium, vt Eusebius g dixerit, vix
quemquam id posse oratione persequi. Iu-
stinianus itidem Cæsar Constantinopoli S. 7
Sophiæ templum quanta magnificentia ex-
h lib. 4. cap. 30.
truxerit, edocet Euagrius historiæ h eccle-
siasticæ diligens scriptor. Ecclesiam Mi-
chaeli Archangelo in loco olim Vestæ sacro
Constantinum extruxisse scribunt Sozome-
i lib. 2. c. 2.
k lib. 8. c. 4.
nus, i ac Nicephorus k, & alij: complures
quoque diuturnitate collapsas admiranda
structura Iustinianum funditus restituisse
l lib. 1. de ædific. Iust.
auctor est Procopius l; aliasque non paucas
Deiparæ Virgini ædificasse, adeo magnifi-
cas, & grandes, & (vt ipsius verbis vtar) *ea
non dicenda mole paratas, vt, siquis earum
vnam duntaxat videret, crederet, illud so-
lum opus ab illo fuisse absolutum, ac circa il-
lud toto Imperij sui tempore fuisse versatum.*
Plura item afferri possent exempla Impera-
torum vtriusque sexus, in quibus tanta fuit
religio, & Christiana pietas, vt longe melius 8
duxerint templa maxima pompa, & sumpti-
bus construere, nobili marmore distinguere,
auro ornare, pretiosis lapidibus illustrare,
quàm propria palatia ędificare. Vnde Theo- 9
dericus Rex, cùm in Rauennate ciuitate ba-
silicam vellet ædificare, Agapito Vrbis præ-
m Cassiodorus lib. 1 variarũ ep. 6.
fecto scribit his m verbis. *Quapropter in
Rauennate vrbe basilica Herculis amplum
opus aggressi, cuius nomini Antiquitas con-
grue tribuit, quidquid in aula prædicabili ad-
miratione fundauit, magnitudini tuæ studio-
* hoc vocabulo significãtur hodie quoque literæ quædã Apostolicæ.
sissime delegamus, vt secundum Breue * subter
annexum, de Vrbe nobis marmorarios peri-
tissimos destines, qui eximie diuisa coniun-
gant, & venis colludentibus illigata natura-
lem faciem laudabiliter metiantur. De arte
veniat, quod vincat naturam: discolora cru-
sta marmorum gratissima picturarum va-
rietate texantur. Quia illud semper est in
pretium, quod ad decorem fuerit à subtilitate
exquisitum.* Quamobrem Arcadius, & Ho-
norius n, licet, vt supra demonstratum est,
n l. 1. C. de paganis.
simulacra tollerent, sacrificia templorum
vetarent, fana claudenda mandarent: vole-
bant tamen templorum, veluti publicorum
operum, ornamenta conseruari. Vnde non
est dubium, quin omnem omnino diligen-
tiam in ædificandis templis, perinde atque
veteres, adhibuissent. *Absit enim* (dixerat
idem Theodericus o) *vt ornatui cedamus
o ead. epist. 6.
veterum, qui impares non sumus beatitudine
10 sæculorum.* Templa autem ita posita fuisse,
vt altaria ad Orientem starent, ex ijs, quæ
Socrates in historia ecclesiastica refert, pla-
ne constat. *Antiocheni* p inquit, *Syrij alta-
p lib. 5. cap. 21.
ria, non ad Orientem, vt in alijs ecclesijs, sed
11 ad Occasum collocant.* At vero templa ipsa
inconsulto Episcopo ædificari non potuisse
argumento est epistola, quam retuli, Con-
stantini ad Macarium, & Iustiniani Nouellæ
constitutionis titulus q. *Vt nullus fabricet
q Nouell. 67.
oratorij domos, præter voluntatem Episcopi,
& vt deputet prius, quæ circa diligentiam, &
statum in fabricati oratorij sufficiant, &c.*
12 Itaque nemini ecclesiam, vel monasterium
nouum ædificare licet, antequam, vbi illud
ædificandum est, locum dedicauerit Episco-
pus, & constituerit, qui voluerit ædificare,
donationis titulo idoneos, ac sufficientes re-
ditus, cum alendis clericis, vel monachis,
tum faciendo sacro mysterio, & sacris tectis
conseruandis, & cereis, ac lampadibus no-
13 ctu accendendis. Nec quisquam etiam ve-
terem ecclesiam siue exornare, siue refice-
re, nisi ipsius Episcopi permissu potest. quo
casu tamen reficiens sumptus nullos cogi-
tur illi, quam reficit, ecclesiæ conferre, cùm
suos iam reditus habeat, & si proprium ope-
ri nomen inscribere possit, sicut Callistra-
tus r iurisconsultus respondit, eum scilicet,
r l. vlt. ff. de operib. public.
qui ex voluntate populi pollicitus est opus
ab alio factum adornare marmoribus, aliove
modo velle nominis proprij titulum, ma-
nentibus priorum titulis, qui ea opera fecis-
sent, inscribere posse. Nam si sine illis, quæ
Iustinianus dixit, ædificaretur templum, do-
mus priuata, non ecclesia videretur, prout
in Concilio Bracarensi s secundo, de quo
s cap. 5.
apud Gratianum t sancti illi patres decre-
t can. 8. 8. quæst. 2.
uerunt sic. *Vnusquisque Episcoporum memi-
nerit, vt non prius dedicet ecclesiam, nisi an-
te dotem basilicæ, & obsequium ipsius per do-
nationem chartulæ confirmatam accipiat.
Non enim leuis culpa est ista temeritas, vt
sine luminarijs, vel sine substantiali susten-
tatione eorum, qui ibidem seruituri sunt,*

tamquam

tamquam domus priuata, consecretur ecclesia. Alio etiam loco idem Iustinianus [u] constituerat, vt omni tempore, & in omni loco, si quis vellet venerabile monasteriū, aliamve ecclesiam ædificare, non prius licentiam obtineret hoc agendi, quàm Deo amabilem locorum Episcopum aduocaret, qui manus extenderet ad cælum, & per orationem locum consecraret Deo, figens in eo salutis nostræ signum, hoc est adorandam, & honorandam Crucem, atque ita inchoaret ædificium, bonum vtique quoddam, ac decens fundamentum ponens. Idem in Aurelianensi [x] Concilio decretum fuit, cum adiectione, vt cùm ecclesia esset consecrata, eiusdem ecclesiæ atrium sancta aqua conspergeretur. Nam & Ioannes Papa primus, qui eodem tempore Romanæ præfuit ecclesiæ, ad omnes per Italiam Episcopos scribit [y]. *Ecclesias Arrianorum, vbicumque inueneritis catholicas, eas diuinis precibus, & operibus absque vlla mora consecrate, sicut & nos fecimus, cùm pro causa Theoderici Regis Constantinopoli fuissemus.* Et, vt idem Iustinianus [z] Menę rescripsit, publicum processum faceret Episcopus, & causam ædificationis omnibus manifestam statueret. Immo, ne quis temerario ausu hisce constitutionibus contraueniret, idem decreuit [a], vt si quis in domo sua, vel suburbano prædio ecclesiasticum ministerium celebrare præsumpsisset, aut alijs ministrare concessisset, dominium amitteret sic, vt ecclesię per Episcopum, & œconomum, ac ciuilem loci iudicem applicaretur. Nec dedicationem solummodo fieri voluerunt, sed encænia quoque quotannis celebrari. Constantinum dedicationem sacræ ædis, quæ Magnum martyrium dicitur, celebrasse, auctores sunt Eusebius [b], ac Theodoretus [c]. Dies autem huius dedicationis quartusdecimus mensis Septembris ab eo tempore in ecclesia Hierosolymitana quotannis festus est testimonio Nicephori [d]. Vnde [e] Eusebius in historia ecclesiastica narrat, quòd cùm Imperatores, qui rerum summam obtinebant, ratas leges pro Christianis sancirent, celebre spectaculum omnibus optabile, & vehementer desideratum ante oculos proponebatur: dedicationum scilicet festiuitates, quibus frequentes visebantur Episcoporum in vnum conuentus: peregrinorum longe ab exteris regionibus accedentium concursus: mutuæ populi in populum beneuolentiæ: propterea, quòd membra corporis Christi in vnam quasi harmoniæ, & concentus conspirationem coirent, singuli etiam ecclesiarum præsides, qui conuentibus aderant, singulas orationes panegyricas habebant. Hinc factum opinor, vt Felix Papa [f] decreuerit encænia singulis annis celebrari: & Gregorius [g] per octo continuos dies continuari, vti dicetur suo loco [h] latiùs.

u Nouell. 5. cap. 4.
x can. 7. de consecr. dist. 1.
y can. 19 de consecr. dist. 1.
z d Nouell. 57. § 1.
a Nouell. 131. § 8.
b lib. 4. de vit. Const. ant. cap. 40.
c lib. 1. cap. 30.
d lib. 8 cap. 50.
e lib. 10. c. 3.
f can. 14. ead. dist.
g can. 15. ead. dist.
h lib. 3 cap. 2.

SVMMA EX CAPITE II.

1 *Clerici vocantur altaris ministri, quia sorte electi sunt.*
2 *Fana dicta sunt, quòd ea Pontifex, fando certa verba, dedicet.*
3 *Profanum dicitur, quod religiosum, aut sacrum non est.*
4 *Theodosius presbyteros à cæteris clericis separare videtur.*
5 *Archidiaconus pecuniæ distribuendæ curam, inter cætera, habebat.*
6 *Archidiaconus custodiæ sacrarum legum præerat, ac de homicidijs, & huiusmodi criminibus inquirebat.*
7 *Acolythi, Iuuenes appellati etiam fuerūt.*
8 *Acolythorum munus est funalia, & cereos deferre.*
9 *In ecclesia Constantinopolitana seruiebant Copiatæ, siue Decani 950.*
10 *In eadē seruiebant parabalani sexcenti.*
11 *Parabalanorum cura erat debilium ægra corpora curare.*
12 *Collegium parabalanorum terrori aliquando fuit Alexandrinis ob numerū.*
13 *Copiatæ, seu Decani sunt, qui lectuli defunctorum, dum ad sepulturam deferuntur, ministerium habent.*
14 *Decanica, seu Diaconica pro carcere ecclesiæ, pro loco conuentus, & in quo res pretiosæ recondantur, pro sacrario, & pro secretario sumpta est.*
15 *Non debent imprimi clericali charactere, nisi qui doctrina, ac moribus probati sunt.*
16 *Concubinarij etiam transacti temporis, naturalesq. liberos habentes à clericatu repellebantur.*
17 *Diaconissæ, quemadmodum & parabalani officium fuit inter cætera ægrotis, & carcere detentis adesse, vt existimat Cuiacius, sed potius in baptismate ministerium habebant.*
18 *Digamæ ad Diaconissæ ordinem admitti non poterant.*
19 *Diaconissa non ordinabatur, nisi exactæ ætatis esset.*

De

De vario clericorum genere: & quid sint Iuuenes apud Imperatores: quid Copiatæ, Parabalani, Decani, & Diaconissæ: quid Decanica, siue Diaconica.
Cap. II.

DVO esse Christianorum genera scribit B. Hieronymus
a: quorum alterum constat
ex hominibus diuino officio
mancipatis, & deditis contemplationi, & orationi: vt sunt clerici, &
Deo deuoti, videlicet conuersi. Vocantur 1
autem clerici, qui sorte sunt electi. Omnes
enim Deus in suos elegit. Alterum constat
ex laicis, nempe popularibus personis, plebeijs, idiotis, mundanis, siue, vt vno verbo
dicam, profanis. Budæus singulari ingenio,
& eruditione vir in Annotationibus ad Pandectas b, *Propterea*, inquit, *profanos appellari vbique homines sacris non initiatos: non
enim lubens facio, vt Græcis verbis vtar, vbi
latina suppetant idem significantia*. Fana à
fando appellata, quòd ea Pontifex, certa 2
verba fando, dedicat, vt in primo libro dictum c est. Inde profani dicebantur, qui sacris initiati non erant. Quod Virgilius significat d, cùm inquit,

——procul, o procul este profani,
Conclamat vates.

profanum intelligens, quod religiosum non 3
esset, aut sacrum. Quam vocem Plautus e
aptissime explicat. *Sacrum sit, an profanum,
paruipenditur*. Et in Trinummo f, *Rapax,
auarus, inuidus, sacrum, profanum, publicum, priuatum habeat*. Cicero g in Verrem,
facere ex sacro profanum solet dicere: & alibi h, loca sacra, & religiosa profana haberi.
Sunt ergo Christiani, aut clerici, aut profani, vel, si mauis, laici: de his nihil ad nos modo. Clericorum vero, alij sæculares sunt, alij
regulares. Illorum, alij sunt maiores, alij
medij, alij minores. Omnes tamen, qui diuino cultui ministeria religionis impendunt,
clerici haud male ab Imperatore i Constantino appellantur. Huiusmodi autem sunt
apud Iustinianum k: Presbyteri, Diaconi
vtriusque sexus, Hypodiaconi, Cantores,
Lectores, Exorcistæ, Ostiarij. Sacerdotes autem soli Episcopi à Theodosio l, Arcadio, &
Honorio Principibus nuncupantur, sicut &
nuncupari videntur à Iustiniano m: scribit
enim. *Iudex mittat ad eos*, videlicet Episcopos, *quosdam de suis ministris: vt propositis
sacrosanctis Euangelijs, secundum quod decet
sacerdotes, dicant ea, quæ nouerint, non tamen iurent*. Appellatione porro Episcopi veniunt n Metropolitani, siue Archiepiscopi,
4 Primates, & Patriarchæ. Presbyteri quoque
à cæteris clericis ab eodem Theodosio videntur separari, dum Paulino Præfecto Augustali rescribit in hæc verba o. *Presbyteri
citra iniuriam quæstionis testimonium dicant: ita tamen, vt falsa non simulent. Cæteri vero clerici, qui eum deinde gradum, vel
ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt, au-
5 diantur*. Præter hos reperitur Archidiaconus, quem cum primo presbytero in ecclesia pecuniæ distributionem habere dicit Iustinianus p. Idcirco apud Maiorianum Imperatorem iubetur q Archidiaconus mulctã
inferre ei, quem fecerit clericum Episcopus
6 inuitum. Hic etiam negotia sæcularia gerebat, & ad Episcopum referebat, vt .s. Ferrandus Carthaginensis Archidiaconus in procœmio Parænetici ad Rheginum se curis sæcularibus dissipatum affirmauit. Quod plane ex consuetudine ecclesiæ Græcæ colligit, & ex Nicæno r Concilio, vbi vnus ex septem diaconis Archidiaconus dicebatur,
qui custodiæ legum sacrarum præerat, & de
homicidijs, & alijs eiusdem generis criminibus inquirebat. Prudentius quoque B.
Laurentium, quem e septem viris primum
vocat, videlicet Archidiaconum, votas opes
dispensare dicit, industriumq. exoptant Hieronymus s, & Sidonius: qua de re copiose
satis in t Paratitlis meis habetur. Omnes tamen vno verbo clerici dicuntur, etsi à clericis Iuuenes separet Constantinus, & Constans u, dicentes. *Vt ecclesiarum cœtus concursu populorum ingentium frequentetur, clericis, ac iuuenibus præbeatur immunitas, repellaturq. ab his exactio munerum sordidorum: negotiatorum dispendijs minime obli-
7 gentur*. Hi Iuuenes ab Impp. P Valentiniano x, Valente, & Gratiano Acolythi appellantur. *Presbyteros*, inquiunt, *diaconos, subdiaconos, atque exorcistas, & lectores, ostiarios, & acolythos etiam personalium munerum expertes esse præcipimus*. Et si vir doctissimus Cuiacius y existimat ibidem verbum, *acolythos*, corrupte esse adiectum, quòd
veteres codices illo in loco nihil habeant.
8 Solebant acolythi cæreos, & funalia deferre, vt Iustinianus in sua eleganti Nouella z
indicat, dum vetat acolythos cærarium ab
heredibus defunctorum exposcere. Et hi
forte sunt, quos *Laborantes* appellat Ignatius Principis Apostolorum auditor, in a epistola ad

a can. 12. quæst. 1.
b ad l. 11 ff. de distract. pignorum.
c cap. 2.
d lib. 6. Aeneid.
e in Mercat. scæna 5.
f Scæna 4.
g in orat. 2.
h in orat. de Arusp. respons.
i l. 2. C. Theod. de episc. & cleric.
k Nouell. 3.
l l. 7. & l. 18 C. de episc. & cleric.
m Nouell. 123. §. Nulli vero.
n Nouell. 11 & d. 123. & passim alibi.
o l. 8. C. eod.
p Cuiac. ad dictam Nouell. 123.
q Nouell. 2. de episc. iud.
r can. 62.
s in epist. ad Euagrium, & in epist. ad Domnulum.
t tit. de offic. Archid.
u l. 10. C. Th. de episc. & cler.
x l. 6. C eodem.
y ad Nouel. 3.
z Nouell. 59.
a epist. 9.

Digitized by Google

stola ad Antiochenses. *Salutato*, inquit, *subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores*. Erant igitur omnes ministri earum, quæ in templo peragebantur, functionum. Omnesque per Episcopum, Archiepiscopum, vel Patriarcham in singulis ecclesijs, certo quidem numero ordinabantur: quemadmodum Copiatæ, siue Decani, qui ex constitutione [b] Honorij, & Theodosij, non plures quàm noningenti, quinquaginta in sacrosancta Constantinopolitana ecclesia, hoc est, Sanctæ Sophiæ, constitui poterant. Itemque Parabalani, qui cùm antea in Alexandria quingenti duntaxat esse deberent, vt est in Codice Theodos. [c] eorum numerus, quasi non sufficeret, ab eisdem principibus Honorio, & Theodosio ad sexcentos auctus fuit: ita, [d] vt, pro arbitrio viri Reuerēdissimi, vt ipsi aiunt, Antistitis Alexandrinæ vrbis, de his qui ante fuerant, & qui pro consuetudine curandi egerunt experientiam, sexcenti Parabalani ad huiusmodi solicitudinem eligerentur. Si quis autem ex his naturali sorte absumebatur, alter in eius locum pro voluntate eiusdem sacerdotis subrogabatur. Quid sint Parabalani, si quis quæsierit, respondebo cum ipsis Impp. Honorio [e], & Theodosio, eos esse, qui ad curanda debilium ægra corpora deputabantur. Nec mihi placet, quod Andreæ Alciato, viro alioquin eruditissimo, placuit [f], vt Parabalani dicerentur, quòd glebæ adscripti, aut toto vitæ tempore hospitalium, xenonumq. seruitio fuissent addicti. Sed potius, vt Iacobo Cuiacio [g] rectè visum est, quasi intrepidi, ac temerarij, in periculis sæpe non paruis versarentur frequenti ægrotorum contactu. Constat etiam ex Codice Theodosiano, huiusmodi Parabalanorum extitisse collegium, adeoq. amplum, vt interdum Alexandrinæ legationi terror esset. Quare voluerunt Principes [h], ne ijs ad quodlibet publicum spectaculum, neque ad curiæ locum, neque ad iudicium accedendi daretur licentia, nisi forte singuli ob causas proprias, & necessitates iudices adijssent, vel in communi totius corporis syndico constituto; neque diuites, neque honorati, aut [i] curiales, sed pauperes tantum in id collegium cooptarentur. De Copiatis bis mentio fit in eodem Codice, vbi [k] Constantinus, & Iulianus sic loquuntur. *Negotiatores omnes protinus conuenit aurum, argentumq. præbere, clericos excipi tantum, qui Copiatæ appellantur*. Et alibi ijdem. *Clerici* [l], *vel hi, quos Copiatas recens vsus instituit nuncupari, ita à sordidis muneribus debent immunes, atque*

b l. 14. C. de sacrosanct. eccl.
c l. 42. C. Theodos. de episc. & clericis. lib. 16.
d l. 43. C. eod. tit.
e d. l. 18.
f lib. 4. c. 9. dispunct.
g ad d. Nouell. 3.
h Lex de episc. & cler.
i l. 43. eod. tit.
k l. 1. de lustrali collatione.
l lex 15. de episc. & cler.

à collatione præstari, si exiguis admodum mercimonijs tenuem sibi victum, vestitumq. conquirant. Copiatæ etiam Decani appellabantur: & ita antea vocari solitos, hac ducor coniectura, quòd Constantinus [m] dicit, *quos Copiatas recens vsus instituit nuncupari*. Decanos Antonius Augustinus in notis ad Iuliani epitomen fuisse arbitratur, qui lectuli defunctorum ministerium habebant, dum ad sepulturam deferrentur. Epiphanius [n] scribit, Georgium Alexandrinum Episcopum lecticas excogitasse corporibus eorum, qui efferrentur, ad numerum certum facere ita, vt sine ijs non liceret efferre corpora mortuorum, maxime peregrinorum: idque, non propter hospitalitatem, sed quæstus gratia. etsi legimus, [o] B. Basilium sanctorum manibus elatum fuisse, atque etiam [p] aliorum mortuorum feretro clericos insignes, ac Episcopali dignitate præstantes viros ceruicem subiecisse. Ab ijs quoque Decanis ecclesiæ carcerem *Decanica* nuncupari, siue *Diaconica*, vt in titulo [q] *de hæreticis*; vel, vt in Codice Theodosiano, *Decanonica*, ab eorum forte ministerio, vt idem Ant. Augustinus suspicatur; etsi Iacobus Cuiacius [r] existimet Decanicam, siue Diaconicam non esse carceres, licet in ea rei quandoque conijciantur custodiæ causa: cùm & haberi in eis conuentus soleant, & recondi res pretiosæ. qui locus in Chalcedonensi Concilio [s] sacrarium appellatur, dum dicit. *Per homines eius, & comites non sum permissus egredi de sacrario, vsquequo subscripsi sententiæ Dioscori. Thalassius dixit, in secretario fueram positus*. Idemque Photius [t]. Itaque Decanica sacrarium, & secretarium dicitur. Io. Stephanus Durantus [u] existimat, sacrarium etiam dici Diaconicon: quia non nisi Diacono in sacrarium ingredi licebat. quod & secretarium appellari probat. Acolythi ergo, Parabalani, & Copiatæ, quia ecclesiastica officia non exercebant, ac oblique ecclesiastico muneri erant adscripti, vere, ac proprie clerici non dicebantur. Verùm, quoniam ministerio ecclesiæ deputati videbantur, largo vocabulo clerici vocabantur, clericorumq. nonnullis priuilegijs gaudebant. At vero eos, qui proprie clerici dicuntur, præsertim presbyteros, diaconosque, ab Episcopis suis ordinari non vtique debere dixit Iustinianus [x], nisi viri essent boni testimonij, Deum timentes, ingenio, & eruditione præstantes, & in sacris scripturis, & canonibus versati. Nam & in libro Basilicorum [y] tertio, hæc habentur. *Clericos non aliter ordinari permittimus, nisi litteras*

m d. l. 15.
n lib. 3. tit. 1 hæresi 76.
o Greg. Nazianz. orat. 20. in laudē Basilij.
p Greg. Nyssen. ed Olymp. de morte sororis suæ Macrinæ S. Hieron. in epitaphio Paulæ ad Eustochium.
q l. 3.
r ad Nouel. 79.
s Act. 1.
t tit. 9. c. 9.
u lib. 1. cap. 19. de ritib. Eccles. nu. 3.
x Nouell. 6. §. Hæc autē.
y tit. 5. cap. 25.

norint,& recta fidei,vitaq. honesta sint,neq. 16
concubinam, neque naturales liberos, vel ha-
z d. Nouella 3. Iustin. §. Sancimus.
beant, vel habuerint. Diaconissarum etiam
in Principum [z] constitutionibus frequenter
mentio habetur: quemadmodum enim in
a d Nouell. 3. §. Sancimus. vers quapropter.
ecclesijs diaconi cōstitui solebant, sic etiam
diaconissæ. Vnde Iustinianus [a] constituit, vt
in sanctissima Constantinopolitana maiore
Ecclesia diaconi masculi centum duntaxat
ordinarentur, quadraginta vero fœminæ.
Harum munus fuisse ægrotos curare, & pau- 17
perum carcere vinctorum curam habere, &
b ad Nouel 79.
pleraque alia pietatis officia exercere, exi-
stimat Cuiacius [b]. Sed pace tanti viri dixe-
rim, non puto diaconissas tale munus ha-
buisse. Adhibebantur enim ad baptismum,
c Nouell. 6. § Quātū igitur.
& alia huiusmodi ministeria. Quocirca idem
ipse Iustinianus [c], *Præcipimus*, inquit, *neque*
secundas contrahentibus nuptias, neque vi-
tam non habentibus irreprehensibilem, sed
nec suspectam omnino, ad sacrum venire mi-
nisterium, & adorandis ministrare baptis-
matibus, & alijs adesse secretis, quæ in ve-
nerabilibus ministerijs per eas (scilicet dia-
d li. de Monogamia.
conissas) *rite aguntur*. Huc referri etiam
posset, quod Tertullianus [d] de baptismo
Christi loquens, dicit hisce verbis. *At vbi*
infans templo exhibetur, quis illum in manus
suscipit? quis in spiritu primus agnoscit? vir
iustus,& cautus, & vtique non digamus, vel
ne dignius mox CHRISTVS à fœmina præ-
dicaretur vetere, vidua, & vniuira, quæ &
templo dedita satis in semetipsa portendebat,
quales spiritali templo, idest ecclesiæ, debeant 18
adhærere. Ordinari itaque nec poterant
diaconissæ, nisi aut vnius mariti viduæ, aut
virgines essent; nec cohabitare cum extra-
neis viris, quas ipsæ adoptassent fratrum, aut
cognatorum, aut dilectorum loco: sed cum
parentibus solis, & filijs, aut vere fratribus.
e l. 9. C. de Epis. & Cleric. & l. 27. eod. C. Theod.
His tempus quoque ab Impp. Valentinia-
no, & Theodosio [e] fuit definitum hoc mo- 19
do. *Nulla, nisi emensis quinquaginta, vel*
sexaginta annis, secundum præceptum Apo-
f Epist. 1. c. 5.
stoli, ad diaconissarum consortium transfe-
ratur. Exigit autem Apostolus, ad [f] Timo-
g d. Nouell. 6.
theum scribens, ætatem sexaginta anno-
h Nouella 123.
rum, quam Iustinianus [g] postea ad quin-
quaginta, & [h] tandem ad quadraginta
reduxit.

SVMMA EX CAPITE III.

1 *Regularis intelligitur, qui se alicuius instituti monastici regulæ subijcit.*
2 *Monachi olim clerici non fuerunt, immo à clericis distinguebantur.*
3 *Iulianus apostata ex monacho factus est clericus, & lector in ecclesia Nicomediensi.*
4 *Monachi non habebant ecclesiam propriā.*
5 *Clerici officium est docere: monachi flere.*
6 *Curiales, siue aulici ad clericatum ascendere non poterant: ad monachatum poterant.*
7 *Monachi, Anachoretæ, Hesycastæ, & Eremitæ fere idem sunt.*
8 *Monachi proprijs laboribus, & sibi, & egenis victum parabant.*
9 *Monachus otiosus latroni æquiparatur.*
10 *Transeuntes ad solitudinem specie monachatus, sed vitandorum publicorum munerum causa, per edicta Imperatorum reuocati sunt.*
Explicatur l. xxvi. C. de decurion. lib. x.
11 *Iustinianus monachos ab anachoretis distinguit.*
12 *Medianum via est, qua ad cellas transitus patet: bodie vulgo appellatur dormitorium in locis claustralibus.*
13 *Valens, & Martianus Imperatores reliquerunt monachis bona propria, & testamenti factionem, adeo vt per religionis ingressum non irritetur, quamuis Accursius aliter, & male senserit.*
Intellectus l. xiij. C. de sacrosanct. ecclesijs patefit.
14 *Testamenti factio post monachismum non tenet, cūm iam bona monachi tacito iure ad monasterium, detractis detrahendis, transiuerint.*
15 *Donatio religionis ingressu perit, nisi confirmetur elapso anno professionis.*
16 *Monachus ex Nou. Iustiniani potest testari inter liberos, virili portione monasterio relicta.*
17 *Monachus de acquisitis post ingressum, ex Leonis Nouella testari potest in assem, si monasterio aliquid contulerit in ingressu; sin minus in bessem, ex triente monasterio instituto.*
18 *Monachus habet ius legitimarum hæreditatum.*
19 *Monachus ingrediens monasterium absq. consensu patris, non potest vt ingratus exheredari.*
20 *Monachi non possunt, nisi coram Episcopo conueniri.*
21 *Iudices, & executores ciuiles monachum ad ciuile tribunal cogentes, seu vocantes, mulctandi sunt.*
22 *Episcopus cogentes monachum ad forum seculare, potest suo iure in custodiam trudere.*

23 *Seruus*

23 *Seruus eo ipso, quo factus est monachus, liber est, si tamen per triennium, antequam monachus fieret, in monasterio permansit.*

24 *Immunitas clericorum est monachis communis.*

De Monachis, eorumque officio, & immunitate, & prærogatiua: vbi explicatur l. xxvi. C. de Decurionib. lib. x. Cap. III.

DVO esse clericorum genera præcedenti capite indicaui: quorum alij sunt seculares, alij regulares, vt testatur titulus[a]: *De regularibus, & transeuntibus ad religionem.* Cùm igitur de secularibus dictum sit, restat vt de regularibus, quod oportet, subijciatur. Dicebam in Paratitlis[b], regularem dici eum, qui è seculo ad religionem monasticam eo animo transit, vt eius canonibus, qui regulæ sunt, obtemperet. Nec ista vox, *Regularis*, apud Imperatores, quemadmodum, nec apud Iurisconsultos extat: sed passim tales alio verbo *monachi* appellantur. Nec olim monachi erant clerici, immo à Iustiniano[c] separantur à clericis, dum inquit. *Sancimus præcipue monachos, licet non sint clerici, immunitatem ipso iure omnes habere tutelæ, siue testamentariæ, siue datiua, siue legitimæ.* Imperatores Arcadius, & Honorius[d] rescripserunt, monachos rectè ordinari posse, vbi clericos sibi deesse arbitrentur Episcopi: vt de Iuliano Apostata legimus, qui ex monacho factus est clericus, & lector in ecclesia Nicomediensi, vt Augustinus[e], & Paulus[f] Diaconus testantur. Clericis olim licebat matrimonium contrahere: quod licet etiam hodie ijs, qui sunt in minoribus constituti ordinibus. Monachis numquam licuit, etsi clerici facti (velut ex Iustiniani[g] constitutione,) lectores, aut cantores fierent. Clerici certæ deputabantur[h] ecclesiæ. Monachi non habebant ecclesiam. quod idem Iustinianus[i] fatetur, dicens. *Officium clerici est, docere, & pascere populum, vti gregem sibi commissum.* Monachus vero non doctoris, (vt Hieronymus[k] ad Riparium & Desiderium aduersus Vigilantium scribit) sed plangentis habet officium. Idem[l] ad Heliodorum. *Alia*, inquit, *causa est monachi, alia clerici.* Et ad Rusticum. *Ecclesia habet Senatum cœtum presbyterorum, sine quorum consilio nihil monachis agere licet.* Curiales quoque, & cohortales, si fieri volunt monachi[m], recipiuntur. Ex eo tamen hominum genere non ordinantur[n] clerici. Differunt etiam (vt Cuiacius[o] ait) in pœnis. Clericorum est, καθαίρεσις, hoc est purgatio, quæ est quædam spiritualis pœna; vt habetur in constitutione Cælestini[p] iij. Monachorum, sicut laicorum, ἀφορισμός, videlicet separatio, seu excommunicatio. Monachi Græca lingua solitarij homines, à cæterorumque consortio segregati dicti sunt. Nam, cùm primum in Aegypto esse cœperunt, congruentem nomini suo vitam, hoc est agrestem, & solitariam agebant. Neque simul habitabant, sed domunculas sparsim per montes, & saltus extructas habebant sub quibusdam legibus, & institutis. de quibus in meis[q] Paratitlis copiosè satis habetur, ad quæ lectorem relego, ne idem bis repeti videatur. Sed ij, & Anachoretæ, & Hesycastæ, & Eremitæ vocari consueuerunt: etsi eos à monachis separare videtur in sua Nouella[r] de Monachis Iustinianus: in qua statuit vnicam omnibus domum, vbi sint cunctis omnia communia. Cui congruit maxime, quod D. Hieronymus[s] scriptum reliquit, tales primos Christianos fuisse, quales monachi imitantur, & esse cupiunt: vt scilicet nihil cuiuspiam proprium esset, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuiderent, orationibus vacarent, & psalmis. Nec solum bona indigentibus in commune conferebant, vt perinde, ac domini vterentur, ac fruerentur: sed etiam labore, ac industria victum sibi, alijsque egenis parabant, vt Chrysostomus, Augustinus, alijq. veteres tradidere: adeo vt celebretur in historia[t] ecclesiastica hoc cuiusdam monachi apophtegma. *Monachus, qui non operatur, latroni par est adiudicandus.* Quocirca Iustinianus[u] dixit, duabus potissimum in rebus operam, & diligentiam impendere monachos oportere; vt, aut sacris vacent scripturis; aut, quas manuarias vocare solent artes, quæ monachos decent, meditentur, exerceantque. siquidem mens inerti otio dedita haud sane quidquam bonorum pariet. Mirum ergo videri non debet, si ipse[x] vitam monasticam, vt rem sacram, & diuinam tantopere commendet, vt cuius sectatores[y] non modò sibi, sed etiam vniuerso generi humano precibus apud Deum, exemplo, doctrina, labore, & industria haud minimum prodesse soleant.

a lib. 5. tit. 31. in Decretalib.
b eod. tit. 31.
c l. 42. de episc. & cler.
d l. 32. C. Theodos. eod.
e Epist. 76.
f lib. Historiarum 11.
g Nouell. 5. §. 8.
h Nouell 3.
i Nouella 133.
k can. 4. 16. quæst. 1.
l can. 6. ead. quæst. 1.
m Nouella 5.
n d Nouell. 5. & Nouell. 123.
o ad d. Nouell. 5.
p cap. 10. de iudic.
q lib. 3. tit. 35.
r Quæ est. 5. § Cogitandum.
s lib de eccles. script. ribus.
t Tripart. histor. lib. 8. cap. 1.
u in d. Nouell. 133. § vlt.
x d. Nouella 133.
y can. 26. & can. 27. & 39. cad. xvi. quæst. 1.

At vero, si, vt ab initio, soli per speluncas vitam traduxissent, non vtique litteris, aut bono publico operam nauare potuissent. Quod forte præbuit causam Valentiniano, & Valenti Imperatoribus [z], vt constituerent, eos, qui desertis ciuitatum muneribus, captant solitudines, ac secreta, deprehensos abduci è latibulis posse, atque ad onera patrij soli sustinenda cogi. quamuis constitutio hæc ad monachos Aegyptios tantum pertineat, vt recte etiam Cuiacius [a] animaduertit, idq. constat manifeste ex Theodosiano [b] Codice, vbi eadem etiam ita concepta extat constitutio. *Quidam ignauia sectatores, desertis ciuitatum muneribus, captant solitudines, ac secreta, & specie religionis cum cœtibus τῶν μοναζόντων congregantur. Hos igitur, atque huiusmodi intra Aegyptum deprehensos, per Comitem Orientis erui e latebris consulta præceptione mandauimus, atque ad munia patriarum subeunda reuocari, &c.* Non ergo ad omnes, sed ad eos tantum, qui curia relicta, Aegyptias solitudines quæsiuissent, spectat constitutio. Ex ea enim re minuti capite non censebantur: quia bona propria, & testamenti factionē retinebant [c]. At istis minime redeuntibus ad communem vtilitatem, ipsa Valentiniani, & Valentis [d] constitutio adimit bona, quæ Constantinus [e] adiudicauit ijs, qui in eorum locum ad Duumuiratus munera essent vocati. Constitutio igitur illa Valentiniani, & Valentis non aliter potuit intelligi. Siquidem Valentinianus alter, Theodosius, & Arcadius Traiano Præfecto Prætorio rescripserunt [f] in hæc verba. *Quicumque sub professione monachi reperiuntur deserta loca, & vastas solitudines sequi, in his* (ciuitatibus scilicet) *habitare iubeantur.* Nec aliter eis liber concedebatur ingressus in oppidis, aut ciuitatibus, quæ eisdem fuerant interdictæ, nisi aliqua pulsati fuissent lite: quo casu [g] antiquata dicta Imperatorum iussio censeri debebat. Quidquid tamen sit, idem Iustinianus voluit, vt monachi ab Anachoretis, & Hesycastis differrent, & in communi vitæ societate, quam Theodosius, & Arcadius [h] synoditas, & Iustinianus [i] cœnobitas vocant, vitam ducerent; & vna omnibus esset domus, vna cœnatio, vnus quietis nocturnæ locus, in quo tamen esset suum cuique cubile, sicut hodie fere in claustralium domibus obseruatur: eo excepto, quòd cubilia voluit Iustinianus esse patentia, & omnium oculis exposita: vt quemadmodum ipse ait, in communi versantes, testes sibi inuicem honestatis, & castitatis essent, vnde nemo proprium cubiculum habebat: nostri verò habent, seq. in suas cellulas, vt liber, excipiunt. inter quas via quædam communis ad suas cellas euntibus relinquitur, quæ medianum appellari potest, vel (vt ait Vlpianus [k] ad edictum ædilitium curulium) commune, & promiscuum plurium cellarum iter. Huius communionis rationem perelegantem reddit idem ipse Iustinianus [l]: quia scilicet zelus eis ad virtutem crescit, & maxime iuuenibus, si cum senioribus constituantur: fit enim seniorum conuersatio, & iuuentutis educatio perfecta: & sic sunt in cœnobijs suo proprio Abbati obediētes, & traditam sibi conuersationem inculpabiliter obseruantes. Immo alia [m] Nouella statuit, vt, qui in monasterijs proprium habere voluerint latibulum, euitentur. Multa de monachis essent dicenda: sed ne longius, quàm res, qua de agitur, postulat, progrediar, de ijs tantummodo agam, quæ argumento nostro videntur deseruire. Etenim monachi, siue clerici sint, siue non item, (ostendi enim monachos non esse clericos, sed fieri posse) omnibus fere, quibus illi qui vere clerici sunt, immunitatis gaudent beneficijs. Habent ex Valentis, & Martiani constitutione [n] bona propria, & testamenti factionem: nec irritum fit eorum testamentum religionis ingressu, quamquam Accursius [o] putet rumpi, atque omnia competere monasterio: sed male. Nam Iustiniani Nouella [p], ex qua illud Accursij authenticum est desumptum, loquitur de eo, qui nullis extantibus liberis, intestati exitum fecit: quo casu succedit monasteriū, prout in rescripto [q] Theodosij, & Valentiniani habetur: quòd si ante monachismum testamentum non fecerint, non possunt [r] postea facere. Omnia enim, quæ eorum fuerint propria, tacito iure ad monasterium transeunt, excepta Falcidia debitæ successionis, quæ liberis conseruatur: in quam tamen imputare debent liberi dotem, & donationē propter nuptias, prout ius [s] commune exigit. Excipitur etiam vxoris dos, & lucrum nuptiale ex casu mortis [t], atque ita casus mortis trahitur ad casum monachismi. Non æque excipitur donatio inter coniuges. Licet Ioannes Andreæ [u] existimauerit, ciuili morte, hoc est monachismo, perinde confirmari donationem inter virum, & vxorem, atque confirmatur morte naturali. Ipse [x] tamen alias docui, donationem religionis ingressu perituram, nisi elapso professionis anno confirmata sit. Hodie ex eiusdem Iustiniani Nouella [y], monachus inter liberos potest facere testamentum, viril portione

z l. 26. C. de Decurion. lib. 10.
a ad d. l. 26.
b l. 63. eod.
c l. 13. C. de sacros. Eccl.
d d. l. 26.
e l. 18. C. eod. de Decurion.
f l. 1. C. Theod. de Monachis.
g l. 2. eod. de Monach.
h l. 7. C. de Episc. aud.
i d. Nouella 5.
k l. 17. §. apud Cælium. ff. de ædil. edict.
l d. Nouella 5.
m d. Nouell. 123.
n d. l. 13. C. de sacros. eccl.
o ad auth. si qua mulier. C. eod.
p Nouella 123.
q l. 20. C. de episc. & cleric.
r d. Nouella 5.
s l. 29. C. de inoffic. test.
t l. vlt. § nā & maritus. C. de episc. & cleric.
u ad cap. vltim. de donat. inter virum, & vxor.
x li. animaduers. 2. c. 13.
y Nouella 22. & d. Nouell. 123.

tione monasterio, quod ingressus est, reli-
a Nouell. 5. cta. Et ex Leonis [a] Nouella, etiam de ijs, 17
quæ post ingressum acquisiuit, testamentum
facere potest, vel in assem, si quid rerum sua-
tum monasterio in ingressu contulerit: vel si
non contulerit, in bessem, triente monaste-
a d. l. vlt. §. hinc etiam. rio relicto. Habet & ius [a] legitimarum he- 18
reditatum monachus: nec vt ingratus potest 19
exheredari, quòd inuito, vel ignorante patre
religionem sit ingressus. Et licet olim mo-
b l. 11. C. de episc. & cleric. & l. 14. C. de episc. audient. nachi vtriusque sexus conuenirentur [b] in
prouincijs apud Præsidem, & in Vrbe apud
Præfectum Prætorio, & vocati, ad forum ve-
nire cogerentur ex Leonis constitutione,
non item coram Episcopo, nisi volente acto-
c Nouell. 79. re; ex [c] Nouella tamen Iustiniani non pos- 20
sunt monachi, nisi coram Episcopo conue-
niri, pro cuius arbitrio respondere debent,
vel per se, vel per Abbatem, vel per acto-
rem, siue syndicum communem. Itaque
mulctantur ciuiles iudices, qui huic consti- 21
tutioni non paruerint; & coercentur carce-
re executores, qui quemquam ex monachis
ad tribunal magistratus ciuilis, non ad Epi-
scopi, vocauerint. Nam ab ipso Episcopo 22
executores conijci possunt in decanica, siue
diaconica, cuius vocis significationem im
præcedenti capite patefecimus. Immo si ser- 23
d d. Nouell. 5. uus efficitur [d] monachus, euadit iugum ser-
uitutis, si per triennium ante in monaste-
rio, probationis gratia, conuersatus fue-
rit: quo peracto, & monachatum, & liber-
tatem consequetur. Sed, vt vno verbo di-
cam, quidquid immunitatis habent cleri- 24
ci, idem & habere monachos voluerunt
e l. 12. § penult. C. de episc. & cler. Imperatores [e] Leo, & Anthemius, qui ita
aiunt. *Priuilegijs sane singulis quibuscum-
que sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ fidei, xe-
nodochijs, siue ptochotrophijs, tam genera-
liter, quàm specialiter attributis perpetuo ob-
seruandis, nullis eas, earumque sacerdotes,
aut clericos (cuiuscumque gradus sint) aut
monachos ptochotrophos, aut xenodochos, or-
thodoxæ fidei deputatos extraordinarijs mu-
neribus præcipimus prægrauari.*

SVMMA EX CAPITE IV.

1 *SIXTI V. constitutione cautum est, ne quis ad Cardinalatum promoueatur, nisi per annum inter clericos fuerit, clericaliq. habitu incesserit.*

2 *Pontifex Romanus omnium Episcoporum est maximus.*

3 *Ius Pontificium est Theologico affine.*

4 *Senibus, & præstantibus viris idem pene honor debetur, qui & magistratibus.*

5 *Principum paucitas proficua, & salubris orbi terrarum est.*

6 *Orandum est pro principibus, vt tranquille vita transigatur.*

7 *Ethnici quoque Principes suos sacrificijs, votis, supplicationibus, atque feriarum solemnitate dijs commendarunt.*

8 *Expediret Reipub. omnia ad vnum redigi.*

9 *Pax ecclesiæ ex vnitate pendet.*

10 *Imperatores Christiani vnum Romanũ Pontificem agnouerunt omnes.*

11 *Iustinianus vocat Ioannem Pontificem Max. caput omnium ecclesiarum.*

12 *Idem Romam vocauit legum patriam, fontem sacerdotij.*

13 *Sedes Romana principatum obtinuit per quattuor maiora Concilia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense.*

14 *Sedes Constantinopolitana per eadem Concilia secundum locum sortita est.*

15 *Constantius Imp. Arrianus primatum ecclesiæ Romanæ tacite approbauit, Pontificis Romani iudicio Athanasij causam remittendo.*

16 *Liberius Papa Athanasium Episcopum Alexandrinum damnare inauditum detrectauit.*

17 *Impius Constantius etiam expressè auctoritatem Romani Pontificis confessus est.*

18 *Quanta fuerit Pontif. Romani auctoritas vsque à Iulij primi Papa temporibus perspicitur, qui Episcopos Orientales, non solum incusat, sed minis impetit.*

19 *Arriani primatum Romano Pontifici deferunt.*

20 *In Concilio Sardicensi factum est dissidium inter Orientales, & Occidentales Episcopos propter Athanasium Alexandriæ, & Paulum Constantinopolis Episcopos.*

21 *Constantinopolis noua Roma appellata est.*

22 *Roma duos habet oculos: Petrum scilicet, & Paulum Apostolos. Ex Ioan. Chrysost. qui Romam hac de causa maximis laudibus effert.*

23 *Phocas Imp. rogante Bonifacio Papa declarauit Romanam sedem primatum tenere, cùm antea Patriarcha Constantinopolitanus se primum aliquandiu scripsisset; idque fecit Bonifacius, vt Græci sententia proprij Imperatoris conuincerentur magis.*

24 *Roma terrarum dea, & gentium regina.*
25 *Praesentia Imperatorum occasionem dedit Patriarchis Constantinopolitanis, vt se primos nuncuparent, accedentibus barbarorum incursionibus.*
26 *Romani Pontifices semper orthodoxi fuerunt: contra verò Constantinopolitani aliquando perperā de fide senserunt.*
27 *Graeci loquacitatis, luxuriae, & leuitatis apposite notantur.*
28 *Concilium Florentinum Romano Pontifici primatum defert, tamquam vero successori B. Petri Apostoli, consentientibus Patriarcha, atque Imperatore Constantinopolitano, cum pluribus Graecis proceribus.*
29 *Michael Palaeologus, Isaacius iunior, & Emanuel Imperatores Graeci primatum in Romana Ecclesia agnoscunt.*
30 *Quaesita est longissima possessio Ecclesiae Romanae circa possessionem primatus.*
31 *Ius Pontificium praescriptionem seuerius admittit, quàm imperiale.*
32 *Praescriptio malae fidei de iure canonico nunquam valet, quamuis longi temporis sit, quod & praecepit lex xij. tabularum.*
33 *Romanus Pontifex fidelis totius Ecclesiae caput est oecumenicum.*
34 *Imperatorum non est statuere de rebus, aut personis sacris.*
35 *Vigente Romana Republica ciuitatum ius diuersum erat.*
Intellectus l. vnica C. de Priuileg. vrb. Constantinop. lib. 11. patefit.
36 *Vlpianus iurisconsultus genere Syrophoenix fuit, & sic Asia oriundus.*
37 *Tiberius Caesar Praenestinos municipes ex colonis fecit, quòd in eorum agro ex lethali morbo liber remansisset.*
38 *Immunitas, ideo sic vocatur, quia munerum vacationem praestat.*
39 *Romani poterant filios impune occidere.*
40 *Constitutio Honorij, & Theodosij circa praerogatiuas vrbis Constantinopolitanae, quae est l. vnica C. de priuil. vrb. Constantinop. lib. 11. non respicit ius Pontificatus, nec res sacras, sed priuilegia, & immunitates Romanae ciuitatis, quibus Impp. vrbem Constantinopolitanam ornare voluerunt.*
41 *Praerogatiua vrbis Constantinopolitanae, de qua loquitur lex 6. C. de sacrosan. eccl. intelligitur esse par cum ea, quam possidet Romana vrbs, quo ad canonum explicationem: qua de re populi Illyrici Constantinopolim potius, quàm Romam commoditatis causa ab Imperatoribus remissi sunt. Quod notandum est ad asserendam Romanae sedis auctoritatem, blateronumq. petulantiam retundendam.*
Explicatur l. 6. C. de sacrosanct. eccl.

De Primatu Romani Pontificis: vbi explicatur l. vnica C. de priuileg. vrbis Constantinopol. lib. 11. & l. 6. C. de sacrosanct. ecclesiis. Cap. IV.

QVEMADMODVM Iustinianus [a] censuit, vt Episcopus assumatur ex clero, vel ex monasterio, non ex laicis, vel si quis ex laicis videatur idoneus, referatur prius inter clericos, & inter eos sex mensibus, vel (vt [b] ex alia constitutione) tribus saltem conuersetur, ne repente ex laico clericus, & ex clerico Episcopus fiat (quod SIXTVS Papa V. veterum canonum aeque, ac optimorum omniū rituum obseruantissimus, anno salutis nostrae M. D. LXXXVI. instaurauit religiose, ac prudenter in Cardinalib. statuendo, ne quis ad eam dignitatem deinceps promoueatur, nisi per annū inter clericos fuerit, clericaliq. habitu incesserit) ita de ipso Pontifice Romano dici debet, cùm [c] omniū Episcoporum sit maximus, & Princeps; ne illud obijciatur Aristophanis. *Qui nunc quidem nihil est, cras erit maximus.* vel illud Aristidis in encomio Romae. *Qui hodie pedes est, cras videbitur eques:* vel sicut Vlpianus [d] noster ad edictum scribit. *Heri seruus, hodie liber*, quem Persius hesternum vocat. Sed dilucidius Beatus Hieronymus ad Oceanum. *Heri cathecumenus, hodie Pontifex: heri in amphiteatro, hodie in Ecclesia: vespere in Circo, mane in Altario: dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator.* De Principe igitur sacerdotum, omniumq. maximo dicamus, deq. eius primatu, quem à CHRISTO acceperit, necne, alibi differemus [e]. In hoc enim libro, vti iurisconsultus agam, eoq. animo, vt eas tantum res, quae Pincipum constitutionibus, & aliorum profanorum scriptorum dictis probari possunt, suscipiam, & profitear, veritus scilicet, ne Theologi, aut interdicto mecum contendant, aut me ex iure manu consertū vocent, quòd temere in proprias ipsorum possessiones irruerim. Quamquam minus dubito,

[a] Nouell. 6.
[b] Nouell. 123.
[c] cap. 26 in Concil. Carthagin. 5. & can. 3. 99. d.
[d] l. 7. §. praeterea. ff. de iniurijs.
[e] c. 5. lib. 3.

dubito, cùm ius, quod profiteor, Pontifi- 3
cium ſacræ Theologiæ neceſſitate, & affinitate deuinctum ſit, quin libenter in eorum ſpatijs frugiferis, & immenſis Theologiæ campis excurrere, & quidquid argumento noſtro deſeruire poſſe videbitur, carpere permittant. Nec id ita meum faciam, vt non poſſint, aut lege mecum agere, aut id ipſum condicere, aut vindicare, quod commodato magis ad pompam, vt Vlpianus [f] ait, & oſtentationem, quàm mutuo acceperim. Primatum à primo dici nemo eſt, qui dubitet. Primus vero, aut prior dicitur, qui dignus eſt honore, veneratione, cultu, auctoritate: vt cùm alicui aſſurgimus, aut honoris gratia loco cedimus: nam priores eſſe eos arbitramur, & dignos, quos nobis præponamus, colamus, obſeruemus, ac eis primas demus, licet nullum in nos imperium, nullam habeant poteſtatem, quales ſunt ſenes, alijq. præſtantes, & eminentes viri, quibus eundem pene, quem magiſtratibus ho- 4
norem, etiam veteres tribuiſſe, auctor eſt Calliſtratus [g] iuriſconſultus. Qui verò præſtat præfectura, dignitate, magiſtratu, is Princeps eſt, & poteſtate omnibus priuatis hominibus prior: is ſua auctoritate, & imperio de medio tollit innatam bominum cupiditatem, libidinem, ambitionem, noua ſtudia, hæreſes, & infinitas ſeditiones, bella ciuilia, & omnia denique malorum genera. Namque homo, vt aſſeuerant Philoſophi, ſic vt mitiſſimum, & optimum animal eſt, ita omnium ferociſſimum, & pernicioſiſſimum: habet enim vires animi, non ſolum corporis, quibus infinita excogitet, & incredibilia. Ad eius autem vitia comprimenda ſemper opus fuit, vt eſſet, qui improbos coerceret, defenderet, & tueretur ab iniuria bonos: nec aliter, ac ne momento quidem, firma eſſe ob corruptelam morum humana ſocietas poſſet. Atque ideo optime ageretur cum vniuerſo orbe, ſi vnus omniū eſſet Princeps, & gubernator. Non enim hoſtem haberet; neque populus aliū, quàm ſuum Principē, neque Princeps alios, quàm ſuos pertimeſceret. Ob hanc ipſam rationē Principum paucitas, pacatior, & ſalubrior 5
eſt vbique terrarum; maximeq. intereſt Reipub. amplitudinem Regum, & Principum tueri, ne plures naſcãtur hoſtes, augeaturq. calamitas. Quare Paulus [h] Apoſtolus hortatur omnes ad preces, & obſecrationes pro 6
ſalute, & incolumitate Regum, & Principū: nec huius rei rationē prætermittit, inquiens. *Vt quiete, tranquille, & placide traducamus vitam.* Nam & ethnicos pro Principum ſa- 7
lute ſacrificia feciſſe, vota nuncupaſſe, ſupplicationes decreuiſſe, ſtatuiſſe ferias demonſtraui [i]. Quem morem conſeruaſſe Chriſtianos ſcribit Tertullianus [k]. *Nos*, inquit, *pro ſalute Imperatorum Deum vocamus æternum, Deum verum, & Deum viuum*. Et paulo poſt. *Precantes ſumus omnes ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quacumque hominis, & Cæſaris vota ſunt.* Iuxta hanc formam populus fidelium in huius ſeculi peregrinatione, tamquam in Babylone captiuus, & ad ſupremam patriam aſpirans, orat etiam pro pace temporali, vt remotis per Dei pietatem omnibus aduerſitatibus, quietam, & tranquillam vitam agat Eccleſia. Hæc Alcuinus de diuinis officijs cap. de celebratione Miſſæ. *Ita ergo* (ait Florus magiſter in expoſitione Miſſæ) *& Eccleſia deprecatur pacem fieri in diebus noſtris: quod & poſt nos alij vſque ad conſummationē ſeculi vtique ſimiliter orabunt.* Nec vllus vnquam fuit tam ferus, & inhumanus, nullus tam ingenij hebes, nullus tam excors, tamq. demens, & neſciens, vt non crediderit ma-
5 gis expedire Reipublicæ, ſi vna tantum eſſet concio, vnus grex, vnum corpus, vna fides, vnus animus, ac eſſent denique omnia vnum. Quid enim poteſt eſſe magis coniunctum, quàm vnum? nam vnius, vt vnum eſt, diuiſio non eſt, aut diſſolutio, ſed plurium: & propter vnum, quodcumque illud ſit, omnia dicuntur eſſe vna, copulata, adſtricta, colligata, annexa. In profanis parum quidem intereſt, in pluribus ſit principatus, an in vno. At quemadmodum vna eſt Eccleſia, ita Eccleſiæ vnus ſit Princeps, neceſſe eſt: nam ſi plures eſſent, ijq. inter ſe æquales, nullus eſſet ordo: vbi nec prius, nec poſterius, neque primum, neque poſtremum, nullus ibi ordo eſt. Oportet quidem ſuperiora, & inferiora eſſe, vti ordo ſit. Cùm igitur vnicum corpus ſit Eccleſiæ, non erit biceps, aut triceps: neque ordo vnus eſſet, niſi omnia ita temperata, & concinnata ſint, vt ſint ſuperiora, & inferiora, quaſi gradibus connexa ad ſummum vnum, & primum. Vnde eleganter profecto Imperatores Theodoſius, & Valentinianus dixerunt [l]. *Tunc demum eccleſiarum pax vbique ſeruabitur, ſi rectorem ſuum agnoſcat vniuerſitas.* Et inferius. *Verùm, ne leuis ſaltem inter eccleſias turba naſcatur, vel in aliquo minui religionis diſciplina videatur, hac perenni ſanctione decernimus, ne quid tam*

[f] l. 18. in fi. ff. de rebus cred. & l. 3. in fi. ff. commod.

[g] l. 5. ff. de Iur. immun.

[h] 1. ad Tim. 2.

[i] ſup. lib. 2. c. 16. cum ſeqq.

[k] In Apologetico c. 39.

[l] Nouel. 24.

Episcopis Gallicanis, quàm aliarum prouinciarum, contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ Vrbis æternæ auctoritate temperare: sed illis, omnibusq. pro lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ sedis auctoritas: ita vt quisquis Episcoporum ad iudicium Rom. Antistitis euocatus, venire neglexerit, per moderatorem eiusdem Prouinciæ adesse cogatur, per omnia seruatis, quæ Diui parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt. Initio eiusdem constitutionis dixerant. *Cùm sedis Apostolicæ primatum S.Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis, sacra etiam synodi firmauit auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur, &c.* Atq. ista fortasse constitutio erit, cuius mentio fit in epistola, quam Concilium Chalcedonense ad Leonem Pontificem Romanum scribit, quæ in eodem Concilio inseritur, in qua hæc habentur. *Confirmauimus centum, & quinquaginta sanctorum Patrum, qui in Constantinopoli congregati sunt, regulam sub piæ memoriæ Maiore Theodosio, quæ præcepit, post vestram sanctissimam, & Apostolicam sedem, honorem habere Constantinopolitanam, quæ secunda est ordinata; confidentes, quia lucente apud vos Apostolico radio, & vsque ad Constantinopolitanam ecclesiam consuete gubernando illum spargentes, hunc sæpius expanditis, eo quòd absque iniuria, non quod absque inuidia consueueritis vestrorum bonorum participatione ditare domesticos.* Non est itaque dubium, quin Imperatores

10 vnum Romanum Pontificem agnouerint, eumque semper declarauerint esse primum vetustate, potestate, honore, antiquissimum, maximum, dignissimum propter Petrum Apostolorum præstantissimum. Vnde Iustinianus [m] ad Io. Vrbis Episcopum. *Nos reddentes honorem Apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati, quod semper in voto fuit, & est (vt decet patrem) honorantes vestram beatitudinem, omnia quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium vnitatem vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire: quæ hactenus obtinet, & incommote permanet nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes vniuersi Orientis tractus subijcere, & vnire sedi vestræ sanctitatis properauimus.* Et paulo post. *Nec enim patimur quidquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestum, & indubitatum sit, quod mouetur, vt non etiam vestræ innotescat sanctitati, quæ caput est omnium sanctarum ecclesiarum.*

[m] l.7.C de summa Trin. & fide Cathol.

11 Idem Princeps Iustinianus [n], dum voluit, vt Romana Ecclesia vbique gentium annorum centum gauderet præscriptione. *Vt legum*, inquit, *originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam*

12 *esse, nemo est qui dubitet. Vnde & nos necessarium duximus, patriam legum, fontem sacerdotij spirituali nostri numinis lege illustrare, vt ex hac in vniuersas ecclesias Catholicas, quæ vsque ad Oceanum fretum positæ sunt, saluberrimæ legis vigor extendatur.* Et in alia [o] Nouella constitutione. *Sancimus vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis quattuor concilijs expositæ sunt, aut firmatæ, hoc est in Nicæno trecentorum decem & octo, & in Constantinopolitano sanctorum centum quinquaginta patrum, & in Ephesino primo, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonensi, in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quattuor synodorum dogmata, sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas, sicut leges obseruamus.*

13 *Ideoq. sancimus* [p] *secundum earum definitiones, sanctissimum senioris Romæ Papam primum esse omnium sacerdotum: beatissimum*

14 *autem Archiepiscopum Constantinopoleos nouæ Romæ, secundum habere locum post sanctam Apostolicam senioris Romæ sedem: alijs autem omnibus sedibus præponatur.* Habuit autem secũdum locum post Romanum Pontificem Constantinopolitana ecclesia à secundo Constantinopolitano concilio, vt Socrates [q], & Tripartita [r] historia referunt. Hunc principatum indicare etiam voluit idem Imperator illis verbis [f]. *Iubemus beatissimos Archiepiscopos, & Patriarchas, hoc est senioris Romæ, & Constantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos*, Antiochiæ scilicet, & *Hierosolymorum, &c.* Athalaricus Gothorum Rex Io. Papæ. *Vos*, ait [t], *qui Pa-*

15 *triarcharum honore reliquis præsidetis ecclesijs, &c.* Immo fere ab initio, quo Imperij sedes Byzantium est translata, Constantius Constantini Magni filius, etsi parum religiosus, quin potius Arrianus, hunc Rom. Ecclesiæ primatum approbasse visus est. Nam cùm Athanasius Alexandriæ Episcopus de varijs esset falso apud eum Principem accusatus criminibus, ipseq. decreuisset à sua Patriarchali sede sanctum virum dimouere, Liberium Rom. Episcopum rogauit, vt eundẽ Athanasium per subscriptionem deijcere

16 sacerdotali solio vellet; sed Liberius perseueranter renituit, nec visum hominem, nec auditum

[n] Nouell 9. in princip.

[o] Nouellâ 131. §. sancimus.

[p] eod. Nouell. §. ideoque.

[q] lib. 5. c. 8.

[r] lib. 1. c. 9.

[f] Nouella 123.

[t] Cassiod. lib. Variarũ 9. epist. 15.

auditum damnate voluit: nefas vltimum, sæpe exclamans, atque aperte recalcitrauit Imperatoris precibus. Et quamquam id sciret Imperator esse impletum, *auctoritate* 17
[u] lib. 15. *tamen* (ait Ammianus [u] Marcellinus) *qua potiuntur æternæ Vrbis Episcopi, firmari desiderio nitebatur ardenti. Quo non impetrato, Liberius ægre populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit vrbe exportari.* Eundem Athanasium Eusebiani de criminibus accusauerūt: deinde Iulium Episcopum, qui tum Romanam regebat Ecclesiam, per litteras de criminibus certiorem fecerant, vt auctor est
[x] lib. 2. c. 4. Theodoritus in historia [x] ecclesiastica. Hic etiam Iulius aduersus Episcopos Orientis propter Catholicos Prælatos inuehitur ma-
[y] lib. 3. c. 7. ximè, vt videre est apud Sozomenum [y].
18 Quo in loco haud obscure apparet, quanta etiam tunc temporis fuerit in orbe Christiano Pontificis max. auctoritas: nam post multa ait. *Cùm propter sedis dignitatem curam omnium ad ipsum spectaret, singulis suam ecclesiam restituit, scripsitq. ad Episcopos Orientis, eosq. incusauit, quòd inconsulto ipso de his ce viris iudicassent, ecclesiasq. perturbassent, cùm decretis concilij Nicæni stare nollent. Deditq. mandatum, vt quidam illorum omnium nomine ad diem constitutum accederent, perspicuè declaraturi sententiam, quam de his tulerant, æquam, iustamq. esse. Quin etiam minatus est se de reliquo non passurum eos inultos esse, nisi nouis rebus studere non desisterent.*
19 Quo in loco Arriani Episcopi fatentur, inter alias, primas obtinere Romanam Ecclesiam. Plura in hanc sententiam, si otium esset, in mediū afferri possent, quibus perspicuum esset Christianos vtriusque Imperij, Occidētis scilicet, & Oriētis Principes decreuisse Romanam Ecclesiā omnium ecclesiarum principatum habere. Est autę hominum natura fluxa, mutabilisq. ac nouitatis cupida, vnde propria leuitate distracta, in eodem statu permanere non potest:
20 quandoquidem inter Latinam, & Græcam, vel si mauis, Occidentalem, & Orientalem ecclesiam, dissidium in Sardicensi Concilio coortum est. Causam dissidij illam affert
[z] lib. 2. c. 16 Socrates [z] in historia ecclesiastica: quòd cùm Concilium Sardicæ esset conuocatum, Episcoporum occidentalium trecentorum, orientalium vero septuaginta sex, & hi nollent Paulum, & Athanasium Concilio interesse, illi autem vellent: facta fuit dissolutio, orientalibus secedentibus, in Thraciaq. aliud Concilium celebrantibus, vbi Arrij dogmata probata fuerunt, fidesq. Nicæna damnata: Occidentalibus autem Paulum Constantinopolitanæ, & Athanasium Alexandrinæ ecclesiæ cum Marcello Anciræ Episcopo restituētibus, Arrianosq. Episcopos anathemate notantibus. Hinc Christiani Principes (præsertim Rom. Pōtifices) semper conati sunt, nō modò dissidiū tollere, & vtrosque occidentales, & orientales, modò coactis Cōcilijs, modò pragmaticis sanctionibus, ad vnitatē reducere, sed Romanæ etiā ecclesiæ primatum asserere. Quibus tamen non obstantibus aliquando Constantinopolitanus Patriarcha de primatu ipso cum Romano contendere est ausus: dixitq. se principem, caputq. esse Ecclesiæ, quòd Episcopus esset principis ciuitatis, in quā translatum fuisset Imperij caput, & sedes; atque
21 ideo Constantinopolim, nouam iampridem Romam vocari. Romanus vero contra, Constantinopolim esse tantum Romanorum coloniam: Romam solum caput imperij permansisse: quā ob causam Imperator Romanorum, nō Constantinopolitanorū Imperator vocabatur. vel potius asserebat Romam caput esse ex eo, quòd Apostolorum Princeps, & CHRISTI Vicarius non doctrina solum, verum etiā sanguine suo primatū inibi constituerat. Vnde Tertullianus [a]. *Felix*, ait, *Ecclesia Romana, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Dominicę adæquatur, vbi Paulus Ioānis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioānes, posteaquā in oleum igneū demersus, nihil passus est, in insulam relegatur.* Et S. Leo Papa. *Beatissimus Petrus Princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac nūc vrbe non essent? aut quousque gentes ignorarēt, quod Roma didicisset?* Et alibi. *Isti sunt viri, per quos tibi Euangelium* CHRISTI *Roma resplenduit; & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis.* Ioannes Chrysostomus in epistolam ad Romanos. *Ego & Romam propterea diligo, tametsi aliūde queam illam laudare, nempe à magnitudine, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, ab imperio, à diuitijs, & à rebus in bello fortiter gestis. Sed dimittens omnia, ob id illam beatam prædico, quòd erga illos* (Romanos intelligit) *Paulus, dum viueret, adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, & coram disseruit, & postremo vitam apud eos finiuit. Cuius corpus sanctum ipsi possident: & propterea ciuitas illa hinc facta est insignis ma-*

[a] lib. de præscriptionib. aduersus hæret.

gis

Digitized by Google

gis quàm ab alijs rebus omnibus: & tanquam
corpus magnum, ac validum, duos habet ocu- 22
los illustres, Sanctorum videlicet horum cor-
pora. Non ita cælum splendescit, quando sol
dimittit radios, quemadmodum Romanorum
vrbs duas illas lampades vbique terrarum
effundens. Hinc rapitur Paulus, illinc Pe-
trus. Mox subiungit. *Qualibus coronis dua-*
bus ornatur vrbs ista? qualibus catenis au-
reis cincta est? quales habent fontes? Pro-
pterea admiror hanc vrbem non propter co-
piam auri, non propter columnas, neque pro-
pter rem aliam, sed propter columnas illas
Ecclesiæ. Io. Chrysostomus homo Græcus
fuit, cui credi potest, si Latinis fidem ha-
bere recusant. Quare Bonifacius Papa, cùm
armis nollet contendere, nec Græci vellent
persuaderi, Phocam Imperatorem rogauit,
vt controuersiam hanc multo antea solutã,
[b lib. 4. c. 11. de gestis Lõgobard.]
iterum dirimeret. Quod Paulus [b] Diaconus
testatur, dum ait. *Phocas, rogante Papa Bo-* 23
nifacio, statuit sedem Romanæ, & Apostoli-
cæ Ecclesiæ primam esse, cùm prius Constan-
tinopolitana se primam omnium ecclesiarum
scriberet. Et hoc illud est, quod dicere vo-
[c in compẽdio histor. Romanorũ.]
luit Pomponius [c] Lætus hisce verbis. *Ro-* 24
ma ipsa terrarum dea, & gentium regina
poscere videtur Dei sedem, & imperij gene-
ris humani. Sed vbi noua Roma præsentibus 25
Augustis lacertos extulit, absentia Principum
nostra Roma paululum imminuta: vtraque
tamen vrbe principatum vindicante, nescio
quo fato, Præfectis obtemperauimus, & ali-
quando Augustulis, & sæpenumero Regibus
Gothorum. Itaque per ea tempora Episcopa-
lem maiestatem nutibus Impp. Constantino-
polis sibi vsurpauit. Nos vero non cessimus,
sed passi fuimus, ne ira Principum obesset,
qui Vrbis sanctissimæ dignitatem barbaro-
rum prædæ relinquant. res non potuit diu dif-
ferri. Phocas Imperator totius maiestatis de-
cus, iniuria ablatum, restituit, & publico
decreto sanxit. Nam plerique Episcopi Con-
stantinopolitani male vsi auctoritate, pra-
uis opinionibus, fidei simplicitatem turbaue-
runt. Romani vero Pontifices semper habiti 26
sunt orthodoxi, & iustissimi, vt ipsi Græci in
historijs tradiderunt. Episcopus igitur Ro-
mæ, & diuino iussu, & ciuilis iuris vinculo
generis humani parens, & princeps est. Nã
illud perpetuo mansurum, quis dubitat?
Tu es Petrus, & super hanc petram ædifica-
bo ecclesiam meam. Phocam, quòd iure de-
clarauerit Romanum Pontificem omnium
[d lib. 11. c. 4. de gestis Lõgobard.]
Principem esse, auctor est etiã Eutropius [d].
Intellexit porro Phocas (vt priores omnes
Christiani Imperatores) CHRISTVM hu-
ius Pontificatus auctorem, ita Concilijs de-
claratum, Constantinopolitano, & Chalce-
donensi, & alijs permultis: ita longo vsu, &
ante, & post Concilia illa seruatum; hisq., ni
fallor, adductus, ita de primatu censuit. Sed
odio Latini nominis, & animi leuitate factũ
est, vt Græci sæpe deficerent. Bonæ qui-
dem litteræ, & artes liberales eis acceptæ
27 referuntur: sed certe loquacitate, luxuria,
& leuitate à veteribus maximè notantur.
Nihilominus tamen multi subsequentes Im-
peratores Constantinopolitani hanc Eccle-
siæ vnitatem conseruare plurimum labora-
runt. Inter quos Michael Palæologus pro-
fessus est coram Lugdunensi Concilio, anno
circiter M.CC.XLV. se hoc perpetuum
commune Ecclesiæ vinculum seruaturum.
Ioãnes quoque Palæologus legatos ad Cõ-
cilium Basileense anno M.CCCCXXXIV.
[e sess. 19. & sess. 22.]
vt in eodem [e] apparet Concilio, misit: &
quarto post anno cum Græcorum Patriar-
cha venit ad Concilium Florentinum, vt
Orientalis Romanæ reconciliaretur Eccle-
[f sess. vlt.]
28 siæ. In quo [f] Græci ad vnum omnes confes-
si sunt, sanctam Romanam Apostolicam
sedem, & Romanum Pontificem in vniuer-
so orbe tenere principatum: & ipsum Pon-
tificem Rom. successorem esse Beati Petri
Principis Apostolorũ, & verum CHRISTI
Vicarium, totiusq. Ecclesiæ caput, & om-
nium Christianorum patrem, & doctorem.
[g lib. 1.]
Legitur [g] etiam in constitutionibus iuris
29 Orientalis, eundem Michaelem Palæolo-
gum ad Papam legatos misisse pro ineunda
veteris, ac nouæ Romæ ecclesiarum concor-
dia, triaq. hæc promisisse: primum, vt in
sacris hymnodijs Papæ cùm quattuor alijs
Patriarchis mentio fieret: alterum, vt lice-
ret cuiuis Romam veterem, quæ curia ma-
ior, & perfectior esset, appellare: tertium,
vt illi principatus in omnibus deferretur.
[h Rom. Prin. lib. 2. in Alexio iuniore.]
Ioannes Baptista Egnatius [h] scribit, Alexiũ
iuniorem Isaacij filium, Venetorum, Gallo-
rumq. ope in imperium restitutum, id præ-
ter alia in fœdere sanciendo expresse cauis-
se, vt Patriarcha Constantinopolitanus Ro-
mano Pontifici, tanquam maiori subesset.
Extat quoque elegans Archiepiscopi Thes-
salonicensis ad Adrianum Papam epistola
[i tit. 1. c. 30.]
apud Balsamonem [i] diligentissimum Photij
Nomocanonis interpretem: in qua non so-
lum ipsum Adrianum, vt omnium ecclesia-
rum patrem, & magistrum agnoscere, &
prædicare profitetur, sed dicit etiam Ema-
nuelem Comnenum Imperatorem eiusdem
animi esse, atque ad hanc vtriusque eccle-
siæ concordiam, vnanimem, & adiutorem
poten-

Digitized by Google

potentiſſimum fore. Itaq. pręter rem iudicatam, ex qua & in priuatis rebus, & publicis homines ius conſequuntur, (quia ius, vt Vlpianus k reſpondit, ſententia facit,) accedit etiam præſcriptio, tot ſeculorũ poſſeſſione, iuſto titulo, ac bona fide quæſita. Licet in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, quæ hominũ memoriã excedit, vt valeat præſcriptio, neque titulũ, neque bonam fidẽ eſt probare neceſſe, ex Bonifaciana cõſtitutione l: quod notant omnes iuris m Pontificij interpretes. Nec vllus eſt tã in iure plumbeus, qui neſciat longe ſeueriores eſſe Pontifices, quàm Imperatores n in admittenda præſcriptione. Iſti enim triginta, vel quadraginta annorũ præſcriptionem, non bonæ fidei tantum, ſed malæ fidei quoque poſſeſſori excipienti, tribuunt. Et o res, vel priuilegia, quæ ad Dei eccleſias ex veteri conſuetudine pertinent, ſiue ab Imperatoribus, ſiue ab alijs Dei cultoribus donata, x x x. annorum ſpatio confirmantur. Iure autem Pontificio p, abſque bona fide longi temporis, præſcriptio, etiam ſi ſuperet hominum memoriam, non valet, quemadmodum & olim apud veteres Romanos. In XII. enim tabulis reperitur. *Rei furtiuæ æterna auctoritas eſto*. Illa tamen adhuc remanet differentia, quòd Romani ab initio dumtaxat bonam fidem deſiderabant: Pontifices vero ſemper. Teſtantur item omnes chronographi, Rom. Pontificem eſſe œcumenicum caput, & vniuerſalem, ſummumq. Pontificem totius Eccleſiæ: vt Paulus q Diaconus, Annonius de r geſtis Francorum, Platina ſ, Volaterranus, Sabellicus t: à quibus nullus ex iuris etiam ciuilis interpretibus diſſentit, dummodo bene ſentiat de fide. Nam, qui à Catholica fide defecerunt, etiam Eccleſiæ Romanæ primatum deprimere modis omnibus ſunt enixi. Vna tamen eſt Honorij, & Theodoſij conſtitutio, quæ etſi contraria non eſt, nobis tamen dubium facit. *Vrbs* u, inquiunt, *Conſtantinopolitana, non ſolum iuris Italici, ſed & ipſius Romæ veteris prærogatiua lætetur*. Hanc legem nonnulli, neſcio quo ſpiritu ducti, ita intelligunt, vt Patriarcha Conſtãtinopolitanus Romano Pontifici par ſit per omnia, & æqualis. Et quamquam ad hoc reſponderi poſſet, Imperatorum non eſſe ſtatuere de rebus ſacris, & ſacerdotibus, niſi vt alias dictum x eſt; alia tamen quærenda eſt ſolutio: illa videlicet, quòd hæc cõſtitutio nihil ad Epiſcopos pertinet, nihil ad ſacrum ordinem, nihil denique ad res ſacras, ſed ad immunitatem tantum vrbis, ad priuilegia cenſus, & tributorum, vt recte

k l. 3. ff. de liber. agnoſc. l. 8. ff. de inoff. teſt. c. 13. de re iud.
l c. 1. de pręſcrip. lib. 6.
m ad c. 1. de reg. iur.
n tot. tit. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorũ. can. 9. 16 q. 4.
o c. 8. ead. q. 4.
p c. 5. & c. vlt. de præſcrip. in Decret.
q In Chron. Martyrij.
r lib. 4. c. 4.
ſ in Boniſac.
t lib. 6. Enneade 8.
u l. vn. de priuil. vrb. Cõſtantinopol. lib. 11. C.
x ſupra in proœm. huius lib.

adnotauit Accurſius y, nec ab eo diſſentit Cuiacius z. Nam ſtante Romana Republica, florenteq. Imperio, vti Plinius a, & Strabo b ſcriptis mandarunt, multa fuiſſe ciuitatum diſcrimina videntur. Erant ſiquidem ciuitates, aut liberæ, ſcilicet libertate donatæ, aut iam ab initio amicitia Romanis deuinctæ, aut metropoles, aut municipia, aut ſtipendiariæ, aut fœderatæ, aut coloniæ, aut iuris Italici. Sicq. earum ciuitatũ varium, diuerſumq. ius erat. Nam aliud coloniarum, aliud ſtipendiariarũ, aliud municipiorum, aliud liberarum, aliud fœderatarum, & Italiæ totius aliud: vt explicant nobis perite Vlpianus c, & Paulus d iuriſcõſulti, & A. Gellius e, & ex recentioribus Carolus f Sigonius. Ex quibus etiam planè intelligimus, ius earum omnium eiuſmodi fuiſſe, vt non bene, ac diſtincte ſciri poſſet, ſed in arbitrio, & Principum indulgentijs fuiſſe poſitum. Aliquando enim coloniæ tãtum erant, vt Syriaphœnix, ex qua idem Vlpianus ſe originem ducere ſcribit, colonia Tyriorum ſplendidiſſima: cui Seuerus Imperator, ob egregiam in Rempublicam voluntatem, Imperiumq. Romanum inſignem fidem, Italicum ius dedit. Aliquando coloniæ titulo honorabantur, nec ius Italicum conſequi poterant: vt in Palæſtina duæ erant coloniæ, Cæſarienſis, & Aelia Capitolina, ſed neutra ius Italicum habuit. Aliquando coloniæ fiebant ſaluis tributis, vt Antiochenſium g colonia, & Ptolemæenſiũ inter Phœnicem, & Palæſtinam ſita: nec quidquam h, præter nomen coloniæ, habebant. Aliquando vtrumque, & nomen, & ius Italicum conſequebantur: vt in Luſitania Pacenſes, in Gallia Lugdunenſes, Viennenſes: in Germania inferiore, Agrippinenſes: in Syria Laodicea, & aliæ in alijs Prouincijs (quas enumerant ijdem Vlpianus, & Paulus.) Aliquando i immunitatem ſoli dumtaxat habebant, aut non pendebant tributum capitis, vt Cæſarienſes, quos Veſpaſianus colonos fecit, non adiecto, vt iuris Italici eſſent, ſed tributũ k his remiſit capitis. Aliquando ex colonia in municipia, veniebãt, vt Præneſtini: quos Gellius l refert maximopere à Tiberio Imperatore petijſſe, oraſſeq., vt ex colonia in municipij ſtatũ redigerentur; idq. illis Tiberium pro referenda gratia tribuiſſe, quòd in eorum finibus ſub ipſum oppidum ex capitali morbo reualuiſſet. Narrat etiam Plinius m eundem Veſpaſianum Imperatorem varijs Reipub. iactatum procellis, vniuerſæ Hiſpaniæ ius Latij tribuiſſe. At verò ciuilium munerum, ſicut

y ad d. l. vn.
z ad d. l. vn.
a lib. 3. c. 5. & 4. & lib. 5. cap. 2.
b lib. 17.
c l. 1. ff. de cenſib.
d l. vlt. eod.
e lib. 16. c. 14.
f lib. de veteri iure Pop. Rom.
g d. l. vlt.
h d. l. 1. §. Ptolemæenſium.
i l. 3. & 4. eod. de cenſibus.
k d. l. vlt. §. Diuus Veſp.
l d. c. 14.
m lib. 3. c. 3.

sicut triplex erat diuisio (vt Arcadius iurisconsultus [n] ait: quædam enim munera sunt personalia: quædam patrimoniorum: quædam vtriusque, quæ mixta dicuntur) sic immunitas in tria genera distribui accommodate potest. Namque appellatur [o] immunitas, quòd muneris vacationem præstat. Imperatores igitur remittebant ciuitatibus quibusdam patrimoniorum quædam munera, & tributa, & census. Concedebant quoque alia id genus priuilegia, quæ ex Codice Theodosiano passim, & in Codicis Iustinianæi libris posterioribus habētur. Ipsa vero Italia immune obtinebat solum, & remissum tributum capitis: quod Paulus indicauit, vt legitur in tit. de [p] censibus. Habebat etiam vsucapionis ius proprium: etsi postea Iustinianus [q] alijs id communicauit. Erant quoque Latinis quædam libertates, quas idem Iustinianus [r] abrogauit, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfudit. Sic complura reperiebantur priuilegia, quæ omnia vno verbo, ius Italicum, nuncupabātur. Cuius iuris quamplures, vti dixi, extra Italiam ciuitates fuerunt. Eiusdem iuris & Cōstantinopolitani fuisse vidētur. Nam cùm Byzantium, quæ ciuitas adhuc obscura erat, & parum suo splendore cognita, Imperij sedes esset translata, Constantinus eam ædificijs magnificis, ornatissimis templis, alijsq. publicis operibus illustrare cœpit, & alij subsequentes Principes immunitatibus munire. Vnde Constantius, & Constans sanxerunt [s] vt Palatini, & Constantinopolitani ciues pro capitibus, seu iugis suis tantum pensitationem, atque obsequia recognoscerent, extraordinarijs, & temonarijs oneribus liberati. Post hos Valentinianus, Valens, & Gratianus ei ius Italicum [t] dederunt; immo mandarunt, vt concessi beneficij gratia publicis actibus insereretur, & incisa tabulis debita solemnitate permaneret. Tandem, quia vrbis Romæ amplius, maiusq. erat ius, quàm ipsius Italiæ, vt exempli causa ius potestatis, quod in liberos parentes habebant, proprium erat ciuium Romanorū (dicit enim Iustinianus [u], nullos homines talem in liberos habuisse potestatem, qualem Romani habebant, quæ tanta fuit, vt impune liceret [x] parentibus filios occidere) atque multa præterea auctiora habebat priuilegia: ideo Honorius, & Theodosius voluerunt [y] iuri Italico adijcere huiusmodi priuilegia, & prærogatiuam, quam ipsa vetus Roma obtinebat. De immunitate ergo, & priuilegijs est illa constitutio, non de iure Pontificatus, ne omnino quidem de re vlla sacra: tametsi libenter fatear eosdem Imperatores in alia sua sanctione [z] (ex qua Cuiacius hanc, quam interpretati sumus, desumptam esse non male existimat) decreuisse quòd si circa pristinos canones ecclesiasticos aliquid dubietatis in Illyrici Prouincijs emersisset, id conuentui sacerdotali, sanctoq. Constantinopolitanæ ecclesiæ Antistitis iudicio referuaretur: *quia*, inquiunt, *Constantinopolitana ecclesia Romæ veteris prærogatiua lætatur*. quasi velint dicere, ne dispendio maximo semper ob vnamquamque canonum dubietatem, Romam veterem eundum sit, interpretatio haberi poterit à Reuerendissimo, vt aiunt, Constantinopolitanæ ecclesiæ Antistite, qui eadem, quod ad canonum explicationem attinet, prærogatiua lætatur. Cæterum, quo ad dogmatum fidei determinationem, hanc à solo Rom. Pontifice faciendam, & expectandam esse nemo nescit. Si quid vero ad disputationem hanc desiderari videbit lector, aliò se conferat [a], vbi, quæ forte hic sunt consulto prætermissa, exactè explicata reperiet.

n l. vlt. ff. de muner. & honor.
o L. 18 ff. de verb. signif.
p d. l. vlt.
q l. vnic. C. de vsucap. transfor. & & instit. de de vsucap. in princ.
r l. vnic. C. de Latin. liber. tollend.
s l. 6 C. Theodos. de extraord. siue ord. muner.
t l. vnic. C. Theod. de iur. Italico vrb. Constātinop.
u in § 2. Instit. de patria potest.
x l. 11. ff. de lib. & posth.
y d. l. vnic. C. de priuil. vrb. Constātinop.
z l. 6. C. de sacros. eccl.
a lib. 3. c. 5.

SVMMA EX CAPITE V.

1 *Describebantur ciuitates ad commodiorem rationem vectigalium, vel ad subleuandam molestiam prouincialium circa iudicia.*
2 *Citerior Hispania in conuentus septem diuisa est à Plinio.*
3 *Conuentus est primaria ciuitas, quò aliæ ciuitates, & populi conueniunt ad accipiendum iudicium.*
4 *Ephesus prima Asiæ metropolis.*
5 *Ciuitatum, aliæ dicebantur minores, aliæ maiores, aliæ maximæ.*
6 *Coloniæ, quasi filiæ metropolum erant, ex ijs enim deducebantur.*
7 *Metropolis nuncupabatur, quæ caput gentis, & populi erat, si hoc nomen, & ius à Principe consequebatur.*
8 *Concilium Chalcedonense priuilegium metropolis à Valentiniano, & Valente Nicænæ ciuitati concessum, ad ciuilia tantum munera restrinxit, sic vt eius Episcopus honore cæteros comprouinciales Episcopos anteiret, non potestate.*
9 *Iustinianus patriam suam Archiepiscopatum fecit, obtinuitq. à Vigilio Papa, vt eius Antistes in quampluribus prouincijs Apostolicæ sedis vicē gereret.*
10 *Quinque fuerunt ciuitates Iustiniani nomine*

mine nuncupata, omnesque metropolitana.

11 *Licuit Imperatoribus ciuitatibus, etiam non maximis, ius metropoliticum tribuere.*

12 *Metrocomia est mater vicorum.*

13 *Primates maximis, Archiepiscopi maioribus, Episcopi minoribus ciuitatibus, ita nuncupatis tempore ethnicorum, praefecti à Christianis sunt.*

14 *Beatus Petrus Praelatos Prouincijs, & ciuitatibus designauit, secundum earundem diuisionem prius ab ethnicis factam.*

15 *Patriarchatus titulus à Constantinopolitano Concilio primum in Ecclesia esse coepit.*

16 *B. Petrus singulos Episcopos singulis ciuitatibus praeposuit.*

17 *Patriarcha, & Primas idem sunt, exceptis quattuor primarijs Patriarchis, nempe Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano: quibus etiam Primates parent.*

18 *Videtur, ait Cuiacius, esse maiorem dignitatem Archiepiscopi, quàm Metropolitani.*

19 *Primates sunt Archiepiscopis superiores.*

20 *Archiepiscopis vetitum est se Primates appellare.*

21 *Archiepiscopus, & Metropolitanus nihil inter se differunt, eiusdemq. sunt officij, licet diuersi nomine.*

De Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Metropolitanis, Episcopis, & de eorum differentia: quid sit Metropolis: vnde dicta, & quae ciuitates ius Metropoliticum habeant. Cap. V.

CVM de Pôtificis Romani primatu dictum sit, restat, vt de alijs inferioribus Ecclesiȩ Praelatis (qui sicut nomine, ita & potestate inter se nonnihil differunt) quod huic tractationi côuenit, subijciamus: nempe de Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Metropolitanis, Episcopis. Sed vt sciamus, vnde ista nominum varietas, ac potestatis diuersitas emanauerit, erit paulo altius repetendum. Itaque praeter Lucium Syllam, qui Asiae ciuitates (vt auctor est [a] Cicero) proportione in Prouincias descripserat, etiam Octauius Augustus, & alij plerique Caesares, & ante eos populus Romanus, Sexti Rufi testimonio, eas describi mandauerant. De Augusti descriptione referunt Strabo [b], Plinius [c], S. etiam Lucas [d] Euangelista. Descriptionem autem fieri, vel ad vectigalium commodiorem rationem, vel in exercendis iudicijs ad prouincialium subleuandam molestiam, cùm facile Princeps, qui rerum omnium potiebatur, adiri longissimo locorum interuallo haud posset, nemo est, qui dubitet. Porrò cernimus in Iustinianaeo Codice [e], Vicarium pro Praefecto Praetorio solitum mitti in tractum, vel dioecesim aliquam, aliquot in se Prouincias continentẽ, veluti Thraciam, quae Prouincias continet sex: vel Ponticam, quae XI. vel XII. si ex constitutione Valentis, cuius meminit interpres Nazianzaeni, feceris: Cappadocias tres; primam, cuius metropolis Caesarea; secundam, cuius metropolis Tyana; tertiam, cuius metropolis Musicyssus: vel Asianam, quae XI. vt Theodoritus [f] narrat: sic aliarum Prouinciarum in Hispania, in Gallia, in Africa, etiam in Italia, quarum Vicarij, quot sub se Prouincias haberent, breuiter, & eleganter edocet Cuiacius [g] in Paratitlis. Quamquam saepenumero Prouinciarum modus, ac forma variata est, Plinio [h] teste, qui vniuersam citerioris Hispaniae Prouinciam in conuentus septem diuidi asserit: Carthaginensem, Tarraconensem, Caesaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarensem. Conuentum verò appellat primariam illam ciuitatem, in quam conueniebant iudicij accipiendi causa multae ciuitates, gentes, & populi. Sicut enim Prouincia in conuentus multos distribuebatur, sic conuentus in plures populos, & vnusquisque populus, & gens in plura oppida, & ciuitates ignobiliores. De Tarraconensi loquens ait. *Tarracone disceptant populi xliv.* De Carthaginensi. *Carthaginem conueniunt populi lxij. exceptis insularum incolis.* De Lucensi. *Lucensis conuentus populorum est xvj.* De Bracarense. *Bracarum xiv. ciuitates.* De Cluniensi. *In conuentum Cluniensem Varduli ducunt populos xiv.* Et post panca. *In eundem conuentum Carietes, & Vennenses quinque ciuitatibus vadunt, quarum sunt Veliensis.* quibus verbis Plinius hos populos innuit esse alijs inferiores. Et de Asturibus. *Iunguntur his Asturum xij. populi diuisi in Augustanos, Asturica vrbe magnifica:* Alibi [i] quoque de Hispalensi sermonem habens, ita dicit. *Celtici, qui Lusitaniã attingũt,*

[a] in orat. pro Flacco.
[b] lib. 17.
[c] lib. 5.
[d] cap. 2.
[e] tit. de off. Vicarij.
[f] lib. 5.
[g] C. de off. Vicarij.
[h] lib. 3 c. 3.
[i] lib. 3. c. 1.

sunt Hispalensis conuentus: Turduli, qui Lusitaniam, & Tarraconensem accolunt, iura Cordubam petunt. Iustinianus Africa Vandalis liberata, & restituta Romano Imperio, Africæ Præfectum Prætorio constituit [k], & sub eius dispositione Prouincias septem, quas ibidem recenset: quarum quattuor, nempe Tingi, Mauritaniæ Tingitanæ caput, Carthaginem, Byzantium, ac Tripolim per rectores consulares; reliquas vero, Numidiam, scilicet, Mauritaniam, & Sardiniam, per Præsides gubernari decreuit. Vlpianus quoque Ephesum primam Asiæ metropolim esse dicit [l], dum asserit, Imperatorem Antoninum Augustum ad desideria Asianorum rescripsisse, Proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare, & metropolim Ephesum primam attingere. & Plutarchus in vita Marcelli, Mediolanum amplissimam, ac populosissimam Galliæ vrbem appellans, ab ipsis Gallis metropolim vocari testatur. Erant igitur in Prouincijs ciuitates primæ, & maximæ, & principatum obtinentes, in quibus conuentus aliarum ciuitatum, & populorum celebrabantur. Erant & aliæ inferiores, quas caput cuiusque populi, qui ad illas confluebat, Plinius [m] vocat. Hanc ciuitatum differentiã ex epistola Antonini Pij olim fuisse etiã Modestinus [n] Iurisconsultus demonstrat, vt aliæ dicerentur minores, aliæ maiores, aliæ maximæ. Verũ licet metropoles illæ præsertim dicerentur, ex quibus coloniæ deducebantur, erantq. coloniæ, quasi propagines, & soboles: metropoles veto, quasi matres, vt innuit S. Clemens [o] ad Iacobum Fratrem Domini scribens, & magis expresse Budæus *ad l. obseruare ff. de offic. Prætoris*; & Thucidides: *Colonia*, inquit, *beneficio quidem affecta, honore metropolim suam prosequitur; iniuria autem affecta, ab ea alienatur*: aliæ tamen ciuitates in vnaquaque Prouincia maximæ, & maiores, quæque caput gentis alicuius, & populi erant, metropoles nuncupabantur, si ius istud, & nomen Principis indulgentia fuissent consecutæ. Idq. Theodosius [p] Imperator ostendit de metropoli Beryto. *Berytus*, inquit, *metropolitanam habeat dignitatem: Tyro nihil de iure suo derogatur: sit illa mater Prouinciæ nostrorum maiorum beneficio, hæc nostro; & vtraque dignitate simili perfruatur*. Berytensium metropolis meminit quoque Iustinianus in procemio Digestorum, eamq. splendidissimam esse ciuitatem, legumque matricem asserit. Hoc quoque fecerunt Valentinianus, & Valens, qui Nicænam ciuitatem iure metropolitico donarunt, vt ex Concilio Chalcedonensi [q] constat: etsi postea idem Concilium constituit, vt hoc beneficium ad ciuilia tantum munera, & priuilegia pertineret, & vt ipse Nicænus [r] Episcopus eiusdem prouinciæ Episcopos honore dumtaxat præcederet, non potestate: cæterùm metropoliticum ius nequaquam haberet, sed pareret, vt antea, Nicomediensi Metropolitano. Iustinianus etiam suum Archiepiscopale dedit Episcopo Iustinianæ Carthaginis in Africa; & ciuitatem proximam Tauresio in honorem natiuitatis, & patriæ suæ mirifice ornauit, & à nomine suo Iustinianam primam appellauit. Cùmque antea Illyricum Archiepiscopo subesset, illam in metropolitanam erexit, eique Episcopos Daciæ mediterraneæ, & Daciæ ripensis, Triballiæ, ac Dardaniæ, scilicet Europææ, & Mysiæ superioris, & Pannoniæ subiecit; & sanxit [f], vt ij ab Archiepiscopo Iustinianæ primæ ordinarentur. Immo Vigilius Rom. Papa in gratiam Principis eidem Archiepiscopo in præfatis Prouincijs Apostolicæ sedis vices largitus est: quod idem ipse Iustinianus in sua Nouella [t] scriptum reliquit. Sed vt curioso Lectori etiam satisfaciamus, scire oportet, quattuor, aut quinque ciuitates fuisse, quæ Iustinianæ dictæ, ac omnes Archiepiscopo donatæ sunt: quarum alia dicitur prima, & est in Pannonia secunda, quæ hodie appellatur Bulgaria, vbi natus est Iustinianus [u]: alia fuit in Africa Iustiniana [x] Carthaginis, ex eo Iustiniani nomen adepta, quòd is eam Rom. Imperio vindicauerit, & restituerit: alia Iustiniana in Cypro insula, patria Theodoræ eius vxoris: alia Iustiniana noua, de qua idem Imperator [y]. Quintam adhuc nonnulli adijciunt; mihi vero exploratum non est. Isaacius quoque Angelus in Nouella *de metropolitanis*, quæ in iuris Orientalis [z] constitutionibus continetur, *Ecclesias*, inquit, *quæ iussione Imperatoria in altiorem thronum eriguntur, honore quoque dignas censeri oportet, & electiones illic procedere ex forma canonica, quæ in magna ecclesia consequuta est, Metropolitanis, & Archiepiscopis conuenientibus, & Metropolitanum eligentibus*. Item Alexius Comnenus in Nouella *de erigendis Episcopatibus in metropoles*, dixit [a]. *Decretum fuit imperiale in præsentia tunc conuocata synodi consentientis, vnaque decernentis, licere Imperatori Pontificalem thronum ecclesijs elargiri, & Episcopatus, vel Archie-*

k l. 1. C. de off. Præfect. Prætor. Africæ.

l l. 4 de off. Proconſ. & Legat.

m Lib. 3. c. 30

n l. 6 ff de excus. tutor. & cur.

o can. 1. dil. 10.

p l. 1 C. de metropoli Beryto. lib. 11.

q actione 13

r can. 12.

f Nouel. 11.

t de Nouel. 123.

u Nouel. 11.

x Nouel 131 §. 4.

y Nouell 8. §. Nouus.

z lib. 1. §. 1.

a d. lib. 1.

Archiepiscopatus in metropoles erigere. Ex
beneficio itaque Principis ciuitates etiam 11
non maximæ ius metropoliticum conseque-
bantur. Regulariter tamen metropoles vo-
cabantur illæ ciuitates, quæ multarum
ciuitatum, & gentium capita erant. Quod
b d l. 6 ff. de excus. tut. indicat Modestinus[b]. Nam cùm minori-
bus ciuitatibus medicos quinque, & tres
sophistas, & totidem grammaticos: maio-
ribus autem septem: maximis vero medi-
cos decem, & rhetores quinque, gramma-
ticos totidem dedisset; subijcit. *Decet au-
tem maximo quidem numero vti metropoles
gentium: secundo autem, quæ habent forum*
c ad l. 8. de exac. tribut. lib. 2. C. *causarum, tertio autem reliquas*. Cuiacius[c].
Qualis est metropolis inter vrbes, talis est
metrocomia inter vicos. Metropolis caput,
materq. Prouinciæ, vel vt Solinus, Florus,
& Marcellinus loquuntur, mater vrbium: 12
metrocomia mater vicorum: vnde Catullus.
Brixia Veronæ mater amata meæ.
Iosephus Scaliger in castigationibus in Ca-
tullum, matrem Veronæ Brixiam vocat,
quasi dicat metropolim. Quæ igitur fre-
quentissimæ apud ethnicos, maximæ, pri- 13
mæq. in Prouincijs erant ciuitates, in his
gentilitate, omniq. vana superstitione
sublata, nouæ Reipub. nouoq. Christiano
populo præponebantur Episcopi, qui non
modò Metropolitani appellabantur, sed
etiam Primates. In alijs autem maioribus,
non tamen maximis, quamuis caput gen-
tis alicuius essent, atque metropoles, siue
à deducta colonia, siue Principum benigni-
tate & gratia, Episcopi, qui præficieban-
tur, Archiepiscopi, vel Metropolitani vo-
cabantur. Alijs vero minoribus ciuitatibus
Episcopi tantum, qui suberant Metropoli-
tanis, vt Metropolitanis Primates præerant.
Hanc diuisionem iam ab initio nascentis ec- 14
clesiæ S. Petrum ordinis Apostolici Princi-
d epist. 1. pem fecisse, auctor est Clemens in epistola[d]
ad Iacobum fratrem Domini (nam Patriar- 15
chatus titulus in Ecclesia fuit primum in
Constantinopolitano Concilio introductus,
e lib. 5. c. 8. testimonio Socratis[e] in historia ecclesiasti-
f cap 4. ca.) Huius Clementis meminit Paulus[f]
ad Philippenses, eiusq. epistolæ partem
g can. 2. d. 80. refert Gratianus[g] his verbis. *In illis vero
ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos pri-
mi Flamines eorum, atque primi legis do-
ctores erant, Episcoporum primates, vel Pa-
triarchas B. Petrus poni præcepit, qui reli-
quorum causas Episcoporum, & maiora ne-
gotia in fide agitarent. In illis autem, in qui-
bus dudum apud prædictos ethnicos erant eo-
rum Archiflamines, quos tamen minores es-
se tenebant, quàm memoratos primates: Ar-*
16 *chiepiscopos institui præcepit. In singulis
vero ciuitatibus singulos, & non plures Epi-
scopos constitui præcepit, qui Episcoporum
tantum vocabula sortirentur: quoniam nec
inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed
vnus præfuit omnibus*. Anacletus quoque
Papa, & Clementis successor in epistola[h] h epist. 2.
ad Episcopos Italiæ, vel, vt Contius vult,
ex vita S. Gregorij Papæ, quam etiam re-
tulit Gratianus[i], ait. *Prouinciæ multo ante* i can. 1. dist. 99.
*Christi aduentum tempore diuisæ sunt
maxima ex parte: & postea ab Apostolis,
& B. Clemente prædecessore nostro ipsa di-
uisio est renouata in capita Prouinciarum,
vbi dudum primates erant legis seculi, ac
prima iudiciaria potestas: ad quos, qui per
reliquas ciuitates commorabantur (quan-
do eis necesse erat, qui ad aulam Imperato-
ris, vel Regum confugere non poterant, vel
quibus permissum non erat) confugiebant
pro oppressionibus vel iniustitijs suis, ipsosq.
appellabant, quoties opus erat, sicut in le-
ge eorum præceptum erat: ipsis quoque in
ciuitatibus, vel locis nostros Patriarchas,
vel Primates, qui vnam formam tenent, li-
cet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ec-
clesiasticæ poni, & esse iusserunt, ad quos
Episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosq.
appellarent: & ipsi nomine Primatum frue-
rentur, & non alij. Reliquæ verò metro-
politanæ ciuitates, quæ minores iudices ha-
bebant (licet maiores comitibus essent) ha-
berent Metropolitanos suos, qui prædictis iu-
ste obedirent Primatibus, sicut in legibus se-
culi olim ordinatum erat: qui non Primatum,
sed aut Metropolitanorum, aut Archiepisco-
porum nomine fruerentur*. Erant ergo diuer-
si nominis ecclesiarum præsides: Patriar-
chæ, scilicet, Primates, Archiepiscopi, Me-
17 tropolitani, Episcopi. Patriarchæ, etiam
Primates appellabantur, & econtra: (vt ex-
plicat Gratianus[k] ex Anacleto in summa) k dist. 99.
tametsi Patriarcharum nomen per antono-
masiam quattuor illorum est, qui omnium
sunt maximi, quibus & Primates parent: vti
Constantinopolitanus, Alexandrinus, An-
tiochenus, Hierosolymitanus, vt ex Iustinia-
ni[l] Nouellis, & ex Concilio[m] Lateranensi, l d. Nouell. 123. 131.
quod generale dicitur, haud obscure demon- m c. 23. de priu. in Decretalib.
stratur: qui etiam passim à Iustiniano[n] Ar- n Nouell. 11 & d. 123.
chiepiscopi nominantur. *Iubemus*, inquit,
*beatissimos Archiepiscopos, & Patriarchas,
hoc est senioris Romæ, & Constantinopoleos,
& Alexandriæ, & Theopoleos*, hoc est An-
tiochiæ, *& Hierosolymorũ, &c*. Et in Nouel-
la[o], quæ in vulgatis codicibus, *De mensura* o Nouel. 16

ordinandorum clericorum, inscribitur. Cuius titulus talis est. *Imperator Iustinianus Augustus Anthemio sanctissimo, & beatissimo Archiepiscopo Constantinopolitano, & uniuersali Patriarchae*. Vnde Cuiacius p dixit apparere, maiorem esse dignitatem Archiepiscopi, quàm Metropolitani. Nam Archiepiscopus, & Patriarcha idem sunt: vsus tamen obtinuit, vt illi quattuor tantum Patriarchae dicerentur. Nec solum Archiepiscopi Patriarchae dici, aut appellari non possunt, sed nec etiam primates; cùm ijs subsint Archiepiscopi, & pareant. Primates idcirco vocantur, quia primas sedes in Prouincijs tenent: Archiepiscopi vero primas non habent, cùm sint inferiores. quam ob causam Anicetus q vetuit, ne Archiepiscopi Primates appellarentur. *Nulli*, inquit, *Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas sedes tenent, quarum Episcopos Apostoli, eorumq. successores regulariter Patriarchas, vel Primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit pra multitudine Primatem constitui: reliqui Metropolitani nominentur, qui reliquas metropoles tenent*. Idem igitur erit Archiepiscopus, quod Metropolitanus, ac idem Primas, quod Patriarcha. Nam licet diuersorum sint nominum, eiusdem tamen (vt ait r Gratianus) sunt officij. His omnibus inferiores sunt Episcopi, sicut iam ostensum est: quamquam appellatione s Episcoporum veniunt quandoque & Patriarchae, & Primates, & Archiepiscopi, & Metropolitani. Itaque quidquid dictum erit de Episcopo, idem de alijs maioribus sacerdotibus erit intelligendum.

p ad d. Nouell. 11.

q can. 1. dist. 99.

r in summa dist. 99.

s d. Nouell. 11. & 123.

SVMMA EX CAPITE VI.

1 *Episcopus eligendus debet esse legitimae aetatis.*

2 *Aetas legitima de iure Imperiali intelligebatur in presbytero ann. xxxv. in Diacono xxv. in Lectore xvj. in Episcopo item xxxv.*

3 *Antistitis eruditio populum suum solatur, & seruat.*

4 *Antistes caelebs, & orbus vsquequaque esse debet, etiam absque nepotibus, ne affectu consanguineorum Ecclesiae facultates diripiat.*

5 *Episcopus ordinandus debet carere, & caruisse concubina, & liberis.*

6 *Hilarius Episcopus Arelatensis, qui Episcoporum ordinationem sibi arrogabat, tandem Leonem summum Pontificem humiliter recognouit.*

7 *Antistite non ordinato intra sex menses, electio ad superiorem deuoluitur.*

8 *Auaritia procul esse debet ab Episcoporum electione.*

9 *Infamis fit, qui, vt promoueatur ad Episcopatum, aliquid largitur.*

10 *Qui in electione Papae se corrumpi sinit pecunia, cadere sacerdotio, edicto Imperiali debet, atque in duplum condemnari.*

11 *Episcopus soluens inthroniastica, seu cathedratica, non est reus ambitus.*

12 *Episcopi non residentes ex Iustiniani constitutionibus priuantur, nec possunt abesse vltra annum, nisi sint vocati, & retenti à Principe.*

13 *Episcopi litium occasione proprias ecclesias deserere non debent.*

14 *Episcopi ad regiam vrbem olim accedere non poterant absque litteris testimonialibus suorum Metropolitanorum, nec Metropolitani absque litteris Patriarcharum.*

15 *Episcopatus ius patriae potestatis soluit.*

16 *Episcopalis dignitas liberat hominem à fortuna seruili, & adscriptitia.*

17 *Episcopus non tenetur iurare.*

18 *Vbi Episcopus testimonium dixit, alius non potest audiri.*

19 *Theodericus Rex Episcopis potestatem fecit ius dicendi in causa propria.*

20 *Constantinus statuit, vt sententijs Episcoporum staretur, facultate praebita litigantibus eligendi eorum iudicia, etiam aduersa parte renitente.*

21 *Etiam non subditi Episcoporum poterant ex Arcadij, & Honorij constitutione eorum iurisdictionem prorogare.*

22 *A sententia Episcoporum non poterat prouocari, ex Constantini, & aliorum quorundam Imperatorum constitutione; supplicari tamen poterat.*

23 *Episcopales sententiae ab alijs iudicibus prosectis executioni mandari debent, ne Episcopalis auctoritas euanescat.*

24 *Episcopi compellere possunt iudices ad audienda allegata interpellantium.*

25 *Suspecto iudici adiungi potest Episcopus pro causae definitione.*

26 *Causas pauperum cognoscendas ex legibus VVisigothorum suscipere poterat Episcopus, adiunctis sibi viris probis, qui tamen, si eas contempsissent, non impediebant iudicium Episcopi, immo grauiter mulctabantur.*

27 Ex

27 *Ex eisdem legibus Episcopi poterant deuiantes iudices sui territorij ad reformandam sententiam hortari, vel cum ipsis iudicium terminare, eisq. negligentibus, oppressos suo iudicio subleuare.*

28 *Episcopus est scholarium iudex ordinarius.*

29 *Valentiniani Nouella auctoritatem Episcoporum imminuens per compromissum, aut vlterius progressa non est, aut fuit antiquata, & abrogata.*

30 *Episcopi litigantes à sportulis eximuntur. Intellectus Nouellæ cxxiij. patefit.*

31 *Episcopi criminaliter accusari non debēt apud iudices ciuiles, seu profanos.*

32 *Constantinus de Episcoporum querelis cognoscere detrectauit, dicens nolle deos iudicare.*

33 *Iustinianus accusantes, & coercentes Episcopum puniri mandat.*

34 *Episcopus habet iurisdictionem in carcerum custodes inhumaniter carcere detentos tractantes.*

35 *Episcopalis iurisdictionis est, captiuos reuertentes à quauis iniuria, & damno præseruare.*

36 *Libri hæreticorum coram Episcopo comburi debent.*

37 *Episcopus aduersus lenones patres, vel dominos, pro eorum filiabus, & ancillis iurisdictionem habet.*

38 *Episcopi cum clero, & melioribus ciuibus curare debent, vt ciuitatum defensores sint orthodoxi.*

39 *Ad Episcopum pertinet cognitio exceptionis non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis aduersus magistratum gerentem in Prouincia.*

40 *Episcopus cognoscit de libertate puerorum expositorum.*

31 *Iudicium est Episcopi de dando curatore furioso, item de æstimatione dotis, & donationis propter nuptias contractas in furioso.*

42 *Hieronymus Card. Ruuereus censuit loci Episcopo remittendum esse de marito cuidam virgini petenti, dando.*

43 *Sola libelli porrectio coram Episcopo pro absente facta, necnon infante, furioso, & in aliena potestate constituto, interrumpit præscriptionem.*

44 *Valet manumissio coram Episcopo facta, si ipse se loco testium subscripserit, quamuis scriptura deficiat in solemnitatibus à iure requisitis.*

45 *Aestimatio rerum vanalium victualium Germon. de Sacror. immunit. aliquando ab Episcopo loci pependit.*

46 *Episcopus potest fraudulentos artifices pœnis coercere, de mente doctorum.*

47 *Episcopo feudum dandi facta potestas est.*

48 *Episcopi clericorum indubitati iudices sunt.*

49 *Episcopi possunt quauis bona acquirere, atque possidere, testari, vt libet, ac disponere, etiam fratribus, & cognatis præteritis.*

50 *Testamentum Episcopi querelæ inofficiosi non subiacet.*

51 *Bonis Episcoporum, qui testati, vel intestati decesserint, nulla vis potest fieri à lege seculari.*

De electione Episcopi, eiusq. officio, auctoritate, potestate, & prærogatiua. Cap. VI.

DIXI, Iustiniani nouella [a] decretum fuisse, vt Episcopus assumeretur ex clero, vel ex monasterio; vel conferretur, si ex plebe quis repertus fuisset idoneus, prius inter clericos, inter eosq. sex mensium spatio, aut saltem trium [b] esset. Præter quæ alia non pauca in eligendo Episcopo desiderantur: ac in primis, vt sit legitimæ ætatis [c]. Quemadmodum enim ciuilis legislator præcepit, presbyterum minorem XXXV. annis fieri non posse, diaconum, & subdiaconum minorem XXV. lectorem XVIII. sic etiam Episcopum minorem annis XXXV. ordinari prohibuit. Nec ordinari voluit [d], nisi illas omnes haberet conditiones, quas enumerat Apostolus ad Timotheum [e], & Titum [f] scribens: præsertim, vt sacrorum dogmatum eruditus existat, idque perite. Nam si nobis idonei non darentur Antistites, & pastores, quis, rogo, ingentes animi nostri impetus refrænaret? quis sedaret? quis esset opinionum arbiter? demersa emergerent, depressa erigerentur, extincta inflammarentur, mira malorum genera excogitarentur, monstra nascerentur, in hæreses sæpe prolaberemur. Tanta est (vti dicetur) Antistitis auctoritas, vt nulla maior, nulla validior. Omnibus enim videri solet, ex Antistitis lingua, non Nestoris Homerici, sed cuiusdam Angeli cœlitus delapsi, quasi melle dulcior, fluere oratio: cuius suauitate ipse suum gregem ducit, sicut morum luce, quasi solis lumine, omnes illustrat. Nec eligitur [g],

[a] Nouell. 6. §. 1.
[b] Nouel. 123 §. 1.
[c] d. Nouell. 123. §. 1.
[d] d. Nouell. 6.
[e] cap 3.
[f] cap. 1.
[g] d Nouell. eod §. 1.

nec creatur Antiſtes, niſi cælebs ſit, videlicet, qui neque vxorem, neque liberos, neque etiam nepotes habeat; ne affectu vxoris, aut liberorum, qui maximus eſt, diripiat eccleſiæ facultates. 4 Nepotes in propria ſignificatione accipiuntur pro filijs filiorum, teſte Paulo iuriſconſulto [h], quem ſequuntur Abbas Panormitanus [i], & Doctor Nauarrus [k]. Hanc rationem videtur afferre Iuſtinianus [l] Atrabio Præfecto Prætorio, ita reſcribens. *Eius, qui huius vitæ curis, & ſolicitudinibus afficitur, quas liberi, vt qui maxime, parentibus afferunt, omne ſtudium, & cogitationem in Dei cultu, & rebus eccleſiæ verſari non poſſe, &c.* In Baſilicis vero libris, non ſolum, qui liberos habent, ſed etiã qui habuerint, Epiſcopi fieri prohibentur: in quibus legitur. *Nec aliter* [m] *ordinari præcipimus* (Epiſcopos ſcilicet) *niſi litteras norint, & rectæ fidei, vitæq. ſint, & nec concubinam, neque naturales liberos, vel habeant, vel habuerint.* Quod & in Iuſtiniani citata Nouella [n] cautum videtur. 5 Nec conſecratur [o], priuſquam coram eo ſacræ legantur regulæ, & reſponderit ſe velle eas inuiolabiliter obſeruare: ac præmiſſa fuerint ea omnia, quæ idem recenſet Iuſtinianus [p]. Extat quoque Nouella Imperatorum Theodoſij, & Valentiniani, *de Epiſcopis ordinandis*, (vt Cuiacius in libris obſeruationum refert [q]) in Hilarium Epiſcopum Arelatenſem, qui ordinationem ſibi Epiſcoporum per Gallias vindicabat, fretus 6 manu militari, ſine auctoritate Metropolitani, aut Leonis Archiepiſcopi Romani, ſine ſubſcriptione, ſine teſtimonio honoratorum, vel, vt Iuſtinianus [r] loquitur, Primatum, & conſenſu ordinis, ac plebis (quo modo niſi fieret, ordinatio nulla erat) alios ſcilicet ordinando inuitis ciuibus, & inconſulto Metropolitano, vel Rom. Põtifice; alios remouendo, veluti Celidonium per falſam cauſam. Etſi idem Hilarius ſuæ temeritatis conſcius tandem factus, Romam pedibus, ſine equo, ſine ſagmario venit, ac illico Leoni Papæ ſe præſentauit, cum reuerentia impendens obſequium, & cum humilitate depoſcens, vt eccleſiarum ſtatum more ſolito ordinaret. Et ne Eccleſia diutius ſponſo vacaret, conſtituit Iuſtinianus [ſ], quòd ſi non ordinaretur Antiſtes intra 7 ſpatium ſex menſium, ad ſuperiorem deuolueretur electio, Quæ quidem fieri debet precibus (paſſiue ſcilicet) non pretio, vt 8 Leo, & Anthemius [t] Cæſares cenſuerunt. *Quis enim locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata,* (aiunt ipſi) *ſi veneranda Dei templa pecunijs expugnentur? quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? denique quod cautum eſſe poterit, aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? ceſſet altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à ſacris adytis repellatur piaculare flagitium.* Voluit itaque Iuſtinianus [u] ambitum, & largitionem hanc coerceri. Quemadmodum etiam Athalaricus Rex, vt videre eſt apud magnum [x] Aurelium Caſſiodorum, qui ait. *Iniquum eſt, vt locum apud vos habeat ambitus, quem nos laicis diuina conſideratione præcluſimus. Quapropter, ſi quis Apoſtolicæ præſulem eccleſiæ, vel Patriarcharum Epiſcopum, ſiue per ſe, ſiue per parentes, nos ſeruientium, quaſcumque perſonas, aliqua ſuffragij crediderit ambitione promouendum; & ipſum reddere accepta definiuimus, & quod eſt canonibus ſtatutum, cum modis omnibus eſſe paſſurum. Si quis verò, quæ dederit, aut promiſerit, eodem ſuperſtite timuerit publicare, ab heredibus, vel pro heredibus eius eccleſiæ repetat, cuius ſuffragia Antiſtes deprehenditur ordinatus.*
9 *Nota infamiæ nihilominus ſuperſtite inurente.* Et alibi [y]. *Senatus conſtituit, vt in beatiſſimi Papæ conſecratione nullus ſe abominabili cupiditate pollueret, pœna etiam conſtituta, qui talia præſumere tentauiſſet: non iniuria, quia tunc electi vere meritum quæritur, cùm pecunia non amatur. Quod nos laudantes, & augentes inuentum, ad beatiſſimum Papam direximus conſtituta, quæ his antelata præfulgent: vt ab honeſtate ſanctæ Eccleſiæ profanus ambitus auferatur.*
10 Pœna, quam Iuſtinianus [z] conſtituit ſuam conſtitutionem violanti eſt, vt ab ordine, quem inter ſacerdotes habuerit, cadat, &
11 pecuniam in duplum reddat. Ambitus tamen reus non fit Epiſcopus ille, qui bona ſua donat eccleſiæ, nec qui ſoluit inthroniſtica, quæ ab Alexandro [a] III. Pontifice Maximo, necnon à Iuliano anteceſſore
12 Cathedratica vocantur. Ordinatis verò Epiſcopis non licet diſcedere à ſuis eccleſijs: nam diu aberrantibus [b] ſolemnes annonas œconomi minime ſuppeditant: neque vltra annum [c] ſuis eccleſijs poſſunt abeſſe, niſi euocentur, & retineantur à Principe. Cuius etiam iuſſu Reipub. negotia tractare poſſunt, vt Balſamon Nomocanonum interpretes docet in ſynodo [d] Chalcedonenſi:
13 neque litium occaſione ſuas eccleſias relinquere, cùm clericos habeant, & œconomos, & apocriſarios, per quos litigare poſſunt,

vt &

h l. 10. § nepos ff. de grad. affin.
i ad c. 1. n. 3 de teſtam.
k in comm. de ſpol. cle. § 18. nu. 2.
l l. 42. C. de epiſ. & cler.
m lib. 3. c. 25 tit. 2.
n d Nouell. 123.
o d. Nouell. §. 1.
p d Nouell. 123.
q lib. 15. c. 28.
r d. Nouell. 131.
ſ d. Nouell. 123.
t l. 2. C. de epiſ. & cler.
u d. Nouell. 6.
x lib. 9. epiſt. 15.
y eod. lib. epiſt. 16.
z in d. Nou. 6. §. 1.
a l. 9. de cõſib. in Decr. alib.
b Nouel. 6.
c d. Nouel. 6.
d cap. 4.

vt & monasteria, siue monachorum præsi-
des suos apocrisarios habent: neque ipsi
Episcopi in regiam vrbem venire sine litte- 14
tis testimonialibus, quas Metropolitani à
Patriarcha, siue Archiepiscopo, Episcopi à
Metropolitano accipiunt. Testimoniales lit-
teras Iustinianus [e], & sacri canones [f] com-
mendatitias epistolas vocant, quæ hodie
etiam ita vulgo appellantur. At vero Epi-
scopi legitime ordinati tanta est dignitas, vt 15
ius patriæ potestatis perinde soluat [g], atque
consularis, & præfectura virorum Prætorio-
rum, vrbicaria, & magisterium militare. Item 16
liberat [h] hominem à fortuna seruili, vel ad-
scriptitia. Tanta quoque fides Antistiti ha-
betur, vt iutare [i] minime teneatur, quemad- 17
modum alij sacerdotes: adeo vt Cynus [k]
existimauerit, hisce priuilegijs renunciare
non posse sacerdotes: nec vbi Episcopus te- 18
stimonium dixit, alius potest audiri. *Illud*
est, inquit Imperator Constantinus, *verita-*
tis [l] *auctoritate firmatum, illud incorruptum,*
quod à sacrosancto homine conscientia men-
tis illibatæ protulerit. Idem prope scribunt
[m] & Arcadius, & Honorius, & Theodosius.
Qua tatione motus fortasse Theodericus 19
Rex Episcopis facultatem fecit, vt in causa
propria ius dicerent: cùm tamen nulli liceat
in propria, suorumve causa testimonium [n],
iusve [o] dicere: natura enim, vt in Paratitlis
[p] scripseram, comparatum est, vt homines
ament se, & sua magis, quàm aliena. Nihi-
lominus hac non obstante naturali exce-
ptione, Petro Episcopo apud Cassiodorum
in hæc verba rescripsit [q]. *Si in alienis cau-*
sis beatitudinem vestram conuenit adhibere,
vt per vos iurgantium strepitus conquiescat,
quanto magis ad vos remitti debet, quod nos
spectat auctores? Et paulo post. *Causarum*
vestrarum qualitas vobis debet iudicibus
terminari, à quo est spectanda magis, quàm
imponenda iustitia. Idcirco Constantinus, 20
vt videre est in Codice Theodosiano, lege [r]
sanxit, vt sententiæ Episcoporum cuiuslibet
generis prolatæ, sine aliqua ætatis discre-
tione inuiolatæ, ac semper incorruptæ ser-
uentur, scilicet, vt pro sancto semper, ac
venerabili habeatur, quidquid Episcopo-
rum foret sententia terminatum. Immo po-
testatem fecit litigatoribus, siue possesso-
ribus, siue petitoribus, sacrosanctæ legis An-
tistitis iudicium eligendi, etiam si alia pars
refragetur. *Multa enim*, inquit, *quæ iudicio*
captiosæ præscriptionis vincula non patiun-
tur, inuestigat, & promit sacrosanctæ reli-
gionis auctoritas. Omnes itaque causæ, quæ
vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, Epi-

e d. Nouell. 6.
f Apost. 1. 22. & 32. Chalced. synod. cap. 12. & 13.
g Nouella 81.
h d. Nouell. 123.
i l. 7. C. de episc. & cler.
k ad d. l. 6. & Nouella 123.
l l. 1. C. Theod. de episc. iudic.
m in l. 2. & vlt. eod.
n l. 10. ff. de testib. & l. 9. C. eod.
o l. 1. C. ne quis in caus. propria iudic. Bart. ad l. 14. ff. de iurisd. omn. iud.
p ad tit. de testib.
q lib. 3. ep. 37.
r d. l. 2.

scoporum sententijs terminatæ, perpetuo sta-
bilitatis iure firmentur, nec liceat vlterius
retractare negotium, quod Episcoporum sen-
tentia deciserit. Et non solum à subditis Epi-
scoporum iurisdictionem protogari posse
21 voluerunt [s] Imperatores Arcadius, & Ho-
norius, sed etiam à non subditis: atque ideo
ratum Episcopale iudicium esse mandarunt
[t] omnibus, qui se audiri à sacerdotibus ele-
gerint; eamq. illorum iudicationi adhiben-
22 dam esse reuerentiam iusserunt, vt non lice-
ret prouocare: quemadmodum à sententia
[u] Præfecti Prætorio nusquam licuit, etsi [x]
supplicari possit ex constitutione Diocletia-
ni, & Maximiani. Verum, ne cassa Episcopa-
23 lis cognitio redderetur, per Iudicum officia
definitioni executionem tribui [y] ijdem Prin-
cipes sanxerunt. In Basilicis quoque libris [z]
24 traditur, debere iudices, qui allegata inter-
pellantis audire differunt, vt hoc faciant, ab
25 Episcopo compelli. Et vbi quis iudicem su-
spectum habeat, adhibendum etiam Episco-
pum ad causam pariter audiendam. Quòd
si iudex non obtemperet, Episcopum id re-
ferre ad Imperatorē posse. In legibus etiam
VVisigothorum Eruigij Regis iussu editis,
& promulgatis in Ecclesia S. Mariæ Toleti,
vt refert Isidorus Hispalensis, ita extat [a]
26 constitutum. *Quia multimode occurrere de-*
bet miserorum penurijs nostræ remedium pie-
tatis, ideo quemcumque pauperem constiterit
causam habere, adiunctis sibi alijs viris ho-
nestis, Episcopus inter eos negotium discutere,
vel terminare procuret. Ita, vt si contemni se
à comite, vel nolle eum acquiescere veritati
sacerdos inspexerit, potestatis eius sit eun-
dem comitem legis huius permissione constrin-
gere, & emisso iusto iudicio cum rei composi-
tione, rem, de qua agitur, petentibus partibus
consignare. Quòd si comes fuerit contemptus
implere, tantum Episcopo pro contemptu solo
dare cogatur, quantum quintam partem va-
lere constiterit, de re illa, vnde actio commo-
ta esse videtur. Et cap. sequenti [b]. *Sacerdo-*
27 *tes Dei, quibus pro remedijs oppressorum, vel*
pauperum diuinitus causa commissa est, Deo
mediante testamur, vt iudices peruersis iudi-
cijs populos opprimentes paterna pietate com-
moneant, quo male iudicata meliori debeant
emendare sententia. Quòd si hi, qui iudicia-
ria potestate funguntur, aut iniuste iudicaue-
rint causam, aut peruersam voluerint in
quoslibet ferre sententiam; tunc Episcopus, in
cuius hoc territorio agitur, conuocato iudice
ipso, qui iniustus asseritur, atque sacerdotibus,
vel idoneis alijs viris, negotium ipsum vna
cum iudice, communi sententia, iustissime ter-
minabit.

s l. 8. C. de episcop. audient.
t l. 9. eod.
u l. 1. de offic. præfat. præt.
x l. 1. C. de sent. præfec. prætor.
y d. l. 9.
z lib. 4 tit. 3. cap. 18. & tit. 22.
a lib. 2. tit. 1. cap. 29.
b eod. lib. tit. 1. c. 30.

G 4

Digitized by Google

minabit. Quòd si peruersa contentione iudex
ipse permotus, iniquum à se datum iudicium
exhortante Episcopo noluerit reformare in-
melius, tunc Episcopo ipsi licitum erit iudicium
de oppressi causa emittere. Alibi etiam lo-
quendo de iniuste [c] accusato. *Quòd si eum*
ipse iudex per alicuius potentis defensionem,
aut patrocinium, seu metu regiæ potestatis di-
scussioni suæ præsentare non potuerit, ad re-
giam id cognitionem, si prope est, procuret: si
autem longe est, Episcopo, vel iudici renun-
ciet, vt eorum maior auctoritas, hunc iudicio
faciat præsentari. Quòd si neglexerit nun-
ciare, de propria iudicis facultate, omne quod
perijt, iussu Principis, vel Episcopi, atque iudi-
cis querelanti restituatur. Nec quisquam est
tam imperitus iuris, qui nesciat, Episcopum 28
ex Friderici constitutione [d], scholarium esse
iudicem ordinarium. Ex quibus omnibus
planum fit, Valentiniani [e] Nouellam con- 29
stitutionem, quæ est *de Episcopali iudicio*,
vim legis, aut non obtinuisse, aut contraria
lege fuisse abrogatam: in qua statutum erat,
vt si inter clericos iurgium verteretur, & ip-
sis litigatoribus conueniret, haberet Episco-
pus licentiam iudicandi, præeunte tamen
vinculo compromissi. *Quod & de laicis,* in-
quit, *si consentiant, auctoritas nostra per-*
mittit: aliter eos iudices esse non patimur, nisi
voluntas iurgantium, interposita conditione,
præcedat. Nam ex ijs, quæ antea diximus,
constat manifeste Episcopum posse senten-
tiam dicere, etiam si actoris, & rei non ac-
cedat voluntas, & compromissi vinculum
non apponatur. Sed sufficit [f] alterius con-
sensus, siue interpellatio. Quam Theodosij
constitutionem Carolum Magnum confir-
masse, auctores sunt Gratianus [g], & Inno-
centius [h] iij. Si vero ipsis Episcopis litigare 30
contigerit, nihil sportularum nomine præ-
stare debere sanxit [i] optime Iustinianus.
Quod intelligi debet de causa ciuili, non
æque de criminali, cùm Imperatores [k] Con-
stantius, & Constans prohibuerint, ne quis 31
auderet apud ciuiles iudices Episcopos ac-
cusare, sed in aliorum Episcoporum audien-
tiam deferre deberet. Quinnimo Magnus [l] 32
Constantinus (vt refert historia Ecclesia-
stica) cùm libelli aduersus quosdam Epi-
scopos oblati essent, conuocatis Episcopis,
libellos, quos acceperat, coniecit in ignem,
dicens. *Vos dij estis à vero Deo constituti:*
ite, & inter vos causas vestras discutite: no-
bis non licet deos iudicare. Cui haud dissimi-
le est, quod tradit Paulus [m] Aemylius de
Leone III. Summo Pontifice, qui cùm apud
Carolum Magnum accusaretur, Rexque ip-

c lib. 7. tit. 3. cap. 3.

d auth. Habita C ne filius pro patre.

e Nouel. 12.

f l. 2. & d. 9.

g in can. Volumus 96. 11 quæst. 1.

h in cap. 13. de iudic. in Decretalib.

i d Nouell. 123. § sportularum.

k l. 12. C. Theod. de episc. & cler.

l Sozomenus lib. 2. cap. 3.

m de rebus gest. Franc. lib. 3.

se sententias Episcoporum rogasset, ipsi ma-
gis sacrosanctæ Apostolicæ potestatis, quàm
regiæ maiestatis studiosi, maximo omnium
consensu reclamauere, summum, optimum-
que Regem esse Carolum; sed cuinam tan-
dem de Pontifice Maximo iudicium facere
fas esse? susciperet proinde Leo in se cau-
sam suam; quique in cœteros clauium ius
haberet, de se quoque iudicaret, solo numi-
ne, vel teste conscientiæ, vel vindice. Ita
Leo (haud ægreferente Franco graui se
onere de Pontifice iudicandi leuatum) sug-
gestum conscendens, crimen iureiurando
diluit: moxque sententia sua absolutus, cùm
capitalis fraudis coniuratores rei ageren-
tur, intercessit, satisque habuit, eos exilio
puniri. Eandem prope rationem asserunt
Theodosius, & Valentinianus, dum prohi-
bent [n], ne clerici ad seculares iudices tra-
hantur, sed Episcopali audientiæ referuen-
tur. *Fas enim,* aiunt, *non est, vt diuini mu-*
neris ministri temporalium potestatum sub-
dantur arbitrio. Immo ijdem Principes pœ-
nam constituerunt [o] aduersus eos, qui super
criminalibus causis Episcopum apud iudi-
cem accusauerint, videlicet, vt triginta pon-
do auri condemnatione plecterentur. Iusti-
33 nianus [p] vero, non solum accusantem puni-
ri vult, sed & iudicem, qui duci, vel exhiberi
Episcopum imperauit: vt post cinguli priua-
tionem, viginti libras auri ecclesiæ illi, cu-
ius accusatus est Episcopus, persoluat, exe-
cutore post cinguli priuationem verberibus
subdendo, & in exilium deportando. Præce-
perunt [q] item Honorius, & Theodosius, vt
iudex debeat prouidere, ne carcerum custos
inhumaniter se habeat erga carcere deten-
tos, pœna illi, & eius officio imminente: cu-
34 ius rei cura ad loci Episcopum spectaret, qui
35 etiam prohibere [r] posset, Romanos capti-
uos, dum reuerterentur, ab aliquo teneri, aut
36 iniurijs, & damnis affici: coram quo præte-
rea libri improbatæ [s] fidei comburi debe-
rent. Principes quoque Theodosius, & Va-
37 lentinianus iusserunt [t], si patres, vel domini
per lenocinium suis filiabus, & ancillis pec-
candi necessitatem imponerent, liceret filia-
bus, & ancillis, implorato Episcoporum suf-
fragio, omni miseriarum necessitate absolui.
38 Iussit [u] quoque Anastasius Imperator, ne ci-
uitatum defensores possent eligi, nisi Or-
thodoxi: de quo iurare deberent coram Epi-
scopis, ordinarenturq. ita, vt eorundem Re-
uerendissimorum Episcoporum, necnon cle-
ricorum, honoratorum, possessorum, & cu-
rialium decreto constituerentur. Vnde Iu-
stinianus in sua Nouella [x] constitutione.
De de-

n l. vlt. C. Theod. de epis. & cler.

o l. 23. C de epis. & cler.

p d Nouell. 123.

q l. 10. C de episc. aud.

r l. 12. eod.

s l. 11. eod.

t l. 13. eod.

u l. 17. eod.

x Nouella 15.

Digitized by Google

De defensoribus ciuitatum, dixit post multa
de constituendis defensoribus ita. *Electione*
facienda à Deo amabili Episcopo, & venera-
bili clero, & alijs in ciuitate bonæ opinioni stu-
dentibus, &c. Decreuerat quoque antea
y l.18. eod.
idem [y] Iustinianus, exceptionem non nume- 39
ratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis coram
Episcopo opponi posse aduersus eum, qui in
z l.19. eod.
Prouincijs magistratum gereret. Item [z]
posse eum curare, vt pueri, vel infantes ex- 40
positi ab hominibus extraneis educati, vel
nutriti, liberi appareant, & sibi acquirant.
a l.20. eod.
Et coram [a] ipso Antistite curatorem furioso 41
b l.22. eod.
dandum esse: quod si demens [b], vel furiosus
nuptias contraxerit in Prouincijs, Episco-
pus æstimabit dotem, vel donationes pro-
pter nuptias, quarum æstimationem præsta-
bunt curatores. Quo forte decreto admo-
nitus Hieronymus Cardinalis de Ruuere, 42
vir prudens, ac bonarum artium scientia
clarus, vt, qui in liberalibus studijs ab in-
fantia altus, vniuersam ætatem laudabiliter
exegerit, cùm in sacro illo, atque supremo
Rom. Curiæ auditorio, quod vulgo Consul-
ta appellatur, à quadam virgine nubilis æta-
tis, & patre orba preces porrigerentur, qui-
bus petebat iussam iri matrem, vt maritum
sibi daret: respondit relinquendum esse loci
illius Antistiti. quæ sententia visa est rectis-
sima, tum Cardinalibus, Dominico, scilicet,
Pinello, & Benedicto Iustiniano, acerrimi in-
genij viris, & doctrina præstantibus, necnon
Alexandro de Montealto (aberat Antonius
Maria Gallus Perusinus nuncupatus) opti-
mæ indolis adolescenti, vt qui in tenerrima
ætate maturæ eruditionis specimen præcla-
rum præbeat; tum alijs, qui ibi intererant,
viris doctissimis. Sic etiam, vbi aduersarius
est absens, infans, vel furiosus, vel in summa
potestate constitutus, per solam libelli por- 43
rectionē coram Episcopo factam interrumpi
c l. vlt. C. eod.
præscriptionem [c] rescripsit Iustinianus. An-
d l. 1. C. de his qui in eccl. manumitt.
te eum vero Constantinus lege sanxerat [d],
valere manumissionem assistentibus Episco- 44
pis factam, qualiscumque interposita sit
scriptura, si in ea se ipsi Episcopi vice testium
subscripserint. Magnus item Aurelius Cas-
siodorus, Senator, & Præfectus Prætorio
e l. 11. vlt. epist. 12.
præcepit edicto (quod in libris [e] Variarum
continetur) vt rerum victualium vænalitas 45
pretio ab Episcopis æstimaretur: nec aliter
venundaretur, atque ab ipsis fuerit æstima-
ta. Idem constituisse videntur Valentinia-
f l. 1. C. de episc. aud.
nus, & Valens in prima Codicis Iustinianæi
g ad cap. 1. de empt. & vend. in Decretal.
[f] constitutione. Hinc [g] Ioannes Andreæ,
h in singul. verb. Episcopus vult.
Angelus, & Abbas, item Ludouicus [h] Ro-
manus dixerunt, Episcopum posse fraudem 46
in sua arte committentes pœnis afficere.
Alia sunt Episcoporum munia, quæ idem
Cassiodorus [i] recensere videtur, dum vni-
i lib. 11. ep. 3.
uersis Episcopis rescribens, post multa con-
cludit. *Excludite sanctissimi inter immundos*
spiritus implacabiles vitiorum furores, vio-
lentiam temperate, auaritiam depellite, fur-
ta remouete, depopulatricem humani generis
luxuriam à vestro populo segregate: sic au-
ctorem iniquitatis efficaciter vincetis, si eius
persuasiones de humanis cordibus auferatis.
Episcopus doceat, ne iudex possit inuenire,
quod puniat. Administratio vobis innocentia
data est. Nam si prædicatio vestra non desi-
nat, necesse est, vt pœnalis actio conquiescat.
Initio dixerat. *Orphanis, viduisq. contra sæ-*
uos impetus debent placita præstare solatia.
Ita tamen, ne (quod accidit per nimiam pie-
tatem) dum miseris subuenire quæritis, lo-
cum legibus auferatis. Nam si aliquid offen-
dit forte districtum, talia date cunctis moni-
ta, vt iura possitis reddere seriata. Qui de
47 feudis constituerunt, Episcopis etiam feu-
dum dandi fecerunt [k] potestatem. In alijs
k lib. 1. tit. 6.
autem omnibus, quæ ad religionem perti-
nent, omnem habere Episcopos auctorita-
tem, & potestatem non est, qui dubitet, tam
ex ijs, quæ [l] diximus, quàm quæ dicturi su-
l cap. 3 § 2. & 3.
48 mus: maxime clericorum [m] esse iudices, ideo
m cap. 12. 13. 15.
ad aliud tribunal eos trahi non posse. Nec
dubium est, quin Episcopi, ex Leonis, & An-
49 themij sanctione [n], possint viuentes bona
n l. 25. C. de epis. & cler. auth. statuimus C. eod. Nouell. 10. & 81. & 123. & in l. vlt. C. Theod. de epis. & cler. Cassiod. lib. 8. epist. 24. & lib. 1. ep. 9.
acquirere, habere, & tamquam propria sibi
vindicare: etiam si in patris, auiq. & proaui
potestate constituti sint, & adhuc superstis-
tes habeantur: atque de his, quando eis li-
bitum fuerit, testandi, vel donandi, vel quo-
cumque alio modo, siue titulo alienandi li-
beram facultatem habeant, vt ea bona quo-
quo tempore nunquam ad diuisionem ve-
niant: nunquam fratribus, vel sororibus, aut
his genitis conferantur. Atque ideo Iusti-
50 nianus [o] voluit, ne eorum testamenta que-
o l. 12. C. de epis. & cler.
relæ inofficiosi subiacerent. Imperator quo-
que Manuel Comnenus in sua [p] Nouella,
p lib. 2. iuris orientalis: alias in constitutionibus Imperatorijs Constant. eiusdē Comneni septima.
quæ inscribitur. *Ne morientium Episcoporum*
diripiantur bona ab exactoribus, statuit,
51 quoquo modo discederent Episcopi, siue
testati, siue intestati exitum facerent, ne
executores eorum testamentis quidquam
essent impedimento. Sed si testati moreren-
tur, eorum voluntate, & ordinatione omnia
fierent: quòd si forte intestati discessissent,
omnia quoque fierent, vt sacris canonibus,
& legibus cautum foret.

SVMMA

SVMMA EX CAPITE VII.

1 *Abbas, cœnobiarcha, & Archimandrita idem sunt.*

2 *Ad Episcopos aliàs spectauit Abbatum electio, decreto Iustiniani.*

3 *Meliores, hoc est sapientiores, monachi Abbatem eligunt.*

4 *Abbas confirmari debet ab Episcopo.*

5 *Neque ordo, neque tempus, sed virtus tantum spectari debet in Abbatis electione.*

6 *Iurantibus electoribus se meliorem elegisse in Abbatem, debet subsequi confirmatio.*

7 *Abbas est administrator omnium bonorum monasterij, monachorumq. indubitatus magister, & arbiter.*

8 *Abbatis est iuramentum de calumnia præstare, si desit syndicus, cùm omnia administret.*

9 *Iudex ex vehementiori causa potest principalem in ius vocare in causa ciuili, quamuis possit quilibet per procuratorem respondere.*

10 *Abbas potest dare feudum: Monachi non possunt.*

11 *Abbas aliquando accipitur pro nobili Barone, & magnate seculari.*

12 *Principes Christiani beneficiorum aliquot sibi collationem arrogarunt, capta temporum occasione: ideo exemplum non inducunt.*

De Abbatibus, & eorum electione, & confirmatione ab Episcopo facienda, & de eorum auctoritate. Cap. VII.

VEMADMODVM inter clericos seculares vnus est Episcopus, qui omnibus præest dignitate, auctoritate, & potestate: sic inter monachos, qui etiam regulares clerici appellantur,
vnus est Abbas, hicq. à Iustiniano [a] Archimandrita, & Cœnobiarcha vocatur. Et sicut 1
cuiusque Ecclesiæ clerici Episcopo vni parent, ita in singulis monasterijs monachi præceptis vnius Abbatis obtemperant. Atque, velut Episcopus à suo clero eligitur, sic à suis monachis Abbas [b]. Et quamquam idem Iustinianus in Nouella [c] sua, *Quomodo oporteat Episcopos*, &c. ab Episcopo eli- 2
gendum esse statuat: in alia tamen [d] Nouella, quæ est, *De sanctissimis Episcopis*, permisit Abbatem eligendi facultatem monachis,
3 non omnibus, sed ijs, qui melioris existerent opinionis. Nec in totum Episcopali voluit derogare iurisdictioni: sed sanxit, vt ab
4 Episcopo, in cuius diœcesi situm esset monasterium, in quo eligitur Abbas, confirmaretur, & ordinaretur. Is vero, qui eligendus
5 est Abbas, non secundum ordinem, aut tempus eligi debet, sed qui optimus inter monachos communi omniũ consensu existimatur, & præsulatu dignus iudicatur. Recte enim dixit Imperator [e]. *Natura humana talis est, quòd neque omnes per ordinem inter summos, neque rursus omnes inter nouissimos constituti quidem sint: sed procedat quidem secundum gradum præcedentis inspectio. Qui vero prior mox inter numeratos: qui prior optimus apparuerit, is Abbas sit, & ordinem simul, & virtutem suffragantem habens. Oportet enim, eos, qui discernunt, quod melius est, à peiore, aliud quidem ad regendum dimittere, aliud vero inclinari iubere, & paulatim per eruditionem, hoc etiam ad melius*
6 *accedere*. Atque ideo, qui eligunt, propositis [f] sacrosanctis Dei euangelijs, dicere debent, quòd neque propter amicitiam, neque propter aliam quamuis causam, sed scientes eum, & fide rectum, & vita castum, & gubernatione dignum, & qui bene posit monachorum disciplinam, & omnem monasterij statum vtiliter custodire, elegerunt: quæ si præmissa fuerint, electum Antistes, in cuius territorio monasterium est constructum, debet ordinare. Ac ita electo [g], & ordinato omnes monachi in monasterio constituti
7 obedientiam præstant, & ipse omnium rerum administrationem suscipit. Vnde Ac-
8 cursius [h] ex sententia Alberici asseuerat Abbatem, nullo constituto syndico, iuramentum de calumnia præstare oportere: cùm habeat [i] omnem rerum ad monasterium pertinentium administrationem: tum quia rei, qua de agitur, veritatem melius scire potest: quam ob causam poterit ex constitutione [k] Imperatorum Arcadij, Honorij, & Theodosij conueniri. Nam licet regulariter [l] in causis ciuilibus valeat vnusquisque per
9 procuratorem respondere: ob iustiores tamen causas, & vehementiores tanta est ex illa principali constitutione iudicis auctoritas, vt principalem posit in ius vocare. Sed ne longius, quàm par est, progredi videar, huc referri possunt, quæ de [m] monachis di-
10 cta sunt. Attamen Abbas, non autem monachi, feudum dare potest, vt in libro de feudis primo aperte [n] constat. Ad quem locum Cuiacius rectissime admonuit, nonnunquam

Abbates

[a] Nouella 123.

[b] d. Nouell. 123.

[c] Nouell. 5.

[d] d. Nouel. 124. §. 34

[e] d. Nouell. 5. §. ordinationem.

[f] d. Nouell. 124. §. iubemus.

[g] d. Nouell. 5. §. cogitandum.

[h] ad l. 1. §. hoc etiam. C. de iureiur. propter calum.

[i] d. l. 2. §. quod obseruari.

[k] l. vlt. C. de procur.

[l] §. fin. Inst. de ijs per quos agere poss. & l. 1. §. Item Iulianus. ff. de iniurijs.

[m] supra c. 1.

[n] lib. 1. tit. 1.

Digitized by Google

Abbates accipi pro nobilibus. quod nomen 11
etiam hodie retinent in monachis Pyrenæis nobiles quidam: & hoc sensu vult Annonium o intelligi debere, cùm dicit: *Carolus ordinauit per totam Aquitaniam Comites, Abbatesq. necnon alios plurimos, quos Vassos vulgo vocant.* Hanc obseruationem optime comprobat Sindegerus in Chronicis Franciæ Gallicis. *Abbates*, inquit, *in antiquis historijs non sunt monachi, vel religiosi, sed Barones, magnatesq. seculares, quibus Abbatias, vel monasteria Princeps dat ad tempus, vel quoad vixerint.* Vnde idem Cuiacius
subijcit, similia eiusmodi multa olim Chri- 12
stianos Principes sibi arrogasse, maxime vrgente rerum necessitate: quæ in exemplum trahere nō debemus, argumento eius, quod scribit p Celsus iurisconsultus: alioquin sequeretur confusio ordinū omnium maxima.

o lib. 5. c. 1.

p l. 18. ff. de legib.

SVMMA EX CAPITE VIII.

1 *Non debent parentes cogere filias ad perpetuam virginitatem, ingressumve alicuius monasterij.*

2 *Dicatæ Deo virgines non sunt consecrandæ, nisi quadragesimum ætatis annum expleuerint.*

3 *Qui monialem ante quadragesimum ætatis suæ annum velari fecerint, siue parentes, siue alij sint, tertia bonorum parte mulctandi sunt.*

4 *Monialium electio, & consecratio ijsdem cæremonijs, quibus clericorum, celebrabatur.*

5 *Non possunt esse duplicia monasteria, virorum scilicet, & mulierum sub eodem tecto.*

6 *Administrator bonorum monialium ab Episcopo eligi, aut si electus à monialibus sit, confirmari debet.*

7 *Administrator bonorum monialium intra earum claustra habitare nō debet.*

8 *Monialibus omnis egrediendi occasio tolli debet.*

9 *Moniales non possunt conueniri, nisi coram iudice ab Episcopo dato.*

10 *Iudex, & executor moniales ad forum ciuile trahentes, alter pecunijs, & officij priuatione, alter carcere mulctandi sunt.*

11 *Moniales litem ciuilem coram iudice profano agere per procuratorem possunt.*

12 *Excommunicantur Principes non admittentes in suis foris procuratores monialium.*

13 *Abbatissa pro feudo obtinendo monasterium exire possunt, eoq. obtento, statim redire tenentur, quando tamen idē perficere per procuratorem non possint.*

14 *Capitalis criminis rei sunt, qui moniales rapiunt, corrumpunt, solicitant.*

15 *Tentans monialem vxorem ducere, capitali pœna afficiendus est.*

16 *Moniales eadem, quæ monachi, priuilegia habent.*

17 *Theodahadus Gothorum Rex moniales grauamine tributi exonerauit, obiurgante Iustiniano Imperatore.*

18 *Constantinus Magnus frumenti annuā portionē sacris personis erogari iussit.*

19 *Valentinianus, & Martianus Imperatores salaria ecclesijs dari consueta, continuari iusserunt.*

20 *Moniales possunt testamentum condere: bona autem earum deficientibus cognatis, & agnatis, ad monasteria pertinere censuerunt Theodosius, & Valentinianus Caess.*

21 *Bona clericorum, & monachorū vtriusq. sexus, legibus VVisigothorum ad monasteria deuoluebantur, deficientibus hæredibus vsque ad septimū gradum.*

22 *Diaconissæ, vt plurimum, erant viduæ, ac cum parentibus, filijs, & veris fratribus poterant habitare.*

23 *Quæ Canonicæ olim vocatæ sunt, moniales fuerunt, aliqua tamen differentia adhibita.*

24 *Oeconomi sportulas funerum intra sex menses non soluentes, edicto Iustiniani ad trientes vsuras obstringebantur.*

25 *Funera olim fiebant sumptibus ecclesiæ, non defunctorum.*

26 *Fœminæ ascetriæ vocatæ, quæ psallebant; acolythi, qui funalia deferebant; & decani, qui feretrum portabant, olim funera efferebant, non autem clerici, vt hodie.*

27 *Ascetriæ fœminæ erant apud Christianos priscos, quæ apud ethnicos præficæ.*

De sacris virginibus, quas vulgo moniales, siue sanctimoniales, siue monachas appellamus: item de fœminis Canonicis, Ascetrijs, & earum officio.
Cap. VIII.

VM dictum sit tam in genere, quàm in specie de clericis masculis, restat, vt de fœminis dicamus: non de Vestalibus, quarum (vt ait a Ambrosius)

a Epist. 2 contra Symmach.

Digitized by Google

brosius) capiti vittæ decus faciebant, quasque in certum, & præfinitum numerum purpuratarum vestium murices, pompa lecticæ ministrorum confusa comitatu, priuilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitiæ tempora cogebant: sed de illis, quæ attollunt mentis, & corporis oculos, vident plebem pudoris, populum integritatis, concilium virginitatis. Non vittæ capiti decus, sed ignobile velamen, vsui nobile castitatis: non exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpuratorum insignia, non luxus deliciarum, sed vsus ieiuniorum: non priuilegia solum: non lucra: non omnia postremo talia, vt reuocari studia possint, dum exercentur officia. Sed dum exercetur officium, studium prouocatur, suis castitas cumulatur dispendijs. Non est virginitas, quæ pretio, vt subijcit idem [b] Ambrosius, emitur, non virtutis studio possidetur. Non est integritas, quæcumque, tamquam in auctione, nummario ad tempus sollicitatur compendio. Prima castitatis victoria est facultatum cupiditates vincere, quia lucri studium tentamentum pudoris est. Atque ideo parentes filias suas in annis minoribus constitutas necessitati continuæ virginitatis addicere non debent, nec inuitarum capitibus sacrum velamen imponere: cùm huiusmodi obseruatio philosophiam, vt loquitur [c] Maiorianus, religiosa mente suscipientes, non cogentis imperio, sed spontanea, & matura deliberatione capienda sit: siquidem vitandæ sunt, & magis attentationibus, (vt cum ipso loquar), transeundæ humanæ cupiditatis illecebræ, in quas præcipue primæ ætatis ardor impellit, vt iuuenturis calore sedato, dicata Deo virginitas, præter illud pœnitentiæ vitium ad senectæ annos, & cælestis militiæ palmam peruenire mereatur. Quid enim prodest (vt eius verbis vtar) si cupiditas virginalis patria potestate compressa, subdolam voluntatem nubendi arte concipiat, & à legitimo reuocata consortio, ad illicitas trahatur illecebras? Vnde, ne per huiusmodi impietatem parentum egestati, & opprobrium personis nobilibus irrogaretur (nobilitati consultum iri volebat Maiorianus) & quod precipue summouendum est, irrisionibus execrandis omnipotentis Dei contraheretur offensio: Nouellam specialem de sanctimonialibus, & viduis idem Imperator [d] edidit, cuius pars argumentum præsentis nostri capitis respiciens, his verbis concipitur. *Edictali lege sancimus, filias, quas pater, materve à seculari permixtione translatas, Christianæ fidei seruare præcepta continuata virginitate censuerint, & in beatæ vitæ proposito permanentes, non ante suscepto honorato capitis velamine consecrari, quàm quadraginta annos ætatis emensæ talibus infulis inoffensa meruerint obseruatione decorari, & multi temporis series, & cælestis consuetudo seruitij ad perfidam voluntatem nouis desiderijs aditum non*
3 *relinquant. Qui ante definitum temporis spatium, sanctimonialem puellam alijs adulti sexus sui votis calentem memoratorum quisquam parentem velari fecerit, atque permiserit, tertia bonorum parte mulctetur. eadem pœna constringatur etiam, qui illam parentibus destitutam, intra prædictæ ætatis an-*
4 *nos voluerit consecrari.* In electione autem, & ordinatione idem, quod in masculis clericis obseruari oportere, præcipit Iustinianus. *Quæcumque*, ait [e], *à nobis in omnibus, quæ prius, & quæ nunc prolatæ sunt, sacris nostris constitutionibus, sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasterijs: hæc omnia ponimus, & in masculis, & in fœminis, & monasterijs, & asceterijs, non discernentes, quantum ad istos, masculum, aut fœminam, eò quòd, sicut prædiximus, vnum omnia in Christo consistant.* Vetuit [f] tamen, ne duplicia monasteria, idest virorum simul, &
5 mulierum vsquam essent. Vbi verò monasterium inuenitur, omnibus modis iussit viros à fœminis separari: fœminas quidem, in quo sunt monasterio, remanere: viros autem aliud sibi monasterium facere. Si verò plura sunt monasteria, vt necesse non sit noua extruere, monachos cum monachis, fœminas cum fœminis permanere, & in alijs mona-
6 sterijs congregare, locorum Episcopo erit curæ: qui etiam virum eliget, vel si iam à fœminis velatis fuerit electus, confirmabit, presbyterum, siue diaconum, vel etiam laicum, quem tamen rectæ fidei, & vitæ integræ cognouerit, qui monasterij negoria ad-
7 ministrabit; in claustro tamen non permanebit, sed accedendi duntaxat facultatem habebit ad faciendum, vt loquitur Iustinianus, [g] eis responsum, aut sacram eis communio-
8 nem portandam. Itaque egrediendi nullam habent occasionem. Immo idem Episcopus curare [h] debet, ne circumeant ciuitates. Si
9 verò quis quamcumque habuerit causam cum ipsis sanctimonialibus, & sacris virginibus, nō poterit ciuiles iudices ex eiusdem Iustiniani constitutione [i] adire, sed loci Antistitem interpellet. Ipse iudices dabit, siue Abbates, siue responsales, siue alios honestos viros, qui cum omni veneratione sacerdotali causam examinabunt, & si opus fuerit, ad

[b] Ibidem.
[c] Nouell. 8.
[d] Nouell. 8.
[e] Nouell. 5. & 123.
[f] d. Nouell. 123. §. 36. & Nouell. 133.
[g] d. Nouell. 123. §. In omnibus, in fine.
[h] ead. Nou. §. si monachus.
[i] Nouell. 79.

Digitized by Google

rit, ad monasterium ibunt, ne quidquam
causæ egrediendi moniales habeant. Cui 10
k d. Nouel. 79. constitutioni k si non paruerint iudices ci-
uiles, pœna decem librarum auri, vna cum
officio mulctabuntur. Et coercebuntur car-
cere executores, qui ex his ad ciuilem iudi-
cem, non ad loci Episcopum, temere eas vo-
cauerint. Si vero causa esset talis, ob quam 11
coram ciuilibus iudicibus essent conuenien-
dæ, possunt per procuratores litem agere:
quos Principes, eorumque magistratus ad-
l cap. 1. §. porro. de statu regul. lib 6. mittere permittit Bonifacius l octauus, vel, 12
m ibidem. vt ait m Dominicus, admitti compellit cen-
n d. cap 1. §. verum. suris ecclesiasticis. Etsi idem Bonifacius n 13
potestatem fecit Abbatissis pro feudo, quod
ab aliquo seculari Principe obtinerent, ad
præstandum homagium, & fidelitatis sacra-
mentum e monasterio exeundi, si huiusmo-
di sacramentum per procuratorem præstari
minus possit, vel non consueuerit. Quo præ-
stito, statim intra monasterij septa debent
redire. Voluerunt etiam religiosi Principes, 14
vt moniales perpetuo essent sacrosanctæ.
Vnde, si quis sacram virginem rapuerit, aut
solicitauerit, aut corruperit, Episcopus vel
per se, vel per œconomum, vel per cuiuslibet
Prouinciæ iudices, & eorum officia iniuriam
o d. Nouell. 123 §. vlt. vindicabit: sanxit enim Iustinianus o eos,
qui sic deliquerint, & participes eorum sce-
leris fuerint, capitale periculum sustinere.
Talem vero mulierem, vbicumq. sit, cum
proprijs rebus in monasterio recondi, in quo
cautius custodiri possit, vt non rursus in eo-
dem crimine reperiatur. Et non modo eum, 15
qui rapere, sed attentare solummodo, con-
trahendi causa matrimonij, sacratissimas
virgines ausus fuerit, capitali pœna feriri
mandauit p Iouianus. Idcirco eas illis im-
p l. 5. C. de epis. & cler. munitatum beneficijs cohonestarunt Chri-
stiani Principes, ne deterioris conditionis,
quàm erant Vestales virgines, viderentur.
Itaq. quidquid indulgentiæ habēt monachi 16
(habent enim ea omnia, quę alij sacerdotes)
q d. Nouel. 5. & 123. & sacras virgines habere ex Nouellis q Iu-
stiniani indubitati iuris est. Immo idem
Princeps videtur aliquando Theodahadum
Gothorū Regem reprehendisse, quòd sacras
Dei famulas agrorum causa tributorum
onere grauasset: qui legitur apud Cassiodo-
rum Iustiniano Imp. in hæc verba rescripsis-
r lib. 10. ep. 26. se r. *Et ideo significamus gloriæ vestræ mona-
sterium famularum Dei, quod vobis insinua-
tum est, tributorum graui sorte laborare, eo
quòd ager eius nimia inundatione persusus
sterilitatis vitia de inimica humectatione cō-
traxerit, ad virum eminentissimum Senato-
rem Præfectum prætorio dedisse nos nihilomi-*
*nus iussionē, vt eius ordinatio prouida ad præ-
dium, de quo querela est, diligens inspector ac-
cedat, & rebus moderata inquisitione trutti-*
17 *natis, quidquid grauaminis potest habere pos-
sessio, rationabiliter abrogetur: ita vt compe-
tens, atque sufficiens dominis remanere possit
vtilitas.* Nam multos ante annos Constan-
18 tinus, auctore s Theodorito, ad Prouinciarū s lib. 1 hist. eccl. c. 11.
Præfectos, & Præsides mandauerat, vt certi
frumenti quantitas viduis, sacris virginibus,
ac omnibus illis, qui diuinis ministerijs ob-
eundis consecrati erant, in singulis ciuitati-
bus quotannis suppeditaretur: eumque non
tam egentiū necessitate, quàm sui ipsius ma-
gnificentia mensus est. Et hoc forte est, quod
19 Imperatores Valentinianus, & Martianus
Palladio Præfecto Prætorio rescripserunt in
hæc t verba. *Salaria etiam, quæ sacrosanctis* t l. 12. C. de sacrosanct. eccl.
*ecclesijs in diuersis speciebus de publico hacte-
nus ministrata sunt, iubemus nunc quoq. in-
concussa, & à nullo prorsus imminuta præsta-
ri: liberalitatiq. huic promptissimę perpetuam*
20 *tribuimus facultatem.* Possunt & testamentū
facere: verùm si nullo condito testamento
decesserint, nec eis parentes cuiusque se-
xus, vel liberi, vel, qui agnationis, cognatio-
nisve iure iunguntur, remanserint, bona,
quæ ad eas pertinuerint, monasterio, cui fue-
rint destinatæ, omnino acquiri voluerunt u u l. 20 C. de epis. & cler.
21 Theodosius, & Valentinianus. Idem consti-
tutum apparet in legibus x VVisigothorum, x lib 4. tit. 2. cap. 12.
vbi ita. *Clerici, vel monachi, siue sanctimo-
niales, qui vsq. ad septimum gradum non re-
liquerint hæredes, & sic moriuntur, vt nihil de
facultatibus suis ordinent, ecclesia, cui deser-
uierint, eorum substantiam vindicabit.* Hæ
quoque in singulis monasterijs suas habent
Antistitas, siue Abbatissas exemplo mona-
chorū, quibus non minus parent, ac mona-
chi Archimandritis suis. Nec istæ moniales,
siue sanctimoniales, siue sanctæ virgines,
22 erant, quas Diaconissas, vulgo interpretes
existimarunt. Nam istæ, vt plurimum, erant
viduæ, & cum parentibus, filijs, ac veris fra-
tribus poterant cohabitare: & adhibebantur
ad baptismata, & alia, vti y dixi, huiusmodi y supra c. 1
ministeria. Illæ, vt plurimum, erant virgines,
atq. inter monasterij septa continebantur,
nec cum consanguineis vlla ratione conuer-
sabantur, & psalmis, & orationibus duntaxat
23 vacabant. Erant & aliæ, quæ Canonicæ di-
cebantur, quarum semel meminit z Iustinia- z Nouella 59.
nus: Has monachas esse tradit a Cuiacius a Ibidem
ex Concilio b Nicæno, Basilio, & c Macario; b cap. 20. c Homil. 17
& separatas ab eodem Iustiniano esse ab
asceterijs, quemadmodum asceteria à Mo-
nasterijs. Præscripsit etenim idem Princeps

funerum ſumptibus modum, videlicet quantum in ſemeſtribus ſingulis œconomos decanis, ſiue copiatis dare oporteat, qui ſcilicet efferunt, & ſepeliunt mortuos, quantum, vt eorum verbis vtar, prælucentibus acolythis, quantum præcinentibus aſcetrijs, &
Canonicis. Quibus, ſi eccleſiæ œconomi 24
non ſoluunt conſuetudines, ſiue ſportulas,
quæ illis pro elatione funerum erogari ſolent, ex mora ſex menſium alligentur vſuris
trientibus. Fieri funerum elationes ſumpti- 25
bus eccleſiæ, non defunctorum, idem Cuiacius[d] aſſeuerat, & non à clericis, ſed ab 26
aſcetrijs mulieribus, & acolythis, & decanis.
Aſcetriæ pſallebant, quaſi præficæ olim: 27
acolythi, ſeu Iuuenes, deferebant funalia: decani feretrum, ſiue lectum, qui & lecticarij, & copiatæ dicti ſunt; veſpillones olim, de quibus aliàs diffuſius[e] dictum eſt.

d lib. de diuerſ. temp. præſcript. & terminis c. 18.

e ſup. d c. 2.

SVMMA EX CAPITE IX.

1 *Veteres ethnici maximam ſacerdotibus reuerentiam præſtiterunt.*

2 *Officium ſacerdotum, licet agatur in terra, negotijs tamen cæleſtibus cõtinetur.*

3 *Angeli miniſterium ſacerdotibus in carne exiſtentibus præſtant.*

4 *Neque Angeli, neque Archangeli poteſtatem habent, quam ſacerdotes.*

5 *Vinculum ſacerdotale cælos tranſit.*

6 *Sententiam ſeruorum Deus corroborat in ſacerdotis officio.*

7 *Conſtantinus Magnus quarto ſui baptiſmatis die palatium Lateranenſe cum diademate Syluestro Papæ, & ſucceſſoribus tradidit cum pluribus ornamentis, & inſignibus.*

8 *Dixit Conſtantinus ſe peccata ſacerdotum proprio paludamento coopertur ũ.*

9 *Idem libellos Epiſcoporum in ignem proiecit, dicens nolle deos iudicare.*

10 *Idem dicebat Epiſcopos peccare non poſſe: hocque præ nimia erga ſacerdotium reuerentia.*

11 *Idem in Concilio Nicæno ſedere noluit, antequã Epiſcopi vt ſederet, innuerent.*

12 *Arcadius, & Honorius Eccleſiæ priuilegijs vim inferri noluerunt.*

13 *Athalaricus Rex Gothorum ſui cleri cauſas Romano Pontifici reſeruauit.*

14 *Vigetis Gothorum Rex per litteras, & legatos magnam reuerentiam Epiſcopis exhibuit.*

15 *Iuſtinus Imperator genibus flexis Ioannem Papam ad ſe euntem adorat.*

16 *Ferociſſimus Atila, flagellum Dei dictus, oratione Leonis Pontificis Maximi flectitur.*

17 *Atila, dum Leonem Pont. loquentem audiret, dixit vidiſſe quendam ſibi mortem minitantem, niſi Pontifici obtemperaret.*

Quantus honor, quantave reuerentia à Chriſtianis Principibus ſemper habita ſit Eccleſiæ Dei miniſtris: & quare debeatur. Cap. IX.

PERACTIS his, quæ ad hierarchiam Eccleſiaſticam ſpectant, videndum erit, quàm fuerint Imperatores pij, ac religioſi, & erga ſacerdotes quàm reuerentes. Conati enim ſunt nihil veteribus, quos ſuis ſacerdotibus maximam habuiſſe reuerentiam oſtendimus[a], cedere.
1 Nam, quantùm noſtri illis ſacerdotibus præſtant, tantùm Imperatores Catholici in impartienda Dei veri, & omnipotentis miniſtris reuerentia ethnicos Principes excel-
2 lere voluerunt. Nam licet agatur in terra, officium tamen ſacerdotum cæleſtibus negotijs continetur. Non homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura, non Virtus, ſed vt Ioan. Chryſoſtomus[b] ait, ipſe Spiritus ſanctus hoc munus ſacerdotum inſtituit, atque adhuc manentes in carne
3 miniſterio præſtitit Angelorum fungi. Hi namque, etſi terram incolunt, atque in ea cõuerſantur, cæleſtia diſpenſare meruerunt, & poteſtatem acceperunt, quam neque An-
4 gelis, neque Archangelis dedit Deus. Neque enim ad illos dictum[c] eſt. *Quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque ſolueritis, erunt ſoluta.* Vnde B. Clemens[d]: *Immò*, inquit, *neq. laico permittimus facere aliquod opus ſacerdotale, vt ſacrificium, aut baptiſmum.* ac paulò poſt: *Huiuſmodi enim gratia per impoſitionem manuum Epiſcopi datur. Qui verò non eſt ad eam electus, ſed potius eam ſibi rapuit, hic ſupplicio Oziæ afficietur.* Sic etiam Tertullianus[e]. *Differentiam inter Ordinem, & plebem conſtituit Eccleſiæ auctoritas; & honor, per Ordinis conſeſſum ſanctificatus à Deo, vbi eccleſiaſtici Ordinis non eſt: conſeſſus; & offert, & tinguit ſacerdos, qui eſt ibi ſolus.* Quibus concordant hæc Cypriani[f] verba: *Nam, ſi Ieſus Chriſtus dominus, & Deus noſter ipſe eſt ſummus ſacerdos Dei patris, & ſacrificium Deo patri ipſe primus obtulit,*

a ſup. toto lib. 1.

b de dignit. ſacerd. c. 4.

c Matth. 15

d lib. 2 conſtit. Apoſt. cap. 5.

e de exhortat. caſtitat. cap. 5.

f li. 2. ep. 3.

tulit, & hoc fieri in fui commemorationem precepit; vtique ille facerdos vice Chrifti verè fungitur, qui id quod Chriftus fecit, imitatur,& facrificium verum, & plenum tunc offert fecundùm quòd ipfum Chriftum videat obtuliffe. Habent quidem & mundi Principes vinciendi aliquam poteftatem,
fed qua in folis corporibus licet. Hoc autem 5
vinculum, quod facerdotibus commiffum, eft, ipfam contingit animam, tranfitq. cælos,vt ea,quæ operati fuerint facerdotes de-
orfum,cõfirmet in cælis Deus,fententiamq. 6
feruorum Dominus ipfe corroboret. Hinc profectò Magnus Aurelius Caffiodorus fenator, dum Prætorij præfecturam gereret,
g lib. Variarum 11. ep. 2. fcribens Ioanni Papæ primo. *Nos*, inquit g, *decet cuftodire aliqua: fed vos omnia.* Qua-
h can. 14. dift. 96. propter Conftantinus h Magnus quarta die 7
fui baptifmatis Beato Syluestro,& omnibus eius fucceſſoribus tradidit palatium facri fui Imperij Lateranenfe: deinde diadema,videlicet coronam fui capitis,fimulq. phrygium, necnon & fuperhumerale, hoc eft lorum, quod imperiale folebat circundare collum: deinde chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, feu etiam dignitatem imperialem præfidentium equitum. Contulit etiam ei imperialia fceptra, fimulque cuncta figna, atque banna, & diuerfa ornamenta imperialia, & omnem poffefsionem imperialis culminis, & gloriam poteftatis fuæ, atque alia huiufmodi plura, quæ recenfet Nomocanonis Photij interpres Balfamon Patriar-
i tit. 8. c. 1. cha i Antiochenus, eaque fere omnia ha-
k can. 24. dift. 96. bentur in Gratiani k volumine. Atque deinceps non folum facerdotes religiofus Imperator maxima reuerentia profecutus eft (vt
l lib. 1. c. 8. & lib. 10 c. 8. & de vita Conftant. li. 1. cap 15. & lib. 3. c. 15. ait l Eufebius) verum etiam honore,pecunia, muneribusq. pretiofis cohoneftauit. Et Epifcopos in expeditionibus fecum,vti commilitones, femper habuiffe auctor eft idem
m li. 4. cap. 56. de vita Conftant. Eufebius m: tantamque eis adhibuiffe reuerentiam teftatur n Theodoritus, etiam hi-
n lib. 1. c. 11. ftoriæ Ecclefiafticæ fcriptor, vt dixerit hæc 8
verba. *Si proprijs oculis vidiffem facerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachali habitu circumamicti funt, peccantem, proprio paludamento cooperirem, ne ab aliquo vide-*
o cã. 8. dift. 96. *retur.* Id etiam refert o Nicolaus Papa ad Ludouicum Imperatorem, vel, vt alij malunt,ad Michaelem,vt ipfum exemplo Conftantini ad eandem reuerentiam incitaret.
p Sozomenus lib. 1. c. 18. Pomponius Letus cõpend. hift. Rom. Legitur p etiam, cùm libelli de erroribus 9
quorundam Epifcoporum dati effent, accepiffe Conftantinum, ac proieciffe in ignem, afferendo nolle de Epifcopis difcernere, vt

qui in ea auctoritate,& veneratione cũ fint,
10 peccare non poffent. Sed, quod poteft effe maius erga facerdotes reuerentiæ argumentum, quàm, quod edocent q Eufebius, & q lib 2. cap. 10. de vita Conft.
Theodoritus r de eodẽ Conftantino? quip- r lib. 1. c. 7.
11 pe qui ingreffus concilium plufquam trecentorum Epifcoporum Nicææ coactum, petijt ab Epifcopis, vt fibi liceret in parua fella in medio aulæ concilij pofita federe, nec prius cõfidere voluit, quàm Epifcopi ad id innuiffent. Vnde cupiebant Imperatores, vt tales eligerentur facerdotes, quibus debitam liberiùs adhibere cogerentur reuerentiam.
Refert enim f hiftoria Tripartita, Valenti- f lib. 7. c. 8.
nianum Epifcopos hortatum effe, vt talem in Pontificali fede conftituerent, cui & ipfi, qui gubernant imperium,fincere fua capita
12 fubmitterent. Verum,cùm Arcadius,& Honorius rogati effent, vt quibufdam ecclefiæ cõcefsis priuilegijs vellent derogare,in hæc
verba t refcripferunt. *Quæcumque à parenti-* t l. 19. C. Theod. de epif. & cler.
bus noftris diuerfis funt ftatuta temporibus, manere inuiolata, atque incorrupta circa facrofanctas ecclefias præcipimus. Nihil igitur à priuilegijs immutetur: omnibusq. qui ecclefijs feruiunt,tuitio deferatur,quia temporibus noftris addi potius reuerentiam cupimus,quàm ex ijs, quæ olim præftita funt, immutari. Et
alio loco refcribẽs u Theodoro Præfecto Præ- u l. 30. C. eod.
torio. *Quæ olim reuerentia religionis obtinuit, mutilari fub pœna etiam interminatione prohibemus: ita vt hi quoq. qui Ecclefiæ obtemperant,his,quibus ecclefia,beneficijs perfruãtur.* Athalaricus etiam Gothorũ Rex apud Caf-
fiodorum x clero Rom. Ecclefiæ fic fcribit. x lib. 8. ep. 24.
Quod nobis pro ingenita reuerentia,quam noftro debemus auctori, difplicuiffe profitemur, vt qui pridem facris meruerunt inferuire minifterijs, conuentionibus irreuerenter nefarijs expofiti iniurijs fubiacerent. Et poft pauca. *Atq. ideo confiderantes Apoftolicæ fedis honorem, & confulentes defiderijs fupplicantium, præfenti auctoritate, moderato ordine, defini-*
13 *mus: vt fi quifpiã ad Romanum clerũ aliquem pertinentem in qualibet caufa probabili crediderit actione pulfandum,ad beatifs. Papæ iudicium prius conueniat audiendus.* Vigetis
quoq. Gothorum Rex apud eundẽ y Caſsio- y lib 10. ep. 34.
dorum Epifcopis fic. *Si facerdotibus, etiam ignotis honorem debemus, quanto magis illis, quos amabili veneratione cõfpeximus? Aliter enim requirimus notum,& aliter appellamus incognitum. Vfforũ maior femper affectus eft, dum grauiffime retinetur, qui affiduo, & fua-*
14 *ui fermone coniungitur. Et ideo per harum portitores, legatos noftros, quos ad fereniffimum Principẽ deftinauimus, Sanctitati veftræ*

H 2 *præfen-*

præsentamus debitæ venerationis obsequium: sperantes, vt pro nobis orare dignemini, & vbi vsus exegerit, solatia vestra reperiant. Quia necesse est, vt bene velitis, quos vobis religione iunctos esse cognoscitis. Iustinus senior Imperator, Ioanni primo Constantino- 15
polim ad se proficiscenti obuiam venit, & in aditu portæ aureæ ad eius pedes prostratus, eum veneratus est. Atilæ Hunnorum Regi 16
Italiã inuadenti occurrit Leo Pontifex max. atque auctoritate, & verbis adeo deterruit, vt retrocedere coegerit, & in Pannoniam reuerti. Cùmq. interrogaretur à quibusdam ex suis, quid esset, quòd præter consuetudinem tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret, respondit, se astantem alium 17
quendam, illo loquente sacerdotali habitu vestitum vidisse, sibi stricto gladio minãtem mortem, nisi Leoni obtemperaret. Eundem cultum & Alexandrum Macedonem viris
[a cap. 10.] sacris exhibuisse diximus superiori [a] libro, vt qui Thebis captis, sacerdotibus pepercerit, & Tyro domita, ac Hierosolyma, cui inhiauerat, in potestatem redacta, summum Hebræorum Pontificem, sibi obuiam prodeuntem, quamuis inimicum, adorauit. Scribit
[a hist. eccl. lib. 7. c. 24.] quoque Sozomenus, [a] Beatum Ambrosium Imperatori locum assignasse ante sacrarij cancellos ita, vt populum Imperator, Imperatorem Sacerdotes sedis ordine antecederent: nam purpura, dicebat Ambrosius, Imperatores, non sacerdotes efficit. Hanc Ambrosij admonitionem excepit lubens Imperator felicissimus, eumque ordinem, vt optimũ, tum laudauit, postea q. confirmauit. idq. ad sua vsque tempora seruari testantur idem
[b d. cap. 24. c lib. 12. c. 41. d li. 15. rer. Roman. e lib. 5 c. 17.] Sozomenus [b], Nicephorus [c], Paulus [d] Diaconus, Theodoretus [e]. Cùmque de religione sermo nobis sit, liber aliquantulum diuertere, ac quæ naturalis historiæ auctores de elephantis obseruarunt, hic attexere: inter quos
[f lib 8. c. 1.] diligentissimus Plinius [f] tradit solitum huiusmodi animal singulis mensibus ad Amilum Mauritaniæ fluuium nouam lunam adoratum, atque lauatum descendere: ac quasi potentiam, atque Dei virtutem deperiuris graues pœnas sumere consueuisse cognoscat, non prius se nauibus introduci sinere, quàm à rectore iusiurandum de reditu, ceu vadimonium, accipiat. Multa de obseruantia erga venerandum hunc ordinem exempla huc afferri possent, quibus planum fieret apud ipsos Principes maximo in honore, summaque reuerentia semper habitos fuisse sacerdotes. Sed nemo est ita parum in historijs, seu profanis, seu ecclesiasticis versatus, qui hæc non sciat.

SVMMA EX CAPITE X.

1 *Constantinus Magnus Episcopos titulis grauitatis per litteras honorauit.*
2 *Imperatores titulum Reuerendissimi quibusdam clericis, sacris etiam fœminis tribuerunt.*
3 *Iustinianus Episcopos beatissimos vocat: Martianus Archiepiscopum sanctissimum, reuerendissimum, & religiosissimum. Vide hic plura circa titulos, quos honoris, & venerationis plenos Imperatores, & Principes seculi ordini ecclesiastico tribuerunt.*
4 *Principes seculares, de suis titulis vehementer soliciti, quos sacerdotibus, & eorum officium, & Antiquitas tribuit, negari minime consentiant.*
5 *Pompeius ægre se Imperatorem, & Magnum vocari passus est.*
6 *C. Cæsar Dictator, Augustus, Tiberius, Vitellius, & plerique Imperatores superbos titulos constanter refutarunt.*
7 *Traianus talem se Imperatorem priuatis præbere velle dictitabat, qualem ipse priuatus optasset.*
8 *Antoninus Pius, non dominus, sed patriæ parens, dici voluit.*
9 *Pertinax, nec vxorem Augustam, nec filium Cæsarem appellari passus est.*
10 *Gregorius Magnus Papa se seruum seruorum Dei primus scribere instituit.*
11 *Principes legem ponere clericis non debent, sed eis subesse.*
12 *Paulus Apostolus, cum eius auctoritati detractum est, exaudiuit, & comminatus est, quamuis humillimus.*
13 *Idem multa de se magnifice prædicare non veretur, vbi de eius officio, & dignitate agitur.*
14 *Idem alibi humillima de se profert.*
15 *Qui à secretis Principum sunt, taxantur irreuerentiæ in scribendis epistolis erga sacerdotes, ad suumq. officium reuocantur.*

De titulis, quos Episcopis, & alijs sacerdotibus Imperatores per litteras tribuere consueuerant. Cap. X.

NEQVE solum contenti fuere Christiani Principes eam, quam decet, sacerdotibus adhibere reuerentiam, sed eos quoq. diuersis, ijsdemq. grauibus titulis cohonestandos esse dignum putarunt.

Digitized by Google

putarunt. Scribit enim [a] Eusebius in historia sua ecclesiastica, Constantinum, cùm per litteras Episcopos alloqueretur, eis grauitatis titulos tribuisse. Hi tituli, qui sint, intelligi potest ex epistola Zenonis Imperatoris, quam Euagrius [b] refert, ad Alexandriæ, Aegypti, Lybiæ, & Pentapolis Episcopos, clericos, monachos, & laicos scripta, & ex compendio [c] actorum Chalcedonensis Concilij. Inuenio ego passim, tum in libris nostris, tum in monumentis antiquioris Ecclesiæ, Reuerendissimi titulum ab ipsismet Imperatoribus, non modo Episcopis illis, qui Patriarchæ etiam appellati sunt, Constantinopolitano, scilicet, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, verum etiam minorum ecclesiarum Prælatis, immo ministris vtriusque sexus tributum fuisse: vt mirari nō desinam nostræ tempestatis Principes hunc titulum Episcopis hodiernis subtrahere, eorum, vt ego autumo, qui à secretis sunt, incuria. Sed, vt eminentissimi ordinis dignitati consulatur, subtexere libet hic nonnulla eorum Principum, qui summam rerum obtinebant, exempla, quibus ostenditur Reuerendissimi, & alios eiusdem generis titulos, ita esse sacerdotibus debitos, vt ijs defraudari nulla ratione debeant. Iustinianus enim (vt ab ipsius Codicis constitutionibus initium sumam) rescribens Ioanni Papæ. *Properauimus*, inquit [d], *hæc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypartium, & Demetrium beatissimos Episcopos, &c.* Honorius, & Theodosius de Patriarcha Constantinopolitano loquentes, dixerunt [e]. *Non absque sententia viri Reuerendissimi sacrosanctæ legis Antistitis, &c.* Arcadius, & Honorius [f]. *Per arbitrium Reuerendissimi Antistitis Alexandrinæ vrbis, &c.* Martianus in quodam suo rescripto [g] Archiepiscopum sanctissimi titulo honorat, item Reuerendissimi, item Religiosissimi. Immo ibidem Episcopi omnes Beatissimi appellantur, sicut clerici omnes Reuerendissimi. A Leone [h] Antistites Religiosissimi, & Reuerendissimi, à Iustiniano [i] presbyteri omnes Reuerendissimi. Martianus ad Constantinum Præfectum prætorio rescribens [k], non modò Archiepiscopum Religiosissimū, & Beatissimum nominat, sed etiam Oeconomum Reuerendissimum. Anastasius [l] etiam Episcopos omnes Reuerendissimos, Iustinianus [m] Religiosissimos: Leo [n] item Oeconomum Reuerendissimum appellat. Ab eodem Iustiniano [o] sæpe non solum Episcopi Religiosissimi, Beatissimi, Sanctissimi, & Reuerendissimi dicuntur, sed etiam presbyteri, diaconi, clerici, omnes monachi, necnon diaconissæ. Quinimmo extat eiusdem Iustiniani [p] Nouella, quæ inscribitur: *De sanctissimis Episcopis.* A Theoderico Rege [q] Petrus sanctitatis prærogatiua, & Seuerus [r] Episcopi honorantur: Eustorgius [s] Mediolanensium Episcopus, Beatitudinis. Ab Athalarico Rege [t] Victorinus Episcopus, & à Vigete [u] etiam Gothorum Rege omnes Episcopi sanctitatis vocabulo apud Cassiodorum decorantur. Immo idem ipse Cassiodorus [x] sanctissimos vniuersos Episcopos appellat. Sancti Hieronymus, Augustinus, & alij, qui eodem tempore floruere, ad Episcopos scribentes, eos semper sanctitatis, beatitudinis, alijsque similibus titulis, honorant. Quod & Summos Pontifices fecisse inuenio. Nicolaus [y] huius nominis primus ad Aluinum Archiepiscopum scribens, sanctitatis, ac beatitudinis eum nomine decorat. Clemens [z] Quintus sanctissimos vocat Episcopos. Hæc sunt, quæ in mentem suppetunt, quibus, si otium esset, plura adiungerem: satis tamen prospexisse Episcopali dignitati videor. Atqui sæculares Principes, sicut eminentes amant titulos (nam preterquam, quòd Excellentissimi, ac Serenissimi vocantur, Inuictissimi etiam, & Potentissimi, & Augustissimi, & Gloriosissimi, cum Altitudinis, Celsitudinis, Serenitatis, Sublimitatis, atque Maiestatis adiectione passim dici consueuerunt, quia id fortasse ad ditionis, regni, siue imperij incrementum, aut commodum pertinere intelligant) ita & sacerdoribus, & ijs præsertim, qui primas in Dei Ecclesia tenent, nomina hæc & diuino iure, & maiorū instituto, sacrosancto eorum officio, ac charactėri tradita, augere potius, quàm minuere meminerint. Verum enimuero titulos cæteros etiam melioris notæ Ethnicos neglexisse compertum est: vt qui minimum fœlicitatis, siue honoris in ijs posuerint, adeo vt & nostrorum temporū magnatibus pro re inani decertandum non sit. Siquidem Pompeius superato in Africa Domitio, licet Imperator esset, & à militibus nominaretur, in epistolis tamen suis, aut chirographis se imperatorem nec nominare, nec subscribere voluit, nec prius (vt Plutarchus [a] refert) Magni cognomen assumpsit, & si vulgo vocabatur, quàm contra Sertorium in Hispaniā profectus, intellexit, longo vsu, & diuturna cōsuetudine iam sibi proprium factum. M. Lucius Drusus Quæstor in Africa nullo vti voluit lictore, vel alijs quæstorijs ornamentis, aut insignibus, quòd dicere soleret, velle ornatius seipso nihil in-

a lib. 10. c. 8.
b lib. 3. c. 34.
c cap. 18.
d l. 7. C. de summ. Trin. & fid. Cath.
e l. 6. C. de sacrosanct. eccl.
f l. 18. C de epis. & cler.
g l. 13. C. eod.
h l. 26. cum seq. C eod.
i l. 39 & 41. C eod.
k l. 13. C. de episc. aud.
l l. 17. eod.
m l. 18 eod.
n l. 5. C. de his, qui ad eccles. confug.
o Nouell 3. 5. 123. & 131.
p d Nouell. 121.
q lib 3. ep. 307. variar. Cassiod.
r lib. 2. ep. 8.
s lib. 2. ep. 29.
t lib. 8. ep. 8.
u lib. 10. ep. 34.
x lib. 11. ep. 3.
y c. 1. dist. 34.
z Clem. 1. § nec super, de pœnis.
a in vita Pompeij.

Prouincia videri. Tradit quoque Suetonius 6
b C.Iulium Cæsarem à plebe Regem saluta-
tum respondisse, Cæsarem se esse, non Re-
gem. Augustus Imperij formator, vt ait c 4
Tertullianus, nec dominum dici se patie-
batur: immo, si Suetonio d credimus, lege
cauit, ne ita appellaretur. Qui etiam tradit
e Tiberium, Augusti nomine nullis, nisi ad
dynastas, & Reges epistolis vsum esse, nec
passum templa, aut Flamines sibi decerni,
aut iurari in acta sua, necnon Imperatoris,
ac Patris patriæ cognomina cum ciuica co-
rona recusasse, nec dominum vocari voluis-
se, adulationesque eiusmodi omnes auersa-
tum. Testis est idem f Vitellium Imperato-
rem Augusti cognomen, quo alij fere om-
nes qui antecesserant, Romani Imperato-
res, vsi fuerant, distulisse: & Cæsaris perpe-
tuo recusasse Traianum, quem Sextus g Au-
relius talem Reipublicæ fuisse commemo-
rat, qualem vix exprimere summorum viro-
rum ingenia, & scripta potuerunt, à Senatu
optimum cognominatum, magis eo cogno-
mento gaudere solitum scribit h Dio, quàm
Cæsaris, Augusti, Germanici, Parthici, &
alijs eiusmodi gloriosis titulis: & quibusdam
amicis expostulantibus, quòd magis faci-
lem, & popularem se ipse præberet, ac pro
tanti imperij dignitate decebat Principem,
respondisse, Eutropius tradit, talem se Im- 7
peratorem esse priuatis, qualem ipse priua-
tus Imperatorem optasset. Antoninus, ob 8
singularem in omnes humanitatem Pij co-
gnomentum adeptus, non dominus, sed pa-
triæ parens, ac patronus, & esse, & dici vo-
luit, atque imperatorium fastigium, vt scri-
ptum reliquit i Capitolinus, ad summam ci-
uilitatem deduxit. Pertinax Imperator,
eiusdem Iulij Capitolini testimonio k, ne 9
rogante quidem Senatu, vxorem suam Au-
gustam, aut filium Cæsarem dici voluit. Ple-
raque alia clarissimorum, & potentissimo-
rum virorum exempla in medium afferri
possent, qui ne ab hominibus felicitate re-
rum efferri insolentius viderentur, aut am-
bitiosi, talia cognomenta gloriosa sunt as-
pernati. Hanc quoque profanam, & tumi-
dam appellationem exhorruit Gregorius
Magnus. Nam ad Eulogium Patriarcham
Alexandrinum scribens, ait l. *Ego non ver-*
bis quæro prosperari, sed moribus. Inflare
enim ibidem dicit vanitatem, charitatemq.
vulnerare huiusmodi verba. Atque ideo
seruum seruorum Dei se scribebat: quod de- 10
inceps eius exemplo posteriores Pontifices
hucusque fecere. Sed quosdam video inge-
niosos homines, qui dicunt: te tuo iugulasti

b in vita Cæsaris.
c in Apolog. contra Get.
d in vita Augusti.
e in vita Tiber. cap. 26. & 27. Cornel. Tacit. lib. 1. Ann.
f in vita Vitellij.
g in vita Traiani.
h in vita Traiani.
i in vita Antonini.
k in vita Pertinac.
l lib. 7. ep. 30. & can. vlt. dist. 99.

gladio. Nam si Ethnici, & Barbari sola na-
tura, vel populari laude, & gloria impulsi,
ita se demittebant, vt ambitiosos illos ver-
borum sonos aspernarentur; quanto magis
istud decet sacerdotes, qui diuinis de hu-
militate præceptis obsequi debent, & sem-
piternæ salutis spem sequi? Præclara, & sa-
lubris res foret, præsertim vniuerso ordini
sacro, si hæc animi moderatio, & verbis, &
factis retineretur, si homines non immodicè
sibi placerent, si non inaniter, & effuse hu-
iusmodi rebus exultaret animus, si superci-
lium demitteretur, sed ad imitationem Gre-
gorij (qui cùm minimum se facere stude-
ret, omnium consensu Magnus iudicatus
est, & vocatus) titulorum, & honorum pom-
pam clerici humiliter recusarent. Sed non
est hæc sæcularium Principum censura, qui,
quo maiorem inter Christianos nacti sunt
prærogatiuam, eo tanquam Ecclesiæ Roma-
næ stipendiarij, vt ait Augustinus Trium-
phus, maiorem clericis, ex quibus Ecclesia
eadem constat, exhibere reuerentiam, &
cultum debent: ideo nec sacrarum persona-
rum titulis obsistere eos decet, quorum
amplitudo præcipuos Principes assertores,
11 & ceu præsidia, habet: qui & subesse m ma-
ioribus clericis debent, non præesse, vt ait n
Clemens Papa tertius. Sic omnes Princi-
pes terræ, & ceteros homines Episcopis obe-
dire Beatus Petrus præcipiebat: sicut mino-
res fieri, ac honoribus maximis promereri.
Nec mihi objiciatur obedientiam, de qua
Clemens loquitur, spiritales cancellos non
transire, cùm spiritalis potestatis ea sit vis,
vt temporalis & terrena ab ea, sicut riuus
e fonte, dimanet, ac pendeat, tum excel-
lentia, tum interna, ac innata auctoritate
sibi diuinitus collata. Ideo ait Ioannes o
Papa primus. *Ad sacerdotes Deus voluit,*
quæ ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non
ad seculi potestates, quas, si fideles sunt, ec-
clesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas.
Paulus item Apostolus pro nihilo se ducebat
in epistola p priori ad Corinthios, dicens.
Cùm liber essem ex omnibus, omnium me ser-
uum feci. Cùm vero eius negaretur potestas,
vide, quàm acriter eam tueatur in hęc verba
12 prorumpens ibidem. *Non sum Apostolus?*
Nonne C*HRISTVM* I*ESVM* *Dominum no-*
strum vidi? Nonne opus meũ vos estis in Do-
mino? Et inferius. *Bonum est mihi mori, quàm,*
13 *vt gloriam meam quis euacuet.* Et in epistola
secunda q ad eosdem. *Si voluero gloriari, non*
ero insipiens: veritatem enim dicam. Et pau-
lo post. *Factus sum insipiens: vos me coe-*
gistis. Ego enim à vobis debui commendari:
nihil

m can. 12. cũ seqq. eadem dist.
n cap. 4. de maior. & obedient.
o d. can. 21.
p 1. Cor. 9.
q 2. Cor. 12.

nihil enim minus fui ab ijs, qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum. Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigijs, & virtutibus. Vnde colligere possumus eum vehementer offensum, cùm sibi denegaretur, quòd honestate, & iure debebatur: quippe, qui & minas cum verbis coniungeret: *si iterum venero* [r], inquiens *non parcam. An experimentum quæritis eius, qui loquitur in me* CHRISTVS: *qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis?* Deinde subijcit. *Hæc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem*. Sic profectò se gerebat submisse, non verbis modo, sed toto etiam vitæ schemate, vt se minimum, miserrimum omnium, & calamitosissimum diceret. At vero auctoritate, & Apostolatu eius conuulso, excandescere videbatur, & concitari vehementius, vt Corinthij (quos, vt dixi, priori epistola reprehendit) dicerent, quod eis ipse etiam obijcit in epistola [s] secunda hoc modo. *Epistolæ, inquiunt, gra-* 14
ues sunt, & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis: hoc cogitet, qui eiusmodi est; quia, quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos mentientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Exemplo igitur sanctissimi Apostoli, optimoq. iure possunt Episcopi, & alij ecclesiastici ordinis sacerdotes excandescere, cùm sibi detrahitur, quod debetur diuino iure, & Imperatorum sanctionibus per tot secula receptis, per quas & ipsi Principes seipsos, & alios tegũt. At Principes pij, religiosi, & sacri ordinis studiosi proculdubio mihi videntur: de eorum autem, qui suis præsunt epistolis con- 15
scribendis, erga ipsos Episcopos propensione, nonnihil suspicor. Cùm enim ad Magistros militum, ad Quæstores, ad sacri, seu cubiculi, seu palatij, seu stabuli Præpositos, ad vrbium, prouinciarumve Præfectos, ac Præsides, aut ad similes seculares magistratus litteras dant, Illustris, Perillustris, Illustrissimi, & Excellentissimi, alijsq. tumidis eiusmodi titulis ad cælum vsque eos euehere conantur: cùm vero ad Episcopos, qui illis sunt adeo excellentiores, vt nulla, aut certe æqua videatur inter eos fieri posse comparatio, Reuerendi, vel admodum Reuerendi titulum sufficere putant, quando Reuerendissimi, ac plusquam Reuerendissimi, vt ita dicam, tanti Præsules vocari deberent: talis est Episcoporum (quorum primus CHRISTVS fuit) excellentia, atque in Ecclesia maiestas; vnde Clemens V. [t] in Concilio Viennensi: *Episcopi*, ait, *dicuntur sanctissimi, spirituales sunt patres, nostriq. fratres, & coepiscopi, columnæ comprobantur Ecclesiæ*. Eos igitur admonitos velim ea, qua erga hosce Dei vicarios (quibus ipsi Angelorum chori ministrant) reuerentia, ac erga Christianos charitate affectus sum, vt ad hanc normam sua scriptionis litterarum dirigant officia, religionemq. imitentur, quorum ad sacerdotes scribere pro summis Pontificibus olim cura erat, ac sacros Dei ministros, sicut ipsi fecerunt, amplissimis titulis decorare nequaquam detrectent. Nam si pro secularibus, & profanis hominibus, tam ampla, tam splendida adinuenta, ac fabricata sunt cognomina, vt nihil supra: quare non debent sacerdotum dignitates illustrioribus titulis fulciri, atque consignari? non quia id ipsi postulent, sed vt Principes ministrorum diligentia, ac pietate religiosi, & officiosi, vt re ipsa sunt, appareant.

r Ibid. 13.

s Ibid. 10.

t d. Clem. 1. §. Ne super de pœnis.

SVMMA EX CAPITE XI.

1 *Quidquid Principes de religione decreuerunt, iuxta sacros canones decretum esse professi sunt.*

2 *Martianus Imp. de synodalibus sanctionibus publice disputari vetuit.*

3 *Valentinianus, & Theodosius de ætate diaconissarum iuxta Apostolum tradiderunt.*

4 *Iustinianus neminem excommunicari, nisi ex præscripto canonum iussit.*

5 *Isaacius Angelus erectionẽ ecclesiarũ ex forma canonica procedere mandauit.*

6 *Leges VVisigothorum correctione clericorum, præcipue, quo ad continentiam, Episcopis, iuxta regulas canonicas definiendam reliquerunt.*

7 *Eandem eisdem regulis reuerẽtiam exhibuerunt eædem leges circa rerum ecclesiasticarum alienationem, ac possessionem, necnon viduarum, sacerdotumq. sustentationem.*

8 *Athalaricus Rex Gothorum simoniam iuxta canonum placita insequitur.*

9 *Mundi Principes, quæ de religione nostra statuerunt, rogatu Episcoporum fecerunt.*

10 *Canones vim legum habere sanxit Iustinianus: itẽ quattuor Conciliorũ decreta.*

11 *Quod de quattuor prioribus Concilijs Iustinianus decreuit, de cæteris à summo Pontifice approbatis intelligendum est.*

12 *Sacros canones violans, vti sacrilegus puniendus est, ex Imperiali constitutione.*

13 *Carent auctoritate, quæ contra canones decernuntur.*

14 *Ipso iure nulla sunt ex Friderici sanctione, quæcumque statuta, & consuetudines libertati ecclesiasticæ obsistunt.*

Quidquid statuũt Christiani Principes in ijs, quæ ad religionem spectant, ex sacrorum canonum præscripto, vel sanctorum Patrum decreto decernere: nec aliter vim legis obtinere constitutiones posse. Cap. XI.

VERVM, quo magis ipsorum Principum pietas, religio, reuerentia, & erga Ecclesiæ maiestatem obsequium successoribus suis, ac posteris omnibus manifestaretur, hiq. eorum exemplo ad id ardentius impellerentur, quidquid de religione spectans lege decernebant, id vtique secundum sacrosanctos canones, sanctorumq. patrum præcepta, sancitum esse profitebantur. Vnde Martianus Imperator. *Iniuriam*, inquit [a], *facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contenderit: cùm ea, quæ nunc de Christiana fide à sacerdotibus, qui Chalcedone conuenerunt, per nostra præcepta statuta sunt, iuxta Apostolicas expositiones, & instituta sanctorum Patrum CCCXVIII. in Nicæa, & CL. in hac regia vrbe definita esse noscantur.* Theodosius, & Valentinianus, cùm constituere vellent ætatem, intra quam virgines, & viduæ fieri possent diaconissæ: *Nulla*, inquiunt [b], *nisi emensis quinquaginta annis, vel sexaginta, secundum præceptum Apostoli, ad diaconissarum consortium transferatur.* Iidem Principes, cùm de primatu Romanæ Ecclesiæ loquerentur, adiecerunt [c]. *Sedis Apostolicæ primatum sancti Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis, sacræ etiam synodi firmauit auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur.* Et Imperator Iustinianus ait [d]. *Omnibus Episcopis, & presbyteris interdicimus segregare aliquem à sacra communione, antequam causa monstretur, propter quam sacræ regulæ hoc fieri iubent.* Et paulo post. *Si quis autem Episcopus secundum ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus, &c.* Et inferius [e]. *Si vero lector secundum ducat vxorem, aut primam quidem viduam, aut separatam à viro, aut legibus, aut sacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium ecclesiasticum ordinem proueh atur.* Imperator Isaacius Angelus in Nouella de Metropolitanis decreuit [f], in ecclesijs, quæ iussione Imperiali in altiorem thronum erigerentur, videlicet in Metropolitanam, Archiepiscopalemve, erectiones procedere ex forma canonica. In legibus VVisigothorum sic habetur. *Igitur quemcumque* [g] *presbyterum, diaconum, atque subdiaconum, Deo votæ, viduæ pœnitenti, seu cuicumque virgini, vel mulierculæ seculari, aut coniugio, aut adulterio commixtum esse euidentissime patuerit, mox hoc Episcopus, siue iudex, vt repererint, talem commixtionem disrumpere non retardent. Redacto autem illo in sui Pontificis potestatem, sub pœnitentiæ lamenta iuxta sacros canones deputetur.* In alia vero sanctione cauetur [h], non valere venditionem, donationem, aliamve rerum ecclesiasticarum alienationem, nisi facta fuerit, prout sanctorum canonum instituta constituunt, atque decernunt: ait enim. *Sed & in* [i] *omnibus clericis, qui de rebus ecclesiæ quæcumque possederint, seruetur hæc forma: ne quauis possessio dominium Ecclesiæ à rebus suis debitis quandoque secludat, quia & canonum auctoritas ita commendat. Sed & viduæ sacerdotum, quæ filios suos in obsequium ecclesiæ commendant, pro sola miseratione, de rebus ecclesiasticis, quas pater tenuit, non efficiantur extorres.* Athalaricus Gothorum Rex Ioanni Papæ de simoniæ labe sermonem habens, ait [k]. *Si quis Apostolicæ Præsulem Ecclesiæ, vel Patriarcharum Episcopum, siue per se, siue per parentes nos seruientium quascumque personas aliqua suffragij crediderit ambitione promouendum: & ipsum reddere accepta definiumus, & quod est canonibus statutum, eum modis omnibus esse passurum.* Nec quidquam statuissent mundi Principes in ijs, nisi sæpius rogati ab Episcopis, & à Concilijs moniti essent, vt ex Carthaginensi [l] quinto, & Africano [m] dignosci potest facile. Concilia autem ab Imperatoribus, hortante sacro ordine, coacta fuisse alibi dicetur. Siquidem canones vim legum obtinere Iustinianus ostendit, atque ita esse lege præcepit. Nam in prin-

[a] l. 5. C. de summ. Trin. & fid. Cath.
[b] l. 9. C. de episc. & cler.
[c] Nouel. 14. Theodos.
[d] Nouel. 123 §. omnibus.
[e] in §. clerici cos, seu: si autem tempore.
[f] lib. 1. Iur. Orient.
[g] lib. 3. tit. 4 cap. 18.
[h] lib. 5. tit. 4. c. 5.
[i] lib. 5. tit. 1. cap. 4.
[k] Cassiod. lib. Variarũ 9 epist. 15.
[l] cap. 5.
[m] cap. 18.

Digitized by Google

n Nouel. 131 in principio tituli [n] *de eccleſiaſticis titulis*
ſanxit vicem legum obtinere ſanctas eccle-
ſiaſticas regulas, quæ à ſanctis quattuor
Concilijs expoſitæ ſunt, aut firmatæ, Ni-
cæno, ſcilicet, Conſtantinopolitano, Ephe-
ſino primo, & Chalcedonenſi. *Prædicta-*
rum enim, inquit, *quattuor ſynodorum dog-*
mata, ſicut ſanctas ſcripturas, accipimus,
& regulas, ſicut leges, obſeruamus. Licet 11
autem Iuſtinianus noſter, de quattuor illis
tantum Concilijs ſermonem habeat, non
eſt dubium, quin idem de alijs Concilijs à
Romano Pontifice approbatis cenſendum
ſit ex ijs, quæ Gratianus ex Iſidoro, Grego-
o d. 15. per tot. rio, Gelaſio, & alijs enarrat [o] abunde. At 12
vero, ex Iuſtiniani ſanctione ſi ſynodorum
dogmata, vti ſanctas ſcripturas habere de-
bemus, & regulas, ſicut leges, qui ſacro-
rum canonum ſanctitatem, aut neſciendo
omiſerit, aut negligendo violauerit, æque
p l. 1. C. de crim. ſacril. ac ſacrilegus poterit puniri, [p] ita conſtituen-
tibus Gratiano, Valentiniano, & Theodo-
ſio Imperatoribus. Quapropter Imperato- 13
res Valentinianus, & Martianus, Palladio
q l. 12. C. de ſacroſ. eccl. Præfecto Prætorio reſcripſerunt, [q] omnes
principales conſtitutiones, omnes pragma-
ticas ſanctiones, quæ contra eccleſiaſticos
canones elicitæ ſunt, ſuo robore, ac firmita-
te penitus carere, idq. perire, & religioſe:
alioquin libertati eccleſiæ auerſarentur. Sed 14
non conſtitutiones ſolum, verum ſtatuta
etiam omnia, atque conſuetudines, quæ ec-
cleſiaſticæ libertati, eiusq. perſonis Dei mi-
niſterio mancipatis obſiſtunt, ipſo iure nul-
r auth. Caſſ. C. eod. la eſſe dixit [r], legeq. ſanciuit Federicus Im-
perator.

SVMMA EX CAPITE XII.

1 *Longe melius de rebus ſacris ſacerdotes, quàm profani homines, iudicant.*
2 *Alexander Imp. ethnicus ſuas ſententias Pontificibus, Quindecimuiris, atque Auguribus ſubmiſit.*
3 *Leontius tacite Conſtantinum reprehendit, quòd in conuentu Epiſcoporum leges promulgare de clericis auderet, dicens ipſum aliena curare.*
4 *Conſtãtinus Magnus Cæcilianum ſchiſmatis ſuſpectũ Miltiadi Romano Pontifici iudicandum relinquit, aliosque Epiſcopos Epiſcopis.*
Intellectus l. vi. C. de ſacroſanct. eccleſ.
5 *Honorius, & Theodoſius reſponderunt dubia circa vetuſtatem, & ſacros canones, Epiſcoporum iudicio reſeruanda eſſe.*
6 *Verbum, vetuſtas, aliud ſonat, quàm Accurſius interpretatus eſt.*
7 *Conſuetudo, eſt quã vetuſtas cõprobauit.*
8 *Mos eſt patrium inſtitutum ad religionem, cæremoniasq. maiorum pertinẽs.*
9 *Martianus Imp. ſynodalia iudicia in controuerſiam trahi edicto vetuit.*
10 *Iuſtinianus fidei ſummam à Romana ſede pendere profitetur.*
11 *Leo Imp. conſtituit reliquias martyrũ pro antiſtitum arbitrio collocari debere.*
12 *Verbum, Auguſtus, pro Pontifice interpretatur Accurſius. Et bene.*
Intellectus l. penult. C. de religioſ. & ſumptib. funer.
13 *Epiſcopis data eſt facultas ab Imperatorib. deſtruendi templa, & ſimulacra.*
14 *Cura diſtinguendi Iudæos in legibus VViſigothorum clericis reſeruatur.*
15 *Ex eiſdem legibus libelli de erroribus Iudæorum conſeruari debebant in archiuijs Epiſcoporum.*
16 *Libri hæretici coram Epiſcopo ſunt comburendi.*
17 *Iuſtinianus interdixit litanias laicis, quia ſine orationibus, & cruce fieri non debent: cum clericis permiſit.*
18 *Principes conſueuerunt rogare ſacerdotes, vt pro ſe orarent Deum.*
19 *Athalaricus Rex Victorinum Epiſcopum rogat, vt pro ſe, & pro regno ſuo precetur Deum.*
20 *Caſſiodorus proſperitatem ſuorum temporum Ioãnis Papæ orationibus tribuit.*
21 *Idem Epiſcopos parentes ſpirituales vocat.*
22 *Idem lumẽ a Deo per Epiſcopos implorat.*
23 *Religionis cauſas omnino Honorius, & Arcadius ad Epiſcopos remiſerunt.*
24 *In Concilijs ea, quæ fidei ſunt tantum, vt plurimum tractantur.*
25 *Imperatores, & alij Principes laici Concilia indixerunt, & coegerunt potius ad fidem iuuandam, quàm ad potentiam explicandam.*
26 *Conſtantinus Magnus noluit ſedere in parua ſella ſibi præparata in Concilio Nicæno, priuſquam, vt id faceret, innuerunt Epiſcopi.*
27 *Romanus Pont. nullum coegiſſet Concilium ſine Conſtantini ope, vigente adhuc paganiſmo.*
28 *Martianus Imp. rogatu Leonis Pontif. Concilium Chalcedonenſe indixit.*
29 *Martianus iudices in Concilio Chalcedonenſi præpoſuit, non vt decernerent, ſicut nec ipſe aliquid decreuit, ſed vt decreta ab Epiſcopis litteris exciperent.*

30 Vir-

30 *Vigilius Papa Concilio quinto à Iustiniano conuocato per litteras consensit.*
31 *Greg. Magnus Papa Theodericum regem per epistolam hortatur, vt synodum cogat in suo regno.*
32 *Idem contra simoniam Clotarium regem, & reginam accendit.*
33 *Sacerdotes mali sunt causa ruinæ populi.*
34 *Qui emendare potest, & negligit, participem se delicti constituit.*
35 *Concilia œcumenica, nisi iubente Romano Pontifice, haberi nequaquam possunt.*
36 *Episcopi synodos diœcesanas, Archiepiscopi Prouinciales cogere possunt, & reges in regnis suis sequendo definita, non definiendo.*
37 *Concilium, quod Caroli Magni vocatur (sed Zachariæ dici debet) eiusdem Zachariæ Papæ auctoritate coactum fuit.*

De potestate, & iurisdictione ecclesiastica in ijs, quæ ad religionem pertinent: & quòd Imperatores Concilia non possunt indicere: qua occasione explicatur l. vi. C. de sacrosan. eccl. simul cum l. penult. C. de relig. & sumpt. funer. Cap. XII.

HIS sic se habentibus, consequens est, vt de potestate, & & iurisdictione sacerdotum aliquid dicamus. Nam quis melius ad æquitatis (vt [a] Cassiodorus ait) iura deligitur, quàm qui sacerdotio decoratur? qui amore iustitiæ personaliter nescit iudicare, & diligens custos in commune, locum non relinquit inuidiæ. Siquidem, præter illud docendi munus, administrandi sacramenta, ordinandi ecclesiæ ministros, ipsasq. visitandi ecclesias, & alia id genus quædam faciendi auctoritatem, potestatem, iurisdictionem habent in ijs præsertim, quæ recta, ac minus recta ad religionem pertinent. Nemo enim est, qui nesciat synodos [b] Episcoporum, &
presbyterorum, immo sacerdotes ipsos de 1
rebus sacris longe melius posse, quàm pro-
fanos homines iudicare. Quod satis cogno- 2
uerat Alexander Imperator, quamuis ethnica caligine obcæcatus esset. De quo sic scribit Aelius [c] Lampridius. *Pontificibus tantum detulit, & Quindecimuiris, atque auguribus, vt quasdam causas sacrorum à se finitas iterari, & aliter distingui pateretur.* Cui conuenit illud, quod de Leontio Tripolitano Episcopo referunt historiæ ecclesiasticæ
3 auctores. Nam cùm Constantinus Imperator in conuentu Episcoporum multa verba faceret, & nonnullas promulgaret constitutiones, approbantibus cunctis, vno excepto Leõtio, qui solus obstinate tacuit; eumq. interrogaret Imperator, cur ipse, loquentibus cæteris, solus taceret, respondit se cogitabundum mirari apud se, quòd ei à proprijs negotijs tantum superesset otij, aliena vt curaret. Refert [d] quoque Eusebius in historia ecclesiastica eundem Constantinum
4 Miltiade Rom. Pontifici, & alijs ecclesiasticis viris iudicium de Cæciliano Carthaginensium Episcopo schismatis suspecto remisisse, asseuerando, se magnam sanctæ, & catholicæ Ecclesiæ reuerentiam habere. Huic simile recenset [e] Sozomenus. Nam cùm apud eũdem Principem accusati essent Episcopi aliquot, ad alios Episcopos remisit causæ cognitionem. Hæc fortasse præbuerunt causam Honorio, & Theodosio Principibus, vt responderent Philippo [f] Præfecto
5 Prætorio Illyrici, quòd si aliquid dubij circa vetustatem, & sacros canones oriretur, ne vllam interponeret interpretationem, sed conuentui sacerdotali, Episcoporumq.
6 iudicio reseruaret. Quòd autem Accursius [g] ait, *vetustatem*, hoc est, *priuilegia*, non pla-
7 cet, sed potius *vetustatem*, idest, *morem*, & *consuetudinem*: Nam consuetudinis ius, vt Cicero definit [h], est quod voluntate omniũ
8 vetustas comprobauit. Mos, vt alias [i] dixi ex Macrobio, est patrium institutum pertinens ad religionem, cæremoniasq. maiorum: ita vt mos præcedat, & cultus moris sequatur, quod est consuetudo. Si quid igitur circa morem, ritusq. sacrorum, & pristinos canones, quod indigeret interpretatione, nasceretur, cognitio, & interpretatio erat sacerdotum. Vnde Martianus Impera-
9 tor. *Iniuriam*, inquit [k], *facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata, ac recte disposita reuoluere, & publice disputare contenderit: cùm ea, quæ nunc de Christiana fide à sacerdotibus, qui Chalcedone conuenerunt, per nostra præcepta statuta sunt iuxta Apostolicas expositiones, & instituta sanctorum patrum CCCXVIII. in Nicæa, & CL.*
10 *in hac regia vrbe definita esse noscãtur.* Profitetur etiam Iustinianus [l] omnia, quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinasse ad notitiam deferre Rom. Pontificis, atque ei semper

[a] lib. 2. epist. 8.
[b] l. 6. C. de sacros. eccl.
[c] in vit. Alex.
[d] lib. 10. c. 5
[e] lib. 1. c. 15
[f] d. l. 6.
[g] ad d. l. 6.
[h] lib. 1. de inuent.
[i] in paratit. lib. tit. de consuet.
[k] l. 5. C. de sum. Trin. & fid. Cath.
[l] l. 7. C. eod.

per curæ fuisse vnitatem Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire. Idcirco subiungit. *Petimus ergo vestrum paternum affectum* (ad Ioannem Papam scribit) *vt vestris ad nos destinatis litteris, & ad sanctissimum Episcopum huius almæ vrbis, & Patriarcham vestrum fratrem (quoniam & ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem, festinans in omnibus sedem sequi Apostolicam beatitudinis vestræ) manifestum nobis faciatis, quòd omnes, qui prædicta recte confitentur* (loquutus fuerat de summa Trinitate, & fide Catholica) *suscipit vestra sanctitas; & eorum, qui iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam*. Leo autem, cùm constituisset [m], vt venerabilis crux, & sanctorum mar- 11
tyrum reliquiæ iudicio Episcopi in ecclesijs deberent collocari, addit. *Cùm religiosæ ædes non desint, possunt ibi consultis prius (vt oportet) religiosissimis Episcopis, reliquias sanctorum martyrum, non quorundam vsurpatione, sed arbitrio reuerendissimorum antistitum collocare*. Sic Valentinianus, Theodosius, & Arcadius prohibuerunt [n], ne quis 11
humanum corpus ad alium locum, sine Augusti licentia transferret. Quo in loco Accursius verbum *Augusti* ex Vlpiani responsis ad edictum, & in libro opinionum [o], interpretatur *Papæ*: quæ sententia mihi videtur rectissima ex ijs, quæ diffuse satis alibi differuimus [p]. Nonne ijdem Imperatores, 11
vt inuenies in Codice Theodosiano, Episcopis dederere [q] facultatem, vt possent simulacra, si qua erant in templis, fanisq. euellere, ædificia ipsa templorum, quæ in ciuitatibus, vel oppidis, vel extra oppida erant, ad vsum publicum vindicare, aras locis omnibus destruere, omniaq. templa ad vsus commodos transferre? Idem prope vide- 14
tur sancitum in legibus VVisigothorum, videlicet, vt cura omnis distinguẽdi Iudæos solis sacerdotibus debeatur, his [r] verbis. *Ait enim spiritus ille, cuius orbem veritas implet, stabunt sacerdotes in iudicijs meis, & iudicabunt leges meas, & præcepta mea. Proinde de omni sacerdote hæc implenda decernimus, ita vt nullum Iudæorum pro ritu suo patiatur ab aliquo defendi, nullum tueri, sed exemptos ab eorum patrocinijs, qui eorum fauoribus tueri videntur, in potestatis suæ curam redactos, pro eorum saluatione, quod illis catholicè agendum forte conueniat, diligenter instituant*. Possunt [f] presbyteri, diaconi, & alij id genus per easdem leges, prout vnusquisque conuentum Iudæorum ad se pertinere cognouerit, secundum decreta

[m] l. 26. C. eod.

[n] l. pen. C. de relig. & sump. funer.

[o] l. 43. § eod. & l. vlt. ff. de mor. infer.

[p] c. 8. supr. lib. 1.

[q] l. 25. de pagan. & sacris & templ.

[r] li. 12. c. 13

[f] c. 16. eod.

eos constringere, & corrigere: ea verò, quæ ab ipsis nequiuerint corrigi, ad agnitionem Principis, atque Pontificum emendanda
15 redeunt. Item eorundem [t] lege cauetur, vt Episcopi omnibus Iudæis ad se pertinentibus, libellum, qui de suis editus est erroribus, tradant, & vt professionum eorum, atque conditionum scripturas, quas quisque ille Iudæus sacerdoti suo amodo obtulerit, solita diligentia vnusquisque sacerdos in archiuis suæ ecclesiæ recondat, qualiter pro eorum perfidorũ testimonio studiosius conseruatæ persistant. Et non solum potestatem habent in ijs, quæ Iudæos, & Hæreticos respiciunt, verum in eorum quoque scriptis.
16 Namque Honorius, & Theodosius decreuerunt [u], vt libri improbatæ fidei vidente
17 Episcopo comburi deberent. Laicis item facere litanias interdixit Iustinianus: quia, inquit [x], sine orationibus, & cruce fieri non debent: cum clericis verò permisit. Nam & ipsi Imperatores cum clericis non modò intererant supplicationibus, seu litanijs, sed hymnos etiam canebant. Theodoricus senior [y] cum Eugenio pugnaturus circumibat cum sacerdotibus omnia orationum loca, & ante martyrum, & Apostolorum thecas cilicio prostratus, auxilia sibi fida sanctorũ intercessione poscebat. Theodosium iuniorem supplicationem, seu litanias pro serenitate, & clementia aëris impetranda instituisse, testatur [z] Nicephorus his verbis: *Litania instituta est: supplicantes processère, laudibus Deum vexere, atque vnà concors Ecclesia ciuitas tota facta est, & ipse Theodosius hymnis canendis præijt, habitu priuato incedens. minime verò opinio fefellit: statim enim cælum aerem turbidum cum serenitate commutauit, & frumenti non mediocrem inopiam ingens quædam frugum copia, & vbertas est consequuta*. Scribit [a] Glicas, Theodosiũ cum Proculo Patriarcha Constantinopolitano discalceatum, cum eadem ciuitas graui, & diuturno terræmotu concuteretur, supplicationes celebrasse. Idem Glicas [b] auctor est, Mauritium Imperatorem instituisse, vt supplicationes die præparationis in Blachernis fierent, & ad Chalcopratea vsque procederetur. Martianus quoque Nicephori [c] testimonio, vir summa religione præditus, in supplicationibus publicis alijs præire consueuerat [d]. At verò in ipsis processionibus, seu supplicationibus, vel litanijs, crucem, & vexilla deferri consueuisse, tradunt Odo Viennensis, Gregorius Turonensis [e], Rupertus [f], Inno-
18 centius III. Iustinianus [h], ac Nicæna Synodus.

[t] c. 18. eod.

[u] l. 11. C de episc. audiẽ.

[x] Nouel. 123

[y] Ruff lib. 2 cap. 33.

[z] lib. 14 c. 3 & 46.

[a] par. 4. An.

[b] in Mauric.

[c] lib. 15. c. 13.

[d] in chronicis de sexta ætate c. 3.

[e] de gloria confess. c. 20 & 70.

[f] lib 7 de diuin. offi. c. 20 ad fin.

[g] lib 2. myster. Miss. c. 13.

[h] Nouel. 34. §. omnibus.

Digitized by Google

i Synod. 2. Act. 4. dus[i]. Rogabantur etiam sæpissime sacerdo-
tes à Principibus, vt pro se Deum orarent,
prout videre est passim in historia ecclesia-
stica, & in decreto Gratiani, in ijs (inquam)
epistolis, quæ ab Imperatoribus ad Roma-
nos Pontifices, & ad alios per vniuersum
terrarum orbẽ constitutos Episcopos, aliosq.
inferiores sacerdotes scriptæ sunt. Nam &
apud Cassiodorum Athalaricus Rex Victo-
k li. 8. ep. 8. & li. 12. ep. 2. & 3. rino Episcopo, *Fauete nunc*[k], inquit, *ora-* 19
*tionibus sacris nostris libenter auspicijs, vt
Rex cælestis humana nobis regna confirmet,
gentes externas atterat, peccata absoluat,
consolidet, & conseruet propitius, quod paren-
tibus nostris dignatus est præstare gloriosius.*
l li. 12. ep. 2 Et idem Cassiodorus[l] Ioannni Papæ. *Sup-* 20
*plicandum vobis est, Beatissime Pater, vt læ-
titiam, quam per nos (Deo largiente) perci-
pimus, custodiri nobis vestris orationibus
sentiamus. Quis enim dubitat prosperitatem
nostram vestris meritis applicandam, quan-
do honorem adipiscimur, qui à Domino dili-
gi non meremur: & permutatione efficaci bo-
na recipimus, dum talia non agamus? Eccle-
siasticis siquidem ieiunijs fames est exclusa
popularis, decoris lacbrymis tristitia fœda
discessit, & per sanctos viros acceleratum
est, ne traheretur diutius, quod grauabat.*
m eod. ep. 1 Idem vniuersis Episcopis[m]. *Vos spiritales* 21
*parentes, qui auctorem rerum illuminata
mente conspicitis, pro me sanctæ Trinitati se-* 22
*dulo supplicate, vt splendere late faciat in
medio positum candelabrum, quatenus nec
mihi interior desit visus, & de me alijs pan-*
n epist. 11. ad Valen. Imp. *datur aspectus.* Ambrosius[n] contra Sym-
machum. *Vos pacem dijs vestris ab Impera-
toribus obsecratis: nos ipsis Imperatoribus à*
CHRISTO *pacem rogamus.* Quid opus est 23
id pluribus comprobare? Sufficit vnum
eiusdem Honorij, & Arcadij rescriptum.
o l. 1. C. Theodo. de rel. *Quoties*, inquiunt[o], *de religione agitur, Epi-
scopos conuenit agitare. Cæteras vero causas,
quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vsum
publici iuris pertinent, legibus oportet audiri.*
Sed illud nobis dubitationem facit, quòd
olim Imperatores passim, & pro arbitrio cõ-
cilia indicebant, vt videre est in historia
ecclesiastica, & in ipsimet concilijs. Scri-
p lib. 3. c. 6. bit Eusebius in vita[p] Constantini, eundem
in ciuitate Nicææ coegisse Concilium, &
per litteras vndique Episcopos accersiuisse:
q Euseb. lib. 10. c. 5. aliud fieri[q] Romæ præcepisse, aliud item[r]
r eod. c. 5. Arelate ad tollendas discordias inter Epi-
s lib. 2. c. 26 de vita Constant. scopos Africanos coortas. Sardicense[s] quo-
que auctoritate Constantini eius filij fuit
t lib. 5. c. 8. congregatum. Socrates[t] tradit Theodosiũ
aliud Constantinopoli CL. Episcoporum

celebrasse. Euagrius[u] Iustinianum quintũ u lib. 4. c. 37
conuocasse Concilium. Plura præterea, quæ
longum esset recensere, coegerunt conci-
lia Imperatores. Etenim Carolus Magnus
in Gallia anno ab incarnatione CHRISTI
742. XI. Calendas Martij indixit Conci-
lium, quod Caroli Magni[x] dicitur. Clodo- x Hoc potius Zachariæ Papæ Cõcilium vocatur. Bartho. Carranza in summa Côc.
ueus Aurelianense primum. Extant & per-
multa alia concilia iussu Regum celebrata.
In Hispania Ricardi Regis iussu Toleta-
num iij. & Sysclandi Regis Hispalense, &
Toletanum iv. & Chintillani quintum, alio-
rumque Regum alia. Nec solum cogebant
concilia, sed eis etiam intererant, vt idem
Eusebius nobis scriptum[y] reliquit: & con- y li. 1. c. 36. de vita Constant.
24 firmabant etiam adiecta pœna. Hæc igitur
argumento sunt, non ea omnia, quæ religio-
nis sunt, ad solos sacerdotes pertinere: siqui-
dem in concilijs, vt plurimum, tractatur de
ijs, qui de fide sunt, ac ad religionem atti-
nent, ad corruptos mores emendandos, er-
rores, si qui emerserunt, tollendos, bonas,
veteresq. consuetudines retinendas, cære-
moniasq. & ritus sacrorum conseruandos, &
huiusmodi alia non pauca, quæ sacræ po-
tius iurisdictionis, quàm profanæ videntur
25 esse. Huic dubitationi pro nobis satisfecit
Martianus Imperator, dum esset in Conci-
lio Chalcedonensi. *Nos*, inquit[z], *ad fidem* z Act. 6.
*confirmandam, non ad potentiam ostenden-
dam, exemplo religiosissimi Principis Con-
stantini, synodo interesse volumus, vt veri-
tate inuenta non vltra multitudo prauis do-
ctrinis attracta discordet: quædam capitula
sunt, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ vo-
bis reseruauimus, decorum esse indicantes à
vobis hæc potius firmari per synodum, quàm
nostra lege sanciri.* Hæc etiam retulit Gra-
tianus[a] in suis decretorum distinctionibus. a can. 2. & 3 dist. 96.
Enarrant[b] Eusebius, & Theodoritus[c], li- b lib. 2. c. 10 de vita Constant. c lib. 1. c. 7.
cet Constantini auctoritate Nicæam conue-
nissent plusquam trecenti Episcopi ad syno-
dum celebrandam, eidem tamen duos Ro-
mani Pontificis pro sede Apostolica legatos
præfuisse, quoniam Syluestro tunc sedenti
per ætatem coram non liceret; humiliterq.
26 eundem Imperatorem ab Episcopis (vt di-
ximus[d] alias) sedendi in parua sella in aula d sup. eod. lib. c. 9.
Concilij posita licentiam petijsse, nec prius
consedisse, quàm ijdem innuissent; ac præ-
ter splendidum[e] epulum patribus exhibitũ, e lib. 1. c. 12 & Sozo. lib. 2. cap. 2.
dona eisdem largita, frumentum virgini-
bus, viduis, sacrisq. ministris distribui quot-
annis imperatum; libellos dissidij ab Epi-
scopis sibi oblatos in ignem coniecisse, iu-
rans à se ne verbum solum inde exceptum.
Proinde plusquam verisimile fit, religiosum
Princi-

Principem, qui tanto erga Deum zelo ferebatur, vt superiorem habuerit neminem, immo successuris Imperatoribus specimen, & exemplum religionis præbuit, non propria auctoritate, sed Pontif. Romani suasu 27
eam synodum coegisse: vt cuius infirma adhuc erat auctoritas vigente paganismo, cùm omnes magistratus fere ethnici adhuc essent, vnde potentia, & brachio sæcularis Principis rerũ potiẽtis opus habebat Ecclesia. Porro Martianũ Imperatorẽ Chalcedo- 28
nense Concilium indixisse eius epistolæ demonstrant, Leone summo Pontifice monente: deflagrabat enim vniuersus Oriens hæresum incendio. Sed absque Romani legati 29
præsentia non est celebratum, quamuis ei interfuerit Martianus pietatis ergo cum iudicibus à se præpositis, non vt decerneret ipse, aut iudices quidpiam, sed vt decreta Episcoporum exciperentur, scriptisq. mandarentur, quo postea populares contẽtiones sedarentur, sanctionibus, scilicet, & edictis synodalibus promulgatis. Quod idem ipse Martianus profitetur. Diximus Iustinianum
f lib. 4. c. 17. Quintum Concilium coegisse: Euagrius [f] 30
tamen scribit Vigilium Pontificem Romanũ tunc sedentem Concilio per litteras consensisse. Solebant etiam alij Romani Pontifices pro rerum incidentium vsu, & Reipublicæ necessitate Reges adhortari ad cogenda Concilia in suis regnis. Namque Gregorius 31
Magnus ad Theodericum Francorum Regẽ
g lib. 9. epist. 55. ita scribit [g]. *Quoniam adhortationem nostrã* 32
adeo regijs animis vestris per laudis prædicamenta placuisse significastis, vt quidquid ad Dei nostri cultum, quidquid ad ecclesiarũ reuerentiam, quidquid ad honorem pertinere cognoscitis sacerdotum, & studiose statui, & velitis in omnibus custodiri; iterata vos pro vestra magna mercede adhortatione pulsamus, vt congregari synodum iubeatis: & sicut dudum scripsimus, corporalia in sacerdotibus vitia, & simoniaca hæreseos prauitatẽ omnium Episcoporum definitione damnari, atque de regno vestro amputari faciatis. Idẽ
h eod. lib. epist. 55. ad [h] Clotarium Regem ait. *Peruenit ad nos, quòd sacri ordines illic cum datione pecuniæ conferantur. Et vehementer affligimur, si ad Dei dona nõ meritis acceditur, sed præmijs prosilitur. Et quia hæc simoniaca hæresis prima in Ecclesia surgens, Apostolorum est auctoritate damnata, petimus, vt pro mercede vestra congregari synodum faciatis, vt omnium definitionibus cõpressa, & radicitus amputata, nullas illic vires de cætero in periculo animarũ inueniat, nec vlterius sub qualibet excusatione permittatur exsurgere, vt tãto vos omnipotens Deus contra aduersarios vestros exaltet, quanto vos in suis mandatis zelũ habere, & pro animarũ salute, quæ huius fuerãt sceleris gladio perituræ, viderit cogitare.* Et ad Reginam Brunichildẽ. *Ne,* inquit [i],
i epist. 64. eo. lib.
postquã huius nequitiæ hucusq. se tetendit opinio, aliena prauitas, aut nostram animam, aut regnum vestrum peccati sui iaculo feriat, ardenter ad hæc vlciscenda debemus cõcurrere, ne paucorum facinus multorum possit esse perditio: nam causa ruinæ populi sunt sacerdotes
33 *mali. Quis enim pro populi se peccatis intercedere obijciat, si sacerdos, qui exorare debuerat, grauiora committat?* Et paulo inferius
34 eadem epistola. *Nec enim dissimulanda sunt, quæ dicimus, quia, qui emendare potest, & negligit, participẽ se proculdubio delicti cõstituit. Prouidete ergo animæ vestræ: prouidete nepotibus, quos cupitis regnare feliciter: proui-*
35 *dete Prouincijs,* &c. Oecumenica itaque concilia iniussu Romani Põtificis haberi nequa-
36 quam possunt. Episcopi vero ea in suis diœcesibus cogere possunt. Archiepiscopi prouincialia, & Reges in regnis suis, habita Romani Pontificis auctoritate. Hæc enim prouincialia sunt, non œcumenica. Nec in prouincialibus Reges quidquã definiunt per se ipsi, sed definita sequentes, populis insinuãt, atque tuentur legibus, & supplicio: quemadmodũ, præter Concilũ, alia decreta sanctorum Patrum. Atque ita veteres Imperatores adesse solebant in œcumenicis Cõcilijs, eorundemq. decretis pœnale robur adijcere.
37 De Concilio [k], quod conuocauit Carolus Magnus, ita Zacharias Põtifex Max. ad Bonifacium eius legatum scripsit. *De eo autem, quod te Carolus Magnus filius noster ad se rogauit accedere, vt in vrbe regni Francorum in sua ditione, siue potestate constituta synodũ celebrare debeas, eo quòd omnis ecclesiastica regula, siue disciplina ab eadẽ Prouincia funditus abolita est, quod nimis mœrendum est, quòd per spatia temporum ibidem synodus sacerdotũ minime celebretur: vnde, neque quid sit sacerdotium scitur, neque quid fiat ab eis, qui se sacerdotes existimant: sed dum iuuante Deo, quæ à præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tuaq. fraternitas memorato Concilio consederit,* & quæ sequũtur. Non est igitur dubium, quin ea omnia, quæ ad religionem spectant, & ad sacerdotes, ad eorum potestatem, & iurisdictionem pertineant. Quod Honorij, & [l] Theodosij rescriptum satis demonstrat.

k Hoc Cõc. Zachariæ vocatur, & 19. omnis Nicænum 2. œcumenicum antecessit.

l d. l. c. C. Theod. de relig.

SVMMA EX CAPITE XIII.

1 *Cuiacius asseruit Episcopos nullam habere iurisdictionem, nisi vt iudices delegatorum.*
2 *Bodinus negat Episcoporum sententias robur habere, nisi à ciuilibus magistratibus.*
3 *Duarenus dixit sacerdotes territorium non habere, nisi, vt domini temporales.*
4 *Constantinus Magnus Episcoporum sententias pro sanctis, ac venerabilibus haberi lege censuit, litigantibusq. esse potestatem sacerdotum iudicium eligere, etiam altera parte contradicẽte.*
5 *Sententias Episcoporum inappellabiles esse ijs, qui eorum foro consenserunt, Arcadius, & Honorius statuerunt.*
6 *Statuit etiam Theodosius Magnus posse litigantes ad Episcopum suam actionem dirigere.*
7 *Idem et Carolus Magnus Francorũ Rex.*
8 *Necnon Theodericus Gothorum Rex Arrianus Episcoporum iudicium veneratus est, quorum ordini semper plurimum tribuit.*
9 *Episcopi in sacerdotum causis ciuilibus, & criminalibus plenam iurisdictionem habent, etiam Imperatorum iudicio.*
10 *Episcoporum iurisdictio non est fauore potentiæ imperialis, sed proprio iure.*
11 *Apostolus, interdicendo forum ethnicum Corinthijs, nouam rempublicam condebat, ex quo sequebatur, quòd esset Princeps summi imperij.*
12 *Imperatores pertimuerunt auctoritatem sacerdotalem.*
13 *Imperatores timent Pontificem magis, quàm æmulum Principem.*
14 *Valentinianus Imp. se eum esse professus est, qui Episcopo caput submittat.*
15 *Philippus Primus Imp. Christianus non fuit admissus ad sacra ab Episcopo, nisi prius expurgatis culpis confessione, & accepta absolutione inter pœnitẽtes.*
16 *Ambrosius Theodosium Magnum à sacris prohibet.*
17 *Excommunicare est iurisdictionis, cùm in ea procedatur ordine iudiciario.*
18 *Sacerdotes initio nascentis ecclesiæ habuerunt ciuilis gladij potestatem, licet metu ethnicorum ea non vterentur.*
19 *Princeps, aut magistratus debet esse, qui iudicare iubet.*
20 *Pœnæ, quo primi Christiani plectebant delinquentes, non erant cruentæ.*
21 *Episcopi clericos immediate, laicos mediate per iudices à se constitutos iudicabant tempore primitiuæ ecclesiæ.*
22 *Non obtemperantes iusdicenti Christiano ab Episcopis relegabantur.*
23 *Potestas gladij est annexa naturaliter cuiuis hominum constanti societati.*
24 *Reges missi sunt, vt sint scelerum vindices.*
25 *Ciuitates etiam, quæ à suo Principe desciunt, habent gladij potestatem.*
26 *Primitiua ecclesia merum imperium non desijt exercere, ob defectum iurisdictionis, sed metu Principum ethnicorum.*
27 *Parum interest, à quocumque sumantur pœna scelerum, à Christiano, scilicet, an ab infideli, dum bonis consulatur.*
28 *Ethnicorum magistratus non cessauerunt, etsi eorum Principes Christiana dogmata amplexi sunt.*
29 *Impp. paganos tolerarunt, quo modo hodie Iudæi à Principibus in suis ditionibus tolerantur.*
30 *Leo Imp. paganismum capitale crimen primus fecit.*
31 *Conuersis Principibus ethnicis ad fidem* C H R I S T I, *Episcopi ciuilem potestatem permiserunt, vt diligentius ecclesiæ ipsi vacare possent.*
32 *Iurisdictio laicorum magistratuum ab Episcopis in laicos constitutorum sensim ad Imperatores, & Principes, ijsdem Episcopis consentientibus, transiuit.*
33 *Causas viduarum, pupillorum, & inopum Episcopi cognoscebant, etiam post traditam ciuilibus magistratibus potestatem.*
34 *Episcopus, præter causam religionis, potest laicum alio prætextu in carcerem trudere.*
35 *Principes laici Episcopis aduersantes sibimet, rebusq. suis iniuriam fecerunt.*
36 *Henricus quartus, & Federicus secundus Imperatores, ac Henricus Secundus Anglorum Rex, quoniã impij in Ecclesiam fuere, à proprijs filijs enecti sunt.*
37 *Federicus Aenobarbus Alexandro Tertio Pontifici iniurius, à flumine in Syria misere obrutus est.*
38 *Leges quædam Valentiniani Ecclesiasticæ libertati aduersantes non sunt obseruandæ.*
39 *Symmachus Præfectus Prætorio Valentiniani impius.*

40 No-

40 *Notio iurisdictio est ex Vlpiano.*
41 *Duplex est iurisdictio, altera iudicij, altera executionis.*
42 *Olim in ius vocati, non venientes comprehendebantur.*
43 *Validiorem iurisdictionem habent sacerdotes, quàm laici, quia propriam, non alienam habent.*
44 *Iudex iudicis sententiam exequi requisitus potest.*
45 *Superior iudex iudicem de executione sententiæ requisitum ad eam exequendam compellere potest.*
46 *Sozomenus scriptor Hist. eccles. sæpius hallucinatus est, etiam ex B. Gregorij sententia.*
47 *Latinus Latinius Viterbiensis Sozomenum notat.*
48 *Leuis coniectura Duareni aduersus Episcopos circa iurisdictionem eorum temporalem, dum dicit, quòd patres à Iustiniano, non domini vocati sunt, ab auctore facile reijcitur.*
49 *Episcopi iurisdictionem habentes, tanquam Principes laici, duplici potestate fulciuntur.*
50 *Princeps ciuitatis, & Prouinciæ Episcopus creari potest.*
51 *Ab Episcopis temporalem iurisdictionem habentibus, tanquam à Principibus laicis, non tanquam Episcopis, appellari potest ad Principem laicum.*

De potestate, & iurisdictione ecclesiastica in ijs, quæ sunt mere profana, reiecta Cuiacij, Bodini, Duareni, & aliorum eiusdem scholæ interpretum opinione. Cap. XIII.

ALTERA quæstio longe maiorem habet difficultatem: num, scilicet, magistratus ecclesiastici habeant coercitionem, vllamve, quoad profana, vel si mauis, temporalia, iurisdictionem. Facit dubitationem titulus Iustinianæi Codicis *de Episcopali audientia:* quem licet veteris iuris interpretes, Accursium secuti, verbum hoc *Audientia*, pro iurisdictione acceperint, ex recentioribus tamen vir alioquin in re ciuili præstātissimus Iacobus Cuiacius [a] dicit eundem Codicis titulum non ab re inscribi, *de Episcopali audientia*, cùm Episcopi non habeant iurisdictionem, sed notionem tantum, vti habere solent iudices delegatorum. Idque ex Nouella Valentiniani, *de Episcopali* [b] *iudicio:* quippe qui asseueret Episcopos, & presbyteros forum legibus non habere. Et [c] Sozomenus nec apparitionem, nec executionem, sed eorum, vt iudicum delegatorum, qui etiam notionem, non iurisdictionem habent, sen-
2 tentias magistratus exequi. Ioannes Bodinus [d] in libris de Repub. dicit veteres Pontifices, & recentiores Episcopos potestatem quidem habere in causis ciuilibus cognoscendi, & reos damnandi, sed eorum sententias nullum sortiri effectum, nisi ciuilis magistratus eas ratas habuerit, exe-
3 cutioniq. demandauerit. Ante hos etiam scriptis mandauit Franciscus Duarenus [e] sacerdotes territorium non habere, nec prehendendi, summouendive vllam facultatem [f], exemplo quorundam magistratuum Romanorum, qui (vt Gellius [g] ait) vocationem habebant, non prehensionem: atque ideo Iustinianus Episcopos, non dominos, vt hodie vulgo appellari solent, sed spiritales patres [h] vocat. Ad id vero, quod plerosque sacerdotes, atque ecclesias imperium illud, quod à iurisconsultis dicitur merum, omnemq. iurisdictionem exercere videmus, respondet ea quidem potestate, non vt sacerdotes, sed veluti Duces, Comites, ac dominos temporales vti. Sunt & alij eiusdem scholæ homines, qui obstinate hanc ipsam opinionem tueri quoquo modo nituntur. Quibus profecto paucis satisfacerem, si de iure Pontificio, immo synodali, & diuino ad eorum refellendam sententiam rationes depromere propositum esset: sed non est instituti nostri huius voluminis robur aliter, quàm Imperialium constitutionum auctoritate fulcire, quibus eorum pertinacia, si frangi minus poterit, accommodate nihilominus res nostra, cœ-
4 ptumq. opus perficietur. Nam Constātinus (vt ab eo exordiamur, qui primus inter mundi Principes Christianam religionem, non modò publice est professus, sed tueri quoque, atque augere mirum in modum studuit) lege lata præcepit [i], vt quidquid esset Episcoporum sententia terminatum, pro sancto semper, ac venerabili haberetur. Immo dedit litigatoribus facultatem sacerdotis iudicium eligendi, etiam si altera pars contradiceret. Nec appellari posse à sacer-
5 dotali sententia sanxerunt [k] Arcadius, & Honorius. *Episcopale*, inquiunt, *iudicium ra-*

[a] In Paratitl. C. de episc. aud.
[b] Nouel. 12.
[c] lib. 8. hist. eccl.
[d] lib. 3. c. 5
[e] lib. 1. c. 4. de sacros. eccl. minist.
[f] l. 239. §. territorium. ff. de verb. signif.
[g] lib. 13.
[h] Nouel. 81
[i] l. 1. C. Theod. de epis. & cler.
[k] l. 9. C. de episc. audien.

tum ſit omnibus, qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint, eamq. illorum iudicationi adhibendam eſſe reuerentiam iubemus, quam veſtris (ſcribunt Præfectis Prætorio) *neceſſe eſt deferri poteſtatibus, à quibus non licet prouocare: per iudicum quoque officia definitioni executio tribuatur*. Idipſum etiam ante ſtatuerat Theodoſius Magnus apud Gratia- 6
[l c. 34. 11. q. 1.] num [l]. *Quicumque*, inquit, *litem habens, ſiue petitor, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſiue cùm negotium perroratur, ſiue cùm iam cœperit promi ſententia, ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis Antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum iudicium cum ſermone litigantium dirigatur*.
[m can. 36. ead q. 1. & c. 11. de iudicijs.] Idem noua conſtitutione cõfirmauit [m] Carolus Magnus. Idem videtur dixiſſe Theo- 7
dericus Gothorum Rex, qui Romam, Ita- 8
liamq. totam multos annos occupauerat, qui etiam à probatis auctoribus plurimum laudatur, etſi Arianus fuerit, vel ob id præcipue, quòd multum tribuerit Epiſcopis, & alijs omnibus ſacri ordinis miniſtris. Ita enim apud Magnum Aurelium Caſſiodorum ad Petrum Epiſcopum ſcribit, cùm de hereditate eſſet controuerſia inter eundem Epiſcopum, & alium quendam priua-
[n li. 3. ep. 37] tum. *Si in* [n] *alienis cauſis beatitudinem veſtram conuenit adhiberi, vt per vos iurgantium ſtrepitus conquieſcat, quanto magis ad vos remitti debet, quod vos ſpectat auctores?* Et paulo poſt. *Cauſarum veſtrarum qualitas vobis debet iudicibus terminari, à quo eſt ſpectanda magis, quàm imponenda iuſtitia*. In alijs pluribus cauſis ciuilibus inter laicos poſſe iudicare ſacerdotes, & eorum iudicio inuiolabiliter obtemperandum eſſe, diffuſe, vbi de Epiſcopo-
[o ſup. cap. 6 eod. lib.] rum auctoritate, & officio agitur, [o] oſtendimus. Nec vllus eſt adeo iuris ciuilis im-
perirus, & ignarus, qui neſciat ex ijs, quæ 9
[p ſup. & d. cap. 6] [q inf. c. 8.] iam diximus [p], & dicturi ſumus [q], quin ſolis ipſis ſacerdotibus de ſacerdotum cauſis ciuilibus, & criminalibus diſceptare, cognoſcere, ius dicere, ac pœnas ſumere liceat. Vnde ijdem Imperatores Arcadius, & Honorius voluerunt punitum iri eum, qui hiſce priuilegijs non obtemperauerit,
[r l. 13. C. de ep. & cler.] dicentes [r]. *Si venerabilis eccleſiæ priuilegia cuiuſpiam fuerint temeritate violata, vel diſſimulatione neglecta: commiſſum hoc quinque librarum auri condemnatione plectetur*.
Quamquam iuriſdictionem hanc, non ab
Imperatoribus, vt alias dicetur, ſed à ſe- 10
metipſis habent, habueruntq. Siquidem 11
[ſ epiſt. 1. c. 6] Apoſtolus ad Corinthios [ſ] ſcribens, interdicebat Chriſtianis forum ethnicum, Chriſtianosq. iubebat conſtitui iudices. Non eſt ergo dubium, quin eis ademerit iuriſdictionem, & Chriſtianis tribuerit, nouam, & meliorem Rempublicam condendo, vti verus Princeps ex Apoſtolatus officio: eſt enim ſummi Imperij hæc ſumma iuriſdictio. Iuriſdictio autem, vel eſt mandata, vt [t] dicunt iuriſperiti, vel ordinaria. Hæc [u] à lege, aut à Principe datur, illa verò ab habente ordinariam, vel Principis legato. Quiſnam, rogo, his laicis Chriſtianis iuriſdictionem dederat? quænam illa erat iuriſdictio, ordinaria, an mandata? ſi mandata, quis mandauerat illis iudicibus? ſi ordinaria, quis conceſſerat? ſi mandata, aliena erat: nam qui mandatum [x] ſuſcipit, nihil proprium habet, ſed eius, qui mandat, iuriſdictione vtitur. Cuius ergo? Sed de ijs alibi ſermonem habebimus pro loci [y] opportunitate. [t l. 1. & paſſim ff. de offic eius, & de iuriſdic om. iud. vbi notant omnes, & ad tit. de off. deleg & offi. ord. extra.] [u d. l. 1. in prin. & in §. 1 & l. 1. ff. de iuriſdic. om. iud.] [x d. §. 1. & l. 3. ff. eod.] [y infr. lib. 3]
12 Immo tanta erat ſacerdotalis auctoritas, & iuriſdictio, vt ipſi Imperatores haud parum illam pertimeſcerent. Namque Imperator Conſtantius, cùm Athanaſium Alexandriæ Epiſcopum ſede ſua expellere vellet, rogauit (vt Ammianus eſt [z] auctor) Liberium Papam, vt hoc per ſubſcriptionem approbaret, qui ei perſeueranter reſtitit. Scribit [a] [z lib. 14.] [a li. 4 epiſt. 2]
13 etiam B. Cyprianus ad Antonianum, Imperatores multo patientius, & tolerabilius audire inſurgere aduerſus ſe æmulum Principem, quàm conſtitui Romæ Pontificem. *Deinde*, inquit, *poſt Epiſcopatum non exambitum, non extortum, ſed Dei, qui ſacerdotes facit, voluntate ſuſceptum, quanta in ipſo ſuſcepto Epiſcopatu ſuo virtus? quantum robur animi? qualis firmitas fidei? quod nos ſimplici corde, & perſpicere penitus, & laudare debemus: ſediſſe intrepidum Romæ in ſacerdotali cathedra eo tempore, cùm tyrannus infeſtus ſacerdotibus Dei fanda, atque infanda comminaretur, cùm multo patiẽtius, & tolerabilius audiret leuari aduerſus ſe æmulum Principem, quàm conſtitui Romæ Dei ſacer-*
14 *dotem*. Quamobrem Imperator Valentinianus, cùm Mediolanenſis eccleſia paſtore vacaret, exhortatus eſt Epiſcopos, vt ex hiſtoria [b] tripartita habetur apud [c] Gratianum, ad talem eligendum Epiſcopum, cui libenter ipſe ſuum caput ſubmitteret. *Talẽ*, inquit, *in Pontificali cõſtituite ſede, cui & nos, qui gubernamus imperium, ſincere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita, dum tamquam homines delinquimus, neceſſario, veluti curãtis medicamina ſuſcipiamus*. Meminerat [b lib. 7 c 8.] [c can. 1. d. 63. & d. c. 13 de iudic.]
15 fortaſſe Valentinianus, quod antea Philippo Imperatori acciderat. Hic enim fuerat Princeps

ceps Christianus, & quidem primus ante
Constantinum annos circiter centum, qui
cum in die postremæ vigiliæ Paschatis vna
cùm multitudine iu ecclesia particeps com-
munionis fieri vellet, nō prius à quodā Epi-
d lib.6.c.37 scopo, vt tradit Eusebius[d], est admissus ad
sacra, quàm proprias culpas confessus fuis-
set, & inter eos, qui peccatorum vinculis
adhuc tenebantur astricti, locumq. pœni-
teutiam agentibus præstitutum occupabāt,
se sua sponte collocauisset: neque Theodo-
sius ab Ambrosio, propterea quòd ad vlci- 16
scendas quorumdam iniurias Thessalonicæ
passim, & sine delectu sontes, & innocentes
trucidari iussisset. Sed de ijs alibi differe-
e d.c.1. lib. 3. mus[e]. Quod vero aiunt nonnulli id locum
habere ratione. peccati, parum acute. In-
terdicere enim communionem, vel ingres- 17
sum alicui (quod excomm unicare vulgo
f 19 ff. de pœnis. dicimus) ex Vlpiano[f] est iurisdictionis:
quæ interna, an externa sit, nihil re-
fert: siquidem ea omnia, sine quibus hæc
iurisdictio legitime explicari non potest, cō-
g l. 2. ff. de iurisd. om. iudic. prehendi (ait[g] Iabolenus) necesse est. Nam
vocatur reus, defenditur, appellat etiam, si
vult, ordo iudicij necessarius est: quod Gra-
h 2. q. 1. & 9. q. 3. tianus[h] ex varijs synodalibus, & Pontificijs
constitutionibus edocet. Causa etiam legi-
i Nouel. 123 tima docenda est, vt Iustinianus[i] in Au-
thentico *de sanctissimis Episcopis* asseuerat,
nisi sit coutumax ex Concilio Triburiensi,
k d. q. 2. quod idem Gratianus[k] refert. Nam vulgo
dici solet: *Contra contumacem omnia iura
clamant*. Nec dubitandum est, quin sacer- 18
dotes iam ab initio nascentis Ecclesiæ ha-
berent gladij potestatem, etsi ethnicorum
Principum, & Magistratuum metu ea mini-
me vtebantur. Etenim Paulus, vt iam di-
ctum est, Corinthios reprehendit, iubetq.
constituere iudicem Christianum. Iudicium
igitur erat Ecclesiæ, vel eius, quem iudica-
re iubebat Ecclesia: nam eum, qui iudicare
iubet, Principem, vel magistratum (vt Vl- 19
l L13. ff. de iurisd. om. iudic. pianus ad Sabinum[l] scribit) esse oportet.
Cruenta tamen non erat pœna, vel Impe- 20
rium, sed quasi relegatio, vel deportatio,
& capitis diminutio, ciuitatisq. Christianæ
ademptio: reus enim criminis à societate,
& conuictu Christianorum eijciebatur. Erat
etiam animæ pœna, cùm satanæ tradeba-
tur, auctoritate verborum CHRISTI. *Quid-
quid ligaueris*, &c. Hæc omnia commemo-
m In Apologetico c.39. rat[m] Tertullianus, qui (vt Hieronymus
testatur) floruit anno CHRISTI[l] ducen-
tesimo decimo, & centesimo ante Christia-
nos Principes. *Certe*, ait (mores, & ritus
Christianorum recensens) *fidem sanctis vo-*

*cibus pascimus, spem erigimus, fiduciam fi-
gimus, disciplinam præceptorum nihilominus
inculcationibus densamus: ibidem etiam
exhortationes, castigationes, & censura di-
uina. Nam & iudicatur magno cum ponde-
re, vt apud certos de Dei conspectu, sum-
mumq. futuri iudicij præiudicium est, si quis
ita deliquerit, vt à communicatione oratio-
nis, & conuentus, & omnis sancti commer-
21 cij relegetur*. Laicis itaque in ciuilibus con-
trouersijs dabatur iudex, vt ex[n] Paulo bis n 1.Cor.6.
citato constat. Clericorum vero solus Epi-
scopus iudex constituebatur, vt idem[o] Pau- o 1. Tim.5
lus ad Timotheum scribit. Episcopus siqui-
dem princeps erat huius Reipublicæ, cuius
administrandæ causa, adiūcta habebat qua-
si duo genera magistratuum. Alterum erat
sacerdotum: isti nauabant operam in maxi-
mis, & difficilibus rebus, quasi consiliarij, &
assessores Episcopi. *Qui bene præsunt*, inquit
Paulus[p], *presbyteri duplo honore digni ha- p d.cap.5.
beantur: maxime, qui laborant in verbo, &
doctrina*: alterum genus erat iudicum, qui
inter alios de Christianis cognoscebant, iu-
dicabantq. Quòd autem isti parerent Epi-
scopis, hinc conijcitur, quòd vniuersa hæc
iurisdictio erat Episcoporum. Ligare enim
poterant, & soluere: nec quisquam alius
præter Episcoporum consensum. Non enim
id[q] omnibus à CHRISTO cōcessum, sed q d.c.18.
22 Apostolis. Lata itaque sententia, iusdicen-
ti non obtemperantes, ab Episcopo relega-
bantur, nihilq. acerbius, aut durius pati po-
terant, cùm Ecclesia in eos quid grauius de-
cernere non consueuisset. Nec enim ethnici
Imperatores, aut eorū magistratus id essent
passi, quia ignorabant hanc Rempublicā ab
æterno illo Principe constitutā, æternisq. le-
gibus confirmatā. Non est tamen existiman-
dum Ecclesiam non habuisse gladij potesta-
tem, quā cum ciuilis, & politica sit, omnium
hominū iure sociatorum conuentus per se
23 habet. Est enim naturalis, & necessaria, sine
qua nulla populorum societas constare po-
test: sed nascitur vnusquisque cum ipsa. Nisi
enim sint, qui coerceant improbos, & flagi-
tiosos, quiq. defendāt ab iniuria bonos, vbi
consisteret communicatio? Gladij autē po-
testas ex Vlpiano[r] est ad animaduertendū r l.3. ff. de iurisd. om. iudic.
in facinorosos homines. Qui gladij habet
potestatem, habet etiam tuēdi bonos, & op-
primendi malos. Idq. Apostolus innuit, dum
iu epistola ad Rom.[s] iubet eos ethnicorum s Rom.13.
etiam ferre imperium, subditosq. esse non
modo, quòd essent metuendi, qui consti-
tuti sunt à Deo contra flagitiosos, sed etiam
ob conscientiam, quòd male agendum

[t 1. Pet. 2.] non sit. Vnde t Petrus, Reges, & Præfectos 24
missos esse dicebat, vt sint vindices scelerũ.
Idcirco hæc præfectura non potest, nisi laudabilis
esse in quouis ciuili cœtu. Cùm igitur
Christiana Ecclesia à Deo legitimam
obtinuerit institutionem, non caruit profectò
hac ciuili potestate simulac fuit constituta.
Nam populos omnes, & ciuitates etiã, 25
quæ à suo Principe defecerunt, hanc habuisse
potestatem nemo est, qui neget: qua
si carerent, in nullum equidem iure animaduerterent:
sed iniustissimi magistratus
homines supplicio afficerent. Cum igitur
Ecclesia ista sit iustissima, non potuit huius
potestatis expers esse. Fuit ergo hæc ipsa
potestas in Ecclesia semper, etiam Imperatoribus
ethnicis regnantibus: nec extincta
tamen propterea erat ea, quæ ethnicorum
ipsorum fuit; aut certe Turcarum, Scytharum,
& barbarorum omnium nulla nunc ciuilis
esset. Viri Christiani in puniendis suorum
criminibus capitali supplicio, illa ethnicorum
vtebantur potestate. Nec fortasse
quidquam interfuit, à quocumque flagitia
punirentur, cùm sua ipsi minus vti possent.
Ex ijs (ni fallor) satis manifestum est ciuilem
omnem iurisdictionem in Ecclesia fuisse,
eoq. iure vsos Christianos semper, eo excepto,
quòd merum imperium ab eodem
[u in d. l. 3.] Vlpiano u appellatum, hoc est gladij pote- 26
statem, non exercuerunt, quæ nec etiam
ab Imperatoribus, alijsve principibus emanauit.
Est enim verisimile Christianos suũ
hoc merum imperium, si gerere potuissent,
gessisse profectò, non minus quàm gererẽt,
qui Christiani nunc in ditione Turcarum
sunt, si potentiores euaderent. At vero, cùm 27
æquum sit scelerum pœnas sumi, atque supplicia,
& defendi bonos, à quocumque id
fiat, parum interest: quare & ob eam caussam
tributa, & obedientiam præcepit Paulus.
Quòd, si pro illorum temporum conditione
potuisset vas illud electionis à vi,
gladioque, & ditione ethnicorum Christianos
eximere, exemisset vtique, prout à ciuili
alia omni iurisdictione exemerat, dum
foro eorum Christianis interdixerat. Hoc
enim poterat, non æque illud. Ait enim
[x 1. Cor. 6.] ipse ad x Corinthios scribens. *An nescitis, quoniam sancti de mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus: indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis, quoniam angelos iudicabimus? Quanto magis secularia?* Nitebatur tamen Christianos in officio
retinere, ne quid esset impedimento
Euangelicæ propagationi, quæ per omnem
[y Psal. 18.] terrarum orbem, vaticinante y Propheta
exire debebat. Etsi parum ab instituto nostro
videor discessisse, hæc tamen astruere
visum est necessarium, vt quæ diximus, faci-
28 lius percipiantur. Verum, cùm Principes
Christianis dogmatibus essent imbuti, quid
de Ethnicis, & Christianis magistratibus
accidisse putandum? Non equidem in vnũ
confestim omnes coierunt, nec ex vtrisque
vna conflata est Respublica. Sed ethnici gerere
seorsum magistratus perseuerarunt, vt
initio huius libri pluribus ostensum est. Nam
licet Constantinus primum, deinde Constãtius
eius filius Gentium sacrificijs, idolis,
templis, & ritu omnibus interdixissent z: [z l. 2. C. Theodos. de pagan. & l. 1. C. Iustin. eod.]
idipsumq. alijs constitutionibus Gratianus,
Valentinianus, Theodosius, & tandem Arcadius,
& Honorius prohibuissent, concilijs
perpetuo suadentibus, vt testatur a Carthaginense [a cap. vlt.]
quintum: nondum tamen paganismus
erat extinctus. quod ex Concilio Africano
b dignosci potest facile: sed Impera- [b cap. 26.]
tores, quo modo Iudæos ferebant, & hodie
29 ferri solent, eodem & Paganos. Immo c [c l. 6. C. Iust. eod.]
Theodosius, ne Christiani eos læderent,
edicto cauit. Sed cùm paulatim decresceret
illorum numerus, ac pene consumptus
esset, Leo d paganismum capitale crimen [d l. vlt. C. eod.]
30 fecit. Tum vnus omnium status fuit magistratuum
laicorum, nec iam opus erat Episcoporum
auctoritate, & censura aduersus
non obtemperantes: erat enim Princeps,
qui cogeret, vel apparitoris seueritate, vel
31 supplicio. Cùm igitur non esset necesse
adire Episcopum contra eos laicos, qui non
parerent magistratibus Christianis, Imperatorum,
& Principum ea omnis cura fuit,
& non solum huius iurisdictionis, sed grauiorum
casuum Reipublicæ, in cuius antea
maximis negotijs, & periculis (vt sæpe tyrannorum
ethnicorum immanitas postulabat)
Episcopus rei summam administrabat
cum presbyteris, & primarijs laicis, qui
inter se omnes consulebant, & decernebant,
quæ expedire videbantur. His
tandem curis Dei benignitate liberatus
Episcopus, potuit diligentius diuinis, ecclesiasticisq.
officijs cum presbyteris, &
32 alijs clericis nauare operam. Itaque, vt laici
magistratus Episcoporum ab initio laicos
iudicabant, sic postea magistratus Principũ
secularium in eos ipsos laicos iudicium
exercebant: nisi e, cùm de religione ali- [e d. l. 2. C. Theod. de relig.]
quid oriebatur controuersiæ. Ideo aiunt,
Arcadius, & Honorius. *Quoties de religione agitur, Episcopos conuenit agitare: cæteras vero causas, quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vsum publici iuris pertinent, legibus*

oportet

oportet audiri: Si quid ergo contingebat, quod aduersaretur Christianæ religioni, solius Episcopi iudicio reseruabatur. Verùm, 11
cùm multa repugnarent, multa quoque ad eum pertinebant: præterea causæ viduarũ, pupillorum, & inopum, vt ait Cassiodorus [f] scribens sic vniuersis Episcopis. *Orphanis, viduisq. contra sæuos impetus debent placita præstare solatia*. In pluribus alijs causis Episcopi cognoscebant, vt suo [g] loco dictum est abunde, iudicabant, executionlq. iudicata demandabant. Et quamquam Oldradus [h] existimauit iudicem ecclesiasticum non posse propria auctoritate laicum in carcerem trudere, aut capere pro criminis alicuius punitione, quæ ad ipsum pertineat, excepto hæresis reatu; & hanc esse communem sententiam testatur [i] Felinus, & Aufrerius [k]: Didacus tamen Couarruuias [l] asseuerat Fe- 34
linum intelligere de iudice delegato, non item ordinario: atque ideo existimat, quoties iudex ecclesiasticus legitime aduersus laicum criminali iudicio, vel sententiam tulerit, vel cognitionem, & examen culpæ ad punitionem instituerit, iure posse laicum capere, & in carcerem conijcere. In ijs autem, quæ ad religionem spectant, cognitionem, & Iudicationem Episcoporum esse, satis [m]
constat. Erant enim Episcopi huius Reipublicæ Principes, & moderatores: quæque digna suo iudicio videbantur, notionis suæ esse volebant, ferebantq. leges. Quod facile, si opus esset, probari posset: sed ex eo vel maxime perspicitur, Episcopos habuisse illam potestatem diuinam ligandi, & soluendi, quæ erat vinculum huiusce Christianæ societatis, continuissetq. in officio per eam ipsam omnes: quare necesse erat, vt colerentur ab omnibus, cùm nulla alia vti possent Christiani. Atque ideo mutare haud 15
potuerunt hunc statum Principes seculares, & quoties id facere tentarunt, summmet ipsi mutarunt, & imminuerunt, prout de Henricis illis, & Federicis legitur, quippe qui Episcopos dare, & pellere, & se rebus sacris, tamquam proprijs, & profanis, immiscere non sunt veriti. Vnde obseruatum est, quemadmodum Principes in spiritales patres Episcopos insurrexerunt, ita liberos eorum naturales parentes infectatos fuisse. Itaque Henricus Quartus, à filio vexatus 36
miserrime perijt. Federicus Primus, à Manfredo filio suffocatus est. Henricus Secundus Anglorum Rex, qui B. Thomam Cantuariensem tantopere exagitarat, à filio propemodum oppressus fuit. Aenecobar- 17
bum Federicum impium omitto, qui vlciscente diuino numine, post iniurias Alexandro Tertio illatas, à flumine obrutus est, cæterosq. nefarios Principes, qui de religione male meriti, male mulctati sunt. Superest modo, vt ijs, quæ nobis obiecta sunt, respondeamus, ne dubitationis remaneat
38 quidquam. Ac in primis Valentiniano, qui dixit [n] Episcopos, & presbyteros forum legibus non habere, non est adhibenda fides; pleraque enim constituit, quæ ecclesiasticæ libertati aduersantur omnino, ac sacerdotes haud parum lædunt, cùm eis hereditatibus interdixerit [o], ecclesijs pias donationes relinqui prohibuerit [p], ac eos qui solitariam vitam eligebant, ad munia ciuitatis reuocari præceperit [q], fortasse Impij Valentis fratris, ac socij Imperij, qui monachis Aegypti pertinaciter infensus erat, impul-
39 su, aut Symmachi Præfecti Prætorio suasu, qui adhuc ethnicus erat, ac conabatur religionem Christianam deprimere, idolorumq. superstitionem asserere, atque conseruare: quod eius Epistola ad Theodosium, & Valentinianum scripta [r] haud obscure demonstrat. Sed cùm ei durum esset aduersus stimulum calcitrare, nitebatur saltem sacerdotalem iurisdictionem impedire, ac in totum, si daretur, tollere. Quod autem Bodinus fortasse ex Sozomeno (vt Cuiacius existimat) sacerdotes ait notionem tantum obtinuisse, & iudicationem, non æque iurisdictionem, ac non habuisse apparitores, nec sententias executioni demandasse, ex ijs Principum constitutionibus, quas superius
40 retuli, falsum esse constat manifeste. Notionis enim verbo etiam iurisdictio continetur, quod & Vlpiano de verborum significatione agenti placuit [s]. Pœnale etiam iudicium secundum ius istud potestatis, atque notionis aduersus eum, qui nolit vocatus venire, & cum venerit, interrogatus respondere, exerceri posse idem Vlpianus scribit [t].
41 Qua de re idem statuerunt Pontifices [u] maximi. Non enim dubium est, quin duplex sit iurisdictio: altera, quæ consistit in ipso iudicio exercendo, & vim habet, & executionem: altera, quæ idipsum iudicatum exe-
45 quitur. Prima hæc habet, vt actor reo actionem edat, testes producat, examinentur, reus compareat, si in ius vocatus non venerit, comprehendatur, in ius educatur, vel satis, aut cautum det, vt pœna afficiatur is, qui eum, qui in ius est vocatus, vi eximit, & huiusmodi alia, quæ habentur in [x] secundo Digestorum libro, & apud Iustinianum [y] in Institutionibus, quamuis hodie nemo in ius per vim, sed per cursorẽ vocetur. Illa tamen

[f] li. 11. epist. 3.
[g] sup. c. 4.
[h] Cons. 86.
[i] ad c. significasti de offic. deleg.
[k] in repet. Clem. 1. de offi. ord. q. 5. & in tract. de potest. ecclesi. super laicos.
[l] pract. q. c. 10. nu. 4.
[m] sup. cap. prox.
[n] d. Nouel. 12
[o] l. 20. C. Theod. de episc. & cler.
[p] l. 20. eod.
[q] l. 26. C. de decurionib. lib. 10.
[r] lib. 10. epist. 50.
[s] l. 99. ff. de verb. signif.
[t] l. vnic. ff. si quis ius dic. non obtem.
[u] c. 5. de offic. deleg.
[x] tit. 3. 4. & seqq.
[y] § vlt. Inst. de pœn. tem. litig.

z l.2.ff. de iuriſd.omn. iudic. iuriſdictione præſtant omnes magiſtratus [z]:
alioquin illuſoria eſſet eorum poteſtas. Vn-
de Paulus iuriſconſultus ad Plautium re-
a l.vlt ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. ſpondens, ait [a]. *Mandata iuriſdictione pri-*
uato, etiam imperium, quod non eſt merum,
videtur mandari, quia iuriſdictio ſine modi-
ca coercitione nulla eſt. Quòd ſi mandata
iuriſdictio transfert in eum, cui mandatur,
imperium, quod non eſt merum, multo ma-
gis coercitionem habebunt ſacerdotes, qui 43
propriam, non alienam, habent iuriſdictio-
nem, argumento eius, quod eleganter nobis
b l.1.ff.eod. ſcriptum [b] reliquit libro primo Quæſtionum
omnium Iuriſconſultorum cõſultiſſimus Pa-
pinianus. Quod vero ad alteram iuriſdi-
ctionem attinet, vt res iudicata executioni
mandetur, miror ingenium virorum alio-
quin præſtantiſſimorum, negantium Epiſco-
pos ſententias ſuas exequi minus poſſe.
c l.9. C. Theod. de epiſ. & cler. Nam ſi Conſtantinus [c] voluit, vt eorum ſen-
tentiæ inuiolabiliter obſeruarentur: & Ar-
d l.9. C. de epiſc. aud. cadius, & [d] Honorius, ne liceret ab illis pro-
e Nouella 123. uocare, quod Iuſtinianus [e] etiam confirma-
uit, habebant ergo Epiſcopi ſententiæ exe-
cutionem, cùm alterius magiſtratus inter-
ceſſione impediri haud poſſent: immo ſæpe
Epiſcopi alijs maioribus curis implicati, hu-
iuſmodi iudicia abijciunt, & ad inferiores
iudices remittunt, quos cogere poſſunt, vt
f ſup cap.6. exequantur, vt oſtenſum [f] eſt ex legibus
VViſigothorum, vbi de Epiſcopi electione, 44
& poteſtate agitur. Nam iudex alterius iu-
dicis ſententiam exequi, ſi fuerit requiſitus,
g l.15. §.1. ff.de re iud. poteſt, vt cautum eſt [g] Vlpiani reſponſo. Im-
mo ex querela iudicis requirentis, aut pri- 45
uati cuiuſlibet, in cuius vtilitatem, & com-
modum requiſitio fit, debet ſuperior iudex
cõpellere iudicem requiſitum ad exequen-
h ad d.§.1. dum. Quod Bartolus [h] omnium conſenſu
i d. cap.10. pract.quæſt. num 3. receptus, vt ait Didacus [i] Couarruu. adno-
tauit. Quòd autem Sozomenus tradat ſa- 46
cerdotes apparitores non habuiſſe, ſed ciui-
les magiſtratus eorum ſententias exequutos
eſſe, ex ijs conſtat eum hallucinatum, prout
k lib.6. ep. 31. in alijs rebus, quæ à S.Gregorio [k] expreſſe
notantur, quemadmodum etiam obſeruauit
vir doctiſſimus, & mei amantiſſimus Lati-
nus Latinius Viterbienſis in ea hiſtoriæ par- 47
te, qua Nectarij Epiſcopi factum de abro-
gato pœnitentiario presbyterio continetur,
idipſum fabuloſum eſſe argumentis, rationi-
bus, & ſanctorum patrum auctoritatibus
perpulchre docendo. Franciſci item Dua-
reni argumentum, parum ſubtile, quòd ſci-
licet, nullam habeant Epiſcopi coercitio- 48
nem, quia à Iuſtiniano patres, non domini
vocentur: ſunt enim patres primum, mox
domini fiunt. Et licet patres appellentur,
non ſequitur, quin & domini non ſint, quia
etſi paſcunt ſpiritualiter gregem ſibi com-
miſſum, non poſſunt tamen (vt bene [l] Caſ- l lib.11.ep. 2.
ſiodorus notat) negligere, quæ corporis vi-
dentur ſubſtantiam continere. Quapropter
Principes ſeculares aliqua decet cuſtodire,
49 Epiſcopos vero omnia, vt idem aſſerit. Cæ-
terum fateor quoſdam eſſe ſacerdotes, qui
hac iuriſdictione vtuntur, non vt ſacrorum
miniſtri, ſed vt Duces, Principes, Marchio-
nes, & Comites. Hiq. tunc duplici poteſtate
fulciuntur, & quòd Principes ſint, & Epiſco-
pi. Inter quos ego, vt Archiepiſcopus Ta-
rantaſienſis, ſiue Centronum, vt olim voca-
bantur, in ciuitate, cui nomen eſt Muſterium,
à tribus, vt vulgò placet, montibus quibus
cingitur, ita appellatum; necnon in octode-
cim oppidis vtroque vtor gladio, quatuor
titulis inſignitus, Balliatus, ſcilicet, Comita-
tus, Caſtellaniæ, & Signoriæ: quam domi-
nationem anteceſſores mei vſque ad Ponti-
ficatum Pij V. Summi Pontificis ſupremo
iure tenuerunt, neminem, præter Cæſarem,
ſuperiorem agnoſcentes. Neque hoc debi-
litat eccleſiaſticam iuriſdictionem, ſed au-
get, & conſeruat. Quod non videtur vſque-
quaque improbandum: quemadmodum
enim prædia donata à Principibus, aut alijs
propria habere, & retinere poſſunt, ita & iu-
riſdictionem, quæ cum prædiorum donatio-
ne in eum, cui donata ſunt, transfertur. Nec
quidquam vetat dominum, ac principem
50 ciuitatis alicuius, aut Prouinciæ, ſi idoneus
reperiatur, Epiſcopum creari, quemadmo-
dum creatus fuit ille Iacobus vrbis Niſibis
Epiſcopus, moderator, & Princeps, cuius
expreſſa apud [m] Theodoritum eccleſiaſticæ m lib. 2. c. 10.
hiſtoriæ ſcriptorem mentio fit, qui eius vi-
tam pluribus commendat nominibus. Fa-
teorque ab huiuſmodi Epiſcopis appellari
51 poſſe ad Principem, aut ad eius ſupremam
curiam, quamuis non ad eccleſiaſticum ſu-
periorem iudicem, ſiue ſynodum, quando
à ſententijs Epiſcopi, non vt gregis domi-
nici paſtoris, ſed vti Ducis, & Marchionis,
domini, ſcilicet, profani, appellationem da-
ri intelligitur, vt paſſim fieri videmus in
ampliſſima ditione Sereniſſimi Principis no-
ſtri Caroli Emanuelis Allobrogum Magni
Ducis, & Italiæ ſubalpinæ Principis. Sunt
enim Archiepiſcopi, vti Taurinenſis, & Ta-
rantaſienſis, necnon Epiſcopi, & Abbates
quamplurimi, qui vtramque habent iuriſ-
dictionem, à quibus, cùm (vti ſeculares do-
mini iudicant) appellatur ad ſenatum, qui
ſententiam ab eccleſiaſtico iudice latam, ſi
minus

Digitized by Google

minus æquam, rescindit, contraria sententia; aut comprobat, si iuste lata sit.

SVMMA EX CAPITE XIV.

1 *Tradere in interitum carnis est excommunicare.*
2 *Theodosius Imperator cum anathematis pœna legem promulgauit.*
3 *Acrimoniam, excommunicationem, interpretatur Accursius.*
4 *Iustinianus plusquam semel etiam Episcopos excommunicauit.*
5 *Item Iustinus Imperator.*
6 *Item Constantinus Porphyrogenneta.*
7 *Item Fridericus Cæsar.*
8 *Imperatores excõmunicare non possunt.*
9 *Iustinianus lege cauit, ne quis possit inconsultis canonibus excommunicare, aut excommunicari.*
10 *VVisigothi excommunicationis sententiam ab Episcopis ferendam esse aiunt.*
11 *Fridericus Cæsar violatores libertatis ecclesiasticæ banno subijcit, donec ab Ecclesia absoluantur.*
12 *Constantinus Porphyrogenneta anathema dixit auctoritate Patriarchæ Cõstantinopolitani, & synodi.*
13 *Imperatores, cùm aliquem anathemate notant, faciunt auctoritate Episcoporum, aut synodorum.*
14 *Philippus Imperator non fuit absolutus, donec cæteris pœnitentibus admixtus, veniam ab Episcopo petijt.*
15 *Ambrosius Episcopus Mediolanẽsis Theodosium Imp. ingressu Ecclesiæ probibet, ac excommunicat.*
16 *Theodosius sententiam anathematis patienter tulit, & probauit.*
17 *Idem, vt anathemate solueretur, lege cauit, ne sententiæ necis, aut proscriptionis executioni mandarentur ante triginta dies.*
18 *Vigilius Papa Theodoram Iustiniani vxorem excommunicauit.*
19 *Henricus quartus resipiscit, à Gregorioq. septimo Pontifice supplex veniam petit.*
20 *Fridericus primus Imp. Alexandro tertio debitam obedientiam præstat bello victus à Venetis.*
21 *Pius V. Papa Elisabetham Angliæ tyrannam anathemate ferit.*

De alterâ ecclesiastica potestate, quam excommunicationem appellamus, ex Imperatorum constitutionibus obseruata: & quòd seculares Principes non possunt excommunicare. Cap. XIV.

ALIAM quoque habent sacerdotes gladij potestatem, qua possunt animaduertere in Christianos omnes facinorosos; & tradere eos in interitum carnis, vt [a] ait Paulus ad Corinthios scribens. *Iudicaui tradere*, inquit, *huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis*. Ori- [a 1. Cor. 5.]
1 genes de hac potestate tractans, ait [b]. *Traduntur peccatores in interitum carnis, cùm pro delictis suis à Christi corpore separantur.* Idem Paulus ad [c] Timotheum, dicit se Hymenæum, & Alexandrum satanæ tradidisse, vt discant non blasphemare. Huius autem potestatis, qua plurimum possunt viri ecclesiastici, non raro apud Imperatores mentio fit. Theodosius aduersus eos, qui Nestorij sectam sequi volebant. *Iubemus*, inquit [d], *vt ij, qui impiam Nestorij superstitionem imitantur, vel nefariam eius doctrinam consectantur: siquidem illi sint Episcopi, vel clerici, e sacrosanctis ecclesijs exterminentur: si vero laici, anathemate, & summa execra-* [b Homil. 1. ad cap. 2. Iudicum.] [c 1. Timoth. 1.] [d l. 1. C. de summ. Trin. & fid. Cath.]
2 *tione deuouentur.* Huius constitutionis meminit etiam [e] Euagrius, vt magis nota fieret Theodosij pietas, & religio. Idem etiam Theodosius, & Honorius cùm cõstituissent, ne ecclesia, eiusq. ministri, & prædes vlla sordidorum munerum fæce polluerentur, neve extraordinarij, supraindictique quidquam præstarent, subiecerunt [f]. *Si quis contrauenerit, post debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos iure promenda est, exilio deportationis perpetuo subdatur.* *Acrimo-* [e lib. 1. cap. 12.] [f l. 1. C. de sacrosanct. eccl.]
3 *niam* interpretatur [g] Accursius *excommunicationem*, sic dictam, quia eos arcet. Nam qui excommunicati sunt, à gremio sanctæ matris Ecclesiæ acriter arcentur. Iustinianus exposita sua de maximis religionis no- [g ibidem.]
4 stræ capitibus sententia, [h] addit. *Quæ cum ita se habeant, anathemate, & execratione summa omnem hæresim condemnamus.* Eundem Iustinianum conscripsisse edictum, in quo Seuero, & alijs eiusdem sectæ anathema denunciauit, auctor [i] est Euagrius: qui etiam hæc de eodem Principe refert [k]. *Condemnamus, & anathemati addicimus, non* [h l. 7. C. de sum. Trinit. & fid. Cath.] [i lib. 4. cap. 11.] [k eod. cap. 37.]

solum

solum alios omnes hereticos, qui sunt à quattuor sanctis prædictis Concilijs, & à sancta Catholica Ecclesia condemnati, verum etiam Theodorum Episcopum Mopsuestiæ & impios eius libros, & impia scripta Theodoriti. Iu-

stinus secundus, qui proxime Iustiniano successit, de fide fecit edictum, quod etiam 5

l lib. 5. c. 4. Euagrius nobis scriptum reliquit [l], in quo versus finem sic habetur. *Quocirca omnibus, qui istis contraria, vel senserunt, vel sentiunt, denunciamus anathema, alienosq. à sancta Catholica, & Apostolica Dei Ecclesia*

iudicamus. Imperator Constantinus Por- 6

phyrogenneta aduersus rebelles, & seditiosos edicto cauit his verbis [m]. *Ijs, qui ab hoc deinceps tempore insidias sunt machinaturi, vel tumultum excitaturi, anathema. Ijs, qui ipsis opem ferunt, & in defectione sunt socij, anathema. Ijs, qui consulunt, vel ad huiusmodi incitant, anathema. Ijs, qui ipsos ad pœnitentiam suscipiunt, cùm defectionis pœnitentiam non agant, nec etiam relinquant, anathema.*

m lib. 6. in-sit. Orient. alias de cō-stitutionib. Imperator.

Fridericus in quadam constitutio- 7

ne, quæ Iustiniani Codici [n] est inserta. *Credentes*, inquit, *receptatores, defensores, & fautores hareticorum damnamus: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempsit intra annum: ex tunc ipso iure sit infamis.* Ex ijs, alijsq. pluribus, quæ colligi possunt ex Principum constitutionibus, satis constat Imperatores hanc gladij potestatem, quam Ecclesia habet, nec extra ipsam vllus alius habere potest, approbasse, eique semper adiumento fuisse. Hinc nonnulli in re hac parum cauti, existimarunt Imperatores, perinde atque sacerdotes potuisse excommunicare. circa quod toto aberrant cæ-

n Auth. Credentes. C. de haret.

lo. Non enim tam rudes, & imperiti, vel tam 8

Insolentes, & temerarij fuere Christiani Principes, quin intelligerent hanc potestatem ligandi, & soluendi solis fuisse sacerdotibus concessam. Veruntamen ne vlterius decipi possint, id comprobabo eorumdemmet Principum sanctionibus. Ita enim Iusti- 9

o Nouella 123. §. omnibus. nianus [o] ait. *Omnibus Episcopis, & presbyteris interdicimus segregare aliquem à sacra communione, antequam causa monstretur, propter quam sancta Regulæ hoc fieri iubent. Si quis autem præter hoc à sancta communione quemquam segregauerit: ille quidem, qui iniuste à communione segregatus est, solutus excommunicatione à maiori sacerdote, sanctam meretur communionem. Qui vero aliquem à sancta communione segregare præsumpserit: modis omnibus à sacerdote, sub quo constitutus est, separabitur à communione quanto tempore ille perspexerit, vt quod iniuste fecit, iuste sustineat.* Videmus itaq. excommunicationis facultatem Episcopis, & presbyteris tantum iuxta sacros canones relictam, ab eorumq. tali sententia iniuste lata appellationem ad maiores sacerdotes etiam edicto imperiali pertinere, proinde Imperatoribus nullam excommunicandi au-

10 ctoritatem reseruari. In legibus [p] VVisigothorum ita cauetur. *Si quis laicorum quoscumque ex Iudæis, virum scilicet, vel fœminam secum obsequentes habuerit, vel in patrocinio retinuerit, & sublato ex eis Pontificum, vel sacerdotum priuilegio, priuata eos sibi potestate defenderit, neque eos ad Episcopum, vel sacerdotem diebus debitis instruendos, vel iudicandos remiserit: excommunicationis ab eodem Episcopo, cui id fecerit, sententia feriatur, & amissis illis, quos vindicare nititur, trium librarum auri mulctatione, pro vno quoque damnabitur.* Et in ijsdem [q] legibus. *Quòd si non habuerit, vnde componat, sex mensibus sub digna excommunicationis censura persistat; ac insuper ad trepiditatem illius zeli socordiæ corrigendam, sit cuilibet Episcopo licitum, in quo zelus Dei fuerit excitatus, vice illius Episcopi talium perfidorum errata corrigere, & hæc quæ neglexerat, emendare.*

p lib. 12. tit. 3. c. 22.

q eod. c. 24.

11 Idem Imperator Fridericus. *Quæcumque*, inquit [r], *communitas, vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ fractam; & violatam perseuerauerit, ipso iure imperiali banno subiaceat: à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis ob-*

r auth item quæcumque C. de episc. & cleric.

12 *tento.* Quod autem Constantinus Porphyrogenneta anathema dixerit, fuit id consensu Alexij Patriarchæ Constantinopolitani, & synodi factum, vt ibidem clare apparet.

13 Idem intelligi debet de alijs Imperatoribus, qui, cùm aliquem anathemate notant, non id vtique auctoritate faciunt propria, sed Episcoporum, aut synodorum tum Generalium, tum Prouincialium consensu, & exhortatione, vt de indictione Conciliorum [s] dixi. Quinimmo Imperatores ipsi plerumque ab Episcopis fuerunt anathemate percussi, idq. patienter tolerarunt, ac maiori cum rubore, atque multi hodie ex infima plebe homines fortasse facerent, & faciunt. Philippus Imperator, cùm ob multa peccata esset huiusmodi vinculo ligatus, non prius ab Episcopo (ait [t] Eusebius) ad sacra est admissus, quàm se vltro collocasset eo in loco, in quo reliqui peccatorum nexu obuoluti erant constituti. Episcopus vero, cuius mentio fit apud Eusebium, fuit Fabianus Papa.

s sup. c. 22.

t lib. 6. cap. 37.

Præcla-

Digitized by Google

Præclarum est, & memorabile illud Theo-
u lib 7. cap. 24. dosij exemplum, quod u Sozomenus, Pau-
x lib. 11. historiarum. lus x Diaconus, & alij multi referunt. Nam,
cùm ille ad septem hominum millia, sine 15
discrimine vllo, in Thessalonica ciuitate oc-
cidendos mandasset, essetque executum
mandatum, ac Mediolanum ipse venisset, &
sollemniter in sacrum voluisset ingredi tem-
plum: ei occurrit Ambrosius foras ad ia-
nuas, & ingredientem his sermonibus à sa-
cri liminis ingressu prohibuit. *Nescis, Impe-*
rator, perpetrata necis quanta sit magnitu-
do? Et post multa. *Recede*, inquit, *recede, ne*
secundo peccato peiorem nequitiam augere
contendas: suscipe vinculum, quo te omnium
Dominus nunc ligauit. Cui obediens Prin-
ceps, & aperte sciens, quæ sint propria sacer-
y eod. dotum, vt ait y Paulus Diaconus, quæq. re-
gum, gemens, & deflens ad regalia remea-
uit, octo menses in gemitibus, & lacrymis
exegit: deinde cupiens reconciliari Eccle-
siæ, viam, modumq. quærens, Rufino, qui
dixerat: *Curro, si placet, & Pontifi. i preci-*
bus persuadebo, vt soluatur vinculum, quod
ligauit, respondit. *Non suadebis Ambrosio.* 16
Noui ego decretum illius esse iustum, qui neq.
reuerebitur Imperialem potentiam, ne in le-
ge præuaricetur diuina. Nec prius absolu-
tionis voti compos factus est, quàm legem
ferret, circa suas, & posterorum Principum
sententias de nece, & proscriptione ante tri- 17
ginta dies in posterum executioni non de-
mandandas: quæ adhuc extat in Iustinianæo
z l. 10. C. de pœnis. z Codice. Testatur quoque Gregorius Ma-
a lib. 4. ep. 36. gnus a, Vigilium Pontificem Rom. Theo- 18
doram Augustam Iustiniani vxorem, quæ
Acephalorum hæresim sectabatur, commu-
nione Christiana prohibuisse. Memorabile
est etiam illud, quod de Henrico iiij. Cæs.
referunt historici, qui cum in omnia scelera,
& flagitia prorupisset, ac euerso reipub. sta-
tu, turbata ecclesiarum tranquillitate, con-
uulsa Imperij maiestate, euacuata Princi-
pum auctoritate, corruptis moribus, abolitis
legibus, in omnem perniciem lapsus fuisset,
etiam vniuersalis Ecclesiæ pastorem admo-
nentem, & corripientem contemnendo, à
Gregorio septimo tunc sedente anathema-
tis mucrone ictus, aliquanto post ad eun- 19
dem Pontificem omni regio ornatu deposi-
to, nudis pedibus, ieiunus à mane vsque ad
vesperam per triduum supplex iuit, vt abso-
lutionis beneficium mereretur, quod sub
dura conditione obtinuit. Eundem trium-
pham reportauit Ecclesia de Friderico Ae- 20
neobarbo, qui cùm ditionem ecclesiasticam
diu, multumq. vexasset, adeo vt Alexander
iij. Rom. Pontifex clam vrbe aufugere co-
geretur, tandem classe spoliatus, Othonis
filij suasu, qui in eo conflictu captus iureiu-
rando se Veneto victori obstrinxerat, aut re-
uersurum, aut patrem ad sanitatem reda-
cturum, Venetias traiecit, vbi Alexander
antea nulli cognitus delituerat, tuncq. mo-
rabatur; atque eius pedibus obuolutus, Pon-
tificiam maiestatem adorauit, veniam im-
pietatis petens ante Beati Marci ædem, vni-
uerso Senatu, populoq. spectante: qua im-
petrata Syriam appulit, quam ei Pontifex
pœnæ ergo imperauerat, exercituique, qui
sacrum bellum aduersus Saladinum gere-
bat, se adiungens, paulo post, dum lauaret,
flumine absorptus, vt diximus, periit. Cuius
rei monumentum extat pictura egregie re-
præsentatum Romæ in aula palatij Vatica- Aula regia in Palatio Pontif. Vaticano.
ni, quam regiam vocant. Nec desunt alia
prope innumerabilia exempla, quæ retroa-
ctis temporibus acciderunt, præter illa, quæ
secula nostra memoria digna facient maxi-
21 me: quorum præcipuum fuit sanctissimi viri
Pij V. Romani Pontificis, qui Elisabetham
Stuardam Anglorum tyrannam turpissimæ
Caluinistarum hæresis ream excommuni-
cauit, eiusque opulentissimam regnum oc-
cupanti tradidit, subditos à fidelitatis iura-
mento absoluendo.

SVMMA EX CAPITE XV.

1 *Clericus ciuiles magistratus minime re-cognoscit.*
2 *Constantinus Magnus de clericis iudi-cium recusauit.*
3 *Theodosius, & Valentinianus illicitum duxerunt clericos subdi temporali po-testati.*
4 *Martianus clericos Constantinopolita-nos à suo Patriarcha iudicandos esse rescripsit.*
5 *Honorius, & Theodosius clericos apud Episcopos tantum accusari debere con-stituerunt.*
6 *Valentinianus, Honorius, & Theodosius vetuerunt Episcopos, & ecclesiæ mini-stros ad iudices seculi trahi.*
7 *Alibi ijdem Theodosius, & Valenti-nianus idem sanxerunt.*
8 *Iustinianus item statuit causas clerico-rum, & monachorum coram Episcopo agi in causa pecuniaria, & alibi, vt Episcopi lites celerrime finiant absque dispendio, & scriptura sollemni.*
9 *Clerici, ac monachi non sunt citandi ex libello, nec iudicandi.*

10 *Delictum commune est, adulterium, homicidium, & huiusmodi: ecclesiasticum autem, sacrilegium, simonia, &c.*

11 *Ecclesiastica crimina a clerico commissa ab Episcopo cognosci debent, communia à iudice ciuili.*

12 *Constantinus statuit, vt serui à clericis manumissi, etiam absque solitis sollemnitatibus, liberi essent.*

13 *Clerici non coguntur ad tutelam suscipiendam, nec ad vllas collationes, aut onerosam hospitalitatem.*
Fallitur Accursius, vt solet interdum. Vide locum.

14 *Clerici non vocantur ad munera sordida.*

15 *Congesta à clericis per parsimoniam, vel prouisionem, vel mercaturam, ad pauperes pertinere dixit Iustinianus.*

16 *Iustinianus clericos cum eorum bonis, & liberis ab omni munere, onere, & præstatione lege lata eximit.*

17 *In libris Basilicis clerici etiam negotiantes sunt immunes à quouis onere cum coniugibus, & liberis.*

18 *Fridericus Imp. idem statuit sub grauibus pœnis.*

19 *Priuilegia clericorum ab Arcadio, Honorio, Theodosio, Martiano, ac plerisque alijs Impp. late confirmata fuerunt.*

20 *Athalaricus Gothorum Rex sedis Apostolicæ honorem, quo adiudicia, lege lata tuendum censuit, indicta mulcta.*

21 *Idem fecit Theodericus Rex.*

22 *Nouella constitutio Heraclij, & Constantini clericos, & monachos in caussis pecuniarijs, & ciuilibus à quocumque ciuili, & militari magistratu eximit.*

23 *Idem statuit Imp. Comnenus per Bullam Auream vocatam.*

24 *Theodericus presbyterum Laurentium, reum sepulchri violati ad Episcopum remittit.*

25 *Nemo sine accusatione cōdemnari potest.*

26 *Fridericus Imp. vetat caussas clericorū, siue ciuiles, siue criminales, trahi ad iudicem secularem.*

27 *Sacerdotes in dicendo testimonio non debent cogi ad iuramentum.*

28 *Clerici non possunt renunciare priuilegio exemptionis iuramenti.*

29 *Cui maius creditur, & minus credi præsumitur.*

30 *Lege cautum est ab Honorio, atque Arcadio, iniurias illatas personis sacris vindicandas esse maximo rigore.*

31 *Iniurias illatas clericis ijdem dixerunt esse puniendas, tanquam crimina publica.*

32 *Qui clericis obiecta non probat, famæ iacturam facit.*

33 *Episcopos immunes à sportularum præstatione fecit Iustinianus: reliquos clericos ad quattuor tantum siliquas obligauit.*

34 *Leo, & Anthemius Impp. bona ab Episcopis, & clericis in clericatu acquisita, propria esse dixerunt, ita vt super eis nulla fratribus, aut sororibus, aut ex his gentis competat actio.*

35 *Testamentum clerici querelæ inofficiosi non subiacet Iustiniani decreto.*

36 *Hoc decretum restrictum est per eiusdem Nouellam 123. §. Presbyteris.*

De multiplici clericorum immunitate. Cap. XV.

PRAETER ea, quæ iam re-
censita sunt, mundi huius
Principes omnibus sacerdo-
tibus plura concessere priui-
legia singularia, quibus viri
1 seculares carent omnino. Nam statim atque
quis sacris initiatur, ciuilium magistratuum
2 eximitur potestate. Vnde Constantinus ait
apud [a] Sozomenum. *Vos dij estis, à vero* [a] lib.2.c.2.
Deo constituti: ite, & inter vos causas ve-
stras discutite: nobis non licet deos iudicare.
3 Theodosius, & Valentinianus, *Fas*, in-
quiunt [b], *non est, vt diuini muneris ministri* [b] l. vlt. C. Theod de
temporalium potestatum subdantur arbitrio. epis. & cler.
Idq. forte exemplo Apostoli ad Corinthios
sic [c] scribentis. *Nescitis, quoniam Angelos iu-* [c] 1. Cor. 6.
dicabimus? quanto magis secularia? Prius
dixerat. *Audet aliquis vestrum habens ne-*
gotium aduersus alterum, iudicari apud ini-
quos, non apud sanctos? Quocirca interroga-
4 tus Martianus Imp. de foro Constantinopo-
litanorum clericorum rescripsit [d], coram ip- [d] l. 25 C. de epis. & cler.
sius ciuitatis Patriarcha conueniendos: nec
alium quemuis iudicem de ipsorum clerico-
5 rum causis posse cognoscere. Honorius, &
Theodosius [e] constituerunt clericos, non ni- [e] l. 41. C. Theod eod.
si apud Episcopum, accusari debere: quippe
qui prauos, & contumaces ex eorundem
Imperatorum [f] sanctione pro morum petu- [f] l. 38. eod.
lantia de gradu deijcere debet. Valentinia-
nus, Theodosius, & Arcadius continua lege
[g] sanxerunt, ne nomen Episcoporum, & eo- [g] l. vlt. C. Theod de
rum, qui ecclesiæ necessitatibus seruiunt, ad epis. iudic.
iudicia, siue ordinariorum, siue extraor-
dinariorum iudicum pertrahatur. *Habent*
enim,

enim, inquiunt, illi iudices suos, nec quisquam
his publicis commune cum legibus, quantum
tamen ad causas ecclesiasticas pertinet, quas
decet Episcopali auctoritate decidi. Quibus-
cumque igitur mota fuerit quaestio, quae ad
Christianã pertineat sanctitatem, eos decebit
sub eo iudice litigare, qui praesul est in suis
partibus omniũ sacerdotum. Huius constitu- 7
[h can. 9. 11. quaest. 1.] tionis etiam apud Gratianum [h] mentio fit.
[i d. l. vlt. C. Theod. de episc. & cler.] Idemq. Theodosius, & Valentinianus [i] alibi
sic. *Clericos, quos indiscriminatim ad secula-*
res iudices debere deduci infaustus praesum-
ptor edixerat, Episcopali audientiae reserua-
mus. Idem quoq. videtur cõstituisse Iustinia- 8
[k Nouella 123. §. si quis cõtra.] nus in sua [k] Nouella, *de sanctissimis Episco-*
pis, vt scilicet clerici, & monachi coram
Episcopo in causa pecuniaria conueniantur:
[l Nouel. 83.] prout etiam in [l] alia Nouella: in qua dispo-
nit, vt Episcopus litem finiat celerrime sine
sumptu, & sine scriptura solemni. Nam ne- 9
que ex libello in ius vocandi sunt clerici,
neque ex libello dicenda sententia est: quod
[m Nouella 79.] & in monachis locum habere idem [m] voluit
Princeps. Quid, si causa criminalis erit? 10
[n ad d. Nouell. 79.] Cuiacius [n] dicit, quemadmodum militare
delictum à communi distingui solet, ita se-
parare debemus ecclesiasticum crimen à ci-
uili, siue communi. Commune est, vti adul-
terium, & homicidium: ecclesiasticum, vti
sacrilegium, ambitus (vt puta si pecunia
ambierit clericatum) contumacia aduersus
Episcopum. Si commune igitur clerici fue- 11
rit crimen, à iudice ciuili disceptabitur intra
duos menses, & de damnato clerico non
prius supplicium sumetur, quàm degrada-
tus fuerit ab Episcopo. Si ecclesiasticum,
disceptatio erit Episcopi. Huic simile est,
quod Constantinus de manumissione statue-
rat. Manumissi enim ciues Romani dice-
bantur, qui testamento, vel in ecclesia, vel
ante Consulem, aut Praetorem erant liber-
tate donati. Latini autem Iuniani, aut per
epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij
adhibitione ex lege Iunia Norbana, quae
conditionem eorum prima reperijt, manu-
mittebantur; fiebatq. certis, & quibusdam
verbis, atque solemnibus. nam cùm domi-
nus seruum in libertatem adsciscere vole-
bat, manutenens dicebat. *Hunc hominem*
liberum esse volo: & ita e manu, idest pote-
state sua, mittebat. Seruus enim quamdiu
manui, hoc est potestati, est subiectus, in
seruitute est. Seruus igitur, his solemnita-
tibus omissis, non nanciscebatur libertatem.
[o l. 2. C. de his qui in eccl. manumit.] Vnde [o] Constantinus, vt clerici aliquid plus 12
reliquis hominibus haberent, ijs amplius
concessit, vt cùm suis seruis tribuunt liber-

tatem, non solum in conspectu ecclesiae, ac
religiosi populi plenum fructum libertatis
concessisse dicantur, verumetiam, cùm po-
stremo iudicio dederint libertates, sub qui-
buscumque verbis dari praeceperint: ita, vt
ex die publicatae voluntatis, sine aliquo iu-
ris teste, vel interprete competat liberatis
13 directa libertas. Voluit [p] etiam Iustinianus [p l. 41. C. de episc. & cleric.]
clericos, vt commodius possent diuinis, qui-
bus addicti sunt, vacare officijs, & mona-
chos, licet tunc non essent clerici, immunes
ab onere tutelae, vel curae esse, vt scilicet
non cogerentur inuiti tutelam suscipere,
dummodo religiose viuerent, & ecclesiae de-
seruirent. Ante Iustinianum vero Constan-
tinus clericis rescribens, *Iuxta sanctionem*,
inquit [q], *quam dudum meruistis, & vos, &* [q l. 1. C. eod.]
mancipia vestra nullus nouis collationibus
obligabit, sed vacatione gaudebitis: praeterea,
neque hospites suscipietis. Sanctionem, cuius
tunc meminit Constantinus, esse in titulo
de sacrosanctis ecclesijs sub l. *placet* [r], opi- [r l. 5.]
natur Accursius. quod esse non potest, cùm
sit constitutio illa Honorij, & Theodosij, vt
eius inscriptione monemur. Sed omissa est à
Pandectarum, & Codicis compilatoribus, &
illa forsan esse potest, quae adhuc extat [s] in [s l. 9. C. de epis. & cler.]
Theodosiano Codice, & est Constantini,
cuius verba sunt haec. *Curialibus muneribus,*
atque omni inquietudine ciuilium functionum
exortes cunctos clericos esse oportet: filij ta-
men eorum, si curijs obnoxij, non tenentur in
Ecclesia perseuerare. Nam antea (vt in eo-
dem Codice apparet) constituerat [t] vt le- [t l. 7. eod.]
ctores, hypodiaconi, caeteriq. clerici, qui per
iniurias haereticorum ad curiã deuocati fue-
rant, absoluerentur: & deinceps ad similitu-
dinem Orientis minime ad hoc cogerentur,
sed immunitate plenissima potirentur. Ex
14 eiusdem Augusti [u] constitutione clerici non [u l. 2. eod. Iustin. C.]
vocantur ad munera sordida: si quid vero,
15 vel parsimonia, vel prouisione, vel merca-
tura, honestati consentanea congesserint, id
in vsum pauperum, atque egentium mini-
strari oportere idem dixit. At id, quod ex
16 eorundem ergasterijs, vel tabernis conquiri
potuerit, & colligi, collectum id religionis
existimauit lucrum. Itaque extraordinario-
rum munerum in praedictis necessitatem,
atq. omnem molestiam conquiescere man-
dauit. Ad parangariam quoque praestatio-
nem non vocari, nec eorundem facultates,
neque substantias. Omnibus clericis huius-
modi praerogatiuam succurrere: vt & coniu-
gia clericorum, ac liberos eorum quoque
ministeria, idest mares pariter, ac foeminas,
eorumq. etiam filios, & filias immunes sem-

per ab huiusmodi muneribus perseuerare
x lib. 3. tit. 3. cap. 2. 3. 4. & 5.
decreuit. In libris Basilicis x habetur. *Cleri-
cus, eiusque mancipium nouis collationibus ne
grauator, nec metata præstanto. Ab exactio- 17
nibus, & sordidis muneribus, & extraordina-
rijs, licet negotientur, immunes cum liberis,
& coniugibus clerici sunto. Omnis clericus ad
ipsos vsque ostiarios, à personalibus muneri-
bus excusetur*. Fridericus Imperator in No- 18
uella sua, quæ in Iustinianæo Codice habe-
y in Auth. item nulla. C. de episc. & cler.
tur, mandauit y, vt nulla communitas, vel
persona publica, vel priuata collectas, vel
exactiones, angarias, vel parangarias eccle-
sijs, vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis per-
sonis imponere, aut inuadere ecclesiastica
bona præsumant: quod si fecerint, & requi-
siti ab Ecclesia, vel Imperio, emendare con-
tempserint, triplum refundant: & nihilomi-
nus banno imperiali subiaceant, quod abs-
que satisfactione debita nullatenus remit-
tendum sit. Hæc, & plura alia obtinuerunt 19
clerici priuilegia: quæ successiue postea ab
alijs sunt confirmata principibus. Arcadius,
z l. 19. C. Theod. de epis. & cler.
& Honorius, *Quæcumque*, aiunt z, *à paren-
tibus nostris diuersis sunt statuta tempori-
bus, manere inuiolata, atque incorrupta circa
sacrosanctas ecclesias præcipimus. Nihil igi-
tur à priuilegijs immutetur: omnibusq. qui ec-
clesijs seruiunt, tuitio deferatur. Quia tempo-
ribus nostris addi potius reuerentiæ cupimus,
quã ex ijs, quæ olim præstita sunt, immutari.*
a l. 18. eod.
Ijdem Arcadius, & a Honorius, cum Theo-
dosio. *Priuilegia, quæ ecclesijs, & clericis le-
gum decreuit auctoritas, hac quoq. præceptio-
ne sancta, & inuiolata permanere decerni-
b l. 12. C. de sacrosan. eccl.
mus*. Valentinianus, & Martianus b. *Priuile-
gia, quæ generalibus constitutionibus vniuer-
sis sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ religionis
retroprincipes præstiterunt, firma, & illibata
in perpetuũ decernimus custodiri*. Leo, & An-
c l. 33. & 34. C. de epis. & cler.
themius c. *Priuilegijs singulis quibuscumque
sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ fidei, xenodo-
chijs, siue ptochotrophijs, tam generaliter, quã
specialiter attributis perpetuo obseruandis,
nullis eas, earumq. sacerdotes, aut clericos cu-
iuscumq. gradus sint, aut monachos, ptochotro-
phos, aut xenodochos orthodoxæ fidei deputatos
extraordinarijs muneribus præcipimus præ-
grauari: eas etenim sarcinas oneris, quas ple-
risq. personis diuersa ratione remittimus, im-
d Nouel. 1.
poni beatissimis viris nostro seculo incõueniens
esse iudicamus*. Alexius d Comnenus in No-
uella sua de chartulario ad Constantinopo-
litanum Patriarcham rescribens, *Ecclesiasti-
ci*, inquit, *decoris maiestas mea curam gerens,
& cũ in omni ciuili statu bonum ordinem re-
quirens, tum in hoc studiosius incumbens, vt is
magis etiam diuinis in rebus obseruetur, pri-
uilegia cuiq. graduum ecclesiasticorum iam
olim tributa, eumque statum, qui hactenus in
eis obtinuit, etiam deinceps immutabiliter sub-
sistere, ac permanere cupit, & æquum censet,
sanctissime Domine, velut à tot annis acceptũ,
& longo iam spatio temporis obseruatum, &
perpetuis ab vno tempore in aliud progressio-
nibus hucusque citra mutationem præclare
confirmatum, ac stabilitum*, &c. Athalari-
20 cus Rex apud Cassiodorum e clero Ecclesiæ
e lib. 8. ep. 24.
Romanæ scribens, ait. *Hoc fuit longæ consue-
tudinis institutum, vt si quis sacrosanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ seruientem aliqua crederet
actione* (vel vt alij legunt) *accusatione pul-
sandum, ad supradictæ ciuitatis Antistitem
negotium suum dicturus occurreret, ne clerus
vester forensibus litibus profanatus, negotijs
protinus secularibus occupetur*. Et paulo post.
*Atq. ideo considerantes Apostolicæ sedis hono-
rem, & consulentes desiderijs supplicantium,
præsenti auctoritate moderato ordine defini-
mus, vt si quispiam ad Rom. clerum aliquem
pertinentẽ in qualibet causa, probabili credi-
derit actione pulsandum, ad beatissimi Papæ
iudicium prius conueniat audiendus*. Et infe-
rius. *Quòd si quis extiterit tam improbus li-
tigator, atque omnium fuerit iudicio sacrile-
ga mente damnatus, qui reuerentiam tantæ
sedi exhibere contemnat, & aliquid de nostris
affatibus crediderit promerendum, ante ali-
cuius conuentionis effectum, decem librarum
auri dispendio feriatur, quæ à Palatinis sa-
crarum largitionum protinus exactę per ma-
nus sæpe memorati Antistitis pauperibus ero-
gentur, carensq. impetratis, negotij amissio-
21 ne mulctetur*. Sed ante eum Theodericus f
f lib. 2. ep. 9.
Eustorgio Mediolanensi Episcopo scripserat
sic. *Sed quoniam & ipsi clericatus nomine
fungebantur, ad sanctitatis vestræ iudicium
cuncta transmittimus ordinanda, cuius est &
æquitatem moribus talibus imponere, quã no-
uimus traditionem ecclesiasticam custodire*.
22 Idem quoq. videtur constitutũ in sanctioni-
bus g iuris Orientalis, in quibus ita scribitur.
g lib. 1.
*Scias autem esse Nouellam piorum Imperato-
rum Heraclij, & Constantini, quæ statuit, ne
Episcopus, vel clericus, vel monachus ob pe-
cuniariam, ciuilemve causam apud ciuilem,
vel militarem conueniatur magistratum, sed
23 apud suos Episcopos duntaxat, aut Metropo-
litanos, aut Patriarchas*. Eadem statuit *aurea
Bulla Imperatoris Comneni vulgata mẽse Iu-
lio, indictione iiij. anno ab orbe condito 6589*.
At dicet aliquis: omnes hæ constitutiones
sunt de ciuili causa, non æque criminali, ergo
ciuilis magistratus erit clericorum compe-

tens iu-

tens Iudex in causa communi, siue criminali:
h l. 13. C. mandat. nam, qui vnum dicit [h], alterum excludit. 24
Sed videamus, quid rescripserit Theodericus Annæ comiti, cum Laurentius presbyter accusaretur, quòd inter hominum cadauera funestas diuitias perscrutaretur, confusionemq. mortuis intulisset. *Scelus*, inquit
i lib. 4. ep. 18. i, *quod nos pro sacerdotali honore relinquimus impunitum, maiori pondere credimus vindicandum:* quasi vellet dicere ad Episcopum esse remittendum, vt condignas sumat pœnas. Immo Honorius, & Theodo-
k l. 41. C. Theod. de epis. & cler. sius, *Clericos*, inquiunt [k], *non nisi apud Episcopos accusari conuenit*. Verbum *accusare*, est per quod delicta patefiunt, vt puniantur. 25
l l. 6. §. si quis accusatorem ff. de muner. & honor. l. vlt. C. de accusat. can. 16. 2. quæst. 1. Quo pertinet id quod vulgo dici [l] solet, neminem sine accusatione condemnandum. Quinimmo in eodem Honorij, & Theodosij rescripto habetur: *Non alibi, quàm apud Episcopum accusetur clericus*. Sed, ne deinceps de hac conclusione locus esset dubi- 26
tandi aliquis, Fridericus Imperator apertio-
m Auth. statuimus. C. de episc. & cleric. ribus verbis statuit, [m] vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumeret. Quòd si actor fecerit, suo iure cadat, iudicatum non teneat: si iudex, ex tunc potestate iudicandi priuetur. Statuit etiam, vt si quis clericis, vel ecclesiasticis personis iustitiam denegare præsumpserit, tertio requisitus, iurisdictionem suam amittat. Quando verò testimonium dicere sacerdotes erat 27
n l. 8. C. eod. necesse, Theodosius [n] voluit, vt citra quæstionis iniuriam possent perhibere. Voluitq.
o Nouella 123. §. Nulli vero. Iustinianus [o], ne quando dicunt testimonium, iurent: sed propositis tantum sacrosanctis Euangelijs, secundum quod decet sacerdotes, dicant ea, quæ nouerint, non ta- 28
p ad l. 7. C. eod. men iurent: atque ideo Cynus [p] asserebat talia esse hæc priuilegia, vt ijs renunciare minus possent sacerdotes: quia incōueniens 29
q lib. 1. c. 5. esset, vt de Flamine Diali est dictum [q], de rebus minimis fidem non haberi eis, quibus sacræ, & maximæ sunt creditæ. Nec est verisimile, eos ob sui, alteriusve commodum, velle peierare, sunt enim sacrosancti. Quare 30
Imperatores Arcadius, & Honorius ita de-
r l. 10. C. eod. creuerunt [r]. *Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in Ecclesias Catholicas irruens, sacerdotibus, & ministris, vel ipsi cultui, locoq. quod geritur à prouinciæ rectoribus animaduertatur, atq. ita Prouinciæ moderator, sacerdotum, & Catholicæ Ecclesiæ ministrorum iniuriam capitali in conuictos, seu confessos reos sententia vindicabit: nec expectabit, vt Episcopus iniuriæ propriæ vltionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit.* 31

Subdideruntq. omnibus fore laudabile, factas atroces sacerdotibus, aut ministris iniurias, veluti crimen publicum persequi, ac
32 de talibus reis vltionem mereri. Cum Ho- s d. l. 41. C. Theod. de epis. & cler.
norio statuit [s] quoque Theodosius, propriæ famæ iacturam facere eum, qui clericos apud Episcopum accusat, nec accusationem veris docere probationibus, nec rectis demonstrare documentis potest. idque se ita statuere scribit: vt damno pudoris existimationis dispendio discant accusantes sibi
31 alienæ verecundiæ impune insidiari saltem de cætero non licere. Si vero lis fuerit legitima, siue sit criminalis, siue ciuilis, & cuius- t d. Nouell. 123. § sportularum.
cumque quantitatis, mandauit [t] Iustinianus, vt Episcopi nihil sportularum nomine præstarent, reliqui autem clerici cuiuscumque sint conditionis, & sexus, non amplius
14 quattuor siliquis dare tenetentur. Leo, & Anthemius Augusti, quàm fuerint vere Augusti, & sacri ordinis studiosi, vel ex eo licet u l. 33. C. de episc. & cler.
intelligere, quòd [u] constituerunt, vt diximus alias, non tantum Episcopos, sed presbyteros etiam, & alios clericos ea omnia, quæ in eodem clericatus gradu, locoq. viuentes acquirere, & habere potuerint, tanquam bona propria sibi posse vindicare: etiam si in patris, auiq. aut proaui potestate sint constituti, & adhuc superstites habeantur. Atque de his, si quando eis libitum fuerit, testandi, vel donandi, vel quocumq. alio titulo alienandi libera facultate concessa: vt ea bona quoquo tempore nunquam ad diuisionem veniant: nunquam
35 fratribus, vel sororibus, aut ex his genitis conferantur. Quam constitutionem adeo x l. 39. eod.
confirmauit [x] Iustinianus, vt noluerit eorum testamenta vlli subiacere inofficiosi querelæ: quamquam postea decreuit [y] testari qui- y d. Nouel. 123. § presbyteros.
dem posse, illaque omnia in sua potestate
36 habere ad similitudinem castrensium peculiorum, sic tamen, vt horum filij, aut his non extantibus, parentes eorum legitimam ferant partem.

SVMMA EX CAPITE XVI.

1. *Delinquētes nō debēt extrahi ab Ecclesijs.*
2. *Homicidæ tamen, adulteri, raptores, debent extrahi ab Ecclesijs, vt alij seruentur.*
3. *Templorum securitas non lædentibus, sed læsis à lege datur.*
4. *Apud VVisigothos homicida, consulto, & eijciente sacerdote, e templo abducebatur, in potestatemq. propinquorum defuncti relinquebatur, excepta vltimi supplicij pœna.*

5 *Extrahentem ab ecclesia delinquentem, tanquam maiestatis reum, puniendum censuerunt Honorius, & Theodosius Caeß.*

6 *Capitali supplicio plecti mandat Leo Caesar vim inferentes confugientibus ad ecclesiam.*

7 *Armatus ad ecclesiam confugiens, & armis se defendens in loco sacro, abstrahi inde poterat legibus VVisigothoriũ.*

8 *Abstrahens debitorem, vel seruũ propria auctoritate, mulctabatur apud eosdẽ.*

9 *Datur actio creditori contra bona debitoris confugientis ad ecclesiam.*

10 *Ministri ecclesiae debent seruos, & alias domesticas personas, si in ecclesia se abdiderint, cũ dominis reconciliare, & reddere, quo modo habetur in l. vlt. §. cũ autem. C. de his, qui ad eccl. confug.*

11 *Debitor reddebatur apud VVisigothos, non vt ligari, aut caedi posset à creditore, sed vt in praesentia ministrorum ecclesiae secum de solutione debiti paciseretur.*

12 *Theodericus Iouino curiali capitale supplicium remisit, quia ad ecclesiam confugerat, & in insulam relegauit.*

De immunitate ecclesiarum, ad easq. confugientium priuilegijs. Cap. XVI.

QVAM pij, & religiosi fuerint Christiani Principes, vel ex eo quiuis potest conijcere, quod non modo voluerunt sacerdotes, caeterosq. ecclesiae ministros pluribus munitos iri priuilegijs, verum ecclesias etiam, quibus ipsi deseruiunt. quod vtinam obseruaretur hodie. At enim indecorum esse, immo temerarium, & insolens eos, qui ad ecclesias, veluti ad tutissimum portum, confugiunt, temere, & inconsulto sacerdote, qui tales expellendi, excipiendiq. habet potestatem, extrahi, quis nescit? Nec vllam meretur laudem sacerdos, qui ciuilibus magistratibus ita de facili pro re quacumque etiam graui delinquentes ad ecclesiae refugium recurrentes facit abducendi facultatem, exceptis casibus, quibus [a] aut recipi non possunt, aut recepti impune extrahi possunt. In Basilicis libris [b] non recipiuntur, & recepti extrahuntur homicidae, adulteri, virginum raptores. Rationem reddunt non inelegantem, quia non est similia delicta committentibus, sed reliquis potius parcendum, ne quid eiusmodi ab audacioribus patiantur. Praeterea templorum securitas non inferentibus iniurias, sed laesis à lege datur. In legibus vero VVisigothorum ita [c] cauetur. *Sed etiam, si contigerit eum* (homicidam intellige) *ad altare sanctum fortasse confugere,*
4 *nõ quidem praesumat eum absque consultu sacerdotis persecutor eius abstrahere. Consulto tamen sacerdote, ac reddito sacramento, se eundem sceleratum publicae mortis poena non condemnaturũ, sacerdos eum sua intentione ab altari repellat, & extra chorum proijciat. Cui ab ecclesia nõ alias mortiferas inferat poenas, sed in potestatem parentum, & eorum, quorum propinquus occisus fuerit, contradendus est, vt excepto mortis periculo, quidquid de eo facere voluerint, licentiam habeant, ac si ad ecclesiam non confugisset.* Praeter eos vero ex
5 Honorij, & [d] Theodosij constitutione nemini licet ad sacrosanctas ecclesias fugientes abducere: itaque, qui aliter praesumpserit, vt maiestatis crimine damnatus, punitur. Idcirco legitur in ecclesiastica historia [e] seruos quosdam potentum, genere barbaros, crudelitatem domini expertos, ad sacrum Ecclesiae altare confugisse, neque inde vllo
6 modo exire voluisse. Decreuit etiam Leo [f] Caesar nullos penitus, cuiuscumque conditionis sint, de ipsis sacrosanctis ecclesijs orthodoxae fidei expelli, aut tradi, vel protrahi confugas: nec pro his venerabiles Episcopos, vel religiosos oeconomos exigi, quae ab ipsis debeantur: sin secus, vltimi supplicij animaduersione plectendos mandauit, non modò eos, qui hoc fecerint, sed etiam, qui nuda saltem cogitatione, atque tractatu id ausi fuerint tentare. Etsi mitior [g] videtur constituta poena in Basilicis libris aduersus eum, qui fugientem ad sacram ecclesiam propria abstraxerit auctoritate, scilicet vt
7 verberatus, & caesus deportetur. In VVisigothorum legibus nemini licuisse videmus [h] aliquem violenter abstrahere, nisi ad ecclesiam confugiens, armis se fortasse defensare voluerit. Nam qui ad ecclesiae porticus confugit, & non deponit arma, quae tenet, si fuerit occisus, percussorem in loco sacro nullam fecisse iniuriam, nec vllam calumniam debere pertimescere [i] dixit idẽ
8 legislator: qui etiam decreuit [k], quòd si quis de altaribus seruum suum, aut debitorem non traditum sibi à sacerdote, vel ab ecclesiae custodibus violenter abstraxerit, si honestioris loci persona est, vt primum de eo iudici fuerit relatum, altario, cui iniuriosus fuit, cogatur exoluere solidos centum. Inferioris vero loci persona det solidos

a l. 1. C. de his, qui ad eccles. confug.
b lib. 4. c. 17. them. 4.
c lib. 6. tit. 5. cap. 16.
d l. 2. C. de his, qui ad eccles. confug.
e Socr. lib. 7. cap. 13. Cassiod. lib. 12. Tripart. cap. 4. Niceph. li. 14. cap. 12.
f l. vlt. eod.
g lib. 60. tit. 40. cap. 14.
h lib. 9. tit. 1 cap. 1.
i eod. tit. 3. cap. 2.
k eod. c. 3.

lidos xxx. Quòd si non habuerit, vnde persoluat, correptus à iudice, in conuentu centum flagella suscipiat. Dominus vero seruum, siue creditor debitorem recipiat excusatum. At dicet aliquis: reuerentiam, quam ecclesiæ debemus, nemini debere esse damnosam. Talem autem esse quis negabit? si debitori, si seruo, si colono, si adscriptitio, si liberto per ecclesiæ refugium abire licebit, non autem licebit creditori, domino, patrono illos abducere? His occurrere voluit Leo [l] Imperator statuens, vt debitor ad sacrosanctam confugiens ecclesiam, possit in ius vocari, quo vocatus teneatur venire, vel respondere per se, vel per procuratorem. Quòd, si non fecerit, procedatur contra eum, siue eius bona. *Si vero*, ait, *seruus, aut colonus, vel adscriptitius, familiaris, siue libertus, & huiusmodi aliqua domestica persona, vel conditioni subdita, conquassatis rebus certis, atque subtractis, aut seipsum furatus, ad sacrosancta se loca contulerit, statim à religiosis œconomis, siue defensoribus, vbi primum hoc scire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipsis præsentibus, pro ecclesiastica disciplina, & qualitate commissi, aut vltione competenti, aut intercessione humanissima præcedente remissione veniæ, & sacramenti interuentione securi ad locum, statumq. proprium reuertantur*. Vnde in legibus VVisigothorum [m] cauetur, quòd si debitor aliquis ad ecclesiam confugerit, eum ecclesia non defendat, sed presbyter, aut diaconus debitorem sine dilatione testituat: ita vt ipse, qui debitum repetit, nequaquam cædere, aut ligare eum præsumat, qui ad ecclesiæ auxilium decucurrit: sed præsente presbytero, vel diacono constituatur intra quod tempus ei debitum reformetur. Quod licet ecclesiæ religionis contemplatione sic concedatur, aliena tamen retineri non poterunt. Hinc eleganter Theodericus Rex apud Cassiodorum Fausto Præposito [n] rescribens, ait. *Sed conscius facti sui* (loquitur de Iouino Curiali, qui collegam occiderat) *inter ecclesiæ septa refugiens, declinare se credidit præscriptam legibus vltionem, Vulcanicæ insulæ perpetua relegatione damnamus, vt & sancto templo reuerentiam habuisse videamur, nec vindictam criminosus euadat in totum, qui innocenti non credidit esse parcendum*. Polydorus [o] Vitgilius tradit, Edoardum Anglorum Regem lege lata reum ad ecclesias fugientem pœnam grauiotem meritum perpetuo exilio duntaxat mulctasse ea lege, vt exulare iussus vsque ad littus maris crucem in manibus gestaret, veluti signum seruatæ vitæ religionis beneficio. Reges quoque Gallos olim ecclesiarum immunitatem religiose coluisse [p] testantur eorum monumenta. Legimus etiam in historia ecclesiastica [q], Iulianum Præfectū, cùm impudentissime contra sanctum altare minxisset, sæuo morbo correptum, visceribus putrefactis, statim pœnas dedisse. Similem animaduersionem recenset Nicephorus [r]. Scribit pariter Paulinus [s] milites, qui Stiliconis iussu Cresconium ad altare confugientem, inde abstraxerant, à Leopardis laniatos fuisse.

[l] d. l. vlt. §. cum autem.

[m] eod. tit. 3. cap. 4.

[n] lib. 1 var. epist. 47.

[o] lib. 5 hist. Anglic. in Henrico.

[p] Petrus Ferrariensis in praxi inquisit. vers. ex iis potest.

[q] Theodoretus lib. 3. cap. 13. Cassiod. lib. 6. tripart. cap. 32

[r] lib. 10. c. 19.

[s] in vita S. Ambros.

SVMMA EX CAPITE XVII.

1 *Honorius, & Theodosius Impp. prædia ecclesiastica ab omni onere exemerunt exceptis necessitatis causis.*

2 *Tanquam sacrilegus est deportandus, qui ecclesiam publicis muneribus onerat.*

3 *Decani in Ecclesia esse debent pro eius facultatibus.*

4 *Valentinianus, & Martianus testamenti factionem, quæ fit in fauorem ecclesiæ, tum in personis, tum in modis ampliarunt.*

5 *Iustinianus donationem ecclesiæ factam vsque ad quingentos aureos absque insinuatione valere voluit.*

6 *Christo herede instituto, intelligitur instituta ecclesia, cuius œconomus hereditatem ideo conducere poterit.*

7 *Constitutio Leonis, & Anthemij de non alienãdis rebus ecclesiæ Constantinopolitanæ, per Anastasiũ ad omnes eius tractus ecclesias, ac per Iustinianum ad omnes totius orbis extensa fuit.*

8 *Alienatio rerũ ecclesiæ, seu mobiliũ, seu immobilium, interdicta est de iure ciuili.*

9 *Serui rustici sub rei immobilis considerationem veniunt, quia immobilium membra, seu partes fundi sunt.*

10 *Leo Imp. quasuis donationes, etiam ad antidora spectantes, in bonis ecclesiæ prohibuit, indicta mulcta maxima violatoribus.*

11 *Ecclesiæ patrimonium sacrosanctum est.*

12 *Res immobilis ecclesiastica potest ad certum tempus in certam personam cum vsufructu transferri, dum recipiens, præter restitutionem eiusdem rei cum reditu, alium fundum eiusdem pretij, & reditus ecclesiæ relinquat.*

13 *Vsusfructus bonorum immobilium ecclesiasticorum potest transferri, si tantumdem ecclesiæ reddatur finito tempore, secundum Bartolum.*

14 *Bartolus haud satis caute scripsit de usufructu rei ecclesiasticæ.*

15 *Iustinianus idem de re ecclesiastica statuit, & apertius, quàm supra num. 12.*

16 *Res, quæ ecclesia donatur, cum suo onere ad eam transit.*

17 *Grata non esse, quæ fisci damno proficiunt, ait Theodericus Rex.*

18 *Res ecclesiastica in emphyteusim ad tertium usque gradum, inclusa coniuge, aut viro, si id in contractu cautum sit, dari potest.*

19 *Extraneo herede relicto ab emphyteuticario, eius morte expirat emphyteusis.*

20 *Emphyteuta non soluens canonem exacto biennio, amittit ius suum, & rem reddere compellitur, pensiones decursas præstare, & damnum emendare, nulla pro melioratione facta retentione.*

21 *Quod tacite agitur, pro expresso, siue cauto habendum est in contrahendo.*

22 *Vrbana, & suburbana prædia eo modo possunt in emphytheusim concedi, quo rustica.*

23 *Prædia voluptatis à prædijs fructus sunt distinguenda in emphyteuticarijs contractibus.*

24 *Canon, seu pensio emphyteuticaria intelligitur esse quinque pro centenario, hoc est vigesima pars totius summæ.*

25 *Sexta pars antiquæ pensionis tantum remittitur emphyteutæ ob casus fortuitos.*

26 *Antiqua pensione diminuta, canon nouus ultra tertiam partem nunquam minui debet.*

27 *Res ecclesiastica mobilis, aut immobilis oppignerari, aut hypothecari specialiter non potest.*

28 *Generalis hypotheca bonorum ecclesiæ non prohibetur: specialis secus, quia magis obstringit.*

29 *Antichresis est pactum de percipiendis fructibus pignorum, usurarum loco.*

30 *Vasa sacra oppignerari possunt causa necessitatis.*

31 *Vasa sacra pro redẽptione captiuorũ non solũ oppignerari, sed & distrahi possũt.*

32 *Cimilia thesauri, & instrumenta pretiosa sunt. Hinc cimiliarchium repositoriũ; & cimiliarcha custos thesaurorum.*

33 *Bona immobilia ecclesiarũ pro redemptione captiuorũ vendi possunt, nisi interdicta fuerit expresse eorum distractio à relinquentibus ipsa bona ecclesijs.*

34 *Si ecclesia non est soluendo, potest prædia vendere, oppignerare, & in solutum dare, propositis sub hasta, quæ ad satisfactionem creditorum alienãda sunt, ut plus offerenti tribuantur, idque gratis.*

35 *Melior est conditio ecclesiæ in satisfaciendo debitoribus, quàm aliarum personarum.*

36 *Priuati debitores usuras semisses præstant: ecclesia tantum quadrantes.*

37 *Bona ecclesiæ, quæ dantur creditoribus in solutum, decima parte amplius æstimantur.*

38 *Ecclesia dat in solutum creditoribus prædia mediocria, cæteri debitores pretiosiora, quæ creditoribus placeant.*

39 *Prædia urbana Hierosolymitana ad rationẽ usuræ sextantis æstimanda sunt, hoc est duorũ pro quolibet centenario.*

40 *Ecclesiæ inter se permutare, & perpetuam emphyteusim constituere possunt, exceptis nonnullis locis.*

41 *Prædia ab Imperiali domo uni ecclesiæ donata, non possunt in aliam ecclesiam transferri.*

42 *Centum annorum debet esse præscriptio, quæ ecclesiæ, vel ciuitati auferre rem possit, ex antiquioribus Iustiniani constitutionibus.*

43 *Constitutio Iustiniani præscriptionis centenariæ pertinens ad Orientales ecclesias sublata est, per Nouellam eiusdem cxj. restricto tempore ad xl. annos.*

44 *Constitutio eiusdẽ ad Occidentales ecclesias spectans de centum annorum præscriptione adhuc durat, saltem quo ad loca præcise possessa ab Ecclesia Romana, tanquam patrimonium S. Petri.*

45 *Cum præscriptio centum annorum sit redacta ad xl. ex Nouell. Iustiniani, quo ad bona omnium ecclesiarum, Romana tamen eo centenario priuilegio sola gaudet.*

46 *Cuiacius male existimauit priuilegium centum annorum etiam Romanæ Ecclesia fuisse ademptum.*

47 *Iustinianus summum sacerdotium Romæ vigere aperte professus est, ut qui Romam vocet patriam legum, fontemq. sacerdotij.*

48 *Generale per speciale tollitur: non contra.*

49 *Lex noua indistincte loquens non derogat antiquæ distincte loquenti, sed ab ea accipit interpretationem.*

Explicatur l. vlt. C. de sacrosan. eccl. cum Nouella ix. & cxxxi.

50 *Additio Irnerij laudatur.*

51 *Cuiacius ciuitatum iura Romanæ Ecclesiæ male prætulit.*

52 *Empto-*

52 *Emptores rerum ad ſacra pertinentium nulla ſe longi temporis præſcriptione tueri poſſunt.*

53 *Manuel, & Alexius Comneni Impp. ſtatuerunt eccleſiam in omnibus rebus habere immunitatem.*

54 *Regnantis gloria eſt ſubiectorum tranquillitas.*

55 *Qui libertatem Eccleſiæ oppugnarunt, plurima mala perpeſſi ſunt.*

56 *Baſilius legem Phocæ Imp. contra monaſteriorum, & xenodochiorum libertatem latam abrogauit, tanquam malorum, & calamitatum radicem.*

57 *Suadentur Principes ab auctore ad impartiendum ſuum fauorem Eccleſiæ.*

De immunitate rerum eccleſiaſticarum, earumq. donatione, venditione, pignori datione, emphiteuſi, præſcriptione, vbi explicantur cum l. vlt. C. de ſacroſan. eccleſ. Nouellæ nona, & cxxxi. An hodie Eccleſia Romana gaudeat centum annorũ præſcriptione. Cap. XVII.

CVM de perſonis, ipſisq. eccleſijs ſatis dictum ſit, reſtat
vt agatur de rebus ſacris, &
earum immunitate. Bona
enim eccleſiaſtica eiuſdem
iuris cenſentur, cuius templa, & perſonæ ipſæ
Deo mancipatæ. Imperatores Honorius,
& Theodoſius Melitio Præfecto reſcriben-
tes, *Placet*, aiunt [a], *præſcribere, à quibus ſpe-* 1 — a l. 5. C. de ſacroſ. eccl.
cialiter neceſſitatibus ſingularum vrbium
eccleſiæ habeantur immunes. Prima quippe
illius vſurpationis contumelia depellenda eſt,
ne prædia vſibus cæleſtium ſecretorum dedi-
cata, ſordidorum munerum fæce vexentur,
nihil extraordinariũ abhinc, ſuperindictũve
flagitetur: nulla tranſlationum ſolicitudo ſi-
gnetur: poſtremo nihil, præter canonicam
illationem, & quam aduentitiæ neceſſitatis
ſarcina repentina popoſcerit, eius functioni-
bus adſcribatur. Si quis contrauenerit, poſt 2
debita vltionis acrimoniam, quæ erga ſacri-
legos iure promenda eſt, exilio deportationis
perpetuo ſubdatur. Hinc vetus interpres Ia-
cobus Butrigarius ſcribit [b], Eccleſiam nul- — b ad d. l. 5.
lum ius agnoſcere, niſi ordinarium, & pro-
pter ſubitum Principis aduentum. Nam,
cùm prædia vſibus cæleſtium ſecretorum, &
ſacerdotũ neceſſitatibus ſint data, nõ vtique
Chriſtianæ Reipublicæ expedire viſum eſt,
vt perinde ac profana ſordidis muneribus,
trãſlationibus, atque ſuperindictis vexaren-
tur: & inde magnũ ſentirent detrimentũ ſa-
3 cerdotes. Quinimmo ijdẽ Imperatores Ho-
norius, & Theodoſius Nicæno Præfecto præ-
torio mandarunt [c], vt curaret, ne in Eccle- — c l. 4. eod.
ſia maior eſſet numerus decanorum, quàm
paterentur ipſius Eccleſiæ facultates; rece-
pti vero vltra numerum, etiam per ſuffragia
potentium, non gauderent priuilegijs eorũ,
qui ſunt intra numerum. Sed, vt augeri poſ-
4 ſet is numerus, Valentinianus, & Martia-
nus decreuerunt [d] valere teſtamentũ etiã à — d l. 13. eod.
diaconiſſa, vel virgine Deo dicata, vel ſan-
ctimoniali muliere in fauorẽ Eccleſię factũ,
ſiue per inſtitutionẽ, ſiue per ſubſtitutionẽ,
ſeu legatũ, aut fideicommiſſum, per vniuerſi-
tatẽ, vel ſpeciali, ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta
voluntate. Et Iuſtinianus [e] valere donationẽ — e l. 26. eod.
5 in Eccleſiam collatam vſque ad quingen-
tos aureos, etiam ſi non fuerit inſinuata: ta-
metſi non valet donatio vltra ducentos in-
ter priuatos, vel vſque ad tercentos, ex alia [f] — f l. 34. C. de donation.
6 eiuſdem Imp. conſtitutione, qui etiã decla-
rauit [g], Domino noſtro IESV CHRISTO aut — g l. 26. C. de ſacroſ. eccl.
ex aſſe, aut ex parte hærede inſtituto, videri
ſanctiſſimam eccleſiã, quæ eſt in ea ciuitate,
aut eo vico, aut ea regione, in qua erat de-
functus, hæredem eſſe inſtitutam, eamq.
hæreditatem poſſe œconomum condicere,
voluit. Alienationem quoque bonorum ec-
cleſiaſticorum prohibuerunt nonnulli Prin-
7 cipes. Primum Leo [h], & Anthemius maio- — h l. 14. C. eo.
ris tantum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ:
quorum conſtitutio porrecta poſtmodum
fuit ad omnes eccleſias, quæ erant ſub Pa-
triarcha Conſtantinopolitano, conſtitutio-
ne Anaſtaſij Græca, quæ deſideratur in
Codice poſt [i] conſtitutionem eorundem — i l. 15. eod.
Imperatorum. Per Nouellam vero Iuſtinia-
ni [k] dicta Leonis, & Anthemij prohibitio — k Nouell. 7.
porrigitur ad omnes eccleſias in quauis Pro-
uincia conſtitutas, interdiciturq. alienatio
rerum immobilium, & mobilium, quemad-
8 modum & Leonina [l] ſanctione: voluitq. Iu- — l d. l. 14.
ſtinianus immobilibus adnumerari ſeruos
ruſticos, & colonos cũ peculijs, & annonas
ciuiles, ſiue panes ciuiles: quod videtur no-
uum, vti mancipia immobilium ſignifica-
tione comprehendantur, cùm per ſe ſint
9 mobilia, vt neſcit nemo. Iulianus dixit re-
ctiſſime mancipia ruſtica eſſe, veluti mem-
bra rerum immobilium, forte ex reſponſo
Modeſtini Iuriſconſulti, qui ait [m], *Longæ poſ-* — m l. 3. ff. de diuer. temp. præſcrip.
ſeſſionis præſcriptionem tam in prædijs, quàm

in mancipijs, quæ in prædijs morantur, quæ
partes fundi sunt, locum habere manifestum
est. Ad rem faciunt, quæ ex Alpheno, ac
Papiniano respondit Vlpianus, *lege: Quæ-*
situm, §. Alphenus, & §. Papinianus ff. de
fun. instruct. & rescriptum ab Imperatore
Constantino habet *lex: Possessionẽ, C.Comm.*
vtriusque. Appellatione autem alienationis
n d.l.14.§. scientes.
etiam donationes venire voluit Leo [n], eas 10
quoque, quæ ad beneficij colorati vicissitu-
dinẽ fiunt, hoc est, ad antidora remunerandi
gratia, quæ potius pretia, & mercedes sunt,
quàm liberalitates: qui secus fecerint, gra-
uiter puniuntur, emptor, inquam, venditor,
o d.l.14.§. ijs quoque.
tabellio, iudex. Hic [o] bonorum publicatio-
ne, & cinguli, seu dignitatis amissione: ta-
p § ijs tabellionibus.
bellio [p] irreuocabili exilio: venditor [q], hoc
q §. œconomus.
est œconomus, officij priuatione, ac præ-
terea omne damnum ecclesiæ illatum tam
ipse, quàm eius hæres restituere ecclesiæ cõ-
r §. sanc&.
pellitur: emptor [r] amissione pretij. Nulla 11
itaque ratione distrahi potest, quod eccle-
siæ donatur: immo quidquid ad ecclesiæ iu-
ra pertinet, pertinueritve, veluti sacrosan-
ctam ipsam ecclesiam, intactum conuenit
f d § scientes.
venerabiliter custodiri, vt [f] quemadmodum
ipsa religionis, & fidei mater perpetua est,
ita eius patrimonium perpetuo seruetur il-
læsum. Sed de vsufructu potest dubitari,
num res immobiles, quoad vsumfructum
in alium transferri possint. Ijdem Principes 12
t § vlt.
Leo, & Anthemius rescripserunt [t], posse:
videlicet ad certum, & determinatum tem-
pus, siue ad vltimum vitæ diem recipientis,
hoc pacto adiecto: vt finito tempore, vel
morte interueniente is, qui possessionem
ecclesiasticam, & certorum redituum vsum-
fructum habendi gratia, suscepit, non mi-
nus, quàm alterius tantæ quantitatis, quan-
tum acceperit, reditus cum ipsorum prædio-
rum dominio, & rebus immobilibus, eo-
rumq. colonis, & mancipijs ecclesijs relin-
quat. Quòd, si hac conditione pacta inita 13
non fuerint, non valere translationem. Bar-
u ad d.§.vl.
tolus [u], quòd sibi durum id videretur, dixit
vsumfructum rei ecclesiasticæ ad certum
tempus, vel ad vitam recipientis posse con-
cedi hoc pacto, quòd vsufructu finito red
datur res, vel tantumdem. Sed quæro à Bar-
tolo, si ita esset, quid haberet, quæso, ec-
clesia singulare? quo iure vteretur? quo pri-
uati homines? verisimile quidem est aliquid
plus iuris in ecclesiam transferre voluisse
x Nou. 120. § hvtroque volumus, & d.Nou. 7. in §. si quis autem.
Imperatores, quàm haberent priuati. De 14
quo Iustinianus paulo apertius loquitur in
Authentico [x] de alienatione, & emphyteu-
si. quod si animaduertisset Bartolus, scrip-
15 sisset cautius. Ita enim ait. *Si vero quis vo-*
luerit quamlibet rem immobilem nomine vsus
accipere ab alia prædictarum venerabilium
domorum, non aliter hoc accipiat, nisi aliam
mox dominij iure præstiterit venerabili do-
mui, à qua eandem rem acceperit, tantum
habentem reditum, quantum habet res, quæ
ei datur, & non maioribus tributis graua-
tam, quatenus post eius transitum, aut tem-
pus, in quo datio vsus est placita, non transcẽ-
dens, scilicet eius, qui acceperit, vitæ tempus,
vtramque rem integro iure, & secundum do-
minium, & secundum vsum in ipsam venera-
bilem domum venire. Nempe, si res, quæ da-
tur, sit valoris L. alia res detur ecclesiæ
eiusdem pretij L. vt mortuo eo, qui rem ac-
cipit, eadem res, præter traditam, ecclesiæ
reddatur: vnde ecclesia L. lucretur. Quas
Imperatorum [y] cõstitutiones, & Gratianus
y can. 5. §. Nam hæc vsus. 10. q. 2.
suis collectaneis inseruit, astruens, quòd non
solum res alia in remunerationem redituum
dari debet, sed talis, quæ maioribus non
16 sit grauata tributis. Nam res, quæ eccle-
siæ donatur, cum suo onere videtur transi-
re: quod indicat haud obscure Theodericus
Rex Fausto Præposito scribens, dum [z] ait.
z Cassio. li. 2. epist. 26.
Quæ dudum ecclesiæ viri venerabilis Versil-
læ Antistitis præstitimus, valere in perpetuũ
censemus: nunc quoque illustrem magnificen-
tiam tuam duximus admonendam, quatenus
superindictorum onera titulorum præfata ec-
clesia in ea summa non sentiat, quæ vsque
à magnifici viri Cassiodori patritij, pura no-
bis fide, & integritate comperti, temporibus
est soluta. Ea vero, quæ à tempore beneficij
ad ecclesiam vestram ab aliquibus est trans-
lata possessio, commune cum vniuersis posses-
soribus onus solutionis agnoscat: & illius
subiaceat functioni, cuius nacta est iura do-
minij: alioquin grata nobis augmenta eius
esse non possunt, quæ fisci damno proficiunt.
17 In emphyteusim vero res ecclesiasticæ con-
18 cedi possunt, non æque perpetuam: nam
vltra personam emphyteuticarij, & filios
eius, aut nepotes, vel etiam virum, & coniu-
gem (si id in contractu nominatim cautum
19 sit) non posse emphyteusim extendi Iusti-
nianus mandauit [a]. extraneoq. hærede re-
a d Nou. 7. § emphyt.
20 licto, morte emphyteuticarij expirat em-
phyteusis. Quòd, si emphyteuta [b] per bien-
b § scire autem & Nou. 120. § si vero quis, aut.
nium canonem non soluit, cadit à iure suo,
& rem reddere compellitur, & pensionem
pro tempore decurso præstare, & damnum
emendare, nulla pro melioratione facta re-
tentione, veluti in quolibet conductore re-
ceptum [c] est: quòd scilicet expelli possit à
c l. 58. ff. locati.
conductione post cessationem biennij, simul
ae

ac pignoris obligatio executioni mandari, etiam si pœna adiecta, conuentum esset inter locatorem, & conductorem, ne intra tempora locationis conductor inuitus expelli posset: quia (vt ait Paulus [d] iurisconsultus) licet nihil expressum sit in stipulatione pœnali de solutione pensionum, verisimile tamen est conuentum fuisse de non expellendo conductore intra tempora præfinita, si pensionibus paruerit, & vt oportet, eas coluerit. Nam in contrahendo, quod 21
tacite agitur, pro expresso, vel vt ait [e] Pomponius, pro cauto habendum est. Illud etiã 22
in vrbanis, & suburbanis prædijs, in his quoque, quæ labe sunt corrupta, diruta, desolara, & in puris ruinis existentia, locum habere voluit [f] Iustinianus. Quòd si prædium 23
ecclesiasticum voluptati potius, quàm fructui deseruiat, qualia sunt palatia, siue [g] suburbanæ sumptuosiores domus ad delitias, & relaxandum animum extructæ, huiusmodi prædia propter voluptatem separantur ab alijs, quæ reditus tantum sunt: circa suburbana enim, si iustum reditum habeant, nec ideo tamen minus chara, pretiosaq. sint, in canone constituendo hic modus est sequendus: vt primum vero pretio suburbanum à mechanicis, aut architectis æstimetur, deinde eius pretij vicesima pars canonis nomine constituatur, nempe quinque pro quolibet centenario. Nam regula- 24
riter [h] emphyteuticario sexta tantum pars pensionis, siue reditus, qui fuit initio, ob casus fortuitos, remittitur: vt si locari sole- 25
bat prædiũ sexaginta, emphyteuticario ad- 26
dicatur pro quinquaginta; & si forte pensio, quæ fuit initio, diminuta sit, numquam minuatur canon vltra tertiam partem primæ summæ: vt si prædium, quod locabatur initio L.x. nunc locetur dumtaxat quadraginta, hoc casu canonem non minorẽ quadraginta emphyteuticario imponendum censuit [i] Iustinianus. De pignoratione etiã 27
aliquid ad ecclesiæ fauorem sancitum est, eodem ipso Iustiniano [k] vetante prædia, vasa, vestes, & ijs similia ecclesiæ pignori, vel hypothecæ specialiter obligari. Generalis attamen [l] hypotheca bonorum omnium nõ prohibetur. Ratio apparet elegans: quia 28
scilicet specialis obstringit magis, atque ideo facilius conceditur generalis [m], quam specialis. Facilius etiam conceditur [n] An- 29
ticresis. Anticresis est pacti quoddam genus: vt si conuentum fuerit, vti creditor fructus pignorum percipiat vsurarum loco, ea pactio proprio nomine dicitur Anticresis. Compertum habeo tamen, quòd necessita-

d l. 56. § inter locatorem eod.

e l. 3. ff. de reb. cred. si cert. petat.

f d. Nou. 7. §. quod autẽ.

g l. 169. ff. de ver. sign.

h d. Nou. 7. § quia vero Leonis.

i d §. quia vero.

k d. l. 17.

l d. Nou 7. §. si autem creditor.

m l. 6. ff. de pignor.

n d. Nouel. 120.

30 tis causa sacra vasa pignori dari possunt. Nam Agapitus Rom. Pontifex, cùm ad Oriẽtis Principem esset profectus, vti hunc cum Gothorum rege Italiæ imperante conciliaret, sacra vasa pignori dare non dubitauit. Quo in Italiam reuerso, Cassiodorus [o] Senator, & Præfectus Prætorio, Thomaci, & Petro VV. CC. Arcarijs mandauit, vt eadem
31 vasa Agapito restituerent. Pro redemptione verò captiuorum, non modò pignori dari, sed etiam distrahi omnino, ter Iustinianus pronunciauit [p]. Nam & Theodosij tempore ob vnam hanc causam, testimonio [q] Socratis historici ecclesiastici, Acatius Amidæ Episcopus habito totius cleri consensu, omnia aurea, & argentea vasa conflauit, ac vẽdidit, quemadmodum fecit Fabius Firmanæ ecclesiæ Episcopus, prout auctor est [r] Gregorius, qui huiusmodi factum commendat egregie, impensum insuper argentum à redemptis, aut ab hæredibus nunquam repeti posse asserens. Immo Messanensi Antistiti rescribens [s], ait. *Et sacrorum canonum, & legalia statuta permittunt ministeria ecclesiæ pro captiuorum esse redemptione vendenda*. Nam in sexta synodo [t] legitur. *Apostolicos, & paternos canones renouans hæc sancta, & venerabilis synodus, definit neminem prorsus Episcopum vendere, vel vtcumque alienare cimilia, & sacra vasa, excepta causa olim ab antiquis Canonibus ordinata,*
32 *videlicet pro redemptione captiuorum*. Quod cimilia Græci, thesauros nostri, opes, pecunias repositas, instrumenta pretiosa, aurea vasa dicunt. Hinc cimiliarchium locus [u] est, vbi reponitur thesaurus: sic cimiliarcha dicitur custos vasorum, & id genus mobilium.
33 Ob causam igitur redemptionis captiuorũ, res ecclesiæ mobiles distrahi possunt, quasi id magis sit Deo gratũ, quàm ibi eas absque vllo vsu retineri. Cui simile est illud Alexandri Imperatoris: *In sacris quid facit au-*
34 *rum?* Ob eandem causam immobilia etiam vendi voluisse Iustinianum [x] constat, exceptis ijs, quæ ecclesijs ea lege relicta sunt, ne vllo pacto alienentur. Possunt quoque ære alieno vrgente licite distrahi prædia ecclesiastica, & Anticriseos lege oppignerari, & in solutum dari: verum, quæ hac de causa vendi debent, proponuntur per xx. dies in loco publico ciuitatis, & væneunt [y] sub hasta. Neque pro huiusmodi gestis quidquam
35 soluit ecclesia. Extat ex eadem constitutione differentia non minima inter ecclesiam,
36 & cæteros debitores. Nam debitores vsuras semisses præstant: ecclesia quadrantes: debitores non inuento emptore, prædia credi-

o lib. 12. epist. 20.

p d. Nou 19. & d. Nou 7. §. ijsdem & §. si vero sit perpetua, & in d. Nouel. 120 § sanctissimas.

q li. 7. c. 21.

r li. 7. ep. 14

s li. 6. ep. 35

t can. 18 ubi seqq 12. q. 2

u l. si. § fin. C. de bon. aut iud. pos. & l. 19. C de agric. & cens. lib. 11.

x d. Nouell. 120. § sanctissimas.

y d Nouell. 120. § si vero noluerit.

creditori dant in solutum vero pretio: vt si
debeant quinquaginta, dant prædium quin-
quaginra dignum: ecclesia prædium, quod 37
dat in solutum, decima parte amplius æsti-
mat, vt si re vera sit quinquaginta, id æsti-
met quinquagintaquinque debitores non 38
habent electionem, sed accipit creditor in
z Nouell. 4.
solutum, quæ mauult, prædia etiam [z] pre-
tiosiora: ecclesia dat mediocria. Pluris igi-
tur æstimat ecclesia prædium, quod dat in
solutum, quàm priuatus: seruatur fere, vt
dixi, ratio vsuræ quadrantis, vt scilicet an-
nua, quæ ecclesijs sunt relicta, pluris væneāt.
Quod vero de prædijs vrbanis ecclesiæ Hie- 39
a Nouel. 40 & d. Nouell. 120.
rosolymitanæ [a] est, vt æstimentur ad ratio-
nem vsuræ sextantis, fauor videtur esse ec-
clesiæ, veluti, vt domus, cuius pensio an-
nua est decem, væneat quingentis. Inter se 40
vero ecclesiæ contrahunt: permutationem
enim ad inuicem facere, & constituere per-
b d Nouell. 120. & Nou. 54 & 55
petuam emphyteusim [b] possunt decreto, &
actibus interuenientibus. Ab his excipitur
c d Nouell. 120. §. hoc vero, & d. Nouell. 40.
Constantinopolitana [c] maior ecclesia, præ-
terea nonnulla monasteria, & xenodochia,
d Nou. 120. §. hoc vero,
& huiusmodi loca alia. Excipiuntur [d] & præ- 41
dia, quæ ab Imperiali domo ad ecclesiam
peruenerunt: hæc etenim in aliam ecclesiā
nulla ex causa abalienari possunt. Excipiū-
e § sanctissimas.
tur [e] etiam vrgente redemptione captiuorū
prædia ecclesiæ relicta hac lege, ne alienen-
tur. Quæ priuatis competunt actiones, ex-
f l. 3. C de præscrip. 30. vel 40. ann.
cluduntur [f] præscriptione annorum trigin-
ta. Quæ vero ecclesijs, vel alijs venerabili- 42
bus locis, vel ciuitatibus competunt, non
excludi, nisi centum annorum præscriptio-
g l vlt. C de sacrosanct. eccl. & Nou. 9.
ne, duabus constitutionibus decreuit [g] Iu-
h d l. vlt.
stinianus. Quarum alteram [h] ad Orientales
i d. Nou. 9.
ecclesias pertinere, alteram [i] ad Occiden-
tales, & quidem omnes, ne dum ad Roma-
k lib. de diuers. temp. præscript. c. 31. & lib. 5. obser. c. 5.
nam, rectissime putauit [k] Iacobus Cuiacius.
l Nouel. 131
Sed illam Codicis constitutionem ab alia [l] 41
Nouella corrigi, sublata scilicet centum an-
norum præscriptione, & restricta ad quadra-
ginta pro ecclesiarum, cæterorumq. locorū
pietati, & Deo consecratorum actionibus
m Nouel. 9.
dicunt ad vnum omnes. Nouellam [m] vero 44
ad Occidentales ecclesias spectantem non
esse sublatam, vel saltem, quo ad Romanam,
Cæsarei, & Pontificij iuris interpretes con-
n C. de sacros. eccles.
stanter asseuerant. Immo [n] Auth. vlt. hisce
verbis concipitur. *Quas actiones aliàs de-* 45
cennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis
præscriptio excludit, eæ, si loco religioso com-
petant, quadraginta annis excluduntur, vsu-
capione triennij, vel quadriennij præscriptio-
ne in suo robore durantibus: sola Romana
ecclesia gaudente centum annorum spatio, vel
priuilegio. Hic locus ab Irnerio desumptus
o Nou. 131. §. pro temporalibus.
est ex Nouella [o] illa, quæ inscribitur *de ec-*
clesiasticis titulis: vbi Latina conuersio ita
se habet. *Pro temporalibus autem præscri-*
ptionibus decem, & viginti, & triginta an-
norum sacrosanctis ecclesijs, & alijs vniuer-
sis venerabilibus locis solam quadraginta
annorum præscriptionem opponi præcipimus.
p d c. 31. & d. c. 5.
Hinc attamen Cuiacius [p] existimat priorē [q]
q d. Nou. 9.
46 Nouellam, ob quam centum annorum præ-
scriptione omnes Occidētales ecclesiæ gau-
debant, esse adeo sublatam, vt actiones ipsi
etiam ecclesiæ Romanæ competentes præ-
scriptione quadraginta annorum excludan-
tur, ita vt Romana ecclesia non sit melioris
conditionis, quàm cæteræ. *Quæ vero deben-*
tur, ait, *in redemptionem captiuorum, hodie*
etiam non oportet excludi, nisi centum anno-
rum præscriptione, quod in ea Nouella de eis
nihil meminerit Iustinianus. Elegans exce-
ptio. Sed quæro abs te, vir doctissime, qua-
re Romanam quoque non excipis ecclesiā?
nam si id, quod in redemptionem captiuo-
rum relictum est, non nisi centum annorum
præscriptione, excludi potest, ob hanc vnā
causam, quòd Iustinianus de eis nullam fe-
cerit mentionem: quare obsecro, idem de
Romana ecclesia non sentis? At nullam de
r in d. Nou. 131.
Romana ecclesia [r] Iustinianus mentionem
facit, sed de omnibus ecclesijs loquitur,
quarum appellatione non venit Romana:
s d. Nou. 9.
nec immerito: si quidem Nouella [s] illa, ob
quam Romana ecclesia centum annorum
gaudet præscriptione, specialis est, vt ad
Romanam dūtaxat spectet ecclesiam: quod
eius inscriptio liquido demonstrat, quæ talis
est. *Vt ecclesia Romana centum annorum*
gaudeat præscriptione. Cur autem tale con-
ceditur Romanæ ecclesiæ priuilegiū? Idem
Iustinianus hoc in principio exponit, *Vt le-*
47 *gum*, inquiens, *originem anterior Roma sor-*
tita est, ita & summi Pontificatus apicem
apud eam esse nemo est, qui dubitet. Vnde &
nos necessarium duximus patriam legum,
fontem sacerdotij spiritualis nostri numinis le-
ge illustrare: vt centum tantummodo anno-
rum lapsu temporalis exceptio ei opponi possit.
t l 81. ff. de reg. iur.
48 Cùm hæc igitur specialis sit, illa vero gene-
u c 1 & 14. de resc. & c. vl de præsc. c 24. & 38. de preb li. 6 & reg. gen. de reg. iur. lib. 6
ralis, non intelligitur abrogata, maxime
cùm de speciali in generali expresse minus
cautum sit, nam generalis per specialem
tollitur, non contra: quod [t] legum, cano-
x Cicero de Inuen. lib. 2.
numq. [u] conditores, ac etiam Rhetores [x] di-
xerunt. Nam ex recentioribus iuris peritis,
y Cons. 194. nu. 6 lib. 2.
49 Corneus [y], Socinus [z] iunior, & Riminal-
z Conf. 40. nu. 5. lib. 2.
dus [a] eleganter responsitarunt, legem nouā
a Conf. 29. nu. 10.
simpliciter, & indistincte loquentem nun-

quam

quam cenſeri derogare antiquæ legi diſtinċte loquenti, ſed ab ea diſtingui, & accipere interpretationem. Quibus forte rationibus, & argumentis motus Irnerius addidit illa [b] verba, *Sola Romana eccleſia gaudente centum annorum ſpatio, & priuilegio.* Quam additionem, vti rationi conſentaneam, ſequutus eſt [c] Innocentius Papa huius nominis III. comprobantq. eam omnes, qui in eius conſtitutiones ſcripſerunt: nec quidquã melius ſenſerunt, aut verius ſunt opinati, licet ex veteribus, vt idem Cuiacius [d] refert, Iulianus anteceſſor aliter putauerit. Sed miror Cuiacium, quippe, qui exiſtimet tantum aduerſus ciuitates in ijs, quæ eis legata per fideicommiſſum relicta, donata, aut vendita ſunt, non poſſe opponi, niſi centum annorum [e] præſcriptionem. Sed peto, quæ æquitas, aut quæ ratio ſuadet, vt melioris ſint conditionis ciuitates, quàm eccleſia Romana? Quia, dicet, Iuſtinianus ciuitatum, vel eorum, quæ ciuitatibus ſunt relicta, non meminit in poſteriori illa [f] conſtitutione, ideoque derogatum ei non cenſetur. Fateor, ſed eadem cauſa neque abrogatum, vt iam aſſerui, priuilegio Rom. eccleſiæ ratione optima conceſſo. Quidquid igitur ſit, priuatorum [g] actiones decem, vel viginti, vel triginta annorum ſpatio excluduntur: eccleſiarum regulariter quadraginta, Romanæ centum. Quare non eſt prætereunda conſtitutio Valentiniani, Theodoſij, & Arcadij, qua ſanxerunt [h] emptores rerum ad ſacra templa pertinentium nulla ſe longi temporis præſcriptione tueri poſſe; porrò, cogi ad res eccleſiæ reſtituendas, pretijs rerum penes eandem eccleſiam remanentibus. Hæc ſunt, quæ dicere volui de rerum eccleſiaſticatum priuilegijs: quæ cum alijs non pancis confirmarunt alij Imperatores Valentinianus [i], & Martianus, Leo, & [k] Anthemius, Arcadius [l], Honorius, & Theodoſius, Fridericus, ac alij quamplurimi, præſertim Manuel, & Alexius, vterque [m] Comnenus. Hi enim tribus [n] Nouellis ſic inſcriptis, *Vt eccleſiarum, & monaſteriorum, quæ ſunt ad vrbem, immobilia intacta ſint à manu fiſci, & ne monaſteriorum prædia deſcribantur,* ſanxerunt, in omnibus rebus eccleſiam habere immunitatem, in eo præcipue [o], quòd pro feudo fidelitatem profiteri, vt cæteri, niſi ex [p] conuentione, nequaquam tenetur. Hoc etenim proprium eſt Chriſtianorum Principum, non modò, ſcilicet tutelam, ac patrocinium prædiorum, & hominum eccleſiæ ſuſcipere, verumetiam, quod à Principibus ipſis, ab alijsq. eccleſiæ

b d. auth. vl. C. de ſacroſ. eccleſ.
c c. 13. & 14. de præſcrip. & c. 4. de conſtit. vuil.
d d. cap. 5.
e ex d. l. vlt.
f d. Nou. 131.
g toto tit. C. de long. temp. præſcr. & de præſcr. trig. vel quadra. ann.
h l. vl. C. ne rei dom. vel templo.
i l. 10. C. de ſacroſ. eccl.
k l. 15. eod.
l l. 13. C. de epiſ. & cler. & l. 30. 34. & 38. C. Theo. eod.
m Auth. Caſſa. C. de ſacroſ. eccl.
n de quibus in lib. 1. iu. Orient. & in Nouell. 4. que eſt de Chartular.
o Cuiac. lib. 4. de feudis, t. 101.
p Idem lib. 3. tit. 4. §. Nulla.

datum eſt, augere, ac cõfirmare: quod apud M. Aurelium Caſſiodorum aperte demonſtrauit Theodericus Rex. *Quamuis,* inquit [q], *nullos velimus grauamen aliquod ſuſtinere, quos videtur pietas noſtra protegere (quia regnantis eſt gloria ſubiectorum otioſa tranquillitas) tamen ſpecialiter eccleſias ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibus dum æquabilia præſtantur, miſericordia diuinitatis acquiritur.* Et alio in [r] loco. *Si deſideramus locum beneficij inuenire, vt titulos poſſimus noſtræ pietatis erigere, quanto magis aliena beneficia intacta volumus defendi, qui propria cupimus ſponte largiri? Proinde viri venerabilis Epiſcopi Conſtantij ſupplicatione comperimus, ſacroſanctæ eccleſiæ ipſius vnum iugum, veterum Principum pietate collatum, & nunc quorundam vſurpatione violenta retineri. Sed quia nos vti nullum volumus fraudibus ſuis, præſertim, cùm in diſpendio pauperum deteſtabili mẽte verſetur, præſenti auctoritate decernimus, vt ea, quæ retroprincipum conſtiterint humanitate deputata, ſupramemorata eccleſia ſine aliqua imminutione percipiat, manente pœna etiam peruaſori, qui & veterum dona, & eccleſiæ probatur violaſſe compendia.* Qui verò contra libertatem eccleſiæ aliquid ſtatuerunt, pluribus fuerunt vexati malis: quod Imperator Baſilius iunior teſtatur. Nam cùm Nicephorus Phoca Imperator [s] vetuiſſet, ne monaſteriorũ latifundia ampliarentur, neve monaſteria, hoſpitalia, & alia id genus loca de nouo erigerentur, Baſilius eam legem abrogauit alia conſtitutione [t], quam etiam Balſamon in Nomocanone Photij refert hiſce verbis. *Diuinitus conſtituta maieſtas noſtra, cùm & à monachis, quorum teſtata pietas, atque virtus eſt, & ab alijs multis cognouerit legem à domino Nicephoro, qui ad Imperium peruenit, de eccleſijs Dei religioſisq. domibus latam, cum præſentium malorũ, tum vniuerſalis huius euerſionis, atque confuſionis cauſam, & radicem extitiſſe, veluti non ad iniuriam, contumeliamq. duntaxat eccleſiarum, & religioſarum domuum, ſed ipſius quoque Dei conditam, adeoque re ipſa de hoc facta ſit certior (nam ex quo lex iſta robur habuit, nihil boni penitus in hodiernum vſque diem vitæ noſtræ contigit, ſed potius contrario nullum omnino genus calamitatis intermiſit) ſtatuit per auream hanc Bullam, cui ſubſcripſit, indicatam ab hoc præſenti die ceſſare debere, ac deinceps irritam, nulliuſque momenti manere, conditis ante illam legibus, tam de eccleſijs, quàm religioſis domibus, vim, roburq. ſuum obtinentibus.* Qui igitur

q lib. 2. ep. 29.
r li. 4. ep. 20.
s Nouell. 2.
t Nouell. 2.

cupiunt

cupiunt Christiani Principes exterorum inimicitias, iniurias, suorum odia, machinationes, barbarorum excursiones, incendia, bella, famem, pestilentiam, & id genus calamitates effugere, imitentur Basilium, nihilq. contra libertatem ecclesiasticã constituant, sed si qua sunt constituta, omnino abrogẽt: nouis etiam, & perpetuis immunitatum beneficijs ecclesiam, personasq. ecclesiasticas muniendo, vt tremendam Dei iram facilius euadere possint. Ideo nostri dixerũt [u], constitutionem, quamuis poenalem, extendi debere ad alium casum, quamuis non expressum, si de ecclesiarum fauore agatur.

[u] gl in ver. alias ad c. sciant cũcti, de elect. li 6 Abbas ad c. nihil n 3. de elect. & ad c. ex tenore nu 6 qui fil. sint leg las. ad l. cũ quidam n. 17. ff. de liber. & posthum. Rota decis 198 n. 6. diu p. 2.

SVMMA EX CAPITE XVIII.

1 *Preter emancipationem, & manumissionem, vetuit Theodosius Magnus vllas lites diebus dominicis agitari.*
2 *Alia lege iudices, & artes quiescere iubentur.*
3 *Dies solis est dies dominicus.*
4 *Diem dominicum ab omni executione, & causarum cognitione vacuum esse debere Leo, & Anthemius dixere.*
5 *Ijdem eundem diem obscœnis voluptatibus addici vetuerunt.*
6 *Item nulla die dominico edi spectacula, nedum imperialia natalitia celebrari.*
7 *Dies natalium Imperatorum festi erant Valentiniani, Theodosij, & Arcadij edicto.*
8 *Ijdem magistratibus, & ministris violantibus legem de spectaculis pœnam amissionis cinguli, & proscriptionis bonorum patrimonialium statuere.*
9 *Diei dominico adiunxit Theodosius dies Paschæ, Natalis D. N. Iesv Christi, & Epiphaniæ cum septem præcedentibus, & totidem subsequentibus.*
10 *Hisce diebus ex Valentiniani constitutione debitorum publicorum, & priuatorum exactio differtur.*
11 *Valens, & Gratianus quæstiones criminales in quadragesima probibuerunt agitari.*
12 *Contra latrones procedendum esse quouis tempore dixerunt Honorius, & Theodosius, ne dum Paschatis die excepto.*
13 *Tempore paschali in custodijs detentos liberandos esse censuerunt Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, exceptis reis criminum atrocium.*
14 *VVisigothi pleraque ad honorem festorum dierum decreuerunt.*
15 *Omnes causas religio debet excludere.*
16 *Manuel Comnenus Imp. pleraque constituit ad reuerentiam dierum festorum.*
17 *Idem dimidiauit aliquot dies, eorum partem quieti, partem iudicijs tribuens.*
18 *Quod iudicatur die feriato ad Dei honorem, non tenet; quod vero die feriato ad hominum requiem, tenet, si litigantes sententiam coram audiuerint.*

De ferijs, festisq. diebus, & qui sit dies Solis. Cap. XVIII.

CONCESSIS personis ecclesiasticis, templis, eorumq. rebus immunitatum beneficijs, de ferijs quoque, festisq. diebus aliquid statuere peropportunum Imperatoribus visum est, ne quidquam ad religionem Christianam, diuinumq. cultum pertinens omitteretur. Dies enim festos maiestati altissimæ dedicatos nullis voluerunt voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus
1 profanari. Primus in constitutionibus, quas habemus, Theodosius Magnus reperitur; qui [a] prohibuerit causas, litesve in dominico die agitari, emancipatione duntaxat,
2 ac manumissione permissa. Constantinus [b] vero, non iudices solos, sed vrbanas quoque plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis quiescere mandauit. Dies Solis, qui sit, explicarunt perite alia constitutione Imperatores Valẽtinianus, Theodosius, & Arcadius. *Dies Solis*, inquiunt [c],
3 *dominicos rite dixere maiores.* Septẽ etenim dies hebdomadæ à septem planetis, vt bene Accursius [d] notauit, nomen sumpserunt, inter quos, & Sol adnumeratur, & cur à stellis septem primum ab Aegyptijs, postea à Græcis, Latinisq., atque tandem à cæteris gentibus, dies dispositi sint, duplicem afferunt rationem *Dion.* & *Xipbilinus*, ille *lib.* 37. hic *in epit. vitæ Pompeij.* vide *Ang. Politianum Miscellaneorum cap.* 8. Sic etiã hodie denominantur, exceptis dominico, & sabbato, cui nomen erat Saturno. Eodem vocabulo vtitur & Theodericus Rex Italiæ in suo edicto incipiente, *Querelæ ad nos plurimæ*, &c. centum quinquaginta quattuor capita continens, cuius verba [e] sunt hæc. *Die Solis, qui dominicus nuncupatur, sed & diebus Paschalibus nullum præcipimus conueniri. Qui contra fecerit,*
4 *sacrilegij reus habeatur.* Leo, & Anthemius decreuere [f] dominicum diem ita semper venerabilem esse, vt à cunctis executionibus

[a] l. 2. C. de ferijs.
[b] l. 3. eod.
[c] l. 7. eod.
[d] d. l. 3.
[e] cap. vlt.
[f] l. vlt. eod.

Digitized by Google

tionibus excusetur his verbis. *Nulla quem-
quam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis
flagitetur exactio, taceat apparitio, aduoca-
tio delitescat: sed sit ille dies,* inquiunt, *à co-
gnitionibus alienus, præconis horrida vox si-
lescat: respirent à controuersijs litigantes, &
habeant fœderis internallū: sed ad sese simul
veniant aduersarij non timentes, subeat ani-
mos vicaria pœnitudo, pacta conferāt, trāsa-
ctiones loquantur: nec huius tamen religiosi* 5
*diei otia relaxantes, obscænis quemquam pa-
timur voluptatibus detineri. Nihil eodem die
sibi vindicet scæna theatralis, aut Circense* 6
*certamen, aut ferarum lacrymosa spectacula;
& si in nostrum ortum, aut natalem celebrā-
da solemnitas inciderit, differatur.* Hæc illi. 7
Voluerunt superius memorati Imperatores
g d. l. 7. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius g
dies, in quibus vel lucis auspicia, vel ortus
Imperij habuerunt, festos esse: quemadmo-
h d. l. 7. §. his adijcimus. dum h natalitios dies vrbium maximarum
Romæ, & Constantinopolis. Hisce diebus
edebantur spectacula, vel Circense certa-
men, vel venatio ferarum, vel scæna thea-
tralis apparebat. Leo igitur, & Anthemius
in diei dominici reuerentiam prohibuerunt,
ne hæc fierent, at in alium diem transfer-
rentur. Immo, si hanc constitutionem vio- 8
i d. l. vlt. in fine. lasset i Præses, aut apparitor, amisso cingu-
lo, proscriptionem patrimonij sustineret.
Præter diem dominicum, sanctum diem 9
Paschæ, & diem Natalis Domini, & Epi-
phaniæ, item septem, qui præcedunt, &
septem, qui sequuntur, sine strepitu Theo-
k d. l. 3. dosius k voluit obseruari: quod etiam man-
dauit Theodericus, vt superius ex suo edi-
cto retuli. Hisce quoque diebus Valentinia- 10
l d. l. 7. in fi. ni, & Theodosij sanctione l, compulsio an-
nonariæ functionis, omniumq. publicorum,
priuatorumq. debitorum exactio differtur.
Valens, & Gratianus toto quadragesimali 11
tempore omnem criminalium quæstionum
m l. 7 eod. cognitionem suspenderunt m. At Honorius, 12
n l. 9. eod. & Theodosius Prouinciarū Præsides n mo-
nuerunt, vt in quæstionibus latronum, ma-
xime Isaurorum, nullum quadragesimæ tem-
pus, nec venerabilem Paschæ diem excipe-
rent: ne differretur sceleratorum proditio
consiliorum, quæ per latronum tormenta
quærenda est: quia facilius, vt ipsi aiunt, &
in hoc summi numinis speratur venia, per
quod multorum salus, & incolumitas pro-
curatur. Sicut etiam in titulo de Episcopali 13
audientia Valentinianus, Theodosius, &
o l. 3. C. de episc. audien. Arcadius o, vt in diebus paschalibus om-
nes, qui sunt in custodijs, liberarentur, ius-
serunt, nisi quis sacrilegus esset, vel adul-
ter, vel virginum raptor, vel sepulchro-
rum violator, maleficus, homicida, vene-
ficus, monetæ falsarius, parricida, vel ad-
uersus Principem, aut Rempublicam ali-
14 quid molitus esset. In p legibus VVisigo- p lib. 2. tit. 1. c. 12.
thorum plura sunt constituta de diebus fe-
stis, & feriatis, in quibus præsertim non
sunt exaudienda negotia, vt ad Dei, &
dierum sacrorum reuerentiam, ita etiam
ad hominum commodum. Atqui ea, quæ
diuinum honorem respiciunt, hic subiun-
gere constitui, vt videant nostri homines,
qui sanctam hanc anni partem, rerum om-
nium conditori ab Ecclesia sepositam, te-
mere violant, etiam apud gelidos mundi
accolas ardentem religionis ignem perua-
15 sisse. Itaque sic ait legislator. *Die domini-
co neminem liceat executione constringi, quia
omnes causas religio debet excludere. In
quo nullus ad causam dicendam, neque pro-
pter aliquod debitum fortasse soluendum
quemquam inquietare præsumat. Diebus Pa-
schalibus nulla patimur quemlibet executio-
ne teneri, id est per quindecim dies, septem,
qui Paschalem solemnitatem præcedunt, &
septem alios, qui sequuntur. Natiuitatis
quoque Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ,
Ascensionis, & Pentecostes singuli dies simi-
li reuerentia venerentur.* Et inferius, de
vltimi supplicij pœna multandis, loquen-
do. *Qui etiam in talibus omnino diebus, &
comprehendendi sunt, & ardua in vinculis
custodia retinendi, quousque peracto die do-
minico, vel ferijs supradictis, debita subse-
quatur eos vltio iudicantis.* Et deinde. *Si
quis autem contra decretum legis huius age-
re præsumpserit, & ad iudicem ex hoc que-
rela peruenerit, quinquaginta ictus flagel-*
16 *lorum publice extensus accipiat.* Imperator
Manuel q Comnenus titulo de ferijs, præ- q Nouell. 2.
ter iam dictas, multas alias constituit fe-
rias, non modò ad hominum requiem,
sed etiam ad Dei, sanctorumq. honorem:
quas sub grauissimis pœnis obseruari ius-
17 sit. Idemque in Nouella r mense Maio, r de qua in lib. 1. Iuris Orient.
anno ab orbe condito, 6674. conscripta,
dierum alios omnino totos feriatos esse
voluit, vt nullo modo vlla ipsorum par-
te constitui iudicium possit: alios vero ex
parte à iudicijs cessare, à mane videlicet,
vsque ad ipsum diuini ministerij tempus,
vt iudicibus precationibus, atque glorifi-
cando Deo vacare liceat, ac deinde post
diuinum sacrificium iustitiæ operam na-
uent, secundumq. legum vim, iniuriam
18 passis auxilium ferant. Illa vero est dif-
ferentia inter dies feriatos ad hominum

requiem,& Dei,ſanctorumq. honorem conſtitutos : quod in his, ſi quid in iudicio,etiã conſentientibus partibus,factum fuerit,nõ [f] tenet : in illis, licet nemo ad iudicium venire [t] cogatur : tamen, ſi Prætor per ignorantiam, vel ſocordiam eos euocauerit, ac ipſis præſentibus ſponte litigantibus, ſententiam dixerit, ſententia valebit : ſin abſentibus, ſententia nullius momenti erit, etiam citra prouocationem.

f c.5. de feriis in Decr.

t l.1.ff. eod. & d. c.5.

SVMMA EX CAPITE XIX.

1 *Iuſiurandum eſt affirmatio religioſa.*
2 *Dij non iraſcuntur, ait Cicero.*
3 *Affirmare, ſeu negare iuramento, eſt Deum teſtem vocare.*
4 *Iuramentum inducitur per hæc verba. Teſtis eſt mihi Deus.*
5 *Votum ſimplex non differt à ſolemni, quo ad obligationem, quam vouens contrahit.*
6 *Iuramentum ſimplex non differt à ſolemni, quo ad valorem.*
7 *Iudices litigantes, & patroni cauſarum debent iurare in principio litis. Iudices etiam in omnibus ſententijs interlocutorijs vſque ad ſententiam diffinitiuam.*
8 *Grauius punitur, qui iurauit tactis ſcripturis, quàm, qui ſimpliciter.*
9 *Magis peccat iurans per Euangelium ſolemniter, quàm qui per Deum, non ſolum propter ſcandalum, ſed etiam propter maiorem deliberationem.*
10 *Plurium Imperatorum conſtitutionibus ſacerdotes à iuramenti præſtatione eximuntur.*
11 *Presbyteri, cùm iurant, ſacra tangere non conſueuerunt: ſed affirmare tantum per ſuam conſecrationem.*
12 *Epiſcopi etiam, & presbyteri iurant in caſibus in iure expreſſis.*
13 *Cauſa ſemel iuramento deciſa, ne periurij quidem prætextu retractari poteſt, niſi in aliquibus caſibus.*
14 *Periuro ſufficiens pœna eſt Dei vltio.*
15 *In contractibus bonæ fidei iuramentum ſupplet defectum probationum.*
16 *Ex iuramento competit actio in factum, ſicut ex iudicato.*
17 *Iuramenta puberum ſunt inuiolabiliter obſeruanda.*
18 *Impubes maior infante iuramento obligatur.*
19 *Accurſius dixit legem ciuilem habere vim Apoſtolicam, quo ad remittenda iuramenta; multoſq. in ſuam traxit ſententiam, erroneam tamen.*
20 *Iuſiurandum in teſtamento ſcriptum contra iuris auctoritatem, irritum eſt.*
21 *Materia iuramenti à Prælatis cognoſcitur, vt res ſpiritualis.*
22 *Leges Imperatorum de iuramento diſponentes nullæ ſunt ob defectum poteſtatis, & iuriſdictionis.*
23 *Princeps laicus non poteſt iuramentum remittere, ſi neceſſaria ſit abſolutio.*
24 *Abſolutio à iuramento ad ſolos ſacerdotes pertinet.*
25 *Legiſlator ciuilis poteſt tantum cognoſcere, an iuramentum fuerit licitum, tanquam actus humanus, reive publicæ, quam adminiſtrat, aduerſum, necne.*
26 *Legiſlatoris eſt rempublicam conſtituere, tueri, ac pacifice adminiſtrare.*
27 *Iurans verbalem promiſſionem iuriſiurandi religione ſimpliciter tantum confirmat.*
28 *Iuramentum eſt intelligẽdum iuxta ſenſum, quem actus humanus, cui illud apponitur, ex legibus ſecularibus patitur.*
29 *Ciuilis legiſlator poteſt prohibere iuramenta ex cauſa.*
30 *Hæres non eſt cogendus ad ſubeundum iuramentum ſibi in tabulis à teſtatore iniunctum: cogitur tamen ad faciendam eiuſdem voluntatem.*
31 *Iuſtinianus vetuit iuramentum valere de ſeruanda viduitate, ne reipublicæ augmentum impediretur.*
32 *Viduitas genus quoddam pudicitiæ eſt, reipublicæ tamen inutile, cùm eius augmentum impediat.*
33 *Iuramentum ſeruãdæ viduitatis, aut cælibatus videtur remitti poſſe, tanquam bono publico contrarium, de iuri ciuili.*
34 *Iuramentum de non contrahendis nuptijs remitti debet tanquam noxium reipublicæ.*
35 *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.*
36 *Actus reipublicæ contrarius, & pernicioſus natura ipſa eſt improbatus.*
37 *Publicæ vtilitati priuatorũ conſenſus nocere non poteſt quacũque conuentione.*
38 *Ius publicum priuatorum pactis non mutatur.*
39 *Clericus non poteſt ſibi ſecularem iudicem eligere, etiam ſi iurauerit, & aduerſarius conſenſerit.*
40 *Ethnici quoque fœminarũ à virorum commixtione continentiã commendarunt.*
41 *Fœminæ continentes coronabantur.*

42 *Vni-*

De Iureiurando, quod propositis sacrosanctis scripturis præstatur: an Princeps secularis possit iurisiurandi vinculum remittere, & periuros punire: explicaturq. l. vlt. ff. qui satisd. cogan. cum alijs pluribus. Cap. XIX.

VLTIMVM de iureiurādo locum sortietur nostra disputatio in hoc volumine, cuius tractatus ad Principes Christianos maxime pertinere
visus est, & ad pietatem, religionemq. asserendam maxime accommodatus. *Est*, enim,
iusiurandum, (ait [a] Cicero) *affirmatio reli-* [a] li. 3. offic.
1 *giosa. Quod autem affirmate, quasi Deo te-*
2 *ste, promiseris, id tenendum est. Iam enim*
non ad iram deorum, quæ nulla est, sed ad
iustitiam, & fidem pertinet. Hæc Cicero.
Nam qui aliquid se facturum iurisiurādi religione promittit, Deum ipsum testem il-
lius promissionis, ac veluti sponsorem ap-
3 pellat. Vel, qui aliquid affirmat, aut negat verum esse adhibito iuramento, Deum
vocat in ipsius veritatis testimonium, quasi
Deus testis sit illius affirmationis, aut negationis. Et licet ad iuramenti religionem
non sit necessarium, quòd fiat tactis Euangelijs, nec alijs diuinis scripturis, nec super aliqua re sacra: quia per hæc simplicia
verba, *Testis est mihi Deus*, iuramentum in-
4 duci ex auctoritate S. Ioannis Chrysostomi
probat [b] Gratianus, & S. Hieronymi, qui ait [b] can. 11. 12 q. 1.
ex lege diuina. *Nō peierabis in nomine meo,*
nec pollues nomen Dei tui in vanū. Ideo, subdit [c], *admonendi sunt omnes, vt diligenter ca-* [c] can. 11. ca. q. 1.
ueant periurium, non solum in altari, seu san-
5 *ctorum reliquijs, sed etiā in cōmuni loquela.* Et
sicut constat ex Cælestini III. rescripto [d], [d] cap. 4 qui cle. vel vou.
votum simplex non distingui à solemni, quo

ad Deum, & quo ad veram voti obligationem: sic & iuramentum simpliciter prolatum, hoc est nullis tactis scripturis, nec debilius, nec vilius est, quàm si tactæ solemniter essent. Et hanc esse communem vtriusque iuris interpretum opinionem testatur Andræas Alciatus [e]. Melius tamen Iustinianus existimauit cum religione agi, si iuramentum tactis rebus sacris præstetur. Bis 7
enim rescripsit [f], vt iudices non aliter causas dirimant, quàm litigantes super sacrosanctis Dei Euangelijs in exordio litis sacramentum præstent: & vt iudices, propositis sacrosanctis Euangelijs, non solum in principio litis: sed etiam in omnibus cognitionibus vsque ad ipsum terminum, & sententiæ definitiuæ recitationem ius dicant, & vt patroni quoque causarum in principio litis iurent. Quæ etiam in libris Basilicis [g] videntur expressa. At vero Iustinianus putauit quibusdam in causis fore vtilius, si iusiurandum, tactis sacris Scripturis præstetur. Nam etsi non aliter periurium contrahitur ab eo, qui tactis sacrosanctis Euangelijs, aut sacris alijs rebus, sacramenti religione aliquid, aut affirmauit, aut negauit: plerumque tamen maior pœna à legibus in posteriori casu, quàm in priori constituitur. Quod magnus Aure- 8
lius Augustinus ad Publicolam scribens [h] apertissime his verbis demonstrat. *Quanto enim id, per* [i] *quod iuratur, magis sanctum est, tanto magis est pœnale iudicium*. San- 9
ctus quoque Thomas Aquinas dicit [k], grauius esse peccatum, quo ad periurium, si quis solemniter iuret per Euãgelium, quàm si per Deum communi sermone, tum propter scandalum, tum propter maiorem deliberationem. Hanc fortasse ob causam 10
idem Iustinianus [l] decreuit, vt sacerdotes, propositis tantum, & non tactis sacrosanctis Euangelijs, dicant ea, quæ nouerint, non tamen iurent. Nam Constantinus, Arcadius, Honorius, & Theodosius in hæc verba [m] rescripserunt. *Illud est veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacrosancto homine conscientia mentis illibatæ protulerit*, ob id potissimum, quod alias [n] dictum est. Et quamquam nostri communiter existimant, illam Iustiniani [o] 11
constitutionem ad Episcopos tantum, non æque ad alios Episcopis inferiores sacerdotes pertinere: veruntamen passim videmus presbyteros, & alios in sacris constitutos ordinibus, cum sacramentum præstant, sacra minus tangere, sed putari satisfecisse (vt ait Guido Papæ [p]) cùm per suã consecrationẽ,

[e] ad rub. de iureiur. n. 39
[f] l. 3. C. de iureiu. prop. calum. & l. 14. C. de iud.
[g] lib. 54. tit. 10. c. 16.
[h] epist. 154.
[i] can. 16. ca. q. 1.
[k] 2. 2. q. 98. art. 3. ad 2.
[l] Nou. 123. §. Nulli vero.
[m] l. 1. & 3. C. Theod. de Epis. iud.
[n] lib. 1. c. 15 & sup. c. 17
[o] d. §. nulli vero.
[p] quæst. 615

tangendo pectus, iurant. Regulariter itaque, vt bene annotauit [q] Didacus Couarruuias, Episcopus, & presbyter in præstandis iura-
12 mentis sacra non tangunt. In ijs vero causis, quæ in iure expressæ sunt, & quæ graues existimãtur, Abbas [r] Episcopum, & presbyterum iurare, eleganter disseruit. Multa de iureiurando sanxerũt Principes, tum ethni-
13 ci, tum Christiani. Omnesq. iurisiurandi religioni maximam detulerunt auctoritatem. Nam Antoninus Imperator [s] Herculiano rescripsit, causam semel iuramento decisam, ne periurij quidem prætextu retractari posse: nisi specialiter hoc lege excipiatur. Quibus autem in casibus excipiatur, explicat Accursius [t], & alij, qui in constitutionem
14 illam scripserunt, præsertim Baldus. Alexander interroganti, qua dignus esset pœna periurus [u], respondit, iurisiurandi contemptam religionem satis Deum vltorem habere. Diocletianus, & Maximianus (alioquin infideles Principes, & in Christianos omniũ crudelissimi) plurimum fidei iureiurãdo habuerunt, de eoq. non pauca constituerunt:
15 atque inter [x] cætera, quod in bonæ fidei cõtractibus, necnon etiam in cæteris causis, stante inopia probationum, per iudicem iureiurando causa cognita res decideretur.
16 Volueruntq. ex [y] iuramento ad similitudinẽ iudicati in factum competere actionem. Fri-
17 dericus in celebri illa noua [z] constitutione sanxit etiam, sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum in-
18 uiolabiliter custodienda iri. Ob quam doctores communiter, teste [a] Bartolo, constanter asseuerant, quod si impubes est maior infante, proximusq. pubertati, ita quòd in eo cadat delictum, obligatur [b] iuramento. Vnde Panormitanus Abbas consultus, respondit [c]. *Sicut peccando, & peierando potest se obligare diabolo, ita* [d] *& Deo*. Hinc oritur difficultas non mediocris, an secularis Princeps possit iurisiurandi vinculum re-
19 laxare, aut remittere. Accursius [e] (quem Baldus [f], & plures alij sequuntur, quorum meminit [g] Iason) dicit legem ciuilem habere vim Apostolicam, quo ad remittenda iuramenta. Siquidem Paulus iurisconsultus ad edictum scribens, ait [h]. *Qui iurato promisit iudicio sisti, non videtur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit*. Et ad legem [i] Aeliam Sentiã. *Lege Iulia de maritãdis ordinibus remittitur iusiurandum, quod liberto in hoc impositũ est, ne vxorẽ duceret*. Nec aliter sentit ipsius Pauli præceptor Papinianus: quippe qui [k] respondit, Imperatores Seuerũ, & Antoninũ rescripsisse, gratiã se facere iurisiu-

[q] ad c. quãuis §. 1. n. 3. de pact. li. 6.
[r] ad c. vlt. de iur. cal.
[s] l. 1. C. de reb. cred.
[t] ad d. l. 1.
[u] l. 2. eod.
[x] l. 3. & 10. eod.
[y] l. 8. eod.
[z] Auth. sacramẽta puberum C. si aduer. vend.
[a] ibidem.
[b] l. impuberẽ. ff. ad leg. Cornel. de fals.
[c] Cons. 39. lib. 1.
[d] c. 1 de delict. puer.
[e] ad l. adigere §. vl. ff. de iurepat.
[f] ad l. non dubium. C. de legib.
[g] ad l. vl. ff. qui satisd. cogant.
[h] d l. vlt.
[i] d. §. vlt.
[k] l. vlt. ff. ad municip.

iurisiurandi ei, qui iurauerat se ordini non interfuturum, & postea Duumuir creatus esset. Eosdem Imperatores rescripsisse [l] 20 iusiurandum contra vim legum, & auctoritatem iuris in testamento scriptum, nullius esse momenti, auctor est Martianus iurisconsultus lib. 6. Institutionum. Verumenimuero, cum iuramentum ad reuerentiam, & fidem Deo præstandam tendat, 21 fit profectò, vt ad iudices, & Prælatos ecclesiasticos, veluti res spiritualis, pertineat [m] eius declaratio, & interpretatio. Hinc [n] Abbas, post Ioan. Andreæ, Cynus [o], Salicetus [p], Paulus [q] Castrensis, Imola [r], Ho- 22 stiensis [f], & alij asseuerant leges principales de iuramenti viribus disponentes nullas esse ob defectum potestatis, & iurisdictionis: siquidem in absolutione à iuramenti vinculo agitur de religione, ac spirituali quadam, & diuina obligatione: cuius remissio, aut absolutio, quoties ea necessaria videtur, ad eum tantum, vt nemo nescit, attinet, ad quem cura religionis, & spiritualium rerum (quarum inexpertes, & incapaces sunt profani Principes) cognitio pertinet. Vnde dicendum erit proculdubio 23 Principem, & legem ciuilem non posse iurisiurandi nexum remittere, etiam ex causa, quoties ad remissionem est absolutio à iuramento necessaria. Namque absolutio à 24 iuramenti vinculo nemini, præter quàm ipsi Pontifici Maximo, vel Episcopis, potest competere: quod ex constitutionibus Gregorij [t] VIII. Alexandri [u] III. Vrbani [x] III. & Innocentij [y] III. constat: idque probant Hostiensis, Abbas, cæteriq. post glossam [z] interpretes. Non mihi tamen displicet, quod Didaco Couarruuias [a] 25 placuit, vt legislator ciuilis ea ratione naturalis, diuini, & humani iuris, præsertim Pontificij, vel ex natura contractus, alteriusve actus, cui adiectum est iusiurandum, possit cognoscere, & interpretari, fueritne iuramentum licitum, quove pacto intelligendum. Namque cùm Princeps secularis, & quiuis ciuilis legislator ius habeat interpretandi humanas dispositiones, eorum videlicet, in quo ius habet condendi leges, ita profectò, vt possit conuentionum, promissionum, testamentorum, & similium actuum naturam, & verba declarare, ac interpretari: sic idem legislator potest discernere, an actus humani sint liciti, an Reipub. cuius cura ei demandata est, aduersentur: si hoc enim ius Principi negatum esse dixerimus, plane poterit ab eo ius principatus, iusq. ferendi leges etiam auferri. Ex sunt 26

[l] l. inquilinos. 115. §. vlt. ff. de leg. 1.

[m] c. 34. de elect. c. 21. de iud. c. 6. & c. 28. de iureiur.
[n] ad c. 102. 2. de decimis.
[o] ad l. vlt. C. si cont. ius & vtil. pub.
[p] ibidem.
[q] ibid. & ad d. Auth. sacramenta.
[r] [f] ad cap. quanto eod. de iureiur.

[t] c. 1. de iureiur.
[u] c. 4. eod.
[x] c. 12. eod.
[y] d. cap. 14.
[z] c. 18. eod.
[a] ad d. cap. quamuis §. 3. par. n. 9. de pact. lib. 6.

potissimæ ciuilis legislatoris partes, vti Rempub. bene constituat, constitutam conseruet, & tueatur, solicitudinemq. omnem adhibeat, vt ipsa quiete, ac pacifice admi-
27 nistretur. At vero iuramenta, quæ humanis actibus adijciuntur, eodem modo sunt regulariter intelligenda, quo ijdem actus. Nam qui iurat, nihil amplius pollicetur, quàm, quod simplici promiserat verbo, simplicemq. promissionem iurisiurandi religio-
28 ne confirmat. Quocirca ostenditur iuramentum esse intelligendum iuxta interpretationem, quam actus ille humanus, cui illud apponitur, ex legibus secularibus patitur. Constat igitur ciuilem legislatorem ius habere declarandi, qualiter iuramentorum verba, quæ actionibus humanis adscribuntur, sint accipienda, & an ea dispositio humana Reipub. totiusq. communitatis bono
29 contraria sit, & præiudicet, necne. Apparet siquidem ciuilem legislatorem in præstandis iuramentis posse aliqua statuere ex causa prohibendo, ne id fiat, aut præstetur, vti plane colligi potest ex responso [b]
30 Vlpiani ad edictum: quo loco respondit hæredem iussum à testatore aliquid iuramento præstito promittere, minime teneri id iuramentum præstare: sed tamen cogendum esse ad faciendum, quod testator iniunxit. Hinc Innocentius [c], Dominicus [d], Iason [e], & Fortunius [f] dixerunt legem ciuilem prohibere iuramentum fieri, idque ex causis iustis facere posse. Facile potest contingere, quòd plurimum intersit Reipub. aliquot iuramenta minime fieri, atque ideo Princeps iuste poterit inhibere, ne talia iuramenta præstentur, vt in specie illius constitutionis [g], *de indicta viduitate, & lege*
31 *Iulia Miscella tollenda*, in qua expresse Iustinianus vetuit sacramentum fieri de seruanda viduitate, etiam si id à testatore, vel
32 à veteri lege fuerit indictum. Licet enim viduitas genus quoddam pudicitiæ sit, Reip. tamen videtur inutilis, quam maxime intersit augeri ciuium numero, ipsorum Iurisconsultorum, Caij [h], Terentij [i], & Pomponij [k] testimonio: qua item ratione motus videtur Iustinianus, ait [l] enim. *Augeri magis nostram Rempublicam, & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quàm impijs periurijs affici volumus: cùm satis inhumanum esse videatur per leges, quæ periuria*
33 *puniūt, viā periurijs aperire.* Hæc ille. Itaque iuramentū illud, quo quis promittit se seruaturum viduitatem, aut cælibatū, licet sit perquam honestū, remittendum tamē esse [m] videtur, tanquam vtilitati publicæ cōtrarium,

[b] l. 8. §. ff. quia sub iurisiurandi ff. de condit. instit.

[c] [d] ad d. c. 2. de pact. lib. 6.
[e] ad d. auth. sacramenta & ad l. vlt. ff. qui satisd. cogant.
[f] in tract. de vlt. fine iuris illat. 20.

[g] l. 2. C. de indic. vidu. tollend.

[h] l. 62.
[i] l. 63. ff. de cond. & demonst.
[k] l. 1. ff. sol. matrim.
[l] d. l. 2.

[m] l. 3. § certare. ff. ad S.C. Tertul.

Digitized by Google

n d.l.adigere.§.vlt.
quo sensu accipi potest Pauli [n] responsum:
vbi dicit remittendum esse iuramentum à
liberto præstitum de non contrahendis nu-
ptijs. Siquidem conditio, aut promissio de 34
non contrahendis nuptijs apud veteres Ro-
manos ita exosa visa est semper, Reipubli-
cæq. vtilitati contraria, vt à testamentis,
alijsq. actibus omnino remitteretur; atque
ea remota perinde purus manebat actus,
o d l.2.& d. l.61.& l.51. §.vlt ff eod. de condit.& & demonst. l.73.ff. eod.
ac si conditioni [o] obtemperatum esset. Cùm
ergo ius ciuile, præcipue ob vtilitatem pu-
blicam, promissionem de non contrahen-
dis nuptijs improbasset, eamq. esse bono
publico aduersam pronunciasset, nec iura-
mentum eam potuisse honestam efficere,
p de reg iur. lib 6. c Non est obligatorium.
existimarunt, ex regula [p] illa iuris Pontifi-
cij. *Non est obligatorium contra bonos mo-* 35
res præstitum iuramentum. Quod etiam
ratione naturali comprobatur. Namque 36
actus Reipubl. contrarius, & perniciosus
natura ipsa est improbatus, eo ipso, quo di-
ctat vtilitatem publicam omnibus alijs esse
anteponendam: cui sane vtilitati priuato-
rum consensus nocere iure non potest qua-
cũque conuentione. quod Papinianus aper- 37
q l.38. ff.de pact.
te libro secundo *Quæstionum* respondit [q],
dicens. *Ius publicum priuatorum pactis mu-* 38
r l.8 §.veteres ff de procurat.
tari non potest. Idque dicere voluit [r], &
Vlpianus ad edictum scribens, & Innocen-
s c.12 de foro compet.
tius Tertius, Pisano Archiepiscopo [s] respon- 39
dens, clericum non posse sibi secularem
iudicem constituere, etiamsi proprium iu-
ramentum, & aduersarij consensus acce-
dat. Quidquid tamen sit, miror haud pa-
rum Iustiniani constitutionem, qua iura-
mentum de viduitate conseruanda factum,
vti Reipublicæ perniciosum, remittitur: cùm 40
& ethnici plerique continentiam in mulie-
re maximis extulerint laudibus. Nam Va- 41
t lib 2. c.1.
lerius Maximus [t] tradit mulieres, quæ vni-
co fuerunt matrimonio contentæ, corona
u in lib. de morib Germanor.
pudicitiæ honoratas. Cornelius [u] etiam 42
Tacitus mirifice commendat eas Germa-
norum ciuitates, in quibus virgines tantum
nubebant, & cum spe, votoq. vxoris se-
x sup. lib.1. cap.5.
mel transigebatur: pluribusq. ipse [x] mon-
straui apud veteres, & Græcos, & Roma-
nos, Flaminibus Dialibus, Regi sacrificulo,
& Pontificibus maximis vnam tantum vxo-
rem, ac quidem virginem habere licuisse.
Quod & in animalibus ratione carentibus
obseruant ij, qui de naturalibus rebus tra-
ctant: vti in turturibus, quæ si à copula
sua fuerint morte, vel alio accidente diui-
sæ, perpetua se abstinentiæ lege constrin-
gunt, nec coniunctionem, quam casu in-
tercidente, reliquerunt, repetunt. Tantæ 43
denique, vti vno verbo dicam, apud vete-
res dignationis, & æstimationis fuit Mono-
gamia: vt in quibusdam solemnibus, Ter-
tulliani [y] testimonio, & auspicijs vniuira
y in lib. de exhortat. ad Castitatem.
44 cæteris loco anteiret. Quàm vero apud
Christianos in honore sit, ostendit pluri-
bus idem Tertullianus in libris ad vxorem,
De exhortatione ad castitatem, & de mo-
nogamia: necnon S. Hieronymus in libel-
lo, quem etiam de Monogamia ad Geron-
45 tiam composuit. Quis etiam nescit Aposto-
lum vniuiras pluribus hortatum, ne ad se-
cundas transirent nuptias? ait [z] enim.
z 1.Cor.7.
Mulier alligata est legi, quanto tempore
vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, li-
berata est à lege: cui vult, nubat tantum
in Domino. Beatior autem erit, si sic per-
manserit, secundum meum consilium. Licet
ergo, dicet aliquis iterum nubere: non
inficior: sed non omnia, quæ licent, expe-
diunt: non omnia pro salute. Quod non
prodest, potest, rogo, bonum dici? Si li-
cita sunt, & quæ non pro salute, ergo, &
quæ non bona sunt, licita sunt. Quid autem
magis velle debetur? quod ergo bonum est,
quia licet, an quod ergo; quia prodest:
multum interest inter licentiam, & salutem.
Licet igitur secundo nubere, sed non sem-
per pro salute expedit: nam vt idem Apo-
stolus ait [a]. *Qui sine vxore est, solicitus est,*
a Ibid.7.
46 *quæ Domini sunt, quo modo placeat Deo. Qui*
autem cum vxore est, solicitus est, quæ sunt
mundi, & quo modo placeat vxori & diui-
sus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat,
quæ Domini sunt: vt sit sancta & corpore,
& spiritu. Tertullianus quoque in eo libro,
qui *De Monogamia* inscribitur, post multa in
hæc verba concludit. *Sufficiat tibi semel nu-*
bere, in quod à primordio facta es, in quo de-
47 *finiri vocaris. Redi in Adam vel priorem, si*
in nouissimum non potes. Semel gustauit ille
de arbore, semel concupijt, semel pudenda
protexit, semel Deo erubuit, semel ruborem
suum abscondit, semel de Paradiso sanctita-
tis exulauit, semel exinde nupsit. Si in illo
fuisti, habes tuam formam: si in CHRISTVM
transisti, melior esse debebis. Exhibe te ter-
tium Adam, & hunc digamum, & tunc po-
teris esse, quod inter duos non potes. Quare
mirum non est, si illa à iuramenti vinculo
de viduitate seruanda, hodie non admitta-
tatur remissio: nec iurans censeretur abso-
lutus apud homines, nedum apud Deum.
48 Immo casus ille viduitatis, & cælibatus so-
49 li Romano Pontifici reseruatur. Non du-
bito tamen, quin secularis Princeps possit
remittere, seu quod melius est, declarare

iura-

Digitized by Google

iuramentum in ea materia, quæ ipsius Principis auctoritati, ac potestati subijcitur; vt si
b d. l. vlt. ff. ad municipalem.
quis b iurauerit se ordini non interfuturum, huiusmodi iusiurandum remittere poterit Princeps, & hæc remissio vim absolutionis habebit. Rationem affert elegantem idem
c cap 19. de iureiur.
canonum conditor Innocentius III. c quia in quolibet iuramento semper intelligitur excepta superioris auctoritas: quo ad ea videlicet, quæ ad superioris potestatem atti-
d cap. 19. de rescript.
nent, cùm illi per iuramenti d religionem fieri minus possit præiudicium. Interest enim
Principis, vel Reipub. vt hic magistratum 50
suscipiat, & gerat, aut non gerat. Itaque non obstante iureiurando, potest Princeps subditum sibi cogere ob publicam vtilitatem ad magistratum suscipiendum, alioquin iuramentum esset perniciosum, & vinculum ini-
quitatis: atque ideo Martianus iurisconsul- 51
tus tradit Seuerum, & Antoninum Impera-
e d. l. 112. §. vlt. ff. de leg. 2.
tores rescripsisse e, iuramentum contra vim legum, & iuris auctoritatem præstitum, esse nullius momenti: quod sane responsum est
f d. reg. non est obligatorium.
consentaneum iuri etiam pontificio f, & naturali, vtroque haud obscure tradente non debere iuramentum esse vinculum iniquita-
ris. Vnde, si quid iureiurando promissum 52
fuerit, quod iustitiæ, & bonis moribus aduer- 53
setur, non est sine dubio obseruandum. Quare inficiari non possum, quin Princeps hac in parte valeat interpretari, & explicare ea, quæ sunt bonis moribus ciuilibus con-
traria: cùm idem ipse Princeps possit etiam 54
leges condere, & constitutiones facere, edicta promulgare aduersus homicidas, parricidas, adulteros, virginum raptores, fures, lattones, falsarios, & alios omnes criminosos, quorum omnium interpretatio necessaria est ad optimam Reipub. institutionem. Quod non obscure demonstrat Iurisconf.
g l. 11. ff. de posit.
Triphoninus g. *Bona*, inquit, *deportati publicata sunt, vtrum ne ipsi ea reddenda sint? Si tamen naturale, & gentium ius intueamur, ei, qui deposuit, restituenda sunt: si ciuile ius, & legum ordinem, magis in publicum defe-
renda sunt. Nam male meritus publice, vt* 55
alijs exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet. Quòd, si Princeps nõ posset eam interponere interpretationem, perquàm strictã haberet potestatem legum ferendarum, etiam super actibus mere temporalibus: quod est omnino absurdũ, alienumq. à diuina, & naturali institutione.
h d. l vlt. ff. qui satisd. cog.
Quinimo videmus ex Pauli h responso ciui- 56
lem legislatorem declarasse, periurum non esse eum, qui iurauit iudicio sisti, si ex concessa causa, iusiurandum deseruit. Nam promissio ista iudicio sistendi varias habet conditiones, quæ in aliena potestate cùm sint, propositum seruandi iuramentum impediunt. Harumq. nonnullas enumerat Vlpia-
i l. 2. §. si quis municipalis. cum seq. si quis cautionib.
nus i ad edictum: vt si quis impeditus fuerit impedimento publico, & necessario: vel valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus, se sistere non potuerit: quibus casibus, qui iurauit iudicio sisti, exceptione adiuuatur. Nec immerito: cùm enim in tali promissione præsentia opus sit, quemadmodum potuit se sistere, qui aduersa valetudi-
57 ne impeditus erat? Et ideo etiam lex duodecim tabularum, si iudex, vel alterutet ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffisum, hoc est rem in posterum diem esse reijciendam, prout recte annotauit Budæus: quanquam Angelus
k Miscel. c. 41.
l ad l. morbus ff. de verb sign.
m lib. 20. cap. 1.
Politianus k, cuius lectionem amplectitur Andreas l Alciatus, legit diffisum. Et Gellius m de morbo sontico, *Cætero qui morbum*, inquit, *vehementiorem vim grauiter nocendi habentem, legum istarum scriptores alio in loco non per se morbum, sed morbum sonticum appellant.* Adiectum itaque iusiurandum promissioni se iudicio sistendi, est ita plane intelligendum, vt qui iurato promisit, nequaquam sistere teneatur, nequaquam, scilicet, non sistendo, peierasse putetur, in hisce casibus, quibus iure humano, &
58 Imperatorum cõstitutionibus immunis censetur ab obligatione sistendi, etiam si sistere promiserit. Nam qui iurat, proprium iuramentum intelligit secundum iuris interpretationem, nec in alium sensum iurationem accipit, quàm, quo recte quod iuratur ab eo
n cap. 20 & 33. de iureiur. & c. 15. de cler. non resident.
o ad d. c. 2. §. 3 num 9.
p ad l. non dub um. C. de legib.
q d. l. vlt.
fieri possit: quod & iuris pontificij latores n comprobant. Atque ideo rectissime Couarruuias o Baldum p, & alios interpretes reprehendit, quod existiment in specie dicti Pauli q responsi ius ciuile remittere quidem
59 iuramentum, iurantem tamen vere quidem esse periurum, etsi iuris fictione periurus non censeatur: quoniam, qui iurauit iudicio sisti, se tamen sistere non potuit, periurus non est. Et recte quidem, quia per eum non stetit, quominus se sisteret. Nec mihi pla-
r ad d. l. adigere. §. vlt.
cet, quod glossa r, & alij vulgo interpretes ad aliud eiusdem Pauli responsum annotarunt, videlicet, quo ad iuramenti remissionem, legem habere vim Apostolicam, cùm ibidem non agatur de absolutione à iuramenti vinculo, sed tantum de eius interpretatione. Est ergo hac in re concludendum (vt iam antea dixi) Principem, aut legem
60 secularem non posse vinculum iuramenti remittere, etiam ex causa, quoties ad hanc re-

missionem necessaria est absolutio, quæ à solo Romano Pontifice, vel ab alijs Romanæ Ecclesiæ inferioribus Prælatis, vel episcopalem habentibus iurisdictionem pendet. Restat videre, num præter culpam, quam periuri, quo ad criminis reatum contrahunt, cuius ratio apud diuinum auditorium examinanda est, puniri possint à iudicibus, & legibus secularibus; an vero ab ecclesiasticis tantum. Alexander Imperator videtur dicere ad iudices ecclesiasticos solos, non æque ad laicos pertinere animaduersionem, & punitionem, ex eo, quod ait [f]. *Iurisiurandi contempta religio satis Deum vltorem habet*. Quasi velit dicere crimen hoc non esse profanum, sed mere ecclesiasticum. Et si Arcadius, & Honorius Rufino 61
Præfecto Prætorio [t] rescribentes decreuere eum, qui contra pactionem, transactionemq. iurisiurandi religione firmatam venit, non modo infamia notari, sed etiam priuari actione, rerum proprietate, & emolumento, quod ex pactione, vel transactione illa fuisset consecuturus. Ex quo plane rescripto constat Principem seculare de periuro etiam sumere pœnas posse. Vnde Romanus [u] Iurisconf. deduxit ciuilem legislatorem contra periuros posse pœnam statuere, licet periurium crimen ecclesiasticum sit: quod & probare nititur Alfonsus [x] à Castro, à simili arguendo auctoritate Iacobi Butrigarij [y], Ioan. Monachi [a], Archidiaconi [b], Ioan. Andreæ [c], & Dominici [d] asserentium à Princi- 62
pe seculari posse vsurarium puniri, licet criminis ecclesiastici reum, vt post glossam [e], est [f] communis interpretum consensus. Accursius [g], quem cæteri sequuntur, scribit Alexandri constitutionem habere locum, vbi nulla ex periurio iniuria fit proximo: alteram Arcadij, & Honorij, quando violatio sacramenti tenderet ad dispendium alicuius priuati. Didacus [h] Couarruuias aliter, vt Alexander intelligat de pœna ordinaria, alij vero Imperatores de extraordinaria: quia ad extraordinariam, inquit, *pœnam frequenter periuria per humanos iudices* [i] *pu-*
63 *niri solent*. Sed quidquid dicant nostri, mihi videtur Alexandrum, licet ethnicum, voluisse periurij pœnam, nec esse corporalem, nec pecuniariam, sed diuinam, nempe, vt ad sacerdotes pertineret eius punitio, non item
64 ad magistratus ciuiles. Nam & apud veteres Romanos, vt [k] alias ostensum est, soli Pontifices de periuris sumebant pœnas. Ac Christianorum temporibus Arcadius, Honorius, succedentesq. Principes, cùm de animarum periculo studiosius cogitarent, quàm Romani infernum, & cælum, & Deum ignorantes, deq. animæ immortalitate inter se discrepantes: præuiderentq. multos occasione iuramenti propriæ salutis iacturam facturos, huic morbo mederi nouis, optimisq. remedijs putarunt, statuendo, vt non solum pœna esset diuina, & spiritualis, sed & materialis: proinde notarentur infamia, actione priuarentur, rerum proprietate carerent, & emolumento, quod ex pactione illis contingere posset, vt pluribus malis vexati, cæteris exemplo ad detestanda periuria essent, argumento eius, quod de deportato scribit [l] Triphoninus, quem superius citauimus. Plura essent dicenda de iureiurando: sed cùm eius tractatus magis ad vltimam, quàm ad hanc partem pertineat, de eo sequenti libro agam diffusius. Ita huic secundo volumini, Deo fauente, colophonem addo xij. Kalend. Nouembris anno Domini M. D. LXXXVII. in admirabili, & omnium, non modo Romæ, ac vniuersæ Italiæ, sed totius orbis terrarum, celeberrimo Farnesiano Palatio, opere, omnibus & architecturæ, & picturæ, & structuræ laudibus præponendo.

f d. l. 2. C. de rebus cred. & iureiur.
t l. 41. C. de transactionibus.
u conf. 512.
x in lib. 2. de iust. hæret. punition. cap. 16.
y ad l improbum fœnus. C. ex quib. caus. infam. irrogat.
a, b, c, d, ad c 5. de vsur. lib. 6.
e ad cap 1. de offic. ordin.
f ad cap cū sit generale. de for. compet.
g ad d l. 1.
h ad d. c. 2. §. 7 num. 4. de pact. li. 6.
i glos. ad auth. sc amicas. si fideiussores præsum. Curt. Iun. ad d. l. 41. col. vlt.
k supra lib. 1. cap. vlt.
l d. l. 31. ff. de pœnis.

Finis Libri Secundi.

ANASTA-

ANASTASII GERMONII

Ex Ceuæ Marchionibus,

ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS TARANTASIENSIS,

DE AVCTORITATE, POTESTATE, & Immunitatum Priuilegijs, quæ Romani Pontifices, necnon diuina lex clericis, administris singulis, ecclesijs, & earum bonis concesserunt.

LIBER TERTIVS.

SVMMA EX PROOEMIO LIB. III.

1 *Duo sunt in Ecclesia gladij: spiritalis scilicet, & temporalis.*

2 *Per verba Christi: Conuerte gladium tuũ in vaginã, potestas summi Pontificis tẽporalis haud dubie designatur.*

3 *Terrena potestas à spiritali instituitur.*

4 *Mundani Principes auctoritatem, & imperium à Rom. Pont. habent.*

5 *Imperatores à Rom. Pontif. constituuntur per electores, & electi confirmantur, eisdemq. fidelitatem, & obedientiam iurare tenentur.*

6 *Imperatores tenentur ex iuramento iura Romanæ Ecclesiæ defendere.*

7 *Christiani Imp. cùm diadema accipiunt, Ecclesiam, eius ministros, patrumq. decreta se defensuros iurant.*

8 *Reges Hispani nomine Catholicorum insigniti sunt, quia sedem Apostolicam Romanam obseruarunt.*

9 *Omnis humana creatura Romano Pontifici subest.*

10 *Romanus Pont. Imperium transferre potest, quocumque libuerit, ac Imperatorem deponere.*

11 *Imperialibus constitutionibus fidem non habere, instar sacrilegij esse dicunt ciuiles legumlatores.*

12 *Sacerdotes priuilegia à Christo acceperunt radicitus.*

13 *Romani Pontificis est sacras scripturas interpretari.*

PROOEMIVM.

QVOD obijciebant nobis ciuiles magistratus, in eos plane duobus superioribus libris retortum esse, plusquàm in manifesto est. Et licet ipsi, vel inuiti, fateantur sacris Dei, eiusq. sanctorum ædibus, earum quoque Episcopis, presbyteris, alijsq. inferioribus clericis varia, ac diuersa à Pontificibus maximis, à Concilijs cum prouincialibus, tum œcumenicis concessa immunitatum beneficia fuisse: nobis tamen in præsentia molestum non erit eorum opinionem adeo comprobare, vt non solum hanc iure pontificio, & synodali immunitatem, quam multiplicem esse constabit, sed diuino quoque iure sacerdotibus competere fortiter defendamus. At vero, quando hanc quidem ipsam honoris prærogatiuam, & veterum immunitatum priuilegia à solis Pontificibus maximis, vel à synodalibus, vt ipsi autumant, constitutionibus haberemus: nonne, rogo, contenti esse deberent? Quis est enim tam rudis, & imperitus, ne dicamus irreligiosus, & impius, qui nesciat Romanos Pontifices veros [a] esse CHRISTI Vicarios, & Petri successores? quis tam agrestis, & ferus, vt non eis sciat omnem [b] potestatem à Deo tributam? quis tam in sacra pagina parum versatus, vt non aliquando audiuerit CHRI-

a cap. 6. de maior. & obed. & c. 3 de sent & re iud. li 6.
b Rom. 13.

STVM

c Ioan. 21. STVM c Petro pascendarum ouium munus
d Ioan. 10. demandasse? intellexeritq. duos d esse in
ecclesia gladios, diuinum videlicet, siue spi- 1
ritualem, & temporalem? sed nemo etiam
negare potest temporalem gladium in Pe-
tri potestate esse, nisi quoque negauerit
e cap. 26. verba illa apud Matthæum e, *Conuerte gla-* 2
dium in vaginam, esse CHRISTI. Neque 3
inficiari quis potest, quin maxima illa spi-
ritualis potestas hanc terrenam potestatem
instituere habeat, cùm diuinum illud Iere-
f cap. 1. & d. cap. 6. & c. 1. de maiorit. & obedient. extrauagan. commun. miæ vaticinium id haud obscure testetur f,
Ecce constitui te hodie super gentes, & regna,
vt euellas, & dissipes, ædifices, & plantes.
Quod dictum est non à quolibet, sed à Deo
optimo maximo; non regi, sed sacerdoti; non
de regia stirpe, sed de sacerdotali prosapia
descendenti, prout pie, & luculenter Inno-
g in d. c. 6. centius g tertius Constantinopolitano Im- 4
peratori demonstrauit. Nec vero vllam per
se haberent terreni Principes auctoritatem,
vllam iurisdictionem, imperium vllum, nisi
Romani Pontifices multis, ijsdemq. graui-
bus impliciti negotijs, temporalem eis cre-
derent administrationem. Cùm nec Impe-
h cap. 34. de elect. ratores esse possint, nisi eligantur h ab eis,
quos ipsi Pontifices eorum electores con-
stituère. Vnde Imperij iura obtinere non va- 5
lent, nisi fidelitatem, obedientiam, ac reue-
rentiam, tactis sacrosanctis Dei Euangelijs,
iurisiurandi religione promiserint, spopon-
derintq. & polliciti fuerint coram Deo, &
B. Petro, se perpetuos protectores, procura-
tores, & defensores futuros summi Pontifi- 6
cis, & sanctæ Rom. Ecclesiæ in omnibus, &
per omnia; item custodituros, & conserua-
turos possessiones, honores, & iura eius,
quantum per humanas vires licebit; & alia,
i clem. 1. de iureiuran. quæ i Clemens V. in Viennensi concilio sta-
tuit. Immo ea semper laus fuit Christiano- 7
rum Regum (cùm primum solemni more
diademate ornantur) vt iureiurando fidem
suam deuinciant de Ecclesia, sacro ordine,
sanctisq. antiquorum Patrum decretis (in
quibus ecclesiastica consistit disciplina) to-
tis viribus tuendis, & propagandis: iurentq.
se daturos operam, vt ea decreta seruentur.
Quæ omnia in sua pragmatica sanctione
k in exordio pragmaticæ sanction. Carolus k huius nominis septimus, Franco-
rum Rex testatur, ad quam Guymerius eo-
dem in loco multa docte subtexit. Idem &
in reliquis Christiani imperij regnis obser-
uari verisimile est: in Hispania præsertim,
cuius Reges ita semper se habuerunt erga 8
hanc sanctam Apostolicam sedem, vt Ca-
tholici cognomine ab ipsa sede donati sint.
Quocirca mirum videri non debet, si aduer-

sus eos, qui ordinem sacrum, resq. ad eum
spectantes perturbabant, Constantinus Ma-
gnus, Theodosius, Honorius, Martianus,
Leo primus, Iustinianus, & post eum Caro-
lus Magnus, alijq. pij Principes leges tule-
rint: si sanctionibus statum ecclesiasticum
tutati sint, ac plerumque armis. Intellige-
bant nimirum, se nihil auctoritatis, aut po-
testatis à semetipsis habere: sed quidquid
habebant, à Deo regnorum domino, vel ab
eius Vicario habere profitebantur. Cui om-
nes, cuiuscumque conditionis, & status sint,
subesse de necessitate salutis dixit l, defini- l cap. 1. de maior. & obed. extrau.
uit, & pronunciauit Bonifacius Octauus. In-
ter quos Fridericus Imperator, cùm ad Du-
catus, quem possidebat fidelitatem præstan-
dam interpellaretur, sicut ante Imperium
solebat, respondit m, sibi omnes homines fi- m Cuiacius lib. de feudis 4. tit. 100.
delitatem debere, se soli Deo, & Romano
9 Pontifici. Si ergo humana omnis creatura
vni subest Romano Pontifici, huiusque est
imperium n, ex vno in alium locum transfer- n d. clem. 1.
10 re electionem o, aut admittere, aut reijcere o d. cap. 34.
electum, ac confirmatum p ex iustis causis p cap. 2. de senten. & re iud. lib. 6.
deponere, subditos à fidelitatis iuramento
absoluere, & alia id genus facere: quare; ob-
secro, priuilegia, quæ Pontificum auctoritas,
vel per œcumenica Concilia, vel per decre-
tales epistolas, vel per generalia, specialiaue
rescripta, vel per alias sanctiones ecclesiasti-
cas sacrosanctis Dei ecclesijs, earumq. Præ-
sidibus, & ministris præstitit, firma, illibata,
ac prorsus inuiolata manere non debent?
Quanquam nulla principalis extaret lex,
qua immunitatum beneficijs gaudere pos-
sent sacerdotes, nobis tamen sat esset hæc
summorum Pontificum præceptione, ac li-
beralitate illis fuisse tributa. Verum, quo
magis ciuiles magistratus, qui asserebant
sacrum ordinem nullam à ciuilium legum-
latoribus prærogatiuam, nullum priuilegiũ,
nullaque immunitatis beneficia, nihilq. au-
ctoritatis, dignationis, aut potestatis habe-
re, suo, vt dici solet, se iugularent gladio; fal-
sam, ne dicamus temerariam esse eorum
opinionem, non subtilibus quidem argu-
mentis, aut rationibus longe petitis, sed ip-
sismet Principum sanctionibus, nullo vn-
quam tempore interituris, facile demonstra-
uimus. Quibus, si nec contenti sunt, nec
Principibus illis, nec eorum constitutioni-
11 bus habere fidem volunt, (licet id ex rescri-
pto Imperatorum q Valentiniani, Theodo- q l. 5. C. de diuers. rescript.
sij, & Arcadij instar sacrilegij sit), illud ta-
men addi etiam poterit, nempe orthodoxæ
ecclesiæ, virisq. religiosis auctoritatem, &
iurisdictionem, prærogatiuas, ac priuilegia,
non modò

non modò ab ipsis summis Pontificibus concessa, sed etiam à CHRISTO singulari potestate donata. Cuius auctoritati, atque potestati nihil velle eos, nisi Christianam fidem deserant, detrahere arbitramur. Quamobrem eos velimus esse rogatos, vt deinceps ita se cum sacerdotibus & factis, & dictis habeant, vt quam de his animo concepimus opinionem, vera nobis, posterisq. nostris videri possit. Quæ, si extra fucum, & fallacias constabit, vtique de eorum salute bene erit sperandum. [a]Quòd autem illa à CHRISTO radicitus acceperint sacerdotes, suo tempore, & opportuniori loco copiose, clareq. explicabitur: namque instituti nostri non est de ijs, quæ à diuino iure ordini sacro præstita esse dicimus, seorsum, & disiunctim agere: sed vnà cum Romanorum Pontificum, quorum est sacras scripturas interpretari, & declarare, sanctionibus, ea in medium proferre, & suis in locis aptius, quàm fieri poterit, accommodare: vt vno, eodemq. tempore, & de diuino, & de pontificio iure absoluta disputatio habeatur. Quod cùm valde difficile sit, quòd duo, & quidem immensa, nobis sint sulcanda maria, alieno, hoc est, diuino indigemus auxilio, cuius suauissima spirante aura, vatios scopulos, quibus illidi alioquin facile possemus, effugere, ipsa varijs fluctibus agitata maria traijcete, & in eum, quò nauis tendit, portum, secundo cursu perduci optamus, & speramus. Itaque Deum, qui Beatum Apostolorum Principem in fluctibus ambulantem, ne mergeretur, erexit, & ad tutissimum salutis portum deduxit, suppliciter exoramus, vt tanti discipuli intercedentibus meritis, tali nos fauore prosequi dignetur, vt cœptum iter per vastum hoc mare perficere, & ad eum, qui via, veritas, & vita est, tandem possimus peruenire. Amen.

SVMMA EX CAPITE I.

1 *Non in quouis loco Deus coli voluit.*
2 *Tabernaculum, quod sibi Deus fieri præcepit Moysi, fuit ædificium ex lignis confectum instar templi.*
3 *Arca fœderis in sanctuario, hoc est penitiori, & sanctiori loco tabernaculi, custodiebatur.*
4 *Deus nullum habuit templum stabile ante Salomonem.*
5 *Noluit Deus sibi à Dauide ædificari templum, quia is plurimum hostilis sanguinis effudisset.*
6 *Templum Salomonis spatio septem annorum absolutum est.*
7 *CHRISTVS templum Salomonis veneratus est, ac frequentauit, insignibusq. operibus decorauit.*
8 *Deus non habitat in templis manufactis, hoc est vbi hostiæ cæduntur, & sacrificia fiunt secundum carnem.*
9 *Fuluius Vrsinus laudatur.*
10 *Qui iustior est, acceptabilius sacrificium Deo offert.*
11 *In nobis, tamquam in templo, habitat Deus.*
12 *Deus mandauit templa fieri, & splendide ædificari.*
13 *Proportio sacrarum ædium ab humani corporis membris sumi debet.*
14 *CHRISTVS se templum dixit, quòd humana figura templo formã tribuat.*
15 *Pij viri magnam in templis extruendis diligentiam adhibuerunt.*
16 *Basilica S. Petri in Vaticano arte, ac elegantia insuperabilis.*
17 *Tholus Vaticanus admirabilis.*
18 *Angelus à Rocca Augustinianus Tholum Vaticanum descripsit.*
19 *Sacrarum ædium frontes Occidentem respicere debent, si locus consentiat, sin minus, quoquouersum vergant, nihil refert.*
20 *Gulielmi Philandri de sanctorum simulacris in templis collocandis sententia probatur.*
21 *Sine Episcopo non potest ædificari, nec dedicari Ecclesia.*

De constructione Templorum, & quòd inscio Episcopo construi non debent. Cap. I.

V T autem à proposito argumento ne tantillum quidem discedere videamur, placet etiam in hoc tertio libro à templorum constructione [a] initium capere. Non enim Deus optimus maximus, licet vbique sit, omniaq. regat prouidentia sua, & administret, quibusvis tamen in locis, sed in certis, & determinatis coli voluit. Quod ipse Deus charo sibi, populo præcauit, vbi de terra Promissionis loquens, postquàm loca Gentium deorum cultu contaminata cum aris, atque idolis dissipari, ac igne deleri mandauit, subiungit [a]. *Non facietis ita Domino Deo vestro: sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, & ponat* [a] Deut. 12.

nomen

nomen suum ibi, & habitet in eo; venietis, &
offeretis in illo loco holocausta, & victimas
vestras, decimas, & primitias manuum ve-
strarum,&c. Et paulo post. *Caue, ne offeras*
holocausta tua in omni loco, quem videris: sed
in eo, quem elegerit Dominus in vna tribuum
tuarum, offeres hostias, & facies quæcumque
præcipio tibi. Cùm antea Moysi, dum esset 2
b Exod. c. 25. in Sinai monte, præcepisset [b], vt sibi faceret
tabernaculum, *Facite*, inquit, *mihi sanctua-*
rium, & habitabo in medio vestri iuxta om-
nem similitudinem tabernaculi, quod osten-
dam tibi, & omnium vasorum in cultu eius.
Erat autem tabernaculũ instar templi ædi-
ficium plicatile ex lignis compactum, quod
c Numer. 4. per [c] partes dissolui, & refici, ac quocunque
libuisset, perinde atque Arca fœderis, de-
ferri poterat. In quo locus erat sanctior ve- 3
lo distinctus, sanctuarium sanctuarij, ac san-
cta sanctorum dictus, vbi Arca fœderis cu-
stodiebatur: quæ, quibus partibus, quemad-
modum etiam tabernaculum, & ornamen-
d d. c. 25. vsque ad 30 tis constare deberet, Deus ipse in Exodo [d]
demonstrauit: cuius meminit & Paulus, ad
e cap. 9. f epist. 128. Hebræos [e] scribens, & S. Hieronymus [f] sin-
gulas partes enarrando, belle declarauit.
Idcirco non longius progrediar. Illud vero
subijciam, nullum apud Hebræos extitisse 4
templum vsque ad Salomonem Regem.
g cap. 7. Vnde Dominus [g] Regum secundo Dauidem
alloquens ait: *Numquid tu ædificabis mihi*
domum ad habitandum? neque enim mansi
in domo, ex quo eduxi Israel de terra Aegy-
pti, vsque ad diem hanc, sed fui semper mu-
tans loca tabernaculi, & in tentorio manens
h cap. 40. Exo. & cap. 21. Paralip. lib. 1. *cum omni Israel*. Fecerat enim Moyses [h] ta-
bernaculum, cùm esset in deserto: nullum
tamen, vt dixi, ab eo ad Salomonem exta-
bat templum. Sed cùm Dauid omnia, quæ
eius ditionis erant, diuturnis conflictata bel-
lis sub suum imperium redegisset, ad templi,
in quo Deus habitare posset, ædificationem
studium omne, & cogitationem conuertit:
cùmq. omnia ad ædificandum necessaria
præparasset, Deus ei præcepit, ne ædifica-
ret, quia vir bellator fuerat, multumq. effu- 5
derat sanguinis. Legitur enim in libro pri-
i cap. 23. mo [i] Paralipomenon, Dauidem ad eius fi-
lium Salomonem ita dixisse. *Fili mi: volun-*
tatis meæ fuit, vt ædificarem domum nomini
Domini Dei mei. Sed factus est sermo Domi-
ni ad me, dicens: Multum sanguinem effudi-
sti, & plurima bella bellasti: non poteris ædi-
ficare domum nomini meo, tanto effuso sangui-
ne coram me. Filius, qui nascetur tibi, erit vir
quietissimus: faciam enim eum requiescere ab
omnibus inimicis suis per circuitum: & ob
hanc causam Pacificus vocabitur: & pacem,
& otium dabo in Israel cunctis diebus eius: ip-
se ædificabit domum nomini meo, & ipse erit
mihi in filium, & ego ero illi in patrem: fir-
maboq. solium regni eius super Israel in æter-
num. Nunc ergo fili mi, sit Dominus tecum,
& prosperare, & ædifica domum Domino
Deo tuo, sicut locutus est de te. Et in eodem
libro [k]. *De filijs meis elegit Dominus Salo-* k cap. 28.
monem filium meum, vt sederet in throno re-
gni Domini super Israel: dixitq. mihi. Salo-
mon filius tuus ædificabit domum meam, &
atria mea. Adepto itaque regno Salomon
nihil habuit antiquius, quàm vt templum
ædificaret: præparatisq. rebus ad opus ne-
cessarijs, anno [l] quarto regni sui iecit funda- l 2. Paralip. 3.
menta in monte Moria, hoc est in altero
colle montis Sion, qui demonstratus fuerat
Dauidi patri eius, in loco, quem parauerat
6 in area Ornam Iebusæi. Et spatio annorum
septem totum perfecit opus, quod sane ita
erat symmetria, ac proportione composi-
tum, tanta amplitudine præditum, tanta
magnificentia, auro, argento, lapidibus, &
cedrinis lignis compactum, talibusq. aureis
vasis, candelabris, lucernis, forcipibus, hy-
dris, fuscinulis, phialis, mortariolis, thuribu-
lis, & alijs id genus pluribus ornatum, vt
omnia longe maxime ædificia superauerit:
quæ adeo graphice in libris Regum [m], & Pa- m lib. 3. c. 6
ralipomenon [n] describuntur, vt superfluum n d. cap. 3. cum seqq.
esset hic retexere. Et licet hostium iniuria
fuerit demolitum, ac igne fere consumptum,
iterumq. à Zorobabele, ac rursus ab Hero-
de reædificatum, vt in Esdræ [o] libro, & apud o cap. 4. 5. & 6.
Iosephum [p] legitur: illud tamen desuper p Antiq. 7.
semper est veneratus CHRISTVS, atque
ideo ementes, & vendentes ex [q] eo eiecit, q Matt. 21. Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 2.
7 dicens: *Domus mea domus orationis vocabi-*
tur. In eoq. cæcos, & claudos sanauit. In eo
assidue Deum laudabant, & benedicebant [r] r Luc. 24.
Apostoli, expectantes Spiritum sanctum:
quo suscepto, omnes vnanimes ibidem oras-
se testatur etiam historia Actuum [s] Aposto- s cap. 2.
lorum: cernimusque passim CHRISTVM,
eiusq. Apostolos templum frequentasse, in
eoq. fere semper insigne [t] aliquid peregisse. t Act. 3.
Quid ergo, dicet aliquis, sibi volunt illa [u]. u Act. 7. & 17. Isa. vlt.
Deus non in templis manu factis habitat. Ete-
nim Salomon ædificauit illi domum: sed non
Excelsus in manufactis habitat, sicut Prophe-
ta [x] *dicit. Cælum mihi sedes est, terra autem* x d. c. vlt.
scabellum pedum meorum. Quam domum
ædificabitis mihi, dicit Dominus, aut quis lo-
cus requietionis meæ. Nonne manus mea hæc
fecit omnia? Hucusque Acta [a] Apostolorum. a d. cap. 7.
Quibus conuenit, quod dicit S. Basilius in
exhor-

exhortatione ad bapt. & poenitent. in editione Latina, nempe non locū, sed affectum, & intentionem exigi. Deum in medio mari à Moyse exoratum, Iob in sterquilinio, Ezechiam in lectulo ad misericordiam eum prouocasse, Hieremiam in luto, Ionam in ceto, Danielem in lacu placasse, pueros in camino saluari promeruisse, Latronem in cruce, Petrum, & Paulum in carcere. Non sequitur ideo Deum nolle templa esse, aut in eis coli, & glorificari, sed non habitat in templis, in quibus non spiritualiter, sed carnaliter tantum boues immolantur, pecora mactantur, thura adolentur, & his similia procurantur. Sed vt ait [b] Isaias, ex persona Domini. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, ac trementem sermones meos? Qui immolat bouem, quasi quis interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat.* Nam, vt bene scribit [c] Hieronymus, immolare bouem, mactare arietem, offerre sacrificiū, thura succendere, ita habet Deus, quasi homicidium, & oblationem canis, & suillum sanguinem, atque blasphemiam. Quidquid enim corrumpi, quidquid surripi potest, castum donum Deo esse non potest. Quia Deus ipse immortalis est, & incorruptus, illa mortalia, & corruptibilia, quibus Deus non delectatur: sed ijs duntaxat, quæ non videntur, animi integritate, incruento sacrificio, laude, hymnis. Arnobius [d] quoq. vel (vt Fuluius Vrsinus homo, præter antiquarum rerum peritiam, excellentis ingenij, ac in Latinis, & Græcis litteris bene eruditus, in epistola in Arnobium existimat) M. Minutij Felicis Octauius aduersus gentes, quæ irridebant Christianos templa non habere, dixit. *Templum quod ei extruam, cùm totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non possit? & cùm homo laxius maneam, intra vnam ædiculam vim tantæ maiestatis includam? Nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro immo consecrandus est pectore? Hostias, & victimas Domino offerā, quas in vsum mei protulit, vt reijciam ei suum munus? ingratum est, cùm sit litabilis hostia, bonus animus, & pura mens, & sincera conscientia. Igitur, qui innocentiam colit, Domino supplicat; qui iustitiam, Deo libat, qui fraudibus abstinet, propitiat Deum; qui hominē periculo surripit, optimam victimam cædit. Hæc nostra sacrificia, hæc Dei sacra sunt. Sic apud nos religiosior est ille, qui iustior.* Quod & censuit Seneca (vt Lactantius [e] refert) licet ethnicus, dicens. *Vultis vos Deum cogitare magnū, placidum, & maiestate leni verendum amicum, & semper in proximo? Non immolationibus, nec sanguine multo colendum (quæ enim ex trucidatione immerentium voluptas est?) sed mente pura, bono, honestoq. proposito.* A quo nō dissentit B. Augustinus [f], *Quidquid*, inquit, *in templis manufactis agitur, totum in nobis spirituali reædificatione completur. Non enim mentitus est ille [g], qui dixit, templū Dei sanctum est, quod estis vos.* Et iterum. *Nescitis* [h], *quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est?* Sic Deus dicitur esse in nobis, & in templo esse, vt in loco, quia dicitur locus Dei, vbi eius manifesta fit operatio, & qui plus participat operationis, eius & gratiæ. Quapropter cælum eius thronus est: in ipso enim angeli sunt facientes eius voluntatem, & semper glorificantes ipsum. Et terra scabellum pedum eius: nam in ea per carnem conuersatus est. Dicitur & ecclesia, vt ait Damascenus [i], locus Dei, in qua ad ipsum orationes diriguntur: & S. Thomas [k]: *Licet domi, inquit, detur facultas orandi, difficile tamen fieri potest, vt domi tam bene, ac deuote oremus, quàm in ecclesia, vbi tot patres, vbi clamor felici societate excitatus, ad Deum immortalem refertur: plus enim neruorum in ea est, & multò audientia maior, quàm in illa priuata, & domestica.* Hæc B. Thomas, triplici allata ratione. Prima, nempe, propter loci consecrationem, ex qua spiritalem deuotionem cōcipiunt orantes, vt [l] magis exaudiantur. Secunda propter sacra mysteria, & alia sacerdotis signa, quæ ibi continentur. Tertia propter concursum multorum adorantium, ex quo Deus exorabilis fit iuxta illud [m] Matthæi: *vbi sunt duo, vel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quibus mirifice congruit, quod legimus apud S. Basilium [n]: *Oratio, quæ non est comprecatores nacta, multò est seipsa languidior, atq. debilior;* & S. Ambrosius [o]: *Multi minimi dum congregantur vnanimes, fiunt magni, & multorū preces impossibile est, contemni.* Idem dicere voluit Tertullianus [p] cùm scripsit: *Coimus in cœtum, & congregationem; vt, ad Deum, quasi manu facta, precationibus, ambiamus orantes. Siquidem laudatur apud Lucam [q] centurio, quod Iudæis synagogam extruxisset. Si ergò* (dicit B. Ambrosius [r]) *commendatur à Domino, qui ædificauit synagogam, quanto est commendatior, qui ædificauit ecclesiā?* Quod, cum Deo gratissimum fore certò scirent Christianæ fidei Principes, vbiq. ecclesias Deo extrui magno cum feruore curarunt. Namq. Philippum, Bartholomæum, Thomam, Matthæum, &

b c. vlt.
c ad d. cap. vlt.
d li. 8. vers. finem.
e lib. 6. c. 25.
f Serm. 4. de Dedicatione.
g 1. ad Cor. 3.
h 1. ad Cor. 6.
i lib. 1 cap. 16.
k 2. 2. quæst. 84. art. 3.
l Reg. 3 c. 8 Caiet. 3. p.
m cap. 18.
n epist. 68.
o li. de pœnitent.
p in Apologet. cap. 39.
q Beda c. 7. August. lib. 18. contra Faustū c. 2.
r serm. 89

Andræam vbique iactis fidei fundamentis, baſilicas ædificaſſe auctor eſt Nicephorus [s]. Refert quoque Anacletus [t] eccleſiam à S. Marco Euangeliſta Petri Apoſtoli adhuc viuentis nomine Alexandriæ fuiſſe conſecratam. Euſebius tradit [u], Chriſtianos, cùm in antiquis ædificijs non ſatis loci haberent, ampliores eccleſias in vniuerſis vrbibus, fundamentis earum ad maiorem laxitatem dilatatis, erexiſſe. Huc etiam referri poſſunt, quæ in noſtris Paratitlis [x] adnotauimus. Nõ eſt itaque dubium, quin templa fieri velit Deus, in iiſq. coli, laudari, & magnificari. Immo, vt iam oſtenſum eſt, fieri magnifice, & ſplendide mandauit. Sed quoniam vera ædium compoſitio conſtare debet ex ſymmetria, cuius ratio diligentiſſime ab architectis obſeruãda eſt, eaq. pariter ex proportione (eſt autem proportio ratæ partis membrorum in omni opere, totiusq. commodulatio, ex qua ratio efficitur ſymmetriarum) non poteſt ædes vlla cum ſymmetria, atque proportione rationem habere cõpoſitionis, niſi ad hominis bene figurati membra (vt docte ſcriptum reliquit [y] Vitruuius) fuerit ſcite accommodata. Quare non immerito CHRISTVS dixit corpus ſuum eſſe templũ. *Soluite* [z], ait, *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Non enim de templo illo de congeſtis in altitudinem ſaxis ab Salomone conſtructo, & ab alijs reſtaurato, ſed de templo corporis ſui intellexiſſe Dominum auctor eſt diſcipulus ille, quem ipſe diligebat. Qui ita bene figuratus erat, vt [a] diceretur. *Specioſus forma præ filijs hominũ.* Erat enim, vt ait [b] Apoſtolus, Dei patris imago. Quid eſt Deo perfectius? Non potuit itaq. CHRISTI templum, niſi ex ſymmetria, & proportionibus conſtare. Veteres architecti, Tarcheſius, Pitheus, & Hermogenes, teſte [c] Vitruuio, negabant Dorico genere ædes ſacras recte fieri: quòd mendoſæ, & inconuenientes euaderent. Verum, cùm ex articulis humanis numerum inuentum eſſe dicat idem [d] Vitruuius, & ex membris ſeparatis ad vniuerſam corporis ſpeciem ratæ partis menſura reſpondere debeat, ſequitur profectò eos maxima dignos eſſe laude, qui etiam Dei templa conſtituentes, ita operum membra ordinauerunt, vt proportionibus, & ſymmetrijs ſeparatæ, atque vniuerſæ conuenienter efficiantur eorum diſtributiones. Hoc eſt, ſi nos, qui & templi [e] Dei membra nullis præcedentibus meritis, ſed per gratiam fieri meruimus, quantum poſſumus cum ipſius adiutorio laborabimus, ne Dominus noſter in membris templi ſui, id eſt in nobis ipſis inueniat, quod oculos maieſtatis ſuæ offendat. Templũ ita exſtructum, non Dorico ordine, ſed Ionica, aut Corinthia ratione, hoc eſt omni ſymmetria, & proportione compactum videbitur. Si vero de hiſce materialibus templis loquamur, quod Inſtituti noſtri proprium eſt, videbimus pios viros curam omnẽ, & diligentiam in eis ædificãdis adhibuiſſe. Nec iſta indigent probatione: ſatis enim clara, & aperta ſunt oculis noſtris. Quid enim magnificẽtius, & admirabilius illa S. Petri Apoſtolorum Principis ingenti mole? Quid maiori rotunda, ac celeberrima apſide, ſiue tholo præſtantius, aut difficilius? cuius perfectionẽ, ex quo extrui cœpit, potius optarunt, quàm conſumari poſſe ſperarunt hucuſque Romanæ Eccleſiæ Præſides, adeo vt in multa ſecula eam imperfectã viſura fuerit longa nepotũ noſtrorum poſteritas, niſi Sixtus V. vt eſt in magnis maximus, ei arduo operi felicem manum admouiſſet præterito anno, qui fuit ſal. 1588. menſe Iulio ſic, vt duorum annorum ſpatio (quod multorum vix fieri poſſe retro Pontifices iudicarunt) abſoluendam iri dictitent architecti, & res ipſa demonſtret: cuius artificium, ac ſplendorẽ Angelus Camers à Rocca Auguſtinianus Theologus eruditiſſimus, ac de re litteraria optime meritus, egregie repræſentauit, ſicut cætera omnia, in ſua Bibliotheca [f], ſeu potius rerum geſtarũ eiuſdem Sixti theatro ampliſſimo. Quod ſi fieri poterit, poteritq. facile maxima impenſa, & exquiſita tanti Pontificis diligentia: nihil erit, quod non modo ſuperare, ſed nec æquare poſſit, nobiliſſimũ illud templum operis magnitudine, parietum craſſitudine, marmorum nobilitate, altitudine columnarum, præſertim ex terra Africa aduectarum, maculis, ac coloribus præſtantium, diſcoloribus cruſtis, venis colludentibus illigatis, muſiui, vermiculati, ac teſſellati operis excellentia, auri copia (vt in Gregoriano ſacello iam inſpici poteſt) picturæ varietate, & vt vno verbo dicam, ſingulari, ac prope diuino artificio. Eſt enim adeo obſeruata illic totius compoſitionis, ratæq. partis membrorũ ratio, & ſymmetria, vt merito dicatur ad hominis bene figurati membra ibi habitam fuiſſe exactiſſimam rationem. Sed obijciet fortaſſe aliquis B. Petri templũ non eſſe omni arte perfectum: ſi quidem ſacras beatis dicatas ædes ad regiones, quas ſpectare debent, ita cõſtituendas eſſe [g] veteres dixere, vt earũ frontes ad occidentem vergerent hoc ordine, vt altaria, & CHRISTI, ſanctorũq. ſimulacra, & imagines in ea ſint parte, qua primũ terra illuminatur: nec dici

poſſe id

s lib 2. cap. 35. 39. 40. 41 & 42.
t ep. 3. can. ſacroſancta diſtinct. 22.
u lib. 8. hiſtor. eccleſ. cap. 1.
x tit. de ædific. eccl. in 2. impreſſion.
y lib. 3. c. 1.
z Ioan. 2.
a Pſal. 44.
b 2. Cor. 4. & Coloſſ. 1.
c lib. 4. c. 3.
d d. cap. 1.
e 1. ad Cor. 3. & 6.
f Emb. 1.
g Vitruuius lib. 4. cap. 5.

poste id superstitionem gentilitatis sapere, quia & vsus id apud Christianos admisit, & approbarunt [h] Pontifices ex Augustino, qui ait [i]. *Qua orientē versus, nos litterarum adorare forma docuit*. Et Moses Barcepha Syrus, Episcopus in Bethramam in suo de Paradiso commentario ab Andrea Masio Bruxellano ex Syriaca in Latinam linguā conuerso scribit [k], complures existimasse Paradisum in Oriente esse: quia qui templa, aut ædes construere volunt ad Orientem spectantia, ita describunt, vt ad Solem in mense Nisan, hoc est Aprilis, orientem obuersa sit fabrica. Basilius super illud Pauli [l]. *In omni re gratias agite, &c. Ideo*, inquit, *ad Orientē versi inter orandum stetimus, vt oculos nostros ad contemplandum paradisum assuefaceremus, eoq. locum nostrum pristinum requireremus*. Gregorius vero Nyssenus in sermone, quem in orationem Dominicam composuit, sic ait. *Cōuertimus nos ad Orientem, non modo ideo, quòd illic Deus sit aspectabilis, qui vbique est, neque vllo particulari loco omnino continetur, cum omnem ex æquo occupet: sed quia locus noster pristinus in Oriente est. & de vita loquor, quam in paradiso agitabamus, ex quo deinde excidimus. Conseuerat enim Deus paradisum in Eden, in Oriente*. Plura collegit huic loco opportuna *Io. Stephanus Durantus in suo de ritibus ecclesiæ Catholicæ volumine lib. 1. cap. 3. & 15. num. 10.* Non est difficilis solutio. Nam licet sacræ ædes, vt plurimum, ita constituantur, vt CHRISTI imago in media cella collocata spectet ad vespertinam cæli regionem, vt qui aram adeunt orandi causa, oppositum habeant Solem orientem, si tamen aliter fuerint ædes constructæ ita, vt seruato hoc ordine, mendosam, & inconcinnam symmetriam euadere sit necesse, eo etiam non seruato, carebunt vitio, docente ipso architectorum magistro Vitruuio [m], templorum frontes ad occidentis cæli partem debere respicere, si nulla ratio impedierit, liberaq. fuerit potestas ædis. Quis non videt, quæ fuerint B. Petri ædibus impedimento? nam cùm ibi vellent Apostolorum Principi sacrum erigere templum, vbi capite fuit plexus, locusque prope ciuitatis mœnia existeret, ad vespertinam cæli regionem frontes apposite dirigi non potuerunt. Cæterùm non mihi displicet, quod Gulielmus Philandrus Castilionius, vir in architectonica arte minime contemnendus, in Vitruuium [n] notauit: nempe Paulo III. Pontifici maximo interroganti, quomodo Diuorum, Diuarumq. imagines in templo constitui deberent, respondisse, in editissima, & di-

[h] can. 5. distinct. 11.
[i] in lib. ex dictis Basilij.
[k] cap. 13. par. 1.
[l] 1. Thess. 5.
[m] 4. cap. 5.
[n] ad c. vlt. lib. 4.

gnissima ara præcipuæ cellæ, quæ in intimo templi capite est (eam vocant tribunal) sacrificium illud crustulum, idest ter sacratissimum CHRISTI corpus esse collocandum: diuorum vero, diuarumq. imagines in singularum lateralium cellarum ara nihilo plures tribus: in ædiculis concauis, quas nichios vulgo, aut minora tribunalia appellant, singulas ponendas: sed ita, vt ne seuerior marium facies cum molli fœminarum effigie collocetur. CHRISTO in cruce pendenti suam dandam cellam: dandam & suam B. MARIAE Virgini, matriq. cui habendus secundum Deum honor maximus: reliquas cum ædiculis, pro diuorum, diuarumq. merito, hoc est vt quisque gratia præcelluerit, propius, aut longius ab editissima ara distribuendas. Sed illud omitti non debet, quod Aurelianense concilium [o] decreuit, nemini scilicet licere ecclesiam ædificare, antequam Episcopus ciuitatis, in qua ipsa erigi debet, veniat, & ibidem crucem figat, publiceque atrium designet, & præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiunt: nec nisi ostensa donatione, domum ædificet. Atque aliter, quàm ita constructas basilicas, dedicari minus voluit [p] Gelasius Papa: quæ si ita erectæ fuerint, & dedicatæ, nō modo Nicolai Papæ [q] beneficio gaudebunt intus immunitatum priuilegio, verum etiam per circuitum: vt si maiores fuerint, quadraginta passus habebunt: si capellæ, vel minores ecclesiæ, triginta. Qua de re latius suo loco.

[o] can. 7. de consecr. distinct. 1.
[p] can. 4. eadem dist.
[q] can. 6. 17. quæst. 4.

SVMMA EX CAPITE II.

1 *Domum Dei non lapidum congeries, sed consecrationis character constituit.*
2 *Domus Dei vsque in lege veteri oleo vngi consueuit: sed & altare, & vasa.*
3 *Salomon templum Domini à se confectum dedicauit, & benedixit.*
4 *Dedicationis templi Salomonis solemnitas octo diebus celebrata fuit. Hac alio nomine encænia vocata est.*
5 *Templū Salomonis à Nabuchodonosor destructum, cū à Zorobabel reædificatum est, iterum dedicatū, ac consecratū est.*
6 *Templum Salomonis ædificatum fuit ter. A Salomone septem: à Zorobabel quadragintasex, ab Herode duorum annorum spatio.*
7 *Apposite notatur malitia Hebræorum CHRISTVM maligne carpentium: Iosephus defenditur.*
8 *Per templum Salomonis domus noui Testamenti figurata est.*

M 2 9 Felix

9 *Felix Papa primus huius nominis, primus etiã charactere vetuit sacrificia fieri alibi, quàm super altari, & in loco cõsecrato, exceptis casibus necessitatis.*

10 *Higinius Papa absque missarum solemnitate basilicas consecrari noluit.*

11 *Altaria* CHRISTVM *figurant.*

12 *Altaria, nisi lapidea, vngi noluit concilium Hipponense.*

13 *Altaria vngi noluit, nisi cum sanctorum reliquijs, concilium Chartaginense.*

14 *Altare, absque Episcopi decreto, in Ecclesia consecrata erigi nequit.*

15 *Ecclesia, absque summi Pontificis, aut Episcopi auctoritate fabricata consecrari non potest.*

16 *Præter Episcopum, nemo consecrat.*

17 *Episcopus consecrationem inferiori demandare non potest, cùm id ordinis, non iurisdictionis sit.*

18 *Dedicatio quotannis celebranda est.*

19 *Non dedicatur ecclesia, vbi sepulta sint cadauera infidelium, nec in ea missæ celebrantur.*

20 *Ecclesia quæ fuerit hæreticorum, dum Catholica fit, consecratur.*

21 *Gregorius primus Papa ecclesiam Arianorum dedicari permisit.*

22 *Ecclesia, si de consecratione dubitatur, potest denuo consecrari.*

23 *Cùm dubium est, an Ecclesia sit consecrata, & reconsecratur, vtendum his verbis: si non est consecrata, ego te consecro, vt fieri solet in infante, de quo dubium sit, an sit baptizatus.*

24 *Ecclesia semine, aut sanguine, aut adulterio polluta, si est integra, hodie non reconsecratur, sed reconciliatur.*

25 *Reconciliatio ecclesiæ fit per aquam benedictam cum vino, & cinere.*

26 *Si in ecclesia mutentur parietes, non altare, ea tantum salibus exorcizatur.*

27 *Amoto altari, vel fracto lapide reliquiarum, altare iterum consecratur.*

De Ecclesiarum dedicatione ab Episcopo facienda. Cap. II.

CONGESTIS in altitudinem saxis, & lignis sibi inuicem cohærentibus, domus conficitur: nam prius de siluis, & montibus ligna, & lapides præciduntur, fabrorum, & opificum manibus dolantur, collineantur, complanantur: sed domum Domini non faciunt, nisi prius consecratione compaginentur. Ligna ipsa,
& lapides, si non sibi certo ordine cohærerent, si non se pacifice innecterent, facile
ruinam minarentur, quam timens illuc nemo securus intraret. Volens igitur rerum
omniũ Dominus in tabernaculo, & in templo habitare, licet vtrunque compactum ad
vnguem esset, vti iusserat, eò noluit tamen prius intrare, quàm dedicatione essent compaginata. Vnde in Leuitico [a] habetur. (a cap. 8.)
2 *Moyses, sicut præceperat ei Dominus, tulit &*
vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum
cum omni supellectili sua. Cùmq. sanctificans, aspersisset altare septem vicibus, vnxit
illud, & omnia vasa eius: labrumq. cum basi
sanctificauit oleo. Et in lib. Numeri [b]. *Fa-* (b cap. 7.)
ctum est autem in die, qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud: vnxitq.
& sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter, & omnia vasa eius: obtulerunt Principes Israel, & capita familiarum,
qui erant per singulas tribus, præfecti eorum,
qui numerati fuerant, munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus.
Et paulo post. *Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris die, qua vnctum est, oblationem suam ante altare. Dixitq. Dominus*
ad Moysen. Singuli duces per singulos dies
offerant munera in dedicationem altaris. Et
ita persequitur, recensendo munera, quæ
per duces fuerunt oblata. Hæc de tabernaculi dedicatione: de templi habetur Regum
3 [c] tertio, & apud Iosephum [d]. Nam, cùm (c cap 8) (d lib. 8. antiquit.)
Salomon opus perfecisset, ad eum conuenit
vniuersus Israel, vt videret sacerdotes, & leuitas, tabernaculum, & arcam fœderis, & omnia sanctuarij vasa in templum portantes:
tum dedicauit, & multis orationibus & victimis benedixit. Immo ibidem legitur.
Cùm exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum Domini, & non poterant
sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria Domini do-
4 *mum Domini.* Hinc [e] *encænia celebrata sunt* (e can. 15 de consecr. 1. distinct.)
diebus octo. Huius dedicationis meminit
etiam historia Machabæorũ his [f] verbis. *Si-* (f lib. 2. c. 2.)
cut cùm Salomon petijt, vt locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc: magnifice
enim sapientiam tractabat, & vt sapientiam
habens, obtulit sacrificiũ dedicationis, & consummationis templi, &c. Quod cùm à Nabuchodonosor esset destructum, & iussu Cyri
5 Persarum Regis à Zorobabel reædificatum,
& Darij tempore perfectum, iterum [g] sacer- (g Esdræ 1. c. 6 & lib. 3. cap 7.)
dotes, leuitæ, & reliqui filiorum Israel dominum Domini magno cum gaudio, & lætitia dedicarunt, & obtulerunt in dedicatione
vitulos centum, arietes ducentos, agnos
quadrin-

Digitized by Google

quadringentos, hircos caprarum duodecim,
iuxta numerum tribuum Israel, azimorumq.
festum ibidem celebrarunt, diebus septem
epulantes in conspectu Domini. Postremo,
cùm Herodes Rex idem instauraret tem-
plum, atque altius excitaret, rursus dedica-
tum est. Iosephus, *Hæc vno*, inquit [h], *anno,* [h lib. 15. antiquit.]
& quinque mensibus ab Herode perfecta
sunt: anno regni eius octauo decimo dedicatio
templi ipso Regis die natali magna lætitia
celebrata est, celebraturque singulis annis.
De qua intelligere voluit ipse Apostolus
Ioannes, dum scribit [i]. *Facta sunt encænia* [i cap. 10.]
in Hierosolymis, & hiems erat, & ambula-
bat IESVS in templo in porticu Salomonis.
Sunt, qui templum ab Herode non refe-
ctum, sed auctum, vetere seruato, existi-
ment, atque Iosephum errare: quia Iudæi
post Herodis excessum, cùm audissent
CHRISTVM dicentem [k]. *Soluite templum* [k cap. 2.]
hoc, & in tribus diebus excitabo illud, re-
sponderunt. *Quadraginta sex annis ædifi-*
catum est templum, &c. nunquam ita dictu-
ros asserentes, si verum fuisset templum il-
lud intra biennium ab Herode constructum:
siquidem tempus quadraginta sex anno-
rum conuenire potius templo, quod à Zoro-
babel sub Cyro fuerat inchoatum, & sub
Dario perfectum. Sed veram esse Iosephi
historiam recte existimauit Carolus [l] Sigo- [l lib. 2. de repub. Hebræor. c. 5.]
nius. Nam ter diximus templum fuisse ædi- 6
ficatum, à Salomone primum spatio anno-
rum septem, secundum à Zorobabele xlvj.
tertium ab Herode intra biennium: neque
primum, neque tertium nominant Hebræi, 7
CHRISTVM fortius redarguere præten-
dentes, quia ea tempora parum causæ eo-
rum fauerent, sed secundum, quod non bre-
ui tempore, sed spatio xlvj. annorum erat
conditum: multo enim longius absunt tres
dies à xlvj. annis, quàm à septem, vel à
duobus. Quoties igitur templum reædifica-
bant, toties dedicabant, & sanctificabant.
Si vero Iudæi (vt Gratianus [m] haud perpe- [m in sum. de consecr. 1. dist.]
ram admonuit) qui vmbræ legis deseruie-
bant, hoc faciebant, multo magis nos, qui-
bus veritas patefacta, & gratia per IESVM
CHRISTVM data est: templa Domino de-
bemus ædificare, & in ipsis orare, eaq. diui-
nis precibus, & sanctis vnctionibus suis cum
altaribus, & vasis, vestibus quoque, & reli-
quis ad diuinum cultum explendum vtensi-
libus deuote, & solemniter sacrare. Augu-
stinus de ciuitate [n] Dei. *Hæc domus Dei ma-* [n lib. 18.]
ioris est gloriæ, quàm fuerat illa prima li-
gnis, & lapidibus, cæterisq. pretiosis rebus,
metallisq. constructa. Loquitur Augustinus 8
de domo illa, cuius gloriam maiorem futu-
tam prædixit Aggæus Propheta. quod non
de templi Salomonis instauratione intelligi
debet, (cùm nunquam ostendatur tantam
illud habuisse gloriam, quãtam habuit tem-
pore Salomonis) sed de domo illa ad no-
uum pertinente testamentum, quæ tanto
vtique maioris est gloriæ, quanto meliores
sunt lapides viui, nempe credentes, quibus
9 construitur. Quamobrem Felix Papa pri-
mus [o] prohibuit, ne sacrificia, nisi super al- [o can. 9. eadem 1. dist.]
tari, & in locis Deo consecratis, offerri pos-
sint à sacerdotibus, hoc est, in tabernaculis
diuinis precibus à Pontificibus delibutis,
nisi summa cogente necessitate: quod etiam
in concilio Triburiensi [p], & à Clemente [q] [p can. 10. ead]
10 primo fuit sancitum. Qui secus fecerit, ex [q epist. 2. & 3.]
constitutione Syluestri Papæ à sacerdotum
consortio abijciendus est. Neque Higinius
[r] voluit basilicas, nisi cum missarum solem- [r cã. 2. ead.]
nitate, consecrari, in qua multæ, & non vul-
gares adduntur cæremoniæ, vt videre est in
libro Pontificali. Placuit tamen ex concilio
11 Agathensi [s] altaria, quæ figuram Domini [s cap. 14.]
nostri IESV CHRISTI, qui altare, ho-
stia, & sacerdos noster est, significant, non
solum chrismatis vnctione, sed etiam sacer-
dotali benedictione consecrari; & ex conci-
12 lio [t] Hipponensi non possunt altaria chri- [t cap. 5.]
smatis vnctione perungi, nisi fuerint lapidea.
Ante Constantinum erant lignea altaria,
vt quæ, sæuiente persecutione infidelium, de
domo in domum, vel de ciuitate transfere-
bantur: vnde dicit Alexander de Ales [u]: [u par. 4. q. 30. memb. 1]
Ecclesiarum libertate stabilita, altaria lapi-
dea firmitate solita construi cœperunt. idque
varijs de causis, quas recenset idem Ale-
xander [x], eiusque discipulus S. Thomas [y] de [x ibidem.]
Aquino, S. Io. Chrysostomus [z]: *Altare qui-* [y par. 3. q. 83. ad 5. & 1. tent. dist. 13]
dem (ait) *lapis natura est, sanctum autem* [z Homil. 20. in 2. ad Corinth.]
fit, quoniam corpus Christi accipit. Nec ex
13 concilio [a] Carthaginensi quinto sine san- [a cap. 14.]
14 ctorum reliquijs. In ecclesia vero consecra-
ta nemini fas est [b] absque Episcopi decreto [b can. 25. ead. dist. 1.]
nouum erigere altare, sin secus demolitioni
15 subiectum est. At contra, ecclesia [c], quæ sine [c can. 2. cũ seqq. ead. 1. distinct.]
16 summi Pontificis, aut loci Episcopi auctori-
tate est fabricata, haud dedicari potest: ne-
17 que alius [d], præter Episcopum, valet per- [d cã. 9. ead.]
agere consecrationem: neque [e] ex mandato [e cap. 9. de consecr. eccles. vel altar. in Decretal.]
etiam ipsius Episcopi, Episcopo inferior ha-
bet dedicandi facultatem: quia id non iu-
risdictionis est, sed episcopalis ordinis. Tan-
18 tæq. dignitatis est dedicatio, vt Felix [f], & [f can. 15.]
Gregorius [g] canonica sanctione decreuerint [g can. 16.]
cunctarum dedicationum, quemadmodum
Episcoporum, & sacerdotum, solemnitates

singulis annis esse celebrandas. Hinc duo
insurgunt, quæ videntur habere difficulta-
tem: vnum est, an Ecclesia hæreticorum de-
dicari debeat: alterum, an semel dicata pos-
sit iterum consecrari. Et quo ad primum, di-
stinguitur: aut in ea ecclesia sepulta sunt in- 19
h can. 25. & 26.
fidelium cadauera: & hoc casu nisi [h] foras
proijciantur, ecclesiaq. fuerit mundata, nec
dedicanda est, nec ibidem missarum solem-
nia sunt celebranda; si non item, poterit,
dummodo catholica reperiatur, prout Ioan- 20
i can. 29.
nes Papa primus se fecisse [i] testatur, cùm
pro Theoderici Regis causa Constantino-
poli fuisset. Scribit quoque Gregorius Ma- 21
k cap. 30.
gnus in libro [k] Dialogorum tertio, sibi Aria-
norum ecclesiam in regione vrbis, quæ Su-
bura dicitur, cùm clausa ad biennium per-
mansisset, placuisse, vt in fide Catholica
(translatis illuc Sebastiani, & Agathæ mar-
tyrum reliquijs) dedicaretur. quod factum
illico fuit. Altera quæstio, an scilicet Eccle-
sia semel dicata possit denuo consecrari,
maiorem habet dubitationem: nam ecclesia
l cap. vlt. de bapt. & eius effect. in Decr.
videtur esse similis infanti [l], qui cùm semel
sacro baptismatis fonte in forma ecclesiæ
est regeneratus, iterum baptizari non po-
test, ideo & ipsa pluries consecrari non de-
beret. Circa quod vtendum est distinctio-
ne, aut enim de consecratione non dubita-
tur, aut dubitatur. Hoc casu potest iterum
m can. 18. ead. 1. dist.
[m] consecrari, scilicet si non certa scriptura, 22
nec testes existant, à quibus consecratio
n d. can. 24.
sciatur. Nec talis trepidatio, vt [n] ait Felix
Papa, facit iterationem: quoniam non mon-
stratur iteratum, quod nescitur esse factum:
putarem ego consecrantem posse vti illis 23
verbis: *Si non es consecrata, ego te conse-
cro*, vel alijs similibus, argumento eius,
o c. 2 eod. de bapt. & eius effect.
quod sanciuit [o] de infante Alexander III.
cùm dubium est, fuerit baptizatus, nec ne.
Si de dedicatione constat, aut ecclesia est,
aut non est integra: si integra, non iteratur
p can. 19. & seq. ead. 1. dist.
consecratio, nisi homicidio [p], sanguinis ef-
fusione, adulterio, vel quouis humano semi-
ne fuerit polluta: quibus casibus diligentis- 24
sime olim expiabatur, & denuo consecraba-
q cap. 4. de consecr. eccles. vel altar.
tur. Hodie vero ex Innocentiana [q] sanctio- 25
ne non est opus reconsecratione, sed sufficit
reconciliatio, quæ fit per aquam cum vino,
& cinere benedictam. Aut non est integra:
& tunc distingue iterum, vel motum fuit al- 26
tare, vel parietes duntaxat mutati sunt, non
r d. can. 19.
autem altare: hoc casu [r] salibus tantum
s ep. 1. c. 4.
exorcizatur. Etsi Vigilius Papa statuit [s] ni-
hil officere, si ecclesia, in qua sanctuaria,
nempe altaria, non erant, minime asperga-
tur aqua exorcizata. Siquidem in consecra-
tione cuiuslibet ecclesiæ, in qua Spiritus san-
cti ara non ponitur, hoc est sanctorum reli-
quiæ, celebritatem scimus tantum esse mis-
sarum: atque ideo, si qua sanctorum basili-
ca à fundamentis fuerit renouata sine alta-
ris motione, & in ea fuerit missarum solem-
nitas celebrata, totius consecrationis san-
ctificatio implebitur. Si vero sanctuaria,
videlicet sanctorum reliquiæ, quæ habebat,
ablata inde sunt, rursus eorum depositione
facta, & missarum solemnitate reuerentiam
27 sanctificationis accipiet. Amoto igitur al-
tari, vel lapide, sigillum continente, fracto,
diminutoque, non iterum [t] consecratur ec-
t cap. 1. de consecr. eccles. vel altar.
clesia, sed altare solum, etiamsi [u] tectum
u c. 6. eod.
illæsis parietibus corruisset. atque ideo in
decretalibus inscribitur titulus, *de consecra-
tione ecclesiæ, vel altaris*.

SVMMA EX CAPITE III.

1 *Personæ sacræ inter ministros operis, & expositores verbi Dei diuiduntur.*

2 *Deus Aaronem Pontificem, eius vero filios sacerdotes, expleto tabernaculo constituit.*

3 *E tribu Leui prognati tantum, & de stirpe Aaronis sacerdotium consequebantur.*

4 *Etiam ex muliere Leuita natum oportebat, qui sacerdos consecrandus foret.*

5 *Dauid sacerdotes in vigintiquattuor classes diuisit, à vigintiquattuor filijs Eleazaris, & Ithamar, Aaronis filijs descendentes.*

6 *Corpore vitiosi à sacerdotio excludebantur, etiam apud Hebræos.*

7 *Sacerdotes tabernaculum intraturi nihil, quod inebriare posset, ebibebant: multa quoque alia facere profitebantur, quæ videas hic.*

8 *Sacerdotes scortum ducere vxorem non poterant, nec repudiatam à marito.*

9 *Officia sacerdotum.*

10 *Sacerdotum ministeria per classes, & hebdomadas distributa fuerunt à Dauide.*

11 *Maxima fuit differentia inter summum Pontificem, & Principes sacerdotum.*

12 *Vnaquæque classis sacerdotum Hebræorum plus, quàm quinque millia hominum habuit.*

13 *Principes sacerdotum, seu summi sacerdotes, erant tantum classium capita.*

14 *Pontifex maximus vnicus erat.*

15 *Pontifex vocabatur etiam, qui Pontificatum gessisset, cessissetq.*

16 *Leui-*

16 *Leuitarum duo erant genera, alterum à Moyse, alterum à Dauide institutum.*
17 *Ministerium Leuitarum à vigesimoquinto atatis anno incipiebat: desinebat vero quinquagesimo.*
18 *Leuitas pro primogenitis accepit Deus, suosq. vocauit.*
19 *Postquam arca circumferri desijt, veriores Leuitæ à Dauide instituti sunt, qui templo deseruirent, in vigintiquattuor classesq. distributi.*
20 *Cantores à Dauide ortum duxerunt.*
21 *Cantores per tunicas à sacerdotibus distinguebantur. Ij enim lineas, illi byssinas gestabant.*
22 *Agrippa Rex Iudæa lineas sacerdotales tunicas cantoribus contra leges concessit.*
23 *Cantores cum sacerdotibus Deum musicis omnis generis instrumentis laudabant.*
24 *Ianitores in vigintiquattuor turmas itidem diuidebantur, quarum quæque suum habebat Principem.*
25 *Ianitores ianuas templi, & pecuniam sacram præcipue custodiebant.*
26 *Nathinai leuitis aderant: ideo hypodiaconi appellari possunt.*
27 *Nathinæorum nomen fortasse à Dauide inuentum: officium minime, vt qui antea extarent: Gabaonitæ vero vocabantur.*
28 *Scribæ, Prophetæ, Nazaræi Deo seruiebant: sacra vero non attingebant. Vide eorum officia.*
29 *Clericus est, qui* CHRISTI *seruit Ecclesiæ.*
30 *Clerici dicti sunt à sorte: κλῆρος enim sors est Græce, vel hæreditas: ideo dicti, quia de Domini sorte sunt, seu Domini partem habent.*
31 *Ordines clericorum sunt: Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus.*
32 *Episcopi, Apostolis vita functis, eorum vices suppleuerunt.*
33 *Collegia, & conuentus Christianorum expresse à Gentibus vetiti sunt.*
34 *Presbyteri, hoc est ætate prouectiores, ad supplendas Episcoporum vices creati sunt.*
35 *Presbyteri tempore Apostolorum fuerunt.*
36 *Paulus accusationem sine testibus aduersus presbyteros reijci mandauit.*
37 *Presbyteri æquales fere tempore diaconis fuerunt, qui & ipsis ministrabant.*
38 *Episcopi presbyteros constituebant, vt partem oneris in Ecclesia ferrent.*
39 *Episcopatus est nomen dignitatis: presbyteratus ætatis.*
40 *Episcopo, tanquam Domino, obedientiam præstari mandat Ignatius Petri auditor, ac Antiochiæ Episcopus.*
41 *Diaconi, pro Leuitis in Ecclesia fuerunt instituti antiquitus.*
42 *Diaconi curam victus publici habebant.*
43 *Facultatum proprietas ad Christianos in fide retinendos permissa est.*
44 *Diaconi stipem egenis procurabant.*
45 *Christiani profectus causa conueniebant frequenter, etsi seorsum viuebant.*
46 *Plinius Secundus apud Traianum Christianos accusat tantum, quod nollent sacrificare, laudesq.* CHRISTI *canerent.*
47 *Diaconi ministrant Episcopo, & presbytero in sacramento Eucharistia conferendo fidelibus, iuxta ritum antiquissimæ Ecclesiæ.*
48 *Diaconi sunt tanquam oculi Episcoporum: explorat enim vniuersam Ecclesiam.*
49 *Ecclesiastica disciplina sub diaconorum cura est.*
50 *Diaconus non sedet, nisi iubente presbytero.*
51 *Olim xxv. hodie xxiij. annus ex Concilio Trident. diaconatui necessarius est.*
52 *Diaconus subdiaconatus officium per annum exercuisse debet: huic tamen tempori Episcopus, quantum libuerit, detrahet.*
53 *Subdiaconi, quos antiquitus Nathinæi exprimebant, tempore Apostolorum fuerunt.*
54 *Hypodiaconi officium, seu ministerium.*
55 *Acolythi etiam laborantes dicti sunt, quoniam eorum officium esset laboris plenum, vt inuenies hoc loco.*
56 *Acolythi etiam coroferarij vocantur.*
57 *Arguitur Contius de Acolythi vocis mala interpretatione.*
58 *Exorcista antiquissimus est, dæmonesq. adiurat.*
59 *Libellus de manu Episcopi acceptus insigne est officij exorcistæ.*
60 *Formula exorcismi. Accipe &c. ex Concilio Carthaginensi quarto.*
61 *Vlpianus Iurisconsf. Christianorum osor, eos impostores appellauit.*
62 *Suetonius Tranq. Christianos superstitiosos, ac maleficos vocat.*
63 *Psaltes, seu cantor, seu Anagnostes, seu lector, cantandi, & legendi in concione fidelium officium habebat.*

64 *Ostiario, qui Ianitor in veteri lege erat, ædis sacræ, clauiumq. custodia incũbit.*

65 *Simulac quis est factus clericus, eximitur e patria potestate.*

66 *Percutiens clericum excommunicatur, nec, nisi à Rom. Pont. absoluitur.*

67 *Dignitates ecclesiasticæ, aut officia pro locorum varietate, varium & ortum, & vsum habent.*

68 *Archidiaconatus omnium inferiorum dignitatum, vt plurimum, Princeps est.*

69 *Archidiaconus, diaconis, & hypodiaconis imperat.*

Vide subinde maximam Archidiaconi auctoritatem.

70 *Archidiaconus habet subiectum Archipresbyterum, sicut ipse Episcopus.*

De personis sacris, tam veteris, quàm nouæ legis: & quæ sit differentia in sacris litteris inter Pontificem Maximum, & Principem sacerdotum. Cap. III.

EXTRVCTIS omni apparatu templis, atque à consecratione formatis, relinquitur, vt agam de personis, quibus tam legis, quàm gratiæ tempore horum locorum, rituum, omniumq. cæremoniarum cura, & custodia reseruata fuit. Neque de his agere pluribus in animo est: sed paucis exponere, vt lectoribus possibile sit summo digito, & quasi per indicem attigisse. Namque intentio nostra est potissimum de sacerdotali dignitate, auctoritate, & immunitatum beneficijs dicere, de quibus nihil, quod sciam, prætermittam. De ipsarum vero sacrarum personarum institutione, munere, vestitu, ornatu quàm strictius poteto. Personas sacras appello, 1
quæ aut in ministerio diuino versabantur, aut aliquo modo Dei voluntatem, ac legem exponebant. Nam, vt à veteri Testamento incipiam, non solum fuere Pontifices, Sacerdotes, Leuitæ, Cantores, Ianitores, & Nathinæi: sed etiam Nazaræi, Prophetæ, & Scribæ cum eorum sectis. Verum statim 2
atque à Moyse ædificatum fuit tabernaculum, Aaron [a] Dei iussu in Pontificem fuit electus, Pontificalibus vestimentis indutus, oleo delibutus, & consecratus. Filij quoque eius oblati, tunicis lineis vestiti, baltheis cincti, ac mitra eorum capiti imposita, consecrati sunt in sacerdotes. Deus igitur Aaronem Moysis fratrem ex tribu Leui, summum sacerdotem, seu Pontificem, filios vero sacerdotes constituit. De Pontifice suo loco diffusius. Vt autem inter omnes sacerdotes vnus excellit Pontifex, sic cæterarum sacrarum personarum primas tenuere sacerdotes. Neque omnes talem conse-
3 qui poterant dignitatem: sed tantum, qui erant de tribu Leui, & de progenie Aaronis. quod indicat etiam Paulus ad Hebræos scribens [b], dum ait. *In quo enim hæc dicuntur, de aliena tribu est, de qua nullus altario præsto fuit: manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.*
4 Iosephus [c] contra Apionem. *Oportet*, inquit, *eum, qui sacerdotium habiturus est, ex eius gentis nasci muliere, & genus per antiquam lineam, & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus, non solum in ipsa Iudæa: sed vbicumque nostra gens reperitur. etiam ibi integritas circa nuptias sacerdotum seruatur, hoc est in Aegypto, & Babylonia, & vbicumque quilibet de sacerdotũ genere dispersi sunt: mittunt enim Hierosolymam conscribentes à patre nomen nuptæ, & antiquorum progeni-*
5 *torum, qui huius rei testimonia præbuere.* Dauid autem, cùm sua ætate extarent familiæ ab Eleazaro, & Ithamar Aaronis filijs vigintiquattuor descendentes, in vigintiquattuor classes [d], vel si mauis, turmas, secundum vices, & ministerium, sacerdotes omnes distribuit, atque eis nomen imposuit ab eo, qui tum illius familiæ primatum obtinebat. Neque omnes, qui semine Aaronis per familias oriebantur, ad sacerdotium admitti poterant. Nam in Leuitico [e] Do-
6 minus Moysi dixit. *Loquere ad Aaron. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi & torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus: omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo.* Hinc [f] Philo. *Sacrificare nulli sacerdoti, nisi integro, permittitur, cui ne minima quidem insit labecula.* Quæ omnia luculenter explicat, & ad mysticum sensum quàm accõmodate trahit Gregorius Magnus in [g] Pastorali, eaq. refert Gratianus [h] noster, quemadmodum etiam alias [i] Pontificales constitutiones ad eandem rem spectantes. Neque vinum, neque

[a] Exod. c. 28 & 29. Leu. 8. can. 1 d. dist. 24. & can. 9. 8 q. 1

[b] Hebr. 7.

[c] lib. 2.

[d] 1. Par. 24.

[e] Leuit. 21.

[f] lib. de sacrific.

[g] c. 1. 1. par.

[h] can. 2. d. 29.

[i] can 6. dist. 33. & can 9 1. q. 1.

k Leuit. 10. neque k quidquam aliud, quod inebriare
potest, quando intrare tabernaculum debe-
bant, bibere fas erat. Neque super mor-
l Leuit. 21. tuum l stare, nisi super patrem, matrem, fi-
lium, filiam, fratrem, & sororem, virginem
tamen. Neque caput, barbamue radere, 8
neque in carnibus suis incisuras facere.
Neque scortum, neque vile prostibulum,
neque repudiatam à marito in vxorem du-
m lib. 6. Bel. Iud. cere. Vnde Iosephus m. *Ad altare, tem-
plumq. accedebant carentes omni vitio. Sa-
cerdotes veste amicti byssina, maxime verò
mero abstinentes, ac sobrij religionis metu,
ne quid rem diuinam faciendo, peccarent.
Præcipitur sacerdotibus* (ait S. Hieronymus
ad Fabiolam de vestitu sacerdotum epist. 4.
lib. 3.) *ne ministraturi in templo vinum, &
siceram bibant, ne ebrietate, & crapula, &
curis huius vitæ prægrauentur corda eorum,
nec partem habeant in terra, nisi solum
Deum; vt nulla debilitate insignes sint, ne
truncis auribus, læso oculo, simis naribus, clau-
do pede, cutis colore mutato. Quæ omnia re-
feruntur ad animæ vitia: voluntas enim in
homine, non natura damnatur.* Nam ipsi 9
n Num. 4. Proi lib. 1. c. 6. & 2. c. 29. & Lucas c. 1. Paulus ad Hebr. 8 olea n conseruabant, vasa tabernaculi in-
spiciebant, incensum quotidie offerebant,
sacrificium quotidianum faciebant, & si
quando extra ordinem pro populo, aut pri-
o Leuit. 17. uatis o offerendum erat, offerebant ipsi, &
diebus festis sacrificium populi agebant, &
p d. cap. 29. pelles p holocaustorum cum Pōtificibus de-
q Paralip. 1. cap. 8. trahebant. Quanquam Dauid Rex q omnes 10
sacerdotes quotidie ministerijs sacris noluit
occupari, sed singulas classes singulis heb-
domadibus operari. Cuius institutionis me-
minit etiam Iosephus in lib. 2. contra Apio-
nem. Neque illud hic omitti debet, quod
Theologis maximam fecit difficultatẽ, nul-
lum inter summum Pontificem, & Princi-
pes sacerdotum discrimen constituentibus,
cùm maxima sit differentia: vt animaduer-
r lib. de rep. Hebr. 5. c. 1. tit perite Carolus r Sigonius. Nam singulis 11
sacerdotum classibus (quę, vt dixi, erãt xxiv.
f lib. 2. quarum singulæ, teste f Iosepho contra 12
Apionem, plus, quàm quinque millia ho- 13
minum habebant) quidam præerant sacer-
dotes, qui etiam communi nomine cum
summo Pontifice ἀρχιερεῖς, à Latino vero
interprete Principes sacerdotum, & Ponti-
fices dicti sunt. Nec isti erant summi Pon-
tifices, sed classium capita. Esdra fuit Prin-
ceps sacerdotum, nunquam tamen Pontifi-
t cap. 8 catum Maximum gessit. Audite ipsum t lo-
quentem. *Custodite, donec appendatis co-
ram Principibus sacerdotum, & Leuitarum,
& ducibus familiarum in Hierusalem.* Mat-
cus u Euangelista. *Adduxerunt IESVM ad* u Marc. 14.
*summum sacerdotem Casphan: summi vero
sacerdotes quærebant aduersus IESVM te-*
14 *stimonium.* Summi illi sacerdotes non erant
Pontifices maximi, quia vno, eodemq. tem-
pore multi Pontifices maximi esse non po-
terant: licet qui prius fuerat Pontifex, abdi-
cato Pontificatu, adhuc Pontifex appella-
15 retur, vt alibi dicetur. Concilium enim, de
quo agitur ibi apud Marcum, inibant non
modo Pontifex Maximus, sed etiam Princi-
pes classium sacerdoralium. Scæua quoque
(cuius mentio in actis x Apostolorum fit, x Act. 19.
in his verbis. *Erant cuiusdam Iudæi nomine
Scæuæ, Principis sacerdotum, septem filij,* &c.)
minime gessit Pontificatum Maximum, aut
gerere Ephesi, de qua ibi sermo est, potuit.
16 Sacerdotes proxime sequebantur Leuitę, ex
tribu Leui a dicti: horum duo erant genera, a can. 1. d. 21.
alterum à Moyse, alterum à Dauide insti-
tutum. Illis Deus b commisit curam taber- b Nu. 1. & 3.
naculi, & vasorum, & instrumentorum eius,
& arcæ fœderis, vt eam deferrent, & custo-
dirent, & sacerdotibus ministrarent: ideo
ipsam arcam c portabant, velum, mensam, c Ibid. 4.
cortinas, tectum tabernaculi, tentorium, fu-
niculos, vasa, tabulas, vestes, columnas, ba-
ses, totam supellectilem. Et à xxv. ad L.
tantum ætatis annum assumebantur, vt ha-
betur eodem lib. d Numeri. *Hæc est lex Le-* d c. 8. & can. 7. dist. 77.
17 *uitarum. A vigintiquinque annis & supra
ingredientur, vt ministrent in tabernaculo
fœderis: cùmque quinquagesimum annum
ætatis impleuerint, seruire cessabunt, eruntq.*
18 *ministri fratrum suorum. Hos autem Leui-
tas pro primogenitis sibi accepit Deus. Ego* e e d. c. 3. & 8. Exod. 13. & can. 12. 15. q. 1.
*tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primoge-
nito, qui aperit uuluã in filijs Israel: eruntq.
Leuitæ mei: meum est enim omne primogeni-
tum, ex quo percussi primogenitos in terra
Aegypti. Sanctificaui mihi quidquid primum
nascitur in Israel: ab homine vsque ad pecus,
mei sunt.* Subinde onere arcæ ferendæ subla-
19 to, Dauid f alios, illis propemodum abro- f 1. Par. c. 23
gatis, Leuitas sacerdotum, & templi mini-
stros creauit, qui vere Leuitæ dicebantur;
alios Cantores, alios Ianitores, alios Scri-
bas, & Iudices esse mandauit, ministrorum
vigintiquattuor millia, Scribarum, & Iudi-
cum sex millia, Cantorum quattuor millia,
& totidem Ianitorum. Hos etiam ministros
Dauid in vigInti quattuor classes distinxIt,
classiumq. capita erant, & principes g Le- g Ibid. c. 9. Esdr. c. 8.
uitarum perinde, atque sacerdotum nomi-
nabantur h. Salomon ædificato tẽplo iuxta h 2. Par. c. 8
dispositionem patris sui, officia sacerdotum
in ministerijs suis constituit, Leuitas in or-
dine

dine suo, Cantores, aliosq. ministros. Can- 20
tores nuper instituerat Dauid, ijque tunicis
byssinis induebantur, & à sacerdotibus li- 21
neas habentibus distinguebantur: etsi po-
i lib. 20. antiqu. stea, vt auctor est Iosephus [i], ab Agrippa 22
Iudææ rege impetrarunt, vt deposita bys-
sina veste, lineam, quod tamen legibus ad-
uersabatur, sacerdotalem induerent: qui cũ
k Paral. 2. cap 7. & 20. 2. Esdr. c. 3. & 13. sacerdotibus Deum laudabant [k], cymbalis, 23
psalterijs, & cytharis concrepantibus: tu-
bis, voce, organis, & diuersi generis musi-
ci concinebant, ac plerumque in illud pro-
rumpebant. *Confitemini Domino, quoniam*
bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
l 1. Par. 26. Erant [l] quoque Ianitorum vigintiquattuor 24
turmæ, seu classes, & harum quælibet suum
habebat principem. Horum officium in eo 25
præcipue consistebat, vt prope ianuas tem-
pli excubarent, sacras arculas obseruarent,
pecuniæ sacræ custodiam haberent. Immo
m 4. Reg. 24 Regum [m] quarto etiam pecuniam à populo
ipsos collegisse monemur. Ianitoribus adhę- 26
rebant Nathinæi: isti Leuitis perinde, ac
Leuitæ sacerdotibus, operam ministerij præ-
stabant. quemadmodum vero Leuitæ Dia-
n can. 1. §. Hypodiaconos. dist. 21. coni, sic [n] Nathinæi Hypodiaconi appella-
ri possunt. Nam Esdra, *De Nathinæis*, in-
o lib. 1. c. 8. quit [o], *quos dederat Dauid, & Principes ad*
ministeria Leuitarũ, &c. Ex quo loco haud 27
p de repub. Hebr. lib. 5. c. 7. male Sigonius [p] conijcit Dauidẽ huius no-
minis auctorem fuisse, non autem officij, cũ
eorum officium extaret prius, vt qui voca-
rentur Gabaonitæ, de quibus nõ semel apud
q c. 9. 9. & 10. Iosue [q] fit sermo. *Liberauit Iosue Gabaoni-*
tas de manu filiorum Israel, vt non occideren-
tur: decreuitq. in illo die eos esse in ministe-
rio cuncti populi, & altaris Domini, cæden-
tes ligna, & aquas comportantes vsque in
præsens tempus in loco, quem elegisset Domi-
nus. Hæc de his, qui sacris ministerium
præbebant. Erant quoque alij, qui licet Deo 28
operam suam dedicassent, sacra tamen non
attingebant. At vero isti in triplici erant dif-
ferentia: nam alij Deo corpus suum conse-
crabant, alij Dei oracula, videlicet futura
bona, malave prædicebant, alij Dei legem
interpretabantur: isti Scribæ, alij Prophe-
tæ, illi vero Nazaræi vocabantur. Horum
r Num. 6 s Iudic. 13 t li. de sacr. mentio fit in libro Numeri [r], & [s] Iudicum
eodem. Philo [t] etiam plura de ipsorum vo-
to memoria prodidit: de Scribis & Prophe-
tis millies, tum in nouo, tum in veteri Te-
stamento habetur. Ex his Prophetis, Scri-
bis, & Nazaræis diuersæ ortæ sunt sectæ, de
u eod. c. 7. quibus abunde Carolus [u] Sigonius agit, ad
quem curiosos relego. De his igitur hacte-
nus: de nostris videamus modo. Nam

translato [x] sacerdotio, necesse est, vt legis x ad Heb. 7 & c. 3. de cõstit.
translatio fiat. Apud nos, qui sacris mini-
steria præstant, vno verbo clerici dicuntur.
Constantinus Imperator [y] eleganter defi- y l. 2. C. Theod. de episc.
nit clericos omnes, qui diuino cultui mini-
steria religionis impendunt: & B. Hierony-
29 mus in epistola ad Nepotianum. *Clericus*
est, qui CHRISTI *seruit ecclesiæ*. Isidorus
de [a] ecclesiasticis officijs existimat clericos a lib. 2. c. 1. & can. 2. d. 21.
30 hinc appellatos esse, quòd Matthias sorte
fuerit electus: quem primum per Apostolos
legitur ordinatum: κλῆρος enim Græce, La-
tine sors, vel hæreditas dicitur. Propterea
ergo vocantur clerici, quia de sorte Domi-
ni sunt, vel quia in Domino partem habent:
in sua enim ordinatione, vt ait Innocen-
tius [b] III. vel adsumuntur in hæreditatẽ b cap. 16 de præb. & dig.
Domini, vel assequuntur hæreditatem in
ipso, vt vere possint canere cum [c] Prophe- c Psal. 15.
ta. *Dominus pars hæreditatis meæ*. In gene-
re igitur omnes clerici nuncupantur, qui in
ecclesia CHRISTI ministeria præstãt. Eo-
rum autem nomina, & gradus sunt isti:
Ostiarius, Psalmista, aliàs Lector, Exorci-
sta, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus,
31 Presbyter. Maiores sacerdotes iurisdictio-
nem ordini annexam habent: ac cùm ani-
marum saluti inuigilare, sibique commissi
gregis mores explorare debeant, Episcopi,
hoc est, speculatores, ac superintendentes
dicuntur; atque in tres classes distribuun-
tur, nimirum in Patriarchas, Archiepisco-
pos, Episcopos; vel, si diligentius mauis, in
quattuor: in maiores Patriarchas, Orienta-
les quattuor: in Primates, qui & minores
Patriarchæ nuncupantur (de quibus suo lo-
co [d] sermonem habebo) in Archiepisco- d infra c. 7. & 8.
pos, seu Metropolitanos, & in Episcopos.
Quorum omnium infra mentionem fusius
faciam, cùm longiorem, & specialem postu-
lent tractatum. De presbyteratu, alijsque
inferioribus ordinibus in præsentia dicetur.
Et vt altius res repetatur, nulli dubium est,
quin à CHRISTO sint cõstituti Apostoli,
& ab Apostolis Episcopi, prout Paulus ad
Timotheum, & Titum: quod ad eos scriptæ
ab eo epistolæ declarant, & lectio [e] Actuum e cap. 20.
32 Apostolorum demonstrat. Sic deinde Epi-
scopi, Apostolis vita functis, in eorum lo-
cum suerunt. Vnde B. Augustinus excel-
lentissime in commentarijs [f] ad Psalmos. f Psal. 44.
Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij
nati sunt, & constituti Episcopi: hos ipsa
Ecclesia patres appellat: hos ipsa genuit, &
ipsa hos constituit in sedibus patrum. Verũ,
quoniam Episcopis publice vbique in ciui-
tatibus docere, & omnia, quæ erant Chri-
stianæ

stianæ Reipublicæ necessaria, eorum minus
licebat, ob ethnicorum potentiam (prohi-
g lib. 10. ep. 97. bebantur enim collegia, coetusq. vt Plinius g
Nicomediæ ex edicto Traiani se fecisse te- 13
h l. 2. ff. de coll. & corporib. illic. statur: & Martianus h Iurisconsultus, *Man-
datis principalibus*, ait, *precipitur Præsidi-
bus Prouinciarum, ne patiantur esse collegia
sodalitia, etiam religionis ergo, nisi ex Se-
i l. 3. ff. eod. natusconsulti i auctoritate, vel Cæsaris col-
legium, vel quodcumque tale corpus coierit*)
eis necesse fuit deligi viros ætate prouectos,
atque ingenio, doctrina, religioneq. eximia, 14
vt docerent populum in ciuitatibus, vel vi-
cis, publice, vel priuatim, vt magis commo-
de videbatur, iuuarentq. Episcopos in toto
hoc munere administrandæ, regendæq. Rei-
publ. Hi vero Græca voce, *Presbyteri*, hoc
est ætate prouectiores dicti sunt: πρέσβυς
enim senem significat, & πρεσβύτερος senio-
rem. Fuisse autem presbyteros Apostolorũ
tempore, plus quàm manifestum est ex ipso-
k cap. 14. rum Actis, vbi k legitur. *Cùm Paulus, &* 15
*Barnabas constituissent illis per singulas ec-
clesias presbyteros, & orassent cum ieiunatio-
nibus, commendauerunt eos Domino, in quem
l cap. 15. crediderunt*. Et alibi l. *Statuerunt, vt ascen-
derent Paulus, & Barnabas, & quidam alij
ex illis ad Apostolos, & presbyteros in Hie-
rusalem*. Et pluries ibidem. Et in priori epi-
m cap. 5. stola m ad Timotheum Paulus ait. *Qui be-
ne præsunt presbyteri, honore duplo digni ha-
beantur, maxime, qui laborant in verbo, &
doctrina*. Ibidemq. Timotheo mandat, ne 16
accusationẽ aduersus presbyteros recipiat,
nisi cum duobus, aut tribus testibus. Quia
n epist. 2. ad Epis. Hisp. & can. 19. 2. q. 7. fultus auctoritate Sixtus n Papa Primus idẽ
de Episcopis statuit: quod etiam in canoni-
o can. 2. bus o Apostolorum decretum reperias. Et
licet diaconorum munus illud fuerit Hiero-
solymis, vt victus publici curam gererent,
cùm omnia conferrentur in commune à cre-
dentibus: eodem tamen fere tempore fue-
runt presbyteri, quibus & ipsi ministrabant
diaconi. Nam presbyteri quoque ab Epi- 17
scopo constituebantur, vt docendi, bapti-
zandi, sacra faciendi, administrandæ deni- 18
que huius Reipub. curam, & munus vnà cum
p can. 2. & 38. eo sustinerent, vt Apostolorum canonibus p
continetur. Erant enim Ecclesiæ capita,
Episcopi, & presbyteri, vt in Apologetico
q cap. 39. Tertullianus q antiquissimus scriptor nos
aperte docet. Sed præerant, vt alibi dicen-
dum est, Episcopi: quod idem Tertullianus
r eod. c. 4. asserit r, *Præsident*, ait, *probati quidem se-
niores, honorem istum, non pretio, sed testi-
monio adepti: neque enim pretio vlla res Dei
constat*. Episcopos vocat seniores. Erat Epi-

39 scopus omnium presbyterorum maximus,
quia, vt dicit Hieronymus s apud Gratia- s ad Euagr. Episc.
num t, Episcopatus est nomen dignitatis, t can. 24. d. 93.
presbyteratus ætatis. Vnde Ignatius An-
tiochensis Episcopus, & Petri auditor in
40 epistola ad Trallianos, *Episcopo*, inquit, *ve-
stro, tamquam domino, subiecti estote, & nihil
præter Episcopum agite*. Non est itaque du-
bium, quin Episcopus dignitate, & aucto-
ritate longe maior sit presbytero, cui & vi-
ces suas committere potest. Vnde, si quæ-
ratur, an presbyter Sacramentum confir-
mationis rite conferat, cùm id solius Episco-
pi munus sit u: Respondetur, eum ex dispen- u Act. Apost. c. 8. S. Aug. ad Psalm 44. S. Clemẽs li. 3. cõst. Apost. c. 16. ...
satione Apostolica illud conferre posse, vt
post B. Thomam x, & alios etiam ex Con- epist. 4. de consecr. d. 5. can. omnes fidel... & alibi passim.
cilio y Tridentino probat Io. Stephanus Du- x 3. p. ar. q. 72 art. 11.
rantus z. Plura veniunt dicenda: sed alio vo- y sessione 7.
41 camur. Diaconorum ad exemplum a Leui- z de ritib. eccles. cath. lib. 1. c. 20. num. 19. vers. At verius.
tarum institutio antiquissima est, & iam ab a can. 1. d. 21.
42 initio nascentis Ecclesiæ constituta. Nam
victus publici, vt iam innui, curam habebãt,
43 cùm omnia inter Christianos essent commu-
nia: verum, cùm discessissent Apostoli Hie-
rosolymis, quo facilius Christiana Respu-
blica propagaretur, suas quemque faculta-
tes retinere permissum est, ne earum com-
municandarum, & amittendarum metus à
Christianismo quemquam retraheret: quod
44 satis indicat historia Actuum b Apostolorũ. b c. 16 & 21
sed stipes quasi cogebatur, hoc est omnes
ad egentium subsidium contribuebant. Pau-
lus c enim ad Corinthios ait. *De collectis* c 1. Cor. 16.
*autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui
ecclesijs Gallograciæ, ita & vos facite: per
vnam sabbati vnusquisque vestrum apud se
seponat, recondens, quod ei bene placuerit, vt
non, cùm venero, tunc collectæ fiant*. Qua
de causa non vnà conuiuebant, vt Hieroso-
lymis consueuerant; atque ideo Diaconi,
vt Hierosolymis, qui mensis ministrarent,
45 minus erant necessarij. Et quamuis vnus-
quisque, vt plurimum, seorsum viueret, sæ-
pe tamen ad diem dictam conueniebant,
precationis, disciplinæ, sacræq. cœnæ, &
Dominici cibi capiendi causa. Quam ob
causam Apostolus d Corinthios reprehẽdit, d cap. 11.
quòd nonnulli, quasi ad epulas, eò venirent,
vt conuiuarentur lautius summa cum ino-
pum offensione: quo factum fuit, vt deinceps
modestissime, & sanctissime viuerent. Quod
non obscure etiam ex Plinio e Secundo col- e d. epist. 97 lib. 10.
ligitur, qui cùm Proconsulatum Ponti, &
Bithyniæ administraret, Christianorũ mul-
46 titudine perterritus, Traianum Imperato-
rem consuluit, quid facto opus esset, nun-
cians ei, præter obstinationem non sacrifi-
candi,

candi, & antelucanos cœtus frequentandi
ad canendum cuidam CHRISTO Deo,
nihil apud eos reperiri, quod dignum esset
animaduersione. Et addit. *Quibus peractis*
morem sibi discedendi fuisse post edictum
meum, rursusq. coeundi ad capiendum cibū,
promiscuum tamen, & innoxium. Itaque 47
Diaconi in hoc sacro cibo Dominico postea
Christianis porrigendo, & dando exerciti,
illud ipsum munus retinuerunt, Episcopum,
& presbyteros adiuuãtes. Vnde vt ait Ignatius in eadem epistola: non sunt Diaconi,
nisi imitatores CHRISTI ministrantes Episcopo, sicut CHRISTVS patri, & operantes illi operationem mundam, & immaculatam. Quomodo Sanctus Stephanus beatissimo Iacobo, & Timotheus, & Linus Paulo, & Anacletus, & Clemens Petro. Clemens in epistola illa ad Iacobum fratrem
f can. 6. dist. 93. Domini, de qua apud Gratianum f, ecclesiæ Diaconos esse dicit tanquam Episcopi 48
oculos oberrantes, & circumlustrantes verecunde actus totius ecclesiæ; & si quid malum viderint, ad Episcopum referentes. Hieronymus ad Rusticum Episcopum. *Diaco-*
g can. 23. ead. dist. *ni* g, inquit, *sunt, quos in Apocalypsi legimus*
septem Angeli ecclesiarum: hi sunt candelabra aurea: hi sunt voces tonitruorum, virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annunciantes bona, discussiones, & rixas, & scandala resecantes, docentes, soli Deo colloquentes in templo, nihil penitus de mundo co-
h 1. Tim. 3. *gitantes*. Apostolus h ad Timotheum, *Diaconos*, ait, *similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes*. Itaque 49
i can. 2. dist. 25. omnia i, quæ ad diuinum cultum, ecclesiæq. disciplinam spectant, sub Diaconorum cura
sunt: presbyterorum vero, ac Episcoporum
k cap. 37. ministros esse Diaconos. ex Concilio k Car-
l can. 17. ead. dist. thaginensi quarto Zozimus l Papa decre-
m cap. 20. uit: ideo in m Concilio Laodiceñ sancitum
fuit, ne Diaconus coram presbytero sede- 50
ret, nisi iussu presbyteri: quo iubente sedere eum, & in conuentu presbyterorum loqui
n c 35. & 40. voluit idem n Carthaginense Concilium.
o 3. c. 4 de quo in can. 5. dist. 77. Aliud verò o Carthaginense noluit ante vi- 51
gintiquinque ætatis annos ordinari, prout
etiam in Toletano secundo, cuius meminit
p can. 6. d. 28 Gratianus P. Hodie ex sacto Tridentino q
q c. 12 sess. 23. Concilio statim post vigintitres, si alias habuerit qualitates à iure requisitas, potest
r c. 13. ead. sess. promoueri. Sed in Subdiaconatus r ordine
saltem per annum versatus esse debet, nisi

51 aliud Episcopo videatur. Est ergo Subdiaconatus inferior ordo sicut Leuitis inferiores sunt Nathinæi, qui Hypodiaconi appellari possunt. Huncordinem Apostolorum
ætate fuisse, in eorum f canone perspicuum f can. 43.
52 est: idque ostendit Ignatius in epistola ad
Antiochenses, dicens: *Salutato Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laboran-*
53 *tes, Exorcistas, atque Confessores*. Hypodiaconi quodnam sit munus explicat Isido-
rus t Hispalensis, & Iuo u Carnutensis: ad t can. 1. dist. 25.
eum pertinet calicem, & patenam ad alta- u lib. 1. de officijs ordinandorum.
re deferre, & Leuitis tradere, eisq. ministrare: vrceolum quoque, & manutergium
tenere Episcopo: presbyteris, & Leuitis pro
55 lauandis ante altare manibus præbere. Acolythorum, quos laborantes, vt x alias do- x lib. 2. c. 2.
cui, Ignatius vocat, officium est luminaria
in sacrario y præparare, cæreum portare. y d. can. 2. dist. 25.
Verisimile enim est olim tale eorum munus
fuisse: quia si supplicationes, precationesq.
publice fiebant, si cantandi, psallendi, legendiq. in cœtu ipso Christianorum mos
erat antelucanis horis, vti ex Plinio z retu- z d. epist. 97
li, & Tertulliano a admoneor, aliquos fuis- a in Apol. c. 2. & 39.
se necesse est, quorum hæc esset præcipua
cura, & officium, vt rite, & commode istud
fieret. Præterea, si antelucanæ erant orationes, & de diuinis rebus lectiones, lumina præsertim alicuius operam, & diligentiam postulabant: atque ideo Acolythos tū
constitutos esse probabile est, nec ab re ceroferarij ab Isidoro b appellantur, quo in b can. 1. d. 23.
56 loco haud male Contius, Acolythus, interpretatur, non prohibitus, hoc est admissus.
57 Quamuis enim ipse non peragat mysteria,
non excluditur tamen cum cæteris, quòd
ignem, aut simile quiddam ad sacra necessarium afferat, nam proxime ad munus Hy-
podiaconorū c accedit: vrceolum etiam va- c can. 17. d. 23.
cuum subministrat ad vinum in Eucharistia
suppeditandum. Exorcistarum vero antiquissimam esse institutionem nulli dubium
58 esse potest. Erant ij, qui per sacra carmina,
ac CHRISTI nomen dæmones adiurabãt,
& vi verborum coercebant, affligebant, eijciebant. Et precationes, quibus hæc fiebant,
59 exorcismi dicebantur. Vnde cùm Exorcista
ordinatur, accipit de manu Episcopi libel-
60 lum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente
Episcopo. *Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue cathecumenum*. Quam sane formulam præscripsit
Concilium Carthaginense d quartum: quæ d cap. 7.
etiam penes Gratianum e scripta repetitur. e can. 18. ead. d. 23.
Et Acta Apostolorum formam exorcismi
osten-

f cap. 19 oſtendunt his verbis [f]. *Tentauerunt autem*
quidam, & de circumeuntibus Iudæis exor-
ciſtis inuocare ſuper eos, qui habebant ſpiri-
tus malos, nomen Domini IESV, *dicentes,*
Adiuro vos per IESVM, *quem Paulus præ-*
g l. 2 ff. de var. & extraor. cogn. *dicat*. Vlpianus [g] quoque Chriſtiano infen- 61
ſus vehementer nomini, Chriſtianos, quos
impoſtores appellare ſolebat, per hanc di-
ctionem, exorcizare, circumſcribit. Nam,
dum quærit de quibus extra ordinem ius di-
cere ſoleat Præſes Prouinciæ, ait. *Medicorũ*
eadem cauſa eſt, quæ profeſſorum eorum, qui
alicuius partis corporis, vel certi doloris ſa-
nitatem pollicentur: vtputa, ſi auricularum,
ſi fiſtulæ, vel dentium. Non tamen, inquit,
ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi (vt vul-
gari impoſtorum verbo vtar) exorcizauit,
non ſunt iſta medicinæ genera: tametſi ſint,
qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affir-
ment. Suetonius in Nerone maleficam ſu-
perſtitionem vocat. *Afflicti ſupplicijs Chri-* 62
ſtiani, genus hominum ſuperſtitionis nouæ,
ac maleficæ. Ignorabant cæci idololatræ illis
verbis ineſſe diuinam virtutem, & poten-
tiam, qua ipſi malis ſpiritibus vexati libe-
rabantur. Satis itaque probatum eſt nobis,
fuiſſe, Apoſtolis viuentibus, Epiſcopos,
Presbyteros, Diaconos, Hypodiaconos,
Acolythos, Exorciſtas. His accedebat Pſal- 63
tes, Latine Cantor dictus, & Anagnoſtes,
ſiue Lector. Nam cùm precationes, vt dixi,
ſupplicationes, & alia id genus publicè
fierent, cùm cantus, & lectio in concione
ipſa Chriſtianorum exercebatur, neceſſe
quoque fuit, vt eſſent pſallentes, ſeu can-
tores, quorum munus quodnam eſſe debe-
h c. 9. & 10. ret, præſcripſit Concilium [h] Carthaginen-
i can. 19. & 31. diſt. 23. ſe quartum, quod etiam Gratianus [i] ſub ti-
tulo de eccleſiaſticorum ordinatione refert.
Oſtiarios præterea, cùm ædes ſacræ ædifi- 64
cari cœperunt, quibus claues committeren-
tur, dubium non eſt fuiſſe, prout in veteri
Teſtamento erant, Ianitores. Sed etiam
probabile eſt, vt eſſent, qui cuſtodirent ve-
ſtes, vaſaq. & alia neceſſaria ad ſacra illa
peragenda: quod aperte indicat Ignatij epi-
ſtola ſuperius relata ad Antiochenſes. Non 65
fuit autem horum omnium æqua poteſtas,
k can. 1. cũ ſeq. 11. q. 1. dignitas, magnitudo: etſi vnuſquiſque [k] ſi-
mulatque ſacris eſt initiatus, eximitur ciui- 66
li poteſtate, atque adeo fit ſacroſanctus, vt
l can. 27. 17. q. 4. ſi quis [l] in eum manum iniecerit, excom-
municatur, & nonniſi à Romano Pontifice
abſolutionis beneficium valet obtinere.
De his vero diffuſius ſuo loco. Et vt nihil
omittamus, præter enumeratos ordines,
alij quoque ſunt, etſi potius dignitates,

aut officia, ac veluti ordinum capita, quàm
ordines dici poſſint. Vti ſunt [m] Archidia- m lib. 1 Decret. tit. 23. cum ſeqq.
67 coni, Archipresbyteri, Primicerij, Præpo-
ſiti, Decani, Præcentores, Sacriſtæ, Cuſto-
des, & huiuſmodi alij, quorum nomina,
vel ſaltem eorum aliquot ex locorum varie-
tate (vt rectè notauit Panormitanus Ab-
bas [n]) in vſum venerunt, variataq. ſunt. n ad rub. de præb. & dignit.
68 Horum omnium regulariter, & iure opti-
mo princeps eſt Archidiaconus, cuius ma-
ximum, & præſtantiſſimum in hierarchia
eccleſiaſtica poſt Epiſcopum ius eſt, & cum
auctoritate coniunctum. Neque vero, quia
ipſe ſum Archidiaconus, ita pronuncio, ſed
quia ſic exiſtimare nos eſt neceſſe. Quid
enim maius eſt, ſi de iure quærimus, quàm [o] o can. 2. d. 25.
69 poſſe Hypodiaconis, & Leuitis, vt agant,
quæ ſua ſunt munia, omni cura, & ſolicitu-
dine, imperare? Quid grauius, quàm [p] poſ- p c. 1. 2. 6. 7. de offic. Archid.
ſe eccleſiarum ordinationes facere, iurgia
clericorum tollere? quid magnificentius,
quàm de parochijs, ornamentis, rebus ba-
ſilicarum, & parochiarum geſtis, & liber-
tatibus eccleſiaſticis inquirere, & ad Epi-
ſcopum referre? collectam [q] pecuniam ac- q d. can. 2.
cipere, acceptam per partes clericis diſtri-
buere? Quid? ordinandos examinat, Ab-
bates [r], & Abbatiſſas in ſede ponit, cleri- r c. 9. eod.
cis delinquentibus pœnas infligit, ſubditos [ſ] ſ cap. 7. de præb. & dignit.
contumaces anathematizat. Quid tandem
70 excellentius? Archidiacono [t] ſubeſt Archi- t d. can. 2.
presbyter, qui presbyterorum eſt princeps,
eiuſq. [u] præceptis, ſicut ſui Epiſcopi, obedi- u c. 1. de off. Archipresb.
re tenetur. Non immeritò igitur Hierony-
mus ad Euagrium ſcribens [x] ait, *Diaconi* x de qua in can. 24. d. 93.
eligant de ſe, quem induſtrium nouerint, &
Archidiaconum vocent.

SVMMA EX CAPITE IV.

1 *Clerici ſeculares dicuntur, quòd viuant in ſeculo præciſa regula ſoluti: regulares, quòd peculiarem regulam ſibi præſcripſerint.*
2 *Regulares clerici olim ad ſacra non accedebant, niſi ſicut cæteri laici.*
3 *Regulares ſecularibus Prælatis, & presbyteris olim ſuberant.*
4 *Abbates ipſi, non tantum monachi, etiam oſtiario minimo inter clericos locum dabant vbique ex decreto Concilio Roman. ſub Syluestro habiti.*
5 *Regulares ſunt ſimiles Nazaræis Hebræorum, qui à ſacris procul viuebãt.*
6 *In lege veteri, qui Deo ſeruire intendebat, vino, aceto, vuis recentibus, & ſiccis, & omni liquore, quod inebriare poterat, abſtinebat.*

7 *Omnes ordines ad quattuor instituta, aut regulas reducuntur: sanctorum scilicet Basilij, Augustini, Benedicti, & Francisci Assisiatis.*

8 *Chartusiani propriam regulam habent.*

9 *Religiosi mendicantes, quia non degunt in solitudine, potius socij, quam monachi dicendi sunt.*

10 *Mendicantibus mendicitas est votiua.*

11 *Mendicantes bona ex priuilegio Apostolico, & ex Concilio Tridentino possident.*

12 *Capuccini, & Minores obseruantes bona stabilia possidere nequeunt in communi.*

13 *Persona mendicantium nihil proprij habere possunt, nec etiam nomine communi.*

14 *Hieronymus de Ruuere Cardinalis amplissimus à Sixto V. summo Pontifice protector fratrum Minorum ordinis S. Francisci creatus anno sal.* 1587.

15 *Etiam mulieres militant sub regulis approbatis ordinum religiosorum.*

16 *Mare magnum priuilegiorum ordinum ita dictum ab amplitudine, & copia.*

17 *Non fit monachus, nisi sponte consentiens, & habens ætatem legitimam.*

18 *Aetas legitima est quattuordecim annorum.*

19 *Professio facta ante ætatem legitimam non obligat professum.*

20 *Ante xvj. annos hodie professio non emittitur ex Concilio Tridentino.*

21 *Asperitas loci in puero professionem emissuro à Gregorio duorum annorum extensionem habet, ita vt sint* 18. *anni.*

22 *Parentes possunt infantes filios monasterio tradere, exemplo Annæ, quæ Samuelem filium tenellum templo dedicauit.*

23 *Qui in puerili ætate à parentibus monasterio addicti fuerunt, si cùm ad legitimam ætatem peruenerint, volunt ad seculum reuerti, possunt.*

24 *Criminis reus est, qui cogit quemquam ad ingrediendum monasterium.*

25 *Patre offerente filium ad monasterium, matreque recusante, ipsa præualebit, quia in spiritualibus non attenditur ratio ciuilis, vt patria potestas: sed naturalis, vt est obedientia filij.*

26 *Mater sola, non contradicente viro, potest filium communem offerre monasterio.*

27 *Pater filium puberem religionem ingressum repetere nequit.*

28 *Monachus, quo ad incommoda, amittit domicilium, & iura ciuitatis, non quo ad commoda.*

29 *Monachus ab Episcopo loci, ex quo trahit originem, potest ordinari, ac si non mutasset domicilium, etiam si sit illegitimus, quia monachatus maculas cunctas abstergit.*

30 *Quo ad dignitates, monachatus non abstergit sufficienter maculas: sed quo ad ordines.*

31 *Monachatus est idem, quod dispensatio.*

32 *Habilitatus per dispensationẽ non differt ab eo, qui est habilis de iure communi.*

33 *Ingredientes monasterium non amittunt ius succedendi.*

34 *Monachus adit hæreditatem pro suo monasterio.*

35 *Monachus factus Episcopus quidquid acquirit, ecclesiæ suæ acquirit.*

36 *Monachus potest transire ad strictiorem religionem propria auctoritate.*

37 *Monachus transiens ad alium ordinem, eò non transfert sua iura successionis bonorum iam acquisitorum primo ordini: sed acquirendorum tantum.*

38 *Monachus trãslatus de vno in aliud monasteriũ non potest adire hæreditatẽ acquisitam primo ad fauorem secundi.*

39 *Diaconissæ habitabant in ædibus paternis, propriaq. bona retinebant.*

40 *Monachus transiens ad secundum monasterium, etiam si ibi detrudatur pœnitentiæ agẽdæ gratia, secum trahit, quæ acquisita erant primo monasterio, quo ad vsumfructũ, non quo ad proprietatem, quæ eo defuncto, ad primum redit.*

41 *Si religio nihil proprij habere potest, quid morte monachi eiusdem esset, ad agnatos, vel ad succedentes ab intestato pertinet.*

42 *Monachi possunt habere beneficia secularia quinque modis, quos videas.*

43 *In ecclesia sibi subiecta pleno iure monachi habebunt institutionem, in nõ subiecta facient præsentationem Episcopo.*

44 *Quadrifariam, ait Abbas, pertinent ecclesiæ ad viros religiosos: ex laici donatione: ex Episcopi concessione: ex propria fundatione: ex translatione iuris patronatus.*

45 *Ius patronatus cũ vniuersis bonis distrahi potest: solũ, nisi simoniace, nõ potest.*

46 *Concessio iuris patronatus cum Episcopi auctoritate gratuito facta valet.*

47 *Non est necessarius Episcopi consensus in iure patronatu, delato monachis.*

48 *Libenter admittitur ius patronatus transitus*

Digitized by Google

sitis à laico ad ecclesiam, quia habet spirituale annexum. Hoc ideo credideriim, quia religiosius ab ecclesia, quam à laico administratur.

49 *Monachi, etiam canonici regulares, secularium beneficiorum, etiam curatorum incapaces sunt.*

50 *Regularia beneficia regularibus conferenda sunt illius ordinis.*

51 *Monachus causa studij potest contrahere mutuum, & obligare monasterium.*

52 *Monasterium expensas doctoratus pro monacho studente facere tenetur.*

53 *Monachus Vicarius Episcopi cum licentia Abbatis esse potest.*

54 *Episcopus potest etiam inuito Abbate, suum cubicularium monachum facere, si non habeat apud se ministros laicos.*

55 *Monachus Abbati potius, quàm Episcopo obediet.*

56 *Monachus electioni de se factæ in Episcopum, non poterit consentire insciente, aut renitente Abbate.*

57 *Nisi monachus electus in Episcopum, habeat intra certum tempus licentiam ab Abbate cõsentiendi, electores alium poterunt eligere.*

58 *Licentia generalis de consentiendo electioni de se factæ ad Episcopatum non valet.*

59 *Monachus electus Episcopus à summo Pont. non indiget licentia superioris.*

60 *Monachus electus Episcopus à summo Pont. à regula soluitur sui ordinis in omnibus, præterquàm in substantialibus.*

61 *Monachus factus Episcopus tenetur habitum sui ordinis gestare, & vota substantialia obseruare.*

62 *Errat Episcopus monachus, si rochettum, quem vocant, defert supra habitum monasticum, cùm Innocentianam constitutionem violet.*

63 *Nec monachus Cardinalis factus, habitum mutat.*

64 *Monachus Episcopus à iurisdictione Abbatis, ac à carnium abstinentia liber est, itidem & à cæteris ordinis statutis.*

65 *Monachus Episcopus à superioris obediẽtia non est liber, sed quia non habet Abbatem, cui obediat, a potestate Prælati regularis soluitur, ait S. Thomas.*

66 *Idem censet monachum Episcopum regula esse obnoxium in ijs, quæ Episcopale officium non impediunt.*

67 *Monachus per Episcopatum à tribus votis substantialibus non eximitur: à regula, & statutis, secus, quo ad obligationem legalem, & coactiuam, non autem, quo ad moralẽ. Ita Caietanus.*

68 *A pœnis statutorum, ac à mortali peccato monachus soluitur per Episcopatum, à moralibus non soluitur.*

69 *Princeps intelligitur solutus legibus, quo ad vim coactiuam, non directiuam. Perpende animaduersionem primam auctoris in suo lib. 1. Animaduers. vbi hanc quæstionem subtiliter, & doctè discussam inuenies.*

70 *Monachus Episcopus comedens carnes sexta feria, si in ea Natiuitas Dominica inciderit, non peccat, etsi professis, & ijs, qui vouerunt, sit interdictũ.*

71 *Abbas debet corrigere monachos: quod, si sit negligẽs, supplebit Episcopus loci.*

72 *In forma iudicij de monacho Episcopus cognoscit, secũdum vero regulã Abbas.*

73 *In minoribus Abbas: in grauioribus corriget monachum Episcopus.*

74 *Criminales causas nemo, nisi Episcopus, in sua diœcesi tractat.*

75 *Monachus Episcopo non est subiectus, nisi in criminali iudicio.*

76 *Monachus iurare non potest absque superioris licentia: si iurat, nihil valet iusiurandum.*

77 *Monachi se inuicem percutientes per Abbatem absoluuntur, aut per Episcopum, eo deficiente.*

78 *Monachi ab omnibus muneribus, & decimis exempti sunt.*

De clericis regularibus, & eorum priuilegijs. Cap. IV.

LERICORVM, alij sunt seculares, alij regulares: seculares dicuntur, quòd in seculo, & nullis peculiaribus regulis deuincti, in ciuitatibus, & vicis, & priuatis, profanisq. domibus conuersentur. Regulares ab illo peculiari instituto, & regula, quam amplectuntur, denominari manifestum est: at reuera olim isti non erant clerici, nec sacra attingebant, vt superiori libro [a] ostendimus, sed tamquam cæteri de populo, quia seculares, siue profani erant, ad communem omnium ædem sacram, percipiendorum sacramentorum causa, se conferebant, vt bene animaduertit Panormitanus [b] Abbas, & Iustinianus [c] docuit: quamob-

[a] lib. 2. c. 3.

[b] ad c. dilectus. de appell. monac.

[c] Nouel. 133.

Digitized by Google

quamobrem suberant, tam monachi, quàm
eorum Antistites, ecclesiæ presbyteris, & 1
clericis, prout ad Innocentianam constitu-
tionem [d] adnotare solent iuris Pontificij in-
terpretes: ipsisq. clericis longe [e] inferiores
habebantur. Immo in synodo [f] Romana 4
sub Syluestro decretum fuit, vt etiam Ostia-
rio, qui inter ordines est minimus, Abba-
tes, & monachi vbicumque, etiam publi-
ce, & in ecclesia ipsa, præstarent obsequiũ.
Isti mihi videntur esse similes Nazaræis,
qui, vti dixi [g], sacra non attingebant, ope-
ram tamen Deo nauabant. Qua vero ra- 5
tione se Deo consecrarent, instruimur li- 6
bro [h] Numeri his verbis. *Vir, siue mulier,
cùm fecerint votum, vt sanctificarentur, &
se voluerint Deo consecrare, à vino, & om-
ni, quod inebriare potest, abstinebunt. Ace-
tum ex vino, & ex alia quacumque potione,
& quidquid in vua exprimitur, non bibent.
Vuas recentes, siccasq. non comedent cun-
ctis diebus, quibus ex voto Domino conse-
crantur. Quidquid ex vinea esse potest, ab
vua passa vsque ad acinum non comedent.*
Et multa alia, quæ sequuntur, & in libris
Iudicum [i], & Regum [k]. De his etiam ita [l]
Philo. *Cùm aliquis sacrauit omnium rerum
suarum primitias, ac decimas, non habens
amplius materiam, in qua pietatem exerceat,
seipsum dedicat, ideo magnum hoc votum
appellatur, nihil enim quidquam possidet se
ipso pretiosius, qua possessione tunc ceditur.
Huius voti reo præcipiuntur hæc. Primum,
ne mero vtatur, alioue potu ex vuis factitio,
deinde ad præstitutam diem rite offerat tres
votiuas victimas, agnum, agnam, & arie-
tem: illum in holocaustum, illam pro pecca-
to, arietem vero in salutis hostiam. Nam
vouenti conueniunt hæc omnia: holocautoma,
quia non sua solum, sed se quoque Deo dicat:
pro peccato victima; quia homo cum sit, quan-
tumlibet perfectus, peccato non caret: pro sa-
lute autem, quia salutem suam acceptam re-
fert Deo vero saluatori.* De Nazaræis ergo,
hoc est de monachis, siue Anachoretis, &
Eremitis satis dictum est in præcedenti li-
bro [m]. In præsentia autem sermo nobis erit
de his, qui vere monachi sunt, & clerici re-
gulares appellantur. Horum variæ institu-
tutiones, & professiones sunt, quæ omnes
ad quattuor principales regulas, siue, vt
vulgo loquimur, religiones, quasi appendi-
ces, reducuntur, videlicet Basilij, Augusti-
ni, Benedicti, & Francisci Assisiatis: à qui- 7
bus veluti clarissimis, & abundantissimis
fontibus, aliæ, quasi riuuli, longius manant,
& profluunt, vna excepta Carthusiana, quæ 8

d d. c. dilectus.
e can. 5. d. 93. & can. 40. 16. q. 1.
f c. 7. & ad can. 5.
g sup. cap. prox.
h cap. 6.
i cap. 13.
k c. 1 lib. 1.
l in lib. de sacrific.
m cap. 3.

nullam è quattuor agnoscit, sed habet pro-
prias formulas, & est ab Ecclesia per quàm
approbata. Sed horum omnium alij sunt,
qui proprie monachi dicuntur, alij socij, siue
fratres mendicantes, qui ab illis monachis
videntur differre. Monachorum etenim
propria est solitudo, & secessus quidam à
cæterorum consortio, à quo mendicantes
multum abhorrent: cùm palàm docere
Euangelium, ad populumq. concionari, &
peccatorum vtriusque sexus cõfessiones au-
dire soleant, & in omnibus pietatis operi-
bus se exercere, atque ideo fratres, sociosq.
vocari debere magis, quàm monachos Ab-
9 bas [n] eleganter admonuit. Iisdem tamen
votis, & aliquanto grauioribus obstringun-
tur, quàm monachi, cùm nec singuli, nec
vniuersi quidquã proprium habere queant:
& votiuam mendicitatem, nedum pauper-
10 tatem, profiteantur. Etsi postea Romani
11 ipsi Pontifices, cùm non ignorarent quan-
tum ex monasterijs, & domibus tam viro-
rum, quàm mulierum mendicantium pie
institutis, & recte administratis in Ecclesia
Dei splendoris, atque vtilitatis oriatur, vi-
derentq. in dies magis Christianorum dees-
se eleemosynas, quibus maxime sustenta-
bantur, peculiari fauore concesserunt, vt
deinceps bona, etiam immobilia, eis com-
muniter possidere liceret, quod sacrosan-
12 cta [o] Tridentina synodus sic approbauit, vt
omnes domus, (exceptis fratrum Sancti
Francisci Capuccinorum, & eorum, qui
Minores de obseruantia vocantur) etiam
eæ, quibus aut ex constitutionibus [p] suis
erat prohibitum, aut ex priuilegio Apo-
stolico non erat concessum, possidere va-
13 leant immobilia. Licet eadem sancta sy-
nodus [q] prohibuerit, vt nemini regularium,
tam virorum, quàm mulierum liceat bo-
na mobilia, vel immobilia cuiuscumque
qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab
eis acquisita, tanquam propria, aut etiam
nomine conuentus posidere, vel tenere.
Inter mendicantes connumerantur Domi-
nicani, seu Prædicatores, qui Augustini
obseruant regulam, primasque mendican-
tium obtinent, quia ab Honorio Tertio Pon-
tifice Maximo, primi fuerunt confirmati.
Franciscanus ordo (cuius præcipuam par-
14 tem moderatur hodie Sixti Quinti Ponti-
ficis, & eiusdem familiæ alumni benefi-
cio, vti protector, & corrector, amplissimus
Cardinalis meus Hieronymus de Ruuere,
vir eximia pietate, & prudentia insignis)
cùm ab Innocentio huius nominis tertio,
anno Domini MCCVI. fuerit cõfirmatus,
secun-

n ad c. causam. quæ. de iudic.
o c. 3. sess. 25
p cap. 3. de verb. sign. in & clem. 1. eod.
q cap. 2. ead. sess.

Digitized by Google

secundum sibi vindicauit locum, Eremita-
ni tertium, Carmelitæ quartum. Sub ijs 15
vero quatuor alij plures militant socij clau-
strales, inter quos & mulieres sunt. Sed de
his alij fusius. Nos, quia ea tantum pro-
sequi in animo est, quæ ad institutum no-
strum conferunt, ad eorum immunitates,
& priuilegia maxime pertinentia transibi-
mus. Neque etiam omnia recensebimus,
quippe quæ tot sunt, vt enumerantem tan-
tum dies deficiat. Vnusquisque ordo in-
finita habet immunitatum amplissima pri-
uilegia à diuersis Pontificibus Maximis
concessa, vel in fundatione obtenta, vel
consuetudinibus, aut præscriptionibus vin-
dicata, etiam aliqua, quæ appellantur, *Ma-* 16
re magnum, hinc dictum, quòd tam ampla
sint, & redundantia, vt quasi *Mare priui-*
legiorum, dici possit, in quo Deo mancipa-
ti homines cum spirituali recreatione spa-
tientur. Sed nos ea dumtaxat tangemus,
quæ præcipua sunt, & in corpore iuris con-
tinentur. Atque in primis scire oportet ex
Concilio Maguntiensi [r] sancitum fuisse,
r c.1. de regular.
neminem tonderi posse monachatus cau-
sa, qui non sit legitimæ ætatis, & sponte
consentiat. Aetas autem legitima æstima- 17
tur ex anno decimoquarto, & factam ante 18
professionem nullum sortiri effectum voluit [s]
s c.8. eod.
Alexander Tertius, quia ante illud tempus 19
nulla videtur esse voluntas, saltem [t] quo
t c. 1 eod. in sex. & can. 1. 20. q. 1.
ad obligationem illam. Immo hodie ex no- 20
ua Tridentini [u] Concilij sanctione profes-
u c. 15. sess. 25.
sio ante xvj. annum in quacumque reli-
gione tam virorum, quàm mulierum non
emittitur, & antea emissa nullam inducit
obligationem ad alicuius regulæ, vel reli-
gionis, vel ordinis obseruantiam, aliosve
effectus quoscumque. Etsi Gregorius [a] iam 21
a lib. 1 epist. 48. & in c. 6. eod.
olim constituit ante xviij. pueros non
esse recipiendos in ijs monasterijs, in qui-
bus dura est monachorum congregatio, vt
in Palmaria, alijsq. similibus Prouincijs,
seu insulis: sed id non fit ratione deficien-
tis consensus, sed propter teneritatem, &
puerorum gracilitatem. Quapropter ius-
sit [b], si fuerint recepti, vt ad vrbem Ro-
b can. 5. 20. q. 1.
manam transmitterentur. Fauore tamen
religionis receptum fuit, parentes posse
filios suos infantes monasterio tradere,
vt monachi fiant: argumento eius, quod
habetur Reg. [c] primo. Nam Anna puerum 22
c c. 1 & can. 4 ead. q. 1.
suum Samuel Deo obtulit, qui & in mini-
sterio templi, in quo à matre fuerat depu-
tatus, permansit, & vbi constitutus est, de-
seruiuit. Vnde in Concilio Toletano quar-
to [d] scribitur. *Monachum aut paterna de-*
d cap. 48.

uotio, aut propria professio facit. Et Gre-
gorius Tertius, ad Bonifacium [e] respondit
e can. 2. ea. q. 1.
non licere eis, qui à patre, vel à matre
intra septa monasterij in infantiæ annis re-
gulari traditi sunt disciplinæ, postquam
ad pubertatis annum adoleuerint, egre-
23 di, & matrimonio copulari. Hæc & his si-
milia intelligi debent, si cùm ad legitimam
ætatem peruenerint, non reclamauerint,
sed vltrò religionem professi sint: non item [f]
f can. 9. & 10. ead. q. 1.
si ad secularem habitum reuerti voluerint:
quo casu cogi minus debent. Ratio est in
promptu, quia [g] coactiones solent frequen-
g cap. 17. de sponsalib.
ter exitus difficiles habere. Nec satis vti-
le est, vt coacta seruitia Domino præsten-
tur, quoniam hoc esset peccatum commit-
tere, vt in synodo sub Eugenio Papa [h]
h can. 6. & 7. ead. q. 1.
24 habita continetur. Ex quibus mihi quodam-
modo videtur esse inanis quæstio illa, quam
anxie pertractant magistri nostri, glossa [i],
i ad can. 2. 20. q. 1.
Archidiaconus [k], Abbas [l], & alij: num
k ibid. & ad can. 1. ead. q. 2.
scilicet mater possit filium Deo dicare,
l ad c. 2. n. 6 de regular.
cùm eum [m] non habeat in potestate: quia
m Instit. de patr. potest. & c. 1. de cōuers. infidel.
siue habeat, siue non habeat, cùm ad le-
gitimam peruenerit ætatem, filius minime
tenetur matris, patrisve sequi voluntatem.
Quod & ipsi, atque etiam Innocentius [n]
n ad d. c. 2. de regul.
fatentur. Non mihi tamen displicet eius-
dem Innocentij opinio, quæ etiam Abba-
ti placuit: vt si pater offerre filium volue-
rit, & recusauerit mater, præualeat ipsa:
25 non ob id, quod regulariter traditur [o], iu-
o reg. in re cōi. de reg. iur. lib. 6. & Sabinus ff. com. diuid.
re communi potiorem esse prohibentis con-
ditionem, quoniam, si cum legislatoribus
ciuilibus loquamur, filius non erit commu-
nis, cùm nullam [p] in eum mater exerce-
p d. c. 2. & d. §. de par. potest. Instit.
re possit potestatem, sed quia in spiritua-
libus non attendi solet ratio ciuilis, sed
naturalis. Hæc enim patria potestas est
de iure ciuili, naturaliter vero æque ma-
tri, atque patri filius obedire compelli-
tur: quod, vt fieret, sub vno, eodemque
præcepto mandauit Deus. *Honora patrem,*
26 *& matrem*. Hinc fit, quòd matrem solam,
patre non contradicente, posse, filium of-
ferre, & oblationem tenere post Innocen-
tium communiter, teste Panormitano [q], in-
q ad d. c. 2.
terpretes dixere. Sed dubium esse pote-
rat, num liceat patri filium puberem reli-
gionem ingressum reuocare. & videtur di-
cendum posse & ciuili, & naturali ratione.
27 Hac enim tenetur filius patri obtempera-
re: illa, est in eius potestate. Sed cùm
iure [r] cautum sit, vt filius pubes inuito pa-
r can. 1. & 2. 20 q. 2.
tre possit religionem ingredi, pater repe-
tere filium haud poterit, nec immerito:
quoniam, vt ait Papinianus [f], res non capit
f l. 10. § Papinian. ff de minorib.

restitutionem, cum statum mutat: mutat
autem statum filius, cum aliquam profitetur
religionem. Eximitur enim patria potestate,
atque ideo extrahi à patre non potest, vti
glossa [t], Bartolus [u], & Baldus [x] nobis scri-
ptum reliquerunt. Quamquam idem Bal-
dus [a], Paulus [b] Castrensis, & Felinus [c] exi-
stiment ingressum religionem liberari qui-
dem patria potestate, quatenus sibi sit in-
commodum, non æque si prosit sibi, vel
monasterio ex persona sua. Nam & Abbas [d] 28
constanter asserit monachum, quo ad in-
commoda, & onera perdere domicilium
originis, & iura ciuitatis; non item, quo
ad commoda perinde, atque mulier, quæ
extermo nupta est, vt ad Vlpiani [e] respon-
sum solent nostri adnotare. Vnde mona- 29
chus ab Episcopo loci, ex quo trahit origi-
nem, poterit ordinari, ac si non mutasset
domicilium, etiam si fuerit illegitimus, quia
monachatus omnem maculam abstergit, vt
recte adnotauit Ioannes [f] Monachus, quo 30
ad ordines scilicet [g], non item quo ad di-
gnitates: verum quo ad ordines, idem est 31
monachatus, quòd dispensatio, eundem
inquam operatur effectum, cum hac diffe-
rentia, quòd hoc fit Principis indulgentia,
illud iuris beneficio. Nam tradit Baldus [h] 32
habilitatum per dispensationē haberi perin-
de, ac si esset habilis de iure communi, at-
que [i] per dispensationem omnem maculam
purgari, & deleri, vt perinde habeatur, ac
si nullus ei inesset defectus: quod & Scæno-
la [k] iurisconsultus respondit. Et licet ple- 33
rumque ingressi religionem mutent nomen,
quod in sacro baptismatis fonte acceperāt,
retinent tamen familiæ, & agnationis co-
gnomen, ac ius succedendi, prout ex Iusti-
niani [l] constitutione asserit Panormitanus
Abbas [m]. Sed dubitatio est, & non medio-
cris, cui adiudicanda sint bona illius mona-
chi, qui facta professione, ad aliam religio-
nem, vel ad aliud monasterium se transtu-
lit, aut factus est Episcopus. Hoc casu nul-
la esse videtur dubitatio. Iam olim in Con- 34
cilio apud Alphæum habito (cuius men-
tionem facit Gratianus [n]) decisum fuit, vt
monachus hæreditatem, aut ab intestato,
aut ex testamento sibi delatam vindicandi
haberet potestatem, sed acquireret mona-
sterio, cuius esset monachus: factus Episco- 35
pus quidquid acquireret, etiam ex indu-
stria, Episcopali acquireret ecclesiæ, non
item monasterio: atque ita etiam intellexe-
runt Ioan. Andreæ, Abbas, & communi-
ter [o] doctores. Maior hæsitatio est, quan-
do de vno in alium transit ordinem, vel be-

t ad d. §. Papinian ad d. can. 6.
u ad l. pate. ff. de adult. ad auth. itē-que C. de bon. quæ liber.
x ad d. §. Papin. & ad l. 2. C. de lib. exhibend.
a ad l. Deo nobis C. de epis. & cler.
b ad l. sub condit. ff de lib. & posth.
c ad c. dilectus. n. 8. de rescrip.
d ad c. postulastis de foro compet.
e l. cū quædam ff de iurisd. om. iud.
f ad c. iudicantib. c. 4. de elect. li. 6.
g c. 1. de filijs presbyt.
h ad l. liberos C. de collation.
i idem Bald. ad l. nuper. § similes. C. de nupt.
k l. 2. quæris. ff. de natal. restituend.
l in d. l. Deo nobis.
m ad c. 1. n. 9. de sepult. Craue. cons. 752. n. 2. Couarr var. resol. lib. 1. c. 19. nu. 10.
n can. 1. 18. q. 1.
o ad c. 3. de testam.

neficio Principis, vel dispensatione iuris:
etenim nulli dubium esse debet, licere mona-
cho propria auctoritate ad strictiorem trāsi-
36 re religionem. Vnde Archidiaconus [p] Ho-
stiensis [q], Ioan. Andreæ, Antonius, Henri-
cus Cardinalis, & Abbas dicunt, bona taci-
te primo monasterio acquisita transmitti cū
persona ad secundum: alij asserunt [r] bona
acquisita à monacho ipsi monasterio ex
eius professione, ita religioni, & monasterio
illi acquiri, vt eorum proprietas ad secundū
monasterium, quo se monachus transtule-
rit, minime spectet, nisi quatenus ad ipsius
monachi alimenta sint necessaria: quam
sententiam communem esse scribit [s] Soci-
nus. cui opinioni videtur consentire Con-
stantinus [t] Harmenopolus, & Iustiniani cō-
stitutio [u] de monachis. *Si vero*, inquit [a] Iu-
stinianus, *relinquens monasterium, in quo con-
uersationē habuerit, ad aliud transeat mona-
sterium, etiā sic quidem eius substantia ma-
neat, & vindicetur à priori monasterio, vbi*
37 *abrenuncias hāc reliquit.* Ipse vero in ea sum
sententia, vt existimem primum monasteriū
non esse melioris conditionis, quo ad secun-
dum monasterium, quàm est, quo ad Episco-
patum. Nam ante Episcopalem dignitatem
monachus acquirit monasterio, postea vero
Episcopatui, vti dixi ex communi nostrorū
consensu. Quare, si eo tempore, quo mona-
chus est in primo monasterio, ei ex alterius
morte defertur hæreditas, ipsi monasteriō
fit acquisitio, nec transit cum ipso ad secun-
dum. Si vero hæreditas defertur, postea
quàm in aliud se contulit monasterium, huic
fit acquisitio: & ita intelligi vult Iustinia-
nus dum ait. *Sic quidem eius substantia ma-
neat, & vindicetur à priori monasterio, vbi
abrenuncians hanc reliquit.* Itaque videmus
Iustinianum præsupponere iam fuisse dela-
tam. Quòd si est parentum hæreditas, trans-
mittatur in monasterium primum, etiam
mortuo monacho, hæreditate non adita:
quia [b] aditio fieri à monasterio poterit. Im-
mo idem dicendum esse in quacumque alia
hæreditate monacho delata contendit post
alios [c] Didacus [d] Couarruuias. Et hanc es-
se communem sententiam apud iuris Pon-
tificij interpretes respondit Socinus [e], &
Corneus [f]. Alexander [g], & Ripa [h] non
solum communem esse, sed etiam veriorem
dicunt. Licet contrarium sentiat Bartolus [i]:
cuius opinionem à ciuilis iuris interpreti-
bus receptam esse idem Socinus [k] testa-
tur. Tutiorem tamen esse præcedentem opi-
nionem post Gulielmum [l] Benedictum,
& Baldum [m] defendit Couarruuias [n]. Quòd
si fu-

p ad can. 6. 17. q. 4.
q & alij ad c. quod te. de cleric. coniug.
r Hostien. in sum. tit. de cler. coniug. § fi. Imo ad d. c. quod à te gl. ad can. si quis rapuerit, 27. quæst. 1. ad can. de lapsis 16. q. 6. Spec. tit. de stat. monach. § 1. vers. 6. Card. cons. 73. tit. de reg. Cor. cons. 88. vol. 2. Pau. Cast. ad l. 1. §. si quis ff. depo. Sylu. in sum. verb. relig. 4. §. 10. Flor. 2 par. tit. 16. c. 4. §. 3.
s consil. 52. vol. 4.
t lib. 5. tit. 4 in fine.
u Auth. de monac. § si vero relinquens.
a in d. §. si vero.
b Cyn. ad d. l. Deo nobis. Bar. eod. vol. 5 Gulie. Bened. ad c. Raynu. de testam. verb. mortuo 1. nu. 150.
c Ioan. And. Ant. Abbas, & cōmun. alij ad c. in præsentia. de probat.
d ad d. c. 1. de test. n. 11.
e consil. 83. lib. 2.
f cons. 272. lib. 4. & in d. cons. 88.
g ad l. 1. n. 26. ff. de vul. & pupil.
h ibi. n. 150.
i ibid. n. 74.
k ibidem, & cons. 52. vol. 4.
l ad c. Raynutius. tit. de vulgar. n. 91.
m cons. 74. vol. 5.
n ad d. c. 1. de testam.

si superstes fuerit monachus ad aliud mo- 38
nasterium translatus, minus poterit adire hæreditatem in præiudicium primi monasterij, cui iam delata fuerat, & multo minus poterit secum trahere ea, quæ iam primo acquisierat monasterio, quidquid dicant Archidiaconus, Hostiensis, Abbas, & alij iam citati: nec ad rem facit textus [o], cui ipsi maxime nituntur: loquitur enim de ascetria, diaconissa, & monacha, quæ si rapta fuerit, aut corrupta, cum suis rebus detruditur in cautius monasterium, vt ibidem delicti com-
missi agat pœnitentiam. Diaconissæ non in 39
monasterijs proprijs, sed in ædibus paternis, maternis, fraternisve cohabitabant, vt libro secundo dictum [p] est, propriaq. bona retinebant: atque ideo Iustinianus in sua Nouella [q], ex qua canon [r] desumptus est, ait. *Si autem diaconissa fuerit, legitimos habens filios, pars legitima liberis eius præstetur*. Quasi reliqua in monasterium ad eius sustentationem debeant venire: ne monasterium patiatur ex alterius delicto detrimentum. Sic videtur esse dicendum in monacho, qui aliquid monasterio, in quo fuit rece-
ptus, detulit. Vt si postea tale commiserit 40
crimen, ob quod debeat in aliud detrudi ad agendam pœnitentiam, secum trahere possit, quod primo acquisierat. Et si hoc casu ea bona non afferat, quo ad dominium, sed quo ad vsum fructum duntaxat, hoc est ad vitam ipsius monachi: quo mortuo ad primum monasterium reuertitur proprietas. quod glossa [s], Hostiensis [t] & Imola [u] perite animaduerterunt. Erit ergo textus ille accipiendus de eo, qui ob delictum perpetratum in aliud detruditur monasterium. Sed quæstio nostra est de eo, qui sponte, & nemine cogente, vel ex Principis indulgentia, vel iuris beneficio ad aliam transit religio-
nem. Si vero aliquis ordo (vt Capuccino- 41
rum, aut Minorum de obseruantia nuncupatorum) ex suis constitutionibus impeditur ita, vt nihil proprij habere possit, bona ad agnatos monachi, eo defuncto, legitime pertinebunt, vel ad eos, qui in eorum locum succedunt, nisi fauor religionis aliud suadeat: quo casu acquiescerem, præsertim, si deessent fratres. Quòd, si ad Episcopatum assumatur, vel Religionis bonorum capacis monachus fiat, vtique consulente [x] Crauetta succedere potest; quia ius substitutionis per ingressum Religionis [y] non extinguitur, & monachus retinet ius suitatis, & succedit ab intestato, vt diximus: vide Petrum de An-
charano [z]. Sed an possint monachi secula- 42
ria habere beneficia? receptum [a] est posse.

[o] can. si quis rapuerit. 27. q. 2.
[p] cap. 8.
[q] Nou. 123.
[r] d. can. si quis rapuerit.
[s] ad d. can. si quis. in verb. cautiori.
[t] in sum. de cleric. coniug. § fin.
[u] ad d. cap. quod à te. eod. de cleric. coniug.
[x] cons. 152. num. 5. circa finem.
[y] Libro nobis. C. de epis. & cler. Iasad l. patre furioso col. penult. ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iur.
[z] ad Rubr. de success. ab intest. post num. 4.
[a] ad cap. de monachis de praben. & dignit.

Immo [b] Abbas tradit ad monachos, & viros religiosos quinque modis seculares ecclesias spectare, videlicet: quo ad ius patronatus duntaxat: quo ad collationem, seu quo ad institutionem tituli collatiuam: quo ad liberam institutionem, vt libere possint presbyterum etiam ad curam populi, instituere: quo ad temporalia tantum: vltimo, quo ad vtraque, temporalia, scilicet, & spiritualia. Hæc omnia idem explicat Abbas, subijcitq. quando ecclesia est eis subiecta, quo ad temporalia, & spiritualia, distinguendum esse: quòd aut est subiecta pleno iure, aut non
43 item: hoc casu [c] Episcopo tenentur præsentationem facere: secus, si est eis pleno iure subiecta, quia cùm plenam in ipsa ecclesia habeant institutionem, non est [d] necesse recurrere ad Episcopū pro institutione: quinimmo eo casu glossa [e] asseuerat posse monachos vicarium constituere, deponere, & his similia facere. Alia glossa [f] etiam, quam
44 sequitur, & explicat idem Abbas [g], dicit quadruplici iure ad religiosos viros pertinere ecclesias, aut ex laici donatione, aut ex Episcopi concessione, aut ex propria fundatione, aut ex translatione iuris patronatus duntaxat, vel quia acquisiuerunt vicum, in quo erat ius patronatus, vel quia patronus laicus concessit eis solum ius patronatus. Sed iste casus ad primum referri potest, hoc est ex laici donatione. Nam licet ius patro-
45 natus cum [h] vniuersitate bonorum distrahi possit, solum tamen, absque simoniaca culpa, emi nequaquam potest: etsi valet con-
46 cessio cum Episcopi auctoritate gratis facta.
47 Habent tamen monachi hoc ius singulare, vt si eis ius patronatus delatum fuerit, nullus [i] inibi Episcopi consensus desideretur. Memini me aliquando in Paratitlis [k] rationem huius rei non insulsam attulisse: quia
48 scilicet cùm ius patronatus sit [l] spiritualibus annexum, ius nostrum libenter admittit, vt quidquid est spiritualibus annexū, à laico ad
49 [m] ecclesiam transferatur. Cæterum monachi secularium beneficiorum, etiam curatorum, incapaces existunt, etiam si sint canonici regulares, vt sacrosancta synodus [n] Tri-
50 dentina decreuit. Eadem tamen [o] mandauit, vt regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, religiosis tantum illius ordinis, vel ijs, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non alijs, conferantur. Et olim (licet officium monachi plangere, non docere est, vt bene scriptum reliquit [p] B. Hieronymus aduersus Vigilantium) postea tamen, quàm facti essent cle-

[b] ibid. n. 5.
[c] d. cap. de monachis.
[d] cap. vnic. de capellis monach. lib. 6. cap. quoniam de priuileg.
[e] ad clem. 1. de excess. prælat.
[f] ad d. cap. de monachis.
[g] ibid. num. 10
[h] cap. 6. & 16 de iure patron.
[i] c. 8. eod.
[k] eod. tit. de iure patron.
[l] cap. 3. de iudic.
[m] cap. 7. § talıter de ijs, quæ fiunt à Prælat. sine cons. capit.
[n] c. 11 sess. 24.
[o] c. 10. ead. sess.
[p] cap. 6. 16 quæst. 1.

rici, vtile visum est, & expedire Christianæ
Reipublicæ, si sacris q etiam litteris ipsi na-
uarent operam. Idcirco receptum r est pos- 50
se monachum, qui ex licentia sui Abbatis
degit in gymnasio studij gratia, contrahere
mutuum, & obligare monasterium: hoc est,
vt eleganter notauit Abbas s, vsque ad mo-
deratam summam. Nam ex eo, quòd ha-
buit facultatem ad studium eundi, videntur
sibi concessa ea t omnia, sine quibus stude-
re non posset: & si doctoratus insignia con- 52
sequi voluerit, ex quo est in studio cum Ab-
batis licentia, monasterium u tenetur ex-
pensas doctoratus facere. Si vero operam
suam bene collocauerit, & doctor euaserit,
Vicarius Episcopi, habita ipsius Abbatis li- 53
centia, effici poterit, vt Abbas x post Ioan-
nem y Andreæ, & Archidiaconum z scribit.
Etsi Lancellotus Conradus a in libro, qui
inscribitur, *Templum omnium iudicum*, exi-
stimat etiam sine Abbatis licentia posse ip-
sum vices alicuius Episcopi gerere, hoc est
Vicarium esse: quia & Episcopus potest, in-
uito Abbate, in suum cubicularium habere
monachum ex Gregoriana b constitutione, 54
qua cauetur, vt electi in Episcopos habere
debeant in ministerio cubiculi, siue secula-
res, siue regulares viros, qui veram eorum
secretò conuersationem videant. Sed pace
sua non valet illatio: id enim constituit Gre-
gorius, postquam laicos omnes à suo mini-
sterio remouit, testimonio Beati Antonini c
in sua historia: vt suo exemplo Episcopi om-
nes pro suis cubicularijs viros haberent re-
ligiosos, non laicos: vt puta, si Episcopus est
clericus secularis, seculares haberet clericos;
si regularis, vtique posset secum retinere ex
eodem ordine monachos: non vt ipsi, à cubi-
culo cùm ministrauerint, possint facilius, si-
cut nostri d arbitrantur, Episcopum accusa-
re, quod etiam animaduertit Archidiac. e,
& Ioan. à Turrecremata f, sed vt exemplum
profectus ex sedula eius visione sumant, vti
in calce ipsius canonis apertè scribitur. Et
Baldus g putat sine licentia Abbatis mona-
chum etiam cubicularij ministerium acci-
pere non posse. Felinus tamen h priorem
sententiam longe veriorem esse arbitratur.
Hæc textui magis videtur conuenire: illa
æquitati: siquidem monachus Abbati obe-
dientiam promittit: obedientia autem vnum
est ex tribus substantialibus votis. quare i
Abbas Panorm. post glossam k scribit de-
bere monachum potius l Abbati, quàm Epi-
scopo obedire. Quinimmo monachus ex
Bonifaciana m constitutione electioni de se 55
in Episcopum factæ, inscio, vel contradicen-

q cap. vlt. ne cler. vel monach.
r Archid. ad can. cum pastoris. 2. q. 7. Innoc. ad c. quàm. vbi etiam Abbas. n. 5. de offic. ordin. Anton. ad cap. 2. ne cler. vel monach. lib. 6. Cardin. ad clem. 1. §. quia vero. quæst. 10 de stat. monac.
s ad cap. cùm contingat. n. 24. de foro comp.
t cap. 5. de offic. deleg. l. 2. ff de iur. omn. iud.
u Felin. ad c. cum dilecta n. 19. de rescript.
x ad c. cum causam o. 9 de elect.
y ad c. cum & si princ. pal. de rescript.
z can. in nona. 10. q. 7.
a lib. 2. c. 6 num. 5. de off. vic.
b can. cum pastoris. 2. quæst. 7.
c par. 2. fol. 164.
d post glos. ad d. can. cum pastoralis
e f ad d. can. cum pastoralis.
g ad rubr. de maior. & obed.
h ad c. cum I. & A. n. 13. de re iud.
i ad cap. ne pro defectu num. 5. de elect.
k ad ca. quærentis. 1. q. 1
l ca. 1. & 2. dist. 58
m c. 27. de elect. lib. 6. late Abbas ad c. ecclesia vestra 3. num. 16. de elect.

56 te Abbate, minus potest consentire: quia vt
ait Bonifacius octauus, eius arbitrium non
ex sua (cùm velle, vel nolle non habeat)
sed ex illius, quem ipse sibi vice Dei supra
caput posuit, & cuius imperio se subiecit, vo-
57 luntate dependet: & Benedictus vndecimus
n statuit, quòd si religiosus electus, vel eius
electores intra tempus moderandum à su-
periore licentiam non petierit, iure ex ele-
ctione quæsito priuatur electus, & alius rite
58 eligi potest. Vnde & Clemens V. o decla-
rauit nullam esse concessionem licentiæ ge-
neralis monacho de consentiendo electioni
de se factæ, aut faciendæ. Non est itaque
dubium, quin religiosus indulgentia sui Ab-
batis indigeat, si Episcopo Vicarius dandus
59 sit. Verum enimuero, si à Pontifice maxi-
mo electus fuerit, haud necessariam esse
Abbatis licentiam arbitror. Nam ex eo,
60 quòd eligitur à Pontifice, videtur eximi p
Abbatis potestate, & obedientia. Immo & à
nexibus regulæ, exceptis q substantialibus,
liberari. quod videtur dicendum in quoli-
bet monacho iam in Episcopum electo. Est
enim doctorum calculis r receptum, mona-
chum episcopali dignitate insignitum, nec à
gestatione habitus, nec à tribus votis sub-
stantialibus liberum esse. Porro Innocentius
III. in Generali concilio Lateranensi ita s
statuit. *Pontifices in publico, & in ecclesia su-
perindumentis lineis omnes vtantur: nisi mo-
nachi fuerint, quos oportet ferre habitum mo-
nachalem*. Immo Syluester t, & Iason u pu-
tarunt monachum excommunicatum, qui
habitum religionis dimiserit, & exteriorem
episcopalem tunicam assumpserit. Couar-
ruuias x contrariam tuetur sententiam: quæ
mihi verior est. Nullibi enim reperias ex-
communicationem indictam esse monacho,
qui prætextu Episcopalis dignitatis, non di-
misso habitu monachali, assumat lineum il-
lud, ac candidum indumentum, quod ab
Episcopis exterius defertur, vulgoq. Rochet-
tum appellatur. Nec quidquam facit Boni-
61 faciana y constitutio: quia loquitur de mo-
nachis, quibus vt euagandi materia subtra-
hatur, districtius ibi inhibetur, etiam adiecta
excommunicationis pœna, ne in scholis, vel
alibi temere habitum religionis, quam pro-
fessi sunt, dimittant. quod non habere lo-
cum in Episcopo monacho, qui exteriorem
illum episcopalem amictum superinduit, ne-
mo est, qui non videat. Etsi male facit, si ea
62 vtitur: cùm Innocentius z, id ne fiat, consti-
tutione mandauerit, quam interpretando
Panorm. Abbas a addidit, neque etiam
63 monachum Cardinalem posse habitum mu-
tare.

n extra. c. cap. 2. eod.
o cap. vlt. eod. in sex. & ibidem Imola.
p Abbas ad c. per tuas num. 7. de voc. & vot. redempt.
q Abbas ad c. olim. n. 7. de priuileg.
r Couarruu. ad cap. 1. n. 18 de test.
s de quo in c. 15. de vit. & honest. cleric.
t in verb. religioso 7. q. 11. arg. c. 2 ne cleric. vel monach. 6
u ad auth. ingressi C. de sacr. ecc.
x ad d. c. 2.
y d. cap. 2. ne cler. vel mon. lib. 6.
z d. cap. 15. de vit. & honest. cler.
a ibid. n. 5. & 19.

tare. Ac, ne longius progrediamur, tres videmus in amplissimo Cardinalium collegio, duos ex Prædicatorum, tertium ex Minorum Franciscanorum ordine fratres: Michaelem Bonellum Alexandrinum, Pij Papæ V. ex filia sororis pronepotem, experientia, ac ingenio virum præclarum: Hieronymum Bernerium Asculanum: ac Constantium Sarnanum, qui claustralem vitam ea virtute, ac laboribus excoluerunt, vt statim ac in Cardinalium cœtum cooptati sunt, adnumerari hæreticæ prauitatis summis inquisitoribus meruerint: maximis, scilicet, Cardinalibus, Ludouico Madrutio, Iulio Antonio Sanctorio, Petro Dezæ, Ioan. Antonio Fachinetto, ac Ioan. Bapt. Castaneo, viris grauitate, rerum maximarum vsu, pietate, ac omnibus artibus, quę Cardinales decent, summisq. virtutibus ornatissimis. Ab illis verò, quæ substantialia vota sunt, non est exemptus monachus propter episcopalem dignitatem, quamuis [b] à prohibitione car-
nium, à iurisdictione Abbatis, ab alijsq. ip- 64
sius religionis statutis sit liber. Quæ omnia, quomodo intelligi debeant, paucis explicat S. Thomas Aquinas in 2.2. quæst. 185. art. 8. in respons. Quod autem dicitur exemptum [c] esse monachum Episcopum ab Abbatis potestate, non est, quòd sit exemptus à voto obedientiæ, vti perite ratiocinatur B. Thomas [d], quia illi adhuc subiectus est: sed quia Abbatem non habet, cui obediat, dicimus eum à iurisdictione, & Prælati regularis potestate solutum esse. Idem tamen Ange-
licus Doctor [e] tradit, monachum factum 65
Episcopum subditum esse omnibus religio-
nis regulis, & statutis, quæ episcopali officio 66
nihil esse possunt impedimento: à reliquis vero eximi. Tametsi ex causa Episcopus monachus sibi indulgere valeat, vt solent
Prælati regularium. Caietanus [f] vero asse- 67
rit monachum per Episcopalem dignitatem non eximi à tribus votis substantialibus, à regulis autem, & statutis, quo ad obligationem legalem, & eius coactionem tutum esse, & immunem, non tamen, quo ad morale vinculum ipsorum statutorum: quasi monachus Episcopus teneatur ex morali vinculo seruare statuta religionis, & regulas ipsius
ordinis monachorum, à pœnis vero ipso- 68
rum statutorum, ac subinde à mortali peccato liber sit, cùm coactioni legali non sit subiectus. quæ interpretatio mihi videtur rectissima: ratio est, quoniam frustra est potentia omnis, Arist. ac eiusdem S. Thomæ [g] testimonio, quæ reduci ad actum non potest: ideo vis coactiua humanæ dispositionis non

b glos. ad can. de monachis. 16. q. 1 & can. 1. 18. q. 2. Ias. ad auth. ingressi. Card. ad clemen. 2 in prin. q. 2. de consib. Abbas ad d. c. per tuas. de vot. & vot. redemp.
c d can. 1.
d 2. 2. q. 185. art. 8.
e ibidem.
f in opere. 17. q. 6. 22.
g 1. 2. q. 96. artic. 5.

extendit se ad eum, respectu cuius reduci minus potest ad actum. Vnde aliquando
69 disserebam [h] Principem esse solutum legibus, quo ad vim cogendi, quia si cogeretur, à semetipso cogeretur, cùm superiorem non habeat, qui in eum possit animaduertere. Sic Episcopus monachus non subijcitur statutis religionis, & regulis, quo ad vim coactiuam, cùm non habeat Abbatem, qui eum valeat cogere ad obseruationem statutorũ: etenim ait Aristoteles [i], positionem legum esse necessariam circa æquales genere, & potentia, sed monachum Episcopum non coercet talis lex. Quare Caietanus mihi videtur
70 optime sensisse, monachum Episcopum non peccare mortaliter, si sexta feria, Natiuitatem Domini celebrari contingat, & carnes comedat, cùm sit alioquin ab Honorio [k] III. professis, & vouentibus interdictum. Idem probat Dominicus [l] Soto, lib. de iustitia, & iure, sequiturq. eum Couarruuias [m], qui etiam frequentiorem esse nostratium sententiam testatur. Sed dubitari posset, num monachus, qui ex eo, quòd est monachus, eximitur ciuili iurisdictione, & patria potestate, sit etiam exemptus episcopali iurisdictione. In concilio Arelatensi ita [n] sancitum fuit. *Monasteria, vel monachorum disciplina ad eum pertineant Episcopum, in cuius sunt territorio constituta.* Extat tamen
71 Honorij III. Pontif. constitutio [o], qua cauetur monachos delinquentes per Abbatem loci corrigi debere: idemq. videtur fuisse confirmatum in concilio Lateranensi [p] sub Alexandro III. Pontif. Glossa [q] vero dicit coercitionem monachi primùm ad Abbatem spectare: quo negligente, deuolui ad Episcopum. Hugo, *Aut agitur*, inquit, *secundum regulam claustralem, aut in forma*
72 *iudicij. Hoc casu* [r] *solus Episcopus cognoscet: si secundum regulam, magis tenetur* [s] *obedire Abbati, quàm Episcopo.* Alij, & quidem [t] communiter tenent, quòd in minoribus cor-
71 ripit Abbas, in grauioribus Episcopus. Et ita intelligi potest Arelatensis concilij de-
74 cretum. Namque criminales causas [u] nulli, præter Episcopum, in eius diœcesi tractare
75 permittitur. In ijs igitur causis, quæ criminales non sunt, monachus Episcopo nequa-
76 quam subijcitur. Neque inscio, & non consentiente Abbate, potest monachus iurare [x]. Si iurauerit, non tenere iusiurandum Abbas
77 [y] opinatur. Si vero se inuicem percusserint monachi, beneficium [z] absolutionis ab Abbate valent obtinere, & eo deficiente, ab Episcopo loci: etsi forte aliter ex priuilegijs
78 obseruetur hodie. Et non solum ab omnibus angarijs,

h lib. 1. c. 1. animaduer.
i lib. 3. Politic. cap. 9.
k c. vlt. de obser. ieiun.
l lib. 10. q. 5. art. 7.
m ad d. c. 1. de testam.
n can. 17. 18. q. 2.
o cap. 8. de stat. mon.
p c. 9. & 16. de appell.
q ad cap. quanto, de offic. ordin. Abbas ad c. monachi, de sent. excommun.
r can. de persona. 11. q. 1. l. 3. C. de patr. potest. l. vnic. C. de emēd. propinq.
s Abbas ad cap. Ne Dei Ecclesiam. de simon.
t Ant. de But. ad d. c. quanto. nu. 29. Abbas ad c. licet. eod. de offic. ordin.
u notatur ad c. de monachis. de praeb. & dignit.
x c. 1 de iuram. calum.
y ad c. cum cōtingat. n. 23. de for. compet.
z d c. monachi. ad quod notāt omnes. de sent. excom

angarijs, parangarijs, ordinarijs, & extraordinarijs muneribus sunt exempti; verum etiam à noualium[a] decimis persoluendis. Multa præterea essent dicenda de monachis: sed ne idem bis repetamus, cùm de immunitate sacerdotum, & ecclesiarum priuilegijs sermonem inferius simus habituri, id in eum locum consultò, & opportunè reijcimus.

[a] cap. ex parte. de decim. Abbas ad cap. fin nu. 6 vt lit. non contest.

SVMMA EX CAPITE V.

1 *Ex laicis non assumitur Pontifex maximus apud nos.*

2 *Sacerdotes apud Hebræos sacra soli administrabant, habebantq. superiorem omnibus Pontificem.*

3 *Vestes, & consecratio pro Pontifice Hebræorum à Deo imperata est.*

4 *Vestes Pontificis erant octo, superhumerale, rationale, tunica hyacinthina, tunica linea stricta, feminalia linea, baltheus, tiara, & lamina aurea.*

5 *Vestes Pontificiæ erant pretiosissima auro, gemmis, atque opere phrygio elaboratæ supra, quàm dici possit.*

6 *Quædam vestes erant Pontifici cum sacerdotibus communes, sed non tanti pretij, neque artificij, quanti propriæ Pontificis.*

7 *Ephod sacerdotum ab Ephod Pontificum plurimum differebat, vocabaturque Ephodbaa, hoc est superhumerale lineum.*

8 *Nouus Pontifex aqua mundatus, induebatur sacris vestibus, oleo in capite vngebatur, factoq. sacrificio, consecrabatur, asperso altari cum eius vestibus sanguine sacrificij.*

9 *Pontifex non admittebatur, qui corpore vitiosus erat.*

10 *Aristobulus Hyrcano fratri nasum abscidit, ne Pontifex iterū creari posset.*

11 *Pontifex solus, & semel in anno Sancta Sanctorum ingrediebatur.*

12 *Quo die Pontifex intrabat Sancta Sanctorum, cuncti ieiunabant.*

13 *Templum quattuor porticus habuit: prima alienigenis: secunda maribus, ac eorum vxoribus mundis: tertia maribus mundis, & purificatis: quarta sacerdotibus patuit: adytū soli Pontifici.*

14 *Pontificatus stetit in familia Aaronis vsque ad Reges Syriæ.*

15 *Pontificatus, Regibus iubentibus, e familia Aaronis ad alias leuiticas trāsiuit.*

16 *Pontificatus erat perpetuus apud Iudæos.*

17 *Græcis regnantibus in Iudæa, Pontificatus temporarius factus est.*

18 *Pontificatus semper maximæ auctoritatis fuit apud Hebræos.*

19 *Pontificatus vsque ad transmigrationem Babylonis in sacris tantum fuit, post vero etiam in Republicæ administratione.*

20 *Assamonæi, & Principatum, & Pontificatum occuparunt.*

21 *Qui Pontifices, ijdem & Reges fuerunt post Assamonæos.*

22 *Pompeius Magnus Pontificatum Hebræorum à Principatu seiunxit.*

23 *Vnicus semper fuit Pontifex Hebrais.*

24 *Sacra pagina Pontificem etiam Principem sacerdotum, aut magnum sacerdotem appellat.*

25 *Sacerdotum princeps etiam dicebatur, qui caput vnius ex xxiiij. classibus sacerdotum erat.*

26 *Censet Sigonius, qui semel Pontificatum obtinuissent, quamuis deponerent, semper Pontifices vocatos.*

27 *Anna seipsum, deinde generum Caipham, ac postmodum omnes, quotquot habuit, filios Pontifices vidit.*

28 *Pontifices apud Iudæos in maximo semper honore fuerunt.*

29 *Paulus Ananiam Pontificem parietem dealbatum ad contumeliam dixit.*

30 *Pœnituit Paulum Pontificis à se contumelia affecti, quia princeps esset sacerdotum.*

31 *Christus Pontificem Hebræorum oblique redarguit: numquam rectà, religionis ergo.*

32 *Dignitas Pontificia nulli est obnoxia reprehensioni.*

33 *Papa errare non potest.*

34 *Christus nascitur, quo tempore Hebræi Regnum, & Pontificatum amiserant.*

35 *Caput Ecclesiæ non humanis decretis, sed iure diuino constat.*

36 *Per hæc verba: Tu es Petrus, &c. à Christo erga Petrum prolata, non fuit data, sed promissa administratio Ecclesiæ.*

37 *Fuit vero data post Resurrectionem Domini per hæc. Pasce oues meas.*

38 *Pontificalis potestas omnem creatam potestatem excedit.*

39 *Effectus recensentur Vicariatus Christi.*

40 *Fides est salutis nostræ formalis character.*

41 *Christus pro fide Petri, hoc est Ecclesiæ, Patrem rogauit.*

42 Chri-

42 *Christus pro solo Petro censum persoluit.*

43 *Christus Resurrectionem suā Petro præsertim nunciari mandauit.*

44 *Ecclesia Romana non habet primatum ab Apostolis, sed à Christo.*

45 *Petrus Romam venit, vt in ea primatum Ecclesiæ constitueret.*

46 *Petrus Romam venit, vt Christianam politiam altius fundaret, campumque ecclesiæ vberiorem redderet.*

47 *Lux veritatis à capite Petro per totum mundum efficacius effusa est.*

48 *Petrus fuit princeps Apostolorum, non quia Vrbis Romæ fuerit Episcopus, sed quia à Domino suus Vicarius in toto orbe fuit constitutus.*

49 *Solus Petrus Episcopus à Christo factus est: cæteri vero Apostoli à Petro: ex Turrecremata.*

50 *Successores Petri cæterorum Episcoporum successoribus præferri debent, sicut ipsum Dominus cæteris Apostolis euidenter prætulit.*

51 *Rom. Pontifex tempore, auctoritate, & potestate cæteros omnes Episcopos iure anteit.*

52 *Concilium Chalcedonense Rom. Pontificem Oecumenicum Archiepiscopum appellat.*

Hoc fecerat antea concilium Constantinopolitanum.

53 *Constantinopolitanum concilium suæ vrbi primatum post Romanam sedem tribuit.*

54 *Alexandrina sedes, ac Antiochena Constantinopolitanam præcedebant ante concilium Constantinopolitanū primū.*

55 *In concil. Constant. secundo fuerunt concessa ei vrbi priuilegia Romanæ sedis, & renouatum decretum de primatu post eandem sedem.*

56 *Idem in octaua synodo confirmatum fuit.*

57 *Tria Africana concilia Rom. Pont. patrum patrem, ac summum Præsulum Pontificem appellant.*

58 *Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum per excellentiam Generale dicitur, quòd ei mille, ducenti, octogintaduo patres, præter duos Patriarchas, ac septem Principum secularium legati interfuerint, præsertim orientalis, & occidentalis Imperij.*

59 *Ordo primatuum Catholicæ ecclesiæ talis est. Roma, Constantinopolis, Alexandria, Antiochia, Hierusalem: Hunc alias constitutum, Lateranense concilium Generale confirmauit.*

60 *Romana Ecclesia mater, & magistra fidelium apte dicitur. Hoc nomine, & à concilio Tridentino nuncupatur.*

61 *Romanæ Ecclesiæ primatus, qui per concilij Nicæni canonem labefactari videtur, per eumdem potius asseritur, & firmatur, secundum veriorem, & rectiorem intellectum, quem ei dat auctor noster.*

62 *Amplissima fuit iurisdictio Patriarchæ Alexandrini.*

63 *Patriarchæ Alexandrini iurisdictio terminum, etsi latissimum, habet: Romani nullum.*

64 *Præfectus Prætorio eamdem, quam Princeps, in sua Prouincia auctoritatem habet.*

65 *Legatus de latere in sua Prouincia, eamdem quam summus Pont. auctoritatem habet, exceptis, quæ sibi eum mittens reseruauit.*

66 *Verba canonis concilij Nicæni, quo videtur Alexandrinum Patriarcham Romano Antistiti parem fieri, ex Græco idiomate originario alium habent sensum.*

67 *Nihil incrementi contulit synodus Nicæna Ecclesiæ Romanæ.*

68 *Concilium Chalcedonense Patriarchis Prouincias longe situs distribuit, quo concordia inter Prælatos conseruaretur, dum disceptationum arbitrū haberent.*

69 *Quia Patriarchæ multam habuerint auctoritatem, nihil demptum est Rom. Pontificatui.*

70 *Per verba. Tu es Petrus, &c. præfectura Petri fit certior, quàm cæterorum.*

71 *Petrus est vertex, & caput collegij Apostolici.*

72 *E Petri cathedra prodijt sacerdotalis vnitas.*

73 *Veram ecclesiam constituit plebs sacerdoti adunata, & pastori grex adhærēs.*

74 *Potestas clauium data est Petro, tamquā capiti: alijs tamquam Petri membris.*

75 *Potestas clauium ad vnicum Petrum est redacta ad schismata tollenda.*

76 *Omnes mundi ecclesiæ Catholicæ vnus thalamus Christi sunt.*

77 *Per hæc verba: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ: haud dubie Ecclesiæ Rom. vnitas designatur.*

78 *Hæc vnitas à Paulo prædicata est Ephesijs.*

79 *Corpus biceps, aut multiceps, monstrosum.*

80 *Princeps debet esse vnus, quia, vt ait Arist.*

Digitized by Google

Arist. principantium multitudo est mala, cùm entia nolint male disponi.

81 *Vnitas Christi ipsius ore prædicatur, & sanctificatur, cum dicit. Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus.*

82 *Vniuersus orbis Papa iure subiectus est, etsi ipse non in omnes homines suam potestatem exercere possit.*

83 *Papa summus Princeps est.*

84 *Nullus ex quattuor Patriarchis vniuersalis dici debet, cùm sint pares dignitate, & potestate.*

85 *Pelagius Papa, reiecto vniuersalis titulo, vniuersam, quam habebat in Ecclesia potestatē, non sequitur reiecisse.*

86 *Metropolitani intra tres menses pallium suscipere tenentur, alias dignitate adepta spoliantur.*

87 *Non permittitur pallium, nisi iurata sedi Apostolicæ fidelitate, atq. obedientia.*

88 *Metropolitani absque pallio Episcopos consecrare, clericos ordinare, chrisma conficere, basilicas dedicare, concilium conuocare nequeunt.*

89 *Metropolitani absque pallio nec Archiepiscopi vocari debent.*

90 *Qui conuenient absque Rom. Pontificis auctoritate, non concilium, sed conciliabulum, ac conuenticulum faciunt.*

91 *Quæstiones prouincialium synodorum à Rom. sede sunt explicandæ.*

92 *Nomen vniuersalis Pont. Romano à synodo Chalcedonensi tributum est, atq. acclamatum Leoni tunc Pontificatum tenenti.*

93 *Ioannes de Turrecremata hallucinatur existimans Pelagij constitutionem de quattuor Patriarchis editam ad Pont. Romanum extendi.*

94 *Papa aliquando vniuersalis dici noluit, aut propter humilitatem, aut quia non est specialis administrator cuiuslibet ecclesiæ.*

95 *Petrus non fuit vocatus vniuersalis Apostolus.*

96 *Vniuersalem Episcopum interpretatur Gregorius solum Episcopum, ideo vniuersalis ipse dici recusabat. Hoc elicitur ex multo ante præcedentibus huc vsque.*

97 *Qui particulari ecclesiæ mediate præpositus est, non potest dici vniuersalis, cùm re vera non administret illam ipsam ecclesiam, nisi per alium, quem ei præficit.*

98 *Verba hæc: vniuersalis autem, & c. can. iij. dist. 99. censentur spuria, & supposititia.*

99 *In noua decreti Gratiani editione verba hæc, vniuersalis, &c. suspecta fuerunt correctoribus eius voluminis, ideo diuersis characteribus distincta sunt.*

100 *In Episcopali ceruice nihil splendidius fulget, quàm humilitas, ait Greg.*

101 *Humilitas est clauis regni cælorum, scripturas aperit, & Deum placat.*

102 *Gregorius M. mediocres homines dominos vocauit.*

103 *Gregorius M. se seruum seruorum Dei dixit.*

104 *Etiam ante Gregorium se Pontifices seruos seruorum Dei scribebant.*

105 *Papæ triplex corona summum eius imperium designat.*

106 *Papa solus ad altare S. Petri inungitur chrismate in capite, & consecratur.*

107 *Cardinales consecrant Pontificem, cùm ipse non habeat Metropolitanum, qui hoc munus expleat.*

108 *Episcopus Cardinalis Hostiensis Papam, & Imperatorem consecrat.*

109 *Præfertur crux Papæ incedenti, quia à Deo pendet eius auctoritas: prælatis vero baculus curuus, qui pastorale dicitur, quia à Papa.*

110 *Baculi pastoralis incuruatio, Episcopi definitam potestatem designat.*

111 *Patriarchæ in suis prouincijs, & absente Papa crucem deferunt, pallioque vtuntur: Papa vero semper, & vbiq. in signum plenæ potestatis.*

De Hebræorum Pontificibus, deq. primatu Romanæ Ecclesiæ. Cap. V.

HODIE, qui in summum eligitur Pontificem, ex solo Cardinalium collegio deligi solet, & est, aut secularis, aut regularis clericus: & ne è longinquo exempla petamus, Frater Felix de Montealto, qui in præsentia orthodoxæ Ecclesiæ, vniuersæq. Christianæ Reipublicæ summa cum laude, & populorum vtilitate præest, iam ab ineunte ætate in Seraphici Francisci familiam sanctitate, pietate, doctrinaq. nobilissimam adscitus, eamq. professus, omnibus eiusdem ordinis officijs, & magistratibus singulari prudentia, & integritate perfunctus, supremam quoque ipsius ordinis præfecturam consequutus, à Pio V.

Digitized by Google

Pio V. summo Pont. & Dominicanæ reli-
gionis itidem professo in Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalium ordinem cooptatus,
tandem eorundem omnium consensu Pon-
tifex maximus est renunciatus an. sal. 1585.
oct. Cal. Maias, & Sixtus V. appellatus.
Non est igitur dubium, quin ex vtroque
clericorum ordine assumi possit Pontifex, 1
non autem immediate ex laicis ob ea, quæ
a cap 4. in princ. & ca. 4. & 9. dist. 71. diximus a in secundo libro. Sed, vt eundem,
quem polliciti sumus, ordinem sequamur,
nonnulla de Hebræorum Pontificibus di-
cenda sunt, ea, inquam, quæ argumento
nostro possunt deseruire. Nam & apud eos, 2
sicuti omnium sacrorum Principatum te-
nebant ij, qui sacerdotes dicebantur, sic
inter omnes sacerdotes vnus dignatione,
auctoritate, ac potestate excellebat, qui
b Exod. 28. 29. & Leu. 6. Pontifex appellabatur. Quare Deus b Aa-
ronem Moysis fratrem ex tribu Leui Ponti-
ficem, filios vero eius sacerdotes consti-
tuit. Vnde colligimus, vnum solum esse
Pontificem, cui velut patri, reliqui omnes,
vti filij, parere teneantur. Rerum præterea
omnium conditor Deus, explicitis ijs, quæ
ad conficiendum, ornandumq. tabernacu-
c d. c. 28. lum erant necessaria, illico de Pontifice c 3
præcepit, vt eius vestes, quibus ab alijs di-
stingueretur facile, conficerentur, ipseque
consecraretur. Huiusmodi autem pontificiæ
d d. c. 28. vestes, quæ in Exodo d præcipiuntur, & fa-
e cap. 8. ctæ in Leuitico e narrantur, quæ nam essent
vtrobique explicatur: clariusq. ex Iosepho
f epist. 128. ad Fabiolã de vestitu sacerdotũ, quæ est 4. lib. 3. eas refert f B. Hieronymus. Erant autem 4
vestes octo, superhumerale, rationale, tu-
nica hyacinthina, tunica linea stricta, femi- 5
nalia linea, balrheus, tiara, & lamina aurea.
Hæc erant non modo stamine byssino, pur-
pura, coccoq. bis tincto confecta, sed etiam
auro, pretiosissimisque contexta lapidibus,
nempe sardio, topatio, smaragdo, carbun-
culo, sapphiro, iaspide, lyncurio, achate,
amethysto, chrysolito, onychino, beryllo:
quæ omnia polymita arte ita erant distin-
cta, vt diuersos flores, ac gemmas artificis
manu non textas, sed natas arbitratus esses.
Ex ijs vestibus licet quædam essent sacer- 6
g dd. capp. 28. & 8. dotibus communes, vti tunica g linea, bal-
theus, mitra, & feminalia, non fuisse tamen
tanto artificio, auro, gemmisq. contextas
argumento est, quod apud eundem S. Hie-
h in d. epist. 128. hoc est in epist. 2. ad Marcellum, quæ est 43. lib. 2. ronymum h legitur. *Sextum, inquit, est ve-*
stimentum, quod Hebraica lingua dicitur
Ephod, id est, superhumerale, & solis conue-
nit Pontificibus, ex hyacintho, bysso, cocco, pur-
pura, & auro contextum. Et si Regum primo
i 1. Reg. 22. i habetur. *Irruit in sacerdotes, & trucida-*

uit octoginta quinque viros vestitos Ephod
7 *lineo.* Cui dubitationi occurrit idem eru-
ditissimus doctor, dicens, Ephod illud fuis-
se lineum, non autem ex hyacintho, bysso,
cocco, purpura, aut auro, vt pontificium.
Cui expositioni conuenit etiam illud quod
Beatus Eucherius nobis scriptum reliquit.
Ephod, ait, *duo sunt genera, vnum lineum,*
& simplex, quod sacerdotes habebant: alte-
rum diuersis coloribus ex auro, purpura, bys-
so, hyacintho, gemmisque contextum, quo soli
Pontifices vtebantur. Sacerdotale vocatur
Ephodbad, id est superhumerale lineum. Qui
8 ergo futurus erat Pontifex, cùm ad altare
esset oblatus, & aqua mundatus, tum illis
induebatur vestibus, inde in capite oleum
sanctum suscipiebat, demum sacrificio præ-
cipuo facto, consecrabatur, victimæque
sanguine altare, & vestes eius aspergeban-
tur, vt in Exodo k, & Leuitico l legitur, k cap 29. l cap 8.
& Philo m de vita Moysis ostendit. Et quan- m lib. 3.
quam hæc tanta dignitas ex mandato Dei
Aaroni n soli, eiusque filijs in perpetuum n d. c. 28. & lib. 1. Paralip. cap. 26.
esset data, non omnes tamen, qui ex Aa-
9 ronis posteritate erant, ad Pontificatum
admittebantur, sed ij tantum, qui non
erant manci, debiles, cæci, aut claudi, nec
vllam habebant maculam, vti de sacerdoti-
10 bus latius dixi o. Scribit p enim Iosephus o supra c. 1. p lib. 14. Antiquit.
Aristobulum Regem, cùm Hyrcano fratri
suo pontificatum abrogauisset, nasum præ-
cidisse: vt illa corporis parte mutilatus,
Pontificatum resumere amplius non posset.
Factus autem, & consecratus Pontifex ea
poterat, quæ alijs inferioribus sacerdoti-
bus erant omnino interdicta, vel illud præ-
cipue, quòd solus, & semel in anno *San-*
11 *cta Sanctorum* ingrediebatur. Nam in
Leuitico q, *Loquere*, inquit Deus, *ad Aa-* q cap. 16.
ron fratrem tuum, ne omni tempore ingre-
diatur sanctuarium, quod est intra velum
coram propitiatorio, quo tegitur Arca, ne
moriatur, nisi hæc ante fecerit. Et sequun-
tur, quę facere debebat Aaron, antequam il-
luc ingrederetur. Et in Exodo r. *Deprecabi-* r cap. 30.
tur Aaron super cornua altaris thymiamatis
semel per annum in sanguine, quod oblatum est
pro peccato, & placabit super eo in generatio-
nibus vestris. Idem dicere voluit Paulus ad
Hebræos s scribens. *In priore tabernaculo* s cap 9.
semper introibant sacerdotes sacrificiorũ offi-
cia consummantes, in secundo autem semel in
anno solus Pontifex non sine sanguine. Philo
de Monarchia t. *Intima templi nemini vide-* t lib. 2.
re fas est, præterquam soli Pontifici, & id ei
quoque vno die duntaxat anniuersario per-
mittitur, quo introspicit omnia. Iosephus u. u li. 6. Bel. Iud.

Superhumerali, & Rationali Pontifex vtebatur solum, cùm Sancta Sanctorum ingrediebatur: quod semel in anno solus faciebat, quo die cunctis ieiunare mos erat. Ostenditq. ad-
x lib. 2. uersus Apionem x, templum quattuor por- 12
ticus habuisse, quarum singula propriam
secundum legem custodiam habebat. In 13
exteriorem etiam alienigenæ admittebantur. In secundam mares cum vxoribus, si mundæ erant. In tertiam mares tantum, qui mundi, & purificati erant. In quartam sacerdotes. In adytum, inquit, soli Pontifices propria stola amicti. Pontificatus
igitur in posteritate Aaronis permansit vs- 14
que ad tempora Regum Syriæ post reuersionem Hebræorum ex Babylonia. Quo
y lib. 5. c. 4. de repub. Hebræorũ. tempore (vt bene recenset Sigonius y) 15
Pontificatus, collapsis rebus, ad alias familias Leuiticas, quidem, verum non ab Aarone fluentes, Regum auctoritate est tradu-
ctus: quorum primi fuere Reges Syriæ, se- 16
cundi Iudæorum proselyti, tertij duces Romani, quando Syriæ, & Iudææ præsidebant. Qui semel vero Pontifex erat, vsque ad vltimum vitæ spiritum in eadem perseuerabat
dignitate, etsi postea Græcis regnantibus in 17
annum, & annos tribui cœptus est. Quoquo 18
modo res se haberet, Pontificum semper maximum, & præstantissimum in Hebræorum Republ. ius fuit, & cum auctoritate coniunctum, licet vsque ad transmigrationem Babylonis rerum duntaxat sacrarum 19
procurationem gesserit: quia Reges Rempublicam administrabant. Restitutis autem in patriam Iudæis, non sacra modo, sed & Rempublicam Pontificibus commissam esse
z lib. 15. Antiquit. auctor est Iosephus z: vnde factum est, vt qui summam in Republica haberent potestatem, nihil se habere crederent, nisi & Pontificatum obtinerent. Nam Assamonæorum familia e tribu Leui, cùm aliquo 20
post tempore magnam apud suos auctoritatem esset adepta, non solum sibi principa-
a Machab. 1. & Ioseph. d. lib. 13. Antiq. tum, sed Pontificatum a quoque vindicauit, 21
atque mox principatum in regnum commutauit, ita vt ijdem Pontifices, & Reges
essent. Tandem, cùm Pompeius insignis 22
Romanorum dux, Aristobulo Rege, eodemque Pontifice capto, Iudæam occupasset, ad Prouinciæque formam redegisset, atque ei procuratorem Antipatrum Ascalonitam imposuisset, Pontificatus à principatu est
seiunctus. Nec plures, sed vnus semper fuit 23
Pontifex, tametsi B. Augustinus in exposi-
b ad c. 18. tione in Ioannem b dicat, fortasse per ea tempora constitutum fuisse, vt plures simul Pontifices essent, & per annos singulos alternis vicibus ministrarent: Annam vero, & Caipham alternis annis Pontificatum gessisse, aut vno anno plures administrasse. Sed hac in re mihi magis arridet viri in historia diligentissimi Caroli Sigonij sententia c, vt non plures simul, sed vnus solus c d. cap. 2. lib. 5.
esset Pontifex. Nec aduersatur illud B. Lucæ d dictum. *Sub Principibus sacerdotum Anna, & Caipha verbum Domini factum est super Ioannem.* Siquidem Iosephus e in e lib. 18. Antiquit.
24 illum annum vnum tantum Annam Pontificem edit, quem sacræ litteræ principem etiam sacerdotum, aut magnum sacerdotem solent appellare. Anna à Quirino Syriæ Proconsule, Augusto imperante, Pontifex est datus: Caiphas vero, sub quo Christus passus est, imperante Tiberio, Valerio Grato procuratore, vel Pontio Pilato, vt sacra testatur pagina. Inter Annam, & Caipham tres alij à Iosepho enumerantur f f d. lib. 18.
Pontifices, Ismaelus, Eleazarus, & Simon.
25 In Pontificatu autem Annæ facile Caiphas vnius ex xxiiij. sacerdotum classis princeps esse poterat: nam vt dixi g, singulæ clas- g supra ca. 3.
ses suos habebant principes, qui sacerdotum principes dicebantur. Sed maior est dubitatio ex S. Ioanne h: qui cùm CHRISTVM narret ad Annam ligatum esse du- h d. c. 18.
ctum, sæpius Annam Pontificem appellat. *Discipulus autem ille* (loquitur de Petro) *erat notus Pontifici, & introiuit cum IESV in atrium Pontificis.* Et paulò post. *Pontifex ergo interrogauit IESVM.* Subinde. *Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.* Videmus itaque Ioannem vtrique, Annæ, scilicet, & Caiphæ Pontificis nomen tribuere. Attamen sentio cum Sigonio, partim veterem consuetudinem esse seruatam, vt numquam, nisi vnus extaret Pontifex: partim nouam inductam, vt Pon-
26 tificij omnes, hoc est, qui pontificatum gessissent, deposito pontificatu, adhuc Pontifices vocari solerent, vt qui ex consuetudine veteri dignitatem semel susceptam vsque ad mortem deberent retinere, non aliter, atq. solent hodie Episcopi, qui licet Episcopatui renuncient, Episcopi tamen vsque ad extremum vitæ diem appellantur. Vnum præterea solum fuisse testatur i duobus lo- i d. c. 18. & cap. 11.
cis Ioannes: ait k enim. *Vnus ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius.* Et alio l loco. *Erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius:* quasi vellet dicere, qui non nomine tantùm erat Pontifex, sed, qui vere Pontificatum administrabat. k d. cap. 11. l d. cap. 18.
27 Anna igitur erat ex viris Pontificijs, qui ita felix fuit, vt non modo Caipham, quem sibi in

sibi in generum asciuerat, videret Pontificem, sed & omnes suos filios. Nam Iosephus inquit m. *Felicissimus Anna fuit, filios namque omnes Dei Pontifices vidit, atque ipse primum hunc honorem plurimis annis gessit: quod nemini Pontificum apud nos contigit.* Simile obseruatum de Q. Metello Macedonico refert Velleius Paterculus n his verbis: *Quattuor filios sustulit: omnes adultæ ætatis vidit, omnes reliquit superstites, & honoratissimos: mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quattuor filij, vnus consularis & censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare, quàm mori.* Eadem ratione idem Iosephus o, Claudio imperante, nominat Ionatham, & Annam Pontifices: cùm tamen vere tantum Ionathas Pontificatui præesset, Anna vero ex Pontificijs Ionathæ pater esset: nominat etiam Ananum eiusdem Annæ filium, & Iesum simul Pontifices, cùm tamen, Anano abrogato, suffectus fuisset Iesus: sic alibi p etiam Pontifices pro Pontificijs nuncupat. Eodem sane modo Ioannes, & alij Euangelij scriptores, ad communem loquendi vsum sermonem accommodantes, Pontificem pro Pontificio posuerunt. Et quamquam Pontifices isti non essent, vt Aaron, in Dei ministerium à Deo ipso vocati, sed beneficio Principis, aut Regis: tamen quia exterius saltem Aaronem repræsentabant, aliquid diuinitatis habuisse auctor est ipse Ioannes Euangelista, apud quem cùm locutus q esset Caiphas ita. *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat,* addit: *Hoc autem à seipso non dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd IESVS moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.* Quam ob rem 28
Pontificibus semper maximus delatus est honor, maximaque reuerentia: quod historia Actuum r Apostolorum manifestum facit. Nam cùm Paulus Ananiam Pontifi- 29
cem parietem dealbatum vocasset, reprehensusq. ab astantibus esset, quòd summo Dei sacerdoti maledixisset, respondit. *Ne-* 30
sciebam fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum s *est enim. Principi populi tui non maledices.* Sic nullibi videas CHRI- 31
STVM Pontificem reprehendisse: sed qui reprehensione dignus visus sit, sub Scribarum, aut Pharisæorum nomine redarguisse. Quod argumento est dignitatem Pon- 32

m lib. 20. Antiquit.
n Hist. Romana, lib. 2.
o lib. 2. Bell. Iud.
p lib. 4. Bell. Iud.
q d. c. 11.
r cap. 23.
s Exod. 22.

tificiam sacrosanctam esse, ac nulli obnoxiam reprehensioni: vnde dicunt t nostri
13 Papam errare non posse. Hactenus de Pontificibus Hebræorum: quibus Regno, & Pontificatu pulsis, & diuinitus spoliatis, illico diuino consilio natus est IESVS
14 CHRISTVS, vt Rex, & Pontifex in perpetuum esset. CHRISTVS enim vnctum significat, quo modo Regem, ac Pontificem nominabant. Quare Apostolus ad Hebræos scribens u, dixit, IESVM factum esse secundum ordinem Melchisedech Pontificem in æternum. Quod fore iurauit Dominus, teste Psalmista x. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, &c.* cùm tamen, vt ait idem Apostolus y, alij sacerdotes sine iureiurando facti sint. Verum cùm caput z Ecclesiæ ipse sit CHRISTVS, qui gratiam quotidie in ipsam sponsam suam inuisibiliter infundit, pro se Petrum, eiusque successores in terris reliquit, qui ea, quibus Ecclesia indiget,
15 visibiliter conficerent. Itaque vnum ecclesiarum caput, & Principem non humanis tantum sanctionibus, de quibus alibi a latius est habitus sermo, sed iure diuino es-
16 se satis probatur. Nam cùm apud b Matthæum CHRISTVS dixisset Petro. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* per hæc verba censent Theologi c, & sacrorum canonum d interpretes, ei vniuersalis Ecclesiæ administrationem esse promissam, non autem actu datam: rationem Ioannes e à Turrecremata eius rei reddit non inelegantem: quia quo tempore CHRISTVS Saluator noster inter homines corporaliter, & visibiliter conuersabatur, nulla necessitas fuit, vt ipse sui loco alium poneret, cùm ipse per se regeret Ecclesiam: quòd autem ab eo promissum fuit, profecto fatuum esset opinari non esse seruatum: consensuque Theologorum, præsertim Chryso-
17 stomi f, Hieronymi g, Ambrosij h, Gregorij i, & nostrorum iurisperitorum k asseritur tunc vere traditam, cùm Dominus post Resurrectionem dixit eidem l. *Pasce oues meas.* Quæ verba ita intelligenda esse Innocentius m iij. Constantinopolitano Imperatori ostendit. Sic idem Ioannes n à Turrecremata pluribus docet à solo CHRISTO primatum dari potuisse, à
18 creata vero potestate nequaquam: siquidem Pontificalis potestas omnem creatam potestatem excedit: verũ quidquid omnem potestatem creatam excedit, à potestate creata

t ad can. manet. & ca. memor. 24. quæst. 1.
u cap. 7.
x Psal. 109.
y d. cap. 7.
z cap. 1. ep. ad Ephesios.
a lib. 2. c. 4.
b cap. 16.
c ad d. cap. 16 Chrysostom. ad caput 24 Lucæ, August. ad cap. 19. Ioan. Anacletus Papa epist. 2. ad Episcopos Italiæ.
d gloss. Io. à Turrecremata, Archid. & alij ad can. 2. dist. 21.
e ibidem ad secundum.
f g gl. add. cap 16.
h serm. 47. de fide Petri.
i Homil. 21. in Euangel. & can. 53 cum seq. dist. 50.
k glos. Archid. & alij ad d. can. 53 dist. 50.
l Ioan. c. vlt.
m cap. 6. §. nouit. vbi notant omnes, de maior. & obed.
n ad can. sacrosancta. n. 2. dist. 22.

creata procedere non potest. In sui igitur
locum CHRISTVS Petrum, eiusque suc- 39
cessores subrogauit, vt ab his sacrosan-
cta mysteria exhiberentur, populi in fide
instruerentur, Episcopi constituerentur,
coetus fidelium legibus, exemplis, moni-
tionibus regerentur, mali abominationi-
bus,& poenis corrigerentur. Quæ si CHRI-
STVS ipse sibi soli reseruasset, iam fidei
merita perderentur: cùm nostræ salutis
formalis character fides sit. Sic in Euan-
o Mat. 16. gelio [o] rogasse se asserit CHRISTVS, ne 40
deficeret fides Petri, in quo Ecclesiam 41
Catholicam intellexit. *Ego*, inquit, *rogaui
pro te, vt non deficiat fides tua, & tu ali-
quando conuersus confirma fratres tuos*. Qui
tamquam Apostolorum Princeps, CHRI-
STO respondit. *Domine tecum paratus sum,
& in carcerem, & in mortem ire*. Huic
p Ioan. vlt. etiam vni dictum est p. *Tibi dabo claues
q Matt. 17. regni cælorum*. Item q: *Duc in altum*.
r Matth. 16. pro eoque solo ex Apostolis [r] censum per- 42
soluit CHRISTVS. Sic, cùm à mortuis
s ca. 2. dist. 22. resurrexisset, præcepit [s] mulieribus, vt re- 43
nunciarent discipulis, & Petro: idque
honoris, & prærogatiuæ causa factum esse
t li. 2. c. 14. nemo nescit. A CHRISTO [t] ergo, non 44
ab Apostolis sacrosancta Romana Eccle-
sia primatum obtinuit, & eminentiam
potestatis super vniuersas ecclesias, ac to-
tum Christiani populi gregem assecuta est. 45
Verum enimuero, vt Roma iure sibi opti-
mo primatum vindicaret, Petrus cùm di-
uino beneficio, angelique ministerio, e car-
cere, in quem eum Agrippa coniecerat,
exisset, Romam venit circa initia imperij
Claudij, vt post Orosium, & B. Hierony-
mum docet non minus eleganter, quàm
doctè Gregorius Corresius Cardinalis in
eo, quem composuit, libro aduersus ne-
gantem, Petrum, Apostolum Romæ fuisse.
Cur autem Romam venerit, fueritque
Romanus Episcopus, erit scitu facile, si
epistolam Clementis primam ad Iacobum
fratrem Domini conscriptam, & Eusebium
u lib. 2. c. 14. u in historia ecclesiastica percurremus. Ve-
nit, ergo, vt cùm esset Princeps Aposto- 46
lorum, & fidei dux, & columna, per prin-
cipem terrarum populum nouam Christia-
nam politiam altius fundaret, fidem cæcu-
tienti orbi, verumque Deum minime agno-
scenti, facilius insinuaret, certam quoque
salutem inuenire nescienti, propius mon-
straret: venit, inquam, vt tenellam ad-
huc Ecclesiam in frequentissimo errorum,
hoc est idola colentium, foecundo campo
plantaret, qui deinde Euangelicæ prædi-

cationis semine satus, & martyrum sangui-
ne irrigatus, vberrimos fructus cum foeno-
re inæstimabili ferret. Quare non pigebit
hic [x] repetere aureum illud S. Leonis di- x lib. 2. c. 4
ctum. *Beatissimus Petrus Princeps Aposto-
47 lici ordinis ad arcem Romani destinatur
Imperij, vt lux veritatis, quæ ad omnium
gentium reuelabatur salutem, efficacius se
ab ipso capite per totum mundi corpus effun-
deret. Cuius autem nationis homines in hac
nunc vrbe non essent? aut quæ vsque gen-
tes ignorarent, quod Roma didicisset? Hic
conculcandæ philosophiæ opiniones: hic dis-
soluendæ erant terrenæ sapientiæ vanitates:
hic confutandi dæmonum cultus: hic omnium
sacrilegiorum impietas destruenda, vbi di-
ligentissima superstitione habebatur colle-
ctum, quidquid vsquam fuerat vanis erro-
ribus institutum*. Et Sanctus Ambrosius [y], y serm. 66. de natali Petri & Pauli & in can. 16. 2. q. 7.
de meritis, & martyrio Petri, & Pauli ser-
monem habens, ait. *In vrbe Roma S. Pe-
trus, & Paulus passi sunt, quæ principatum,
& caput obtinet nationum, scilicet, vt vbi
caput superstitionis erat, illic caput quiesce-
ret sanctitatis: & vbi gentilium Principes
habitabant, illic ecclesiarum Principes mo-
rerentur*. Eadem prope verba apud S. Ma-
ximum [z] Taurinensium Episcopum legun- z homil. 5. in natiuit. Apostol. Petri, & Pauli.
tur. *Et in quo tandem loco martyrium
pertulerunt? In vrbe Roma, quæ principa-
tum, & caput obtinet nationum*. & paulò
post: *Cuius autem meriti sint beatissimi Pe-
trus, & Paulus, hinc possumus intelligere,
quòd, cùm Dominus Orientis regionem pro-
pria illustrauerit passione, Occidentis pla-
gam, ne quid minus esset, vice sui Apostolo-
rum sanguine illuminare dignatus est*. Cu-
ius rei gratia non solum Petrus, sed Paulus
etiam missus est, omnibus religionis, & di-
uinæ legis scitis præstans, vt doctrina, & mi-
raculis Romanos fidei nostræ vterq. lucrifa-
48 ceret. Cur autem ipse Petrus Princeps Apo-
stolorum,& Episcoporum fuerit, patet: non,
quia tantæ vrbis, omniumque vrbium
Reginæ ipse esset Episcopus, vt dixerunt
nonnulli; verum, quia à CHRISTO in-
stitutus fuerat huius principatus vicarius,
& quasi inter mortales hæres, ex ijs, quæ
ex Matthæo, & Ioanne [a] diximus. Vn- a Matt. 16. & Io. vlt.
49 de Ioannes à Turrecremata [b] contendit, so- b ad d. can. 2. dist. 21. ad tertium.
lum Petrum à CHRISTO immediate
Episcopum fuisse constitutum, alios vero
Apostolos ab ipso Petro. Fuit igitur hisce
duabus de causis anteferendus cæteris
50 Apostolis, & Episcopis, sicut successores
eius cæterorum Episcoporum successoribus:
tum quòd præ omnibus à CHRISTO de-
lectus,

lectus, tum quòd esset principis ciuitatis
Episcopus. Ex quibus nulli dubium esse po-
test, quin Romanus Pontifex verus sit Pe- 51
tri successor, & CHRISTI in terris vica-
rius, omniumque & tempore, & dignitate,
& potestate primus, ac præstantissimus, cui
omnes obtemperare oporteat. Quod licet
in præcedenti libro varijs, pluribusque
Cæsarum constitutionibus, aliorum quoque
Principum sanctionibus, atque profanorum
auctorum testimonio fuerit approbatum:
hic tamen molestum non erit idem conci-
liorum decretis, sanctorum patrum placitis,
Pontificum sanctionibus; & aliorum pio-
rum virorum certiori auctoritate corrobo-
rare. In quorum numero digne collocamus
Gonsalum Ponce [c] Hispalensem, qui in re-
sponsione sua ad VVaramundum de Ponti-
ficia maiestate luculenter disserit, in lucem
etiam edito Catalogo [d] eorum, qui de
Summi Pontificis Primatu, & auctoritate
ante eum scripserunt. Nam à iure diuino
primatum esse constitutum, satis apparet ex
ijs, quæ recitata sunt. In Chalcedonensi
[e] concilio Pontifex Romanus vniuersalis, 52
vel œcumenicus Archiepiscopus, appella-
rur, hoc est orbis terrarum Archiepisco-
pus, cùm iam in Constanrinopolirana [f] 53
synodo ita constitutum fuisset. *Constanti-
nopolitanæ ciuitatis Episcopum habere opor-
tet primatus honorem post Romanum, pro-* 54
pterea quòd sit noua Roma. Nam ante
hanc synodum Constantinopoliranam,
quam secundam esse dicunt [g] Historia Tri-
partita, & Socrates [h], post Romanam pri-
ma [i] sedes erat Alexandrina, secunda An-
riochena: sed postea Constantinopolirani
Episcopi, Imperatorum porenria fulri, se-
cundum locum Patriarchalium sedium sibi
vsurparunt: quod [k] randem pacis, & tran-
quillitatis causa fuit ipsis concessum. Vn-
de & in sexta [l] synodo etiam Constantino- 55
polirana sub Iustiniano congregara huius-
modi decretum renouarunt, addentes, ipsi
sedi Constantinopolitanæ similia priuile-
gia, quæ superior Roma haberet, concedi:
nec non in ecclesiasticis rebus magnifica-
ri, vt illa: primamque post illam ante
Alexandrinam numerari, quam Antioche-
na, & post eam Hierosolymitana sequi de-
beret. Idem etiam sancitum fuit in synodo
[m] octaua sub Hadriano Papa secundo ha- 56
bita. Tria quoque Africana concilia ad Da-
masum Papam crearum Pontificem anno
CCCLXIX. vt tradit D. Hieronymus
eius conremporaneus, ita scribunt. *Beatis-* 57
simo Domino, & Apostolico culmine subli-

[c] cap. 7. 8. & 9.
[d] cap. 9. in fine.
[e] Act. 3.
[f] 1. cap. 5. de quo in can. 3. dist. 22.
[g] lib. 2. c. 9.
[h] lib. 5 c. 8.
[i] can. 2. ead. dist. 22.
[k] c. 23. de priuilegijs.
[l] cap. 36 de quo in can. 6. ead. dist.
[m] c. 21. de quo in can. vij. ead. dist.

mato, sancto patri patrum Damaso Papæ,
& summo omnium Præsulum Pontifici, Ar-
chiepiscopus concilij Mauritaniæ, & vni-
uersi Episcopi de tribus concilijs Africanæ
Prouinciæ, notum vestræ Beatitudini faci-
58 *mus.* &c. In Concilio Lateranensi sub Inno-
centio III. celebrato (quod tale fuit, vt
per antonomasiam dicatur Generale, quòd
ei Constantinopolitanus, & Hierosolymi-
tanus Patriarcha, Metropolitani LXX. Epi-
scopi CCCC. Abbates xij. Priores con-
uenruales DCCC. Græci, & Romani Im-
peratoris legati, Regum Hierusalem,
Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri ora-
tores interfuerint) antiqua Patriarcha-
lium sedium priuilegia renouata sunt: &
59 sancitum [n], vt post Romanam Ecclesiam
(quæ disponente Domino super omnes
alias ordinariæ potestaris semper obtinuit
principatum, vtpote mater vniuersorum
60 CHRISTI fidelium, & magistra) Con-
stantinopolitana primum, Alexandrina
secundum, Antiochena tertium, Hierosoly-
mitana quartum locum obtineret: qua de
re late Bartholomæus Cassanæus in catalo-
go [o] gloriæ mundi, & Nicolaus [p] Boerius in
tractatu magni concilij. Quocirca, si im-
mensa conciliorum volumina euoluerem,
tot ad rem nostram pertinentia colligerem,
vt ex ijs iustus liber confici posset. In con-
cilio Tridentino, quòd ex œcumenicis est
vltimum, passim [q] etiam videas Romanam
Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem,
& magistram dici. Sed cùm Nicæni [r] con-
cilij aliud in mentem subit decretum,
ex ipsius lectionis verbis quæstio nobis val-
de perplexa generatur. Sic Nicæna syno-
dus. *Mos antiquus perdurat in Aegypto,*
vel in Lybia, & Pentapoli, vt Alexandri-
nus Episcopus horum omnium habeat pote-
statem: quandoquidem & Episcopo Roma-
no parilis mos est: similiter autem & apud
Antiochiam, cæterasq. Prouincias honor suus
vnicuique seruetur ecclesiæ. Sed, si subtiliter
veritas ipsa inuestigerur, hoc, quod con-
trarium sonat, quomodo contrarium non sit,
facile inuenierur. Synodus enim statuit sar-
ta, tectaque cuique priuilegia conseruari.
Sin verò intelligat alias ecclesias alijs ma-
iores non esse, & præstantiores dignirate,
& potestare, erit hæc disputatio nostra. Nec
constitutio hæc Rom. primatui aduersatur:
immo istud ipsum demonstrat. Intendit
61 siquidem Alexandrinum Episcopum ha-
bere omnium potestatem in Aegypto, &
Lybia, & Penrapoli, & seruanda priuilegia
cuique. Quod si ita est, vt est, Romano

[n] d. c. 23. de priuilegijs.
[o] parte. 4. consid. 9.
[p] num. 10. vers. secundum locum.
[q] can. 3. de bapt. sess. 7. de ministro sacramẽti extremæ vnctionis. cap. 3. sess. 14. de sacrificio Missæ. c. 8. sess. 22.
[r] cap. 6. de quo in can. 6. dist. 63.

Pontifici integra, saluaq. erit sua iurisdictio,
vt præsit omnibus. Habuit sanè amplissi-
62 mam & Alexandrinus iurisdictionem: nam
[f lib. 17.] Aegypti maxima latitudo ex Strabone f, &
[t lib. 5. c. 9.] Plinio t est, CLXX. M. passuum: longitudo
CCLXIX. M. Lybia, licet non tota illa hic
intelligatur, quæ à Latinis Africa dicitur,
sed ea, quæ Mareotis est à Mareoti lacu,
Aegypto finitima, est tamen, eodem Plinio
[u d. lib. 5. cap. 6.] u teste, latitudinis CLXIX. M passuum: lon-
gitudinis CXCVIII. Pentapolis se extendit
in longum decies centena sexaginta M. pas-
suum, in latitudinem vero DCCC. M. Nec
tamen credendum est per ista Nicæni syno-
di verba, *quandoquidem & Episcopo Romano
parilis mos est*, æquari Romani, & Alexan-
drini Præsulis potestatem, cùm huius iuris-
dictio certis, & definitis Lybiæ, Pentapolis,
63 & Aegypti finibus circumscripta sit: Ro-
mani vero nullis, nisi mundi ipsius ambitu.
Atque ideo paritas vlla inter eos esse ne-
[x l. 1. ff. de off. præfect. prætor.] quaquam potest. Nam & Arcadius x Iuris-
64 consf. scribit Præfectum Prætorio eandem,
quam habet Princeps, iurisdictionem habe-
re in Prouincia sibi decreta. Non dicitur ta-
men esse par Principi, cuius potestas nul-
65 lius Prouinciæ finibus coarctatur. Sic Lega-
[y cap. 2. de off. leg. l. 6] tus de latere ingressus Prouinciam omnia y,
quæ potest ipse, qui eum misit (exceptis ijs,
quæ fuerunt à mittente sibi specialiter reser-
[z cap 16. §. vlt. de elect. lib. 6.] uata) posse videtur: maiusq. omnibus z in
Prouincia sibi decreta imperium habet. At-
[a cap. 2. & 4. de offic. leg. in 6. c. 2. de translat. Episc. vide quæ scripsi in Parat. tit. 10. lib. 1.] tamen par Pontifici a, qui illum legauit, esse
non potest. Quare consultò Nicæna syno-
dus constituit, vt Alexandrinus Pontifica-
tus illis contineretur regionibus, Romanum
nullis contineri tacite innuens. Præterea, si
Alexandrinus iubetur sequi morem Roma-
num, non ex eo fit, vt illi par sit iudicandus
(cùm potius minor maioris vestigia sequi
soleat) quamuis in Prouincia sibi decreta
parem, eandemque potestatem acceperit,
quam habet superior in toto orbe, vti de
Legato, Præfectoq. Prætorio diximus. Io. à
[b ad d. can. 6. dist. 65.] Turrecrem. b *Parilitas*, inquit, *ista est ita
intelligenda, quo ad quædam, scilicet in qua-
dam subiectione, obedientia, prælatione, &
iurisdictione, & non quo ad omnes: quoniam
omnes subijciuntur Romano Pontifici.* Solent
[c Bart. & alij ad l. Quod Nerua ff. depos. Sic. ad l. ad similitudinem C. de episc. & cler.] quoque magistri c nostri dicere omne simile
non esse idem. Sed quid opus est tot inter-
66 pretationibus? verba enim concilij Græcè
concepta aliter sonant, vt doctissime adno-
tarunt viri præstantissimi illi, qui iussu Gre-
gorij XIII. felicis recordationis, opus Gra-
tiani diligenter euoluerunt, correxerunt,
emendarunt, interlinearibus, & marginali-
bus nobilitarunt adnotationibus, præclarisq.
interpretationibus illustrarunt, & diuersis
characteribus distinxerunt: quæ Græca ver-
ba in Latinum ita versa sunt. *Quoniam &
Romæ Pontifici hoc vsitatum est.* Quibus
plane verbis paritas Romani, & Alexandri-
ni Patriarchatus nulla inducitur: vt quisque,
nisi hebetis ingenij sit, facile videre potest.
Verum, cùm iam olim Nicolai primi tempo-
ribus, in prauum sensum acciperentur, idem
Nicolaus ad Michaelem Imperatorem ita
scripsit. *Nicæna synodus nouerat Romanæ
Ecclesiæ omnia Domini sermone concessa. Si
omnia, ergo defuit nihil, quod illi non conces-
serit. Denique, si instituta Nicænæ synodi di-
ligenter inspiciuntur, inuenietur profectò, quia
67 Romanæ Ecclesiæ nullum eadem synodus con-
tulit incrementum: sed potius ex eius forma,
quod Alexandrinæ ecclesiæ tribueret, parti-
culariter sumpsit exemplum.* Hæc Nicolaus
Papa. Decretum igitur fuit ita in Alexan-
drina ecclesia obseruandum esse, sicut con-
sueuerat in Romana. Cur ergo Nicænum
concilium terminos non ostendit Romani
Patriarchæ, vt Alexandrini, sed tantum di-
cit, hoc esse vsitatum? Equidem ex synodo
68 Chalcedonensi d, Patriarchis, quòd Roma [d act. 5. in relation.]
procul sint constituti, decretæ sunt Prouin-
ciæ, vt in rebus ecclesiasticis summa sit eo-
rum potestas. Si enim Episcopi, Archiepis-
copi, Primates inter se dissideant, quis ama-
bile illud concordiæ vinculum, consociatio-
nemque ipsorum inter ipsos retinebit, nisi
vnus intercedat, quem reuereantur, me-
69 tuant, & colant? Itaque quòd illam ipsam
auctoritatem, & potestatem, quam Roma-
nus Pontifex nullis circumuallatam finibus,
isti quibusdam definitam terminis habeant,
non fit profectò, vt aliquid decedat de Ro-
mano Pontificatu, sed accedit potius ad eum
aliorum opera, solicitudo, & studium in eo
pascendo grege, quem soli Petro commisisse
CHRISTVM ex Ioanne e demonstraui. [e d. c. vlt.]
Namque aliorum Apostolorum nemini au-
diuimus ita vniuersum creditum fuisse, nec
cuiquam alij dixisse Dominum f. *Tu es Pe-* [f Mat. 16.]
*trus, & super hanc petram ædificabo Eccle-
70 siam meam.* Ex quo fit, vt de Petri, quàm de
ceterorum præfectura certior sit hęc senten-
tia: vt, cui seorsum dedit potestatem, dicens.
Tibi dabo claues regni cælorum: &, si quam
alijs, & huic etiam coniunctim. *Quæcumque
ligaueritis super terram, &c.* Chrysostomus
ad illud Matthæi g. *Tibi dabo claues*, ait. [g d. cap. 16.]
*Filius Dei vbique terrarum Petro potesta-
tem concessit, & homini mortali omnium, quæ
in cælo sunt, dedit auctoritatem; vt potestate*

clauium

clauium Ecclesiam amplificet. Idem illud ver-
bum, *Cephas*, exponendo dicit. *Quia Pe-* 71
trus est vere vertex, & caput collegij. Opta-
tus Afer antiquus, & probatus auctor, quem
Hieronymus, & Augustinus plurimi faciunt,
h lib. 2. *Negare* [h], inquit, *nō potes scire te in vrbe Ro-*
ma, Petro primo cathedram Episcopalem esse
collatam, in qua sederit omnium Apostolorum
caput Petrus: vnde & Cephas appellatus est.
Idq. præclaro Cypriani ad Cornelium Pon-
i li. 1. epist. 3 tificem Romanum scribentis [i] testimonio
hoc comprobatur. *Post ista adhuc insuper*
pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto,
nauigare audent ad Petri cathedram, atque
Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdo-
talis exorta est. Qui alio etiam loco hanc 72
k li. 4. epist. 9 suam sententiam confirmat, dicens [k]. *Do-*
minus quoque in Euangelio, cùm eum loquen-
tem discipuli relinquerent, conuersus ad duo-
decim, dixit. Nunquid & vos vultis ire?
Respondit ei Petrus dicens. Domine: ad quem
ibimus? verbum vitæ æternæ habes, & nos
credimus, & cognouimus, quoniàm tu es fi-
lius Dei viui. Loquitur illic Petrus, super
quem ædificanda erat Ecclesia, docens, quia
si contumax, ac superba obaudire nolentium
multitudo discedat, Ecclesia tamen Christia-
norum non recedit, & illi sunt Ecclesia, &
plebs sacerdoti adunata; & pastori suo grex
adhærens. Et ad Quirinum. *Nam Petrus,* 73
quem primum Dominus elegit, & super quem
ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia,
vnus præ omnibus loquens, & Ecclesiæ voce
respondens, &c. Sentit igitur Cyprianus hāc
vnitatem (quam asserit, ab vno vt incipe-
ret, à CHRISTO dispositam) à Petro ba-
si, & fundamento & capite exordiri, à quo
ducatur ipse omnis ordo, & chorus ecclesia-
sticus, qui vnus est tantum, vt ipse idem
sit coriphæus, & chorastes, nomineq. Ec-
clesiæ, vt caput, & Princeps, CHRISTO
respondeat, & agat cuncta. Neque ab eo
dissentiunt Ambrosius, & Gregorius, quip-
pe qui in Homilijs dicant datam potestatem
clauium Petro, tanquam capiti, & alijs,
tanquam membris. Huius vnitatis optimā 74
l in lib. contra Iouinianum. affert rationem S. Hieronymus [l], inquiens.
Super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ip-
sum in alio loco super omnes Apostolos fiat, &
cuncti claues regni cælorum accipiunt, ex quo
super eos Ecclesiæ fortitudo solidatur. Tum 75
præterea inter duodecim vnus deligitur, vt
capite constituto, schismatis tollatur occasio.
Nam licet omnes essent Apostoli, Petro tamen
m epist. 3. c. 3 de qua illa causa d. 22. *(vt ad omnes Episcopos scribit Anacletus* [m]
Papa, & martyr) à Domino concessum est,
vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Ce-
phas, idest caput, & principium teneret Apo-
stolatus: qui & eandē formam suis successori-
bus, & reliquis Episcopis tenendam tradide-
76 *runt.* Gelasius [n], *Quamuis,* ait, *vniuersa per* n can. 3. dist. 21.
orbem Catholicæ, & Apostolicæ ecclesiæ vnus
thalamus [illegible] *sit, sancta tamen*
Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia,
nullis synodicis constitutis, cæteris Ecclesijs
prælata est: sed euangelica voce Domini, &
Saluatoris nostri primatum obtinuit. Grego-
rius Papa Ioanni Episcopo Syracusano [o]. o li. 7 epist. 63.
De Constantinopolitana ecclesia quod dicunt,
quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subiectā?
quod & dominus pijssimus Imperator, & fra-
ter noster Eusebius eiusdem ciuitatis Episco-
pus assiduè profitentur? Innocentius quo-
que III. tribus [p] locis dixit Romanam p c. 8. in fi. de sum. Tri. & fid. Cath. c. 6. in fi. de maior. & obed. c. vlt. in fi. de baptis. & eius effec.
Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem,
& magistram esse; quia vnum [q] esse oportet q Ioan. 10.
ouile, & vnum Pastorem, quem vnum etiam
esse Pastorem in Canticis Cāticorum [r] Spi- r cap. 6.
ritus sanctus ex persona Domini designat,
dicens. *Vna est columba mea, perfecta*
mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ.
77 Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, te-
nere se fidem credit? Nam & Paulus [s] hoc s ad Eph. 4.
idem docet, & sacramentum vnitatis osten-
78 dit, dicens. *Vnum corpus, & vnus spiritus,*
vna spes vocationis nostræ, vnus Dominus,
vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Vn-
de Cyprianus [t]. *Quam vnitatem tenere* t can. 18. 24. q. 1.
firmiter, & vindicare debemus, maximè
Episcopi, qui in ecclesia præsidemus, vt Epis-
copatum ipsum vnum, atque indiuisum pro-
bemus. Vt igitur Ecclesiæ vnitas appareat,
necesse fuit, vt vnus esset omnium pastor,
qui alijs præesset, & penes eum omnis po-
79 testatis plenitudo extaret: alioquin mon-
strosum [u] videretur, si in vno corpore duo, u c. 14 de officio ord. can. 42. 5. q. 1.
plurave essent capita. Idq. etiam in rebus
humanis esse docet S. Hieronymus, ad Ru-
sticum Monachum ita scribens [x]. *Impera-* x epist. 4.
tor vnus, iudex vnus Prouinciæ. Roma, vt
condita est, duos fratres simul habere non
potuit, & parricidio dedicatur. Quibus con-
gruit illud [y] Aristotelis. *Entia nolunt male* y Met. 12.
disponi: pluralitas principantium est mala.
80 Vnus ergo princeps, sicut vnus est cælestis
Dominus, iuxta illud propheticum [z]. *Do-* z Psal. 23. & c. 16. de decimis.
mini est terra, & plenitudo eius, orbis terra-
rum, & vniuersi qui habitant in eo. Ita de-
cens fuit, vt ipse vnum in terris sibi consti-
tueret vicarium, qui fuit Petrus, eiusq. suc-
81 cessores. De qua vnitate intelligere voluit a c. 17 & c. a de sum. Trin. & fid. Cathol.
CHRISTVS, cùm apud [a] Ioannem dixit.
Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut &
nos vnum sumus. Et apud eundem [b]. *Erit* b c. 10 & d. c. vlt. de baptism.

vnum ouile, & vnus pastor. Quare Abbas
c ad d. cap. vit. nu. 1.
Panormitanus [c], *Græci*, inquit, *& aliæ nationes debent esse, & constituere vnum ouile nobiscum*. Debent ergo omnes homines esse de ouili CHRISTI: ergo iure omnes ho- 1825
mines sunt sub pastore Ecclesiæ, scilicet sub
Papa, licet effectu non valeat Papa contra
multos infideles exercere suam potestatem,
d ad c. quod super his. de voto, & vot. redempt.
e cons. 16. n. 83 li. 1. & de feud. par. 6. & 7.
f in procem. ti. C. de sacros. ecclei.
quod & Innocentius [d] admonuit. A quo
non dissentiunt ex recentioribus Zasius [e], &
Alciatus [f] viri de iurisprudentia bene meriti: vterque enim amplissimam omnium esse
Romani Pontificis potestatem, eumq. summum esse principem dicunt. Sunt & alij 81
quamplurimi tum Iurisconsulti, tum Theologi veteres, & recentiores, quos longo ca-
g lib. 4. variar. resol. c. 14. nu. 11.
talogo recenset Didacus [g] Couarruuias:
quorum vna omnium fuit vox, Petri, & Romanorum Pontificum, qui ei successerunt,
& succedent, primatum ex diuina institutione, non autem humanis constitutionibus,
vim obtinuisse, ipsumq. Romanum Pontificem omnium esse Episcoporum principem,
caputq. ostendunt. Duæ vero sunt Pontifi-
h can. 4. & 5 dist. 9 9.
ciæ constitutiones [h], quæ hac in re nobis facessunt negotium: altera est Pelagij Secun-
i li. 7. epist. 30.
di, altera Gregorij [i] ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum. Hunc reprehendit
Gregorius, quòd eum vniuersalem Papam
vocauerit, rogatq. ne deinceps ita faciat:
Quia, inquit, *vobis subtrahitur, quod alteri plus, quàm ratio exigit, præbetur. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus: nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est, honor vniuersalis Ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor.*
Hactenus Gregorius. Pelagius vero decre- 84
uit, neminem Patriarcharum vniuersalis nomine vti debere: *Quoniam*, ait, *si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur*. Nostri hàc sicco,
vt aiunt, pede transeunt, cùm tamen aduersarij ob ea, quæ recitata sunt, nobis, qui saniorem partem defendimus, vehementer insultent, etsi Pelagij verba sunt adeo clara,
vt tanta haud sit opus iactatione. Pertinent
enim ad Patriarchas tantum, non æque ad
Romanos ipsos Pontifices: quia sunt, vt sæ-
k can. 3. d. 99. & c. 23. de priuleg.
pius dictum est, primarij, & [k] maximi Patriarchæ illi quattuor, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, pari sane in Prouincijs sibi decretis dignatione, auctoritate, ac potestate.
Inter pares autem nemo vniuersalis dici debet, quia omnes Patriarchæ appellantur,
l can. 1. d. 21
hoc est Principes [l] patrum, & post Apostolicum Rom. primum tenent locum. Verum, si vnus vniuersalis titulo honoraretur,
reliqui particulares, minoresve viderentur.
Quare Pelagius constituit, ne quisquam Patriarcharum vniuersitatis vocabulo vteretur. *Quia*, inquit, *si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæte-*
85 *ris derogatur*. Præterea dato, Pelagium, qui
erat Romanus Pontifex, de se intellexisse,
non ideo sequitur inficiatum se maximam
potestatem, & amplitudinem, aut primatum
habere, licet prohiberet, ne vniuersalis diceretur: cuius rei argumento est, quod [m] de
m can. 1. d. 100.
86 Metropolitanis idem constituit: quos, si intra tres menses consecrationis suæ ad fidem
suam exponendam, palliumq. suscipiendum
Romam non misissent, voluit dignitate sibi
n cap. 4. de elect.
87 credita priuatos iri: non [n] enim pallium
permittitur, nisi Apostolicæ sedi fidelitatis,
& obedientiæ iuramento præstito, quo non
o c. 28 §. super. eod.
88 accepto nequeunt [o] Episcopos Metropolitani consecrare, clericos ordinare, chrisma
conficere, basilicas dedicare, Conciliumve
conuocare, vbi non gerunt se tamquam
p c. 3. de vsu pall. & c. 23 de priuil.
Episcopi, sed vt Archiepiscopi: etsi [p] ante
pallij susceptionem, non modo dignitatis
amplitudine carent: sed etiam ipso Archie-
89 piscopali nomine. Potuitne verò maius imperium ostendere, maioremve se dicere
q can. 5. dist. 17.
idem Pelagius, quàm cùm scribit [q], Conci-
90 lium sine auctoritate Romani Pontificis nō
91 Concilium, sed conciliabulum, aut conuenticulum esse? vel cùm præcipit, si in aliqua
r d. 18. per totum.
Prouincia (in qua [r] singulis annis possunt
prouincialia celebrari Concilia) maiores,
& difficiliores ortæ fuerint quæstiones, ad
s d. can. 5. in fine.
sedem [s] Apostolicam referri? Sed clarum,
perspicuumq. est Pelagium de Patriarchis
illis quattuor intellexisse. Quòd ad Gregorium attinet, dubium non est, quin illud,
vniuersalis, epitheton respueret: non quòd
reuera non esset œcumenicus, hoc est vniuersalis, sed quia moribus magis, quàm verbis cupiebat prosperari. Constat enim plusquam manifeste, diuino iure, atque humano, vocem hanc, *vniuersalis*, ei maxime
conuenisse: eò quia à CHRISTO Domino primatum obtinuerat, vt iam ostendimus: itemq. humano. quod idem ipse Gre-
t epist. 30. lib. 7.
gorius restatur citata [t] epistola ad Patriarcham Alexandrinum, ex qua desumpta est
u dist. 99.
constitutio illa [u] vltima apud Gratianum.
92 *Et quidem*, inquit, *in sancta Chalcedonensi synodo, atque post à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit, hoc est vniuersalis nomen*. Quod
x epist. 30. lib. 4.
etiam [x] alibi plenius exponit. Refert quo-
que

que B. Thomas in fuo opufculo contra er-
rores Græcorum totam illam fynodum fan-
cto Leoni fic acclamaffe. *Leo fanctiffimus,*
Apoftolicus, & œcumenicus, id eft vniuerfa-
lis, *Patriarcha, per multos annos viuat*. Re-
cenfentq. præftantes illi viri, qui correctio-
nem, & interpretationem ad opus Gratia-
ni fecerunt, multas y tum Græcorum, tum
Latinorum auctoritates, quibus aperte de-
monftratur, fæpius Pontificem Romanum,
vniuerfalis, vocabulo appellatum effe. Et 91
licet Ioannes à Turrecremata, vir alioquin
de iure Pontificio bene meritus, male exi-
ftimauerit conftitutionem illam z Pelagij
etiam de Pontifice Romano accipiendam,
cùm de Patriarchis fit intelligenda: placet
tamen eius opinio, quæ ex S. Thoma a eft,
quòd fcilicet Papa prohibeat fe nominari
vniuerfalem: non, quia non fit paftor, &
rector, & caput vniuerfalis Ecclefiæ, & vni-
uerfalis paftor omnium ouium CHRISTI, 94
aut quia non habeat iurifdictionem in om-
nes fideles; fed, ait, tum propter humilita-
tem; tum quia non præficitur cuilibet par-
ticulari ecclefiæ, vt proprius, & fpecialis il-
lius ecclefiæ rector, & immediatus admini-
ftrator: fic enim ceffarent omnium aliorum
Pontificum poteftates, videlicet, vt ille, qui
proprius, & immediatus adminiftrator cu-
iuslibet particularis ecclefiæ eft, vniuerfalis
dici nequaquam poffet: alioquin fequere-
tur illud, quod ait idem Pelagius, quòd
fcilicet, cæteris paribus derogaretur, & quod
idem Gregorius ad Mauritium Imperato-
rem, & Conftantiam Auguftam fcribit b.
Noua fuperbia idem frater meus (loquitur
de Ioanne Conftãtinopolitano Patriarcha)
vniuerfalem fe Epifcopũ appellat, ita vt fan-
ctæ memoriæ deceſſoris mei tempore adfcribi
fe in fynodo tali hoc fuperbo vocabulo faceret:
quamuis cuncta acta illius fynodi, fede con-
tradicente Apoftolica, foluta fint. Et ad eun-
dem Mauritium ita. *Petro Apoftolorum Prin-* 95
cipi cura totius Ecclefiæ, & principatus com-
mittitur: & tamen vniuerfalis Apoftolus nõ
vocatur, & vir fanctiffimus cõfacerdos meus
Ioannes vocari vniuerfalis Epifcopus cona-
tur. Idq. pluribus locis apud c Gratianum
comprobatur. Immo idem Gregorius ali-
quando fuis epiftolis eundem ipfum Ioan-
nem redarguit. *Qui indignum*, ait d, *te fate-*
baris, vt Epifcopus dici debuiffes, ad hoc quan-
doque perductus es, vt defpectis fratribus,
Epifcopus appetas folus vocari. Et ad Con-
ftantiam Auguftam, quæ Gregorium roga-
bat, vt patienter toleraret Ioannem vniuer-
falem dici, refpondit e. *Trifte valde eft, vt*

y ad d. can. vlt. dift. 99.
z d can. 4. eadem dift.
a in tract. contra impugnantes religionem.
b lib. 4.
c can. 2. d. 12. can. 5. d. 21. can. 1 & 2. cum feqq. d. 21. can. 10 dift. 63.
d lib. 4.
e eod. lib. 4.

patienter feratur, quatenus defpectis omni-
bus, prædictus frater, & coepifcopus meus fo-
lus conetur vocari Epifcopus. Quare conclu-
96 di poteft, bene dixiffe Beatum Thomam,
quòd fcilicet nullus, qui particulari mediate
97 præpofitus eft ecclefiæ, vniuerfalis appel-
lari poffit. Quo fenfu accipienda eft confti-
tutio illa, quæ apud Gratianum f ita conci-
pitur. *Primæ fedis Epifcopus non appelletur*
princeps facerdotum, vel fummus facerdos,
aut aliquid huiufmodi: fed tantum primæ fe-
dis Epifcopus: vniuerfalis autem nec etiam
98 *Romanus Pontifex appelletur*. Prima huius
canonis pars mihi videtur effe optima, &
optime pro Pontifice Maximo facere. Vlti-
ma vero fpuria, & fuppofititia. Nam infcri-
ptio canonis eft, *Ex Concilio Africano*: hoc
eft Carthaginenfi tertio, ex quo reuera
defumptus eft is canon: fed illa poftrema
verba in meis Conciliorum codicibus non
99 habetur. Quocirca eximij illi Gratiani cor-
rectores, & expofitores, licet nihil adiece-
rint in illo interpretando canone, quod mi-
ror, ne dicam, admiror: diuerfis tamen
characteribus illa edi voluerunt, ab alijsq.
verbis diftinxerunt. Quod infert, eos fufpe-
ctam illam vltimam partem habuiffe. Nec
difplicet altera S. Thomæ ratio: quòd Gre-
gorius dici nollet vniuerfalis propter humi-
litatem, exemplo fortaffe multorum poten-
tiffimorum Principum, & rerum dominorũ,
de quibus late fecundo g libro: qui reiectis
fuperbiffimis quibufdam, & ambitiofis titu-
lis, modeftioribus contenti fuere, quippe
qui fciebant pudorem honeftum, claram, &
100 ftabilem comparare auctoritatem. Humi-
liauit fe igitur Gregorius, quia nihil, vt idẽ
ipfe h ait, in Epifcopali ceruice fplendidius
fulget, quàm humilitas. quod fane dictum
101 mirifice extollit i Decius: dicitq. k Conci-
lium Toletanum xiij. humilitatem effe
clauem, quæ aperit regnum cælorum, & re-
ferat myfteria fcripturarum, & Deum pla-
cat. Immo CHRISTVS ipfe per Matthæũ
dixit l. *Qui fe exaltauerit, humiliabitur: &*
qui fe humiliauerit, exaltabitur. Hæc plane
cognouit Gregorius fingularis doctrina,
prudentia, & fanctitate vir, quippe qui tan-
ta fuit lenitate, comitate, & humilitate (vt
102 Ioannes Diaconus, & Paulus Diaconus hi-
ftorijs mandarunt) vt mediocres etiam ho-
mines dominos vocaret: laudis vero de fe
minimum quidem ferre non poterat, & fe
103 feruum feruorum Dei fcribebat: cuius imita-
tione alij m fubinde Pontifices idem fece-
104 runt. Etfi non dubito, quin alij Romani Põ-
tifices ante Gregorium ita etiam fcriberent,
prout

f can. 3. dift. 99.
g cap. 10.
h can. 8. dift. 100.
i conf. 151. nu. 4. lib. 1.
k can. 13. 26 q. 5.
l cap. 23. de quo in can. 7. 9. q. 3.
m in proœ. Decr. & in proœm. li. 6. glof. & in proœ. Clem.

prout videere est in epistola [n] tertia Damasi
ad Srephanum Archiepiscopum, & cæreros
Africæ Episcopos. Et Damasus annis plu-
ribus ante Gregorium Romanæ præfuit Ec-
clesiæ, vt nemo nescit: quamuis facile esse
potuit, vt hic scribendi modus interdum
intermissus sit: à Gregorio ramen in vsum
reuocatus, & vsque in hodiernum diem
obseruatus. Quamobrem non video, cur il-
la Pelagij, & Gregorij verba ad euertendā
potestatem Romani Pontificis, eiusq. pri-
matum tollendum accōmodari possint. Erit
ergo Romanus Pontifex CHRISTI Vica-
rius, Petri successor, solus [o] sacerdotum
princeps, summus sacerdos, & vniuersalis
Episcopus. Ipse solus diadema, triplicemq. 105
coronam auro, & pretiosissimis gemmis or-
natam gestat in capite, quam regnum vul-
go appellare solent, hoc est, vt Speculator [p]
tradit, in signum imperij: nec alius quis-
quam ad altare Sancti Petri inungendus [q],
consecrandus, & ordinandus admittitur,
quàm ipse Romanus Papa. Eius vero inun- 106
ctio, & consecratio fit ex chrismate, eaq. [r]
in capite: cuius rei rationem reddit illam
Antonius [s] de Rosellis, dicens, quòd in eo
repræsentatur persona CHRISTI, qui ca-
put est Ecclesiæ. Consecratio præterea fit
ab Episcopis Cardinalibus: quia [t] Romanus 107
Pontifex non habet Metropolitanum, cui
subijciatur, atque ideo Cardinales [u] Metro- 108
politani vice funguntur. Etsi Episcopus Ho-
stiensis Cardinalis, sacri Cardinalium colle-
gij Decanus hoc consecrationis munus obi-
re solear, sicut etiam inungit Imperatorem,
assistentibus alijs omnibus Cardinalibus. Ita 109
consecratus ante se deferre facit Crucem,
non autem [x] pastoralem, & incuruatum ba-
culum, vt alij assolent Episcopi: cuius rei
glossa [y] affert causam, quòd Romanus Pon-
tifex potestatem à solo Deo receperit, alij
vero Episcopi ab homine, sicq. ille liberam 110
in spiritualibus, & nullis circumscriptam fi-
nibus potestatem habeat, illi coarctaram,
& cerris definitam rerminis, quæ per bacu-
li incuruationem denoratur, restimonio [z]
Sancti Thomæ Aquinatis, quem sequirur
Felinus [a], Felinum Troilus [b] Maluetius, &
Petrus [c] à Monte in mon. conciliorum.
Hinc est, quòd Metropolitani, immo ipsi 111
Patriarchæ, dominicæ Crucis vexillum an-
te se vbique deferre non valent, sed in suis [d]
tractibus, ac Prouincijs tantum sibi decre-
tis, neque in ijs etiam, si aderit ipse Roma-
nus Pontifex, aut eius Legarus insignibus
Apostolicæ dignitatis vrens. Neque pal-
lium [e] semper, & vbique gestant, sed in
Prouincijs quoque suis, & quibusdam dun-
taxat diebus. Papa vero semper, & vbique:
quia hic in potestatis plenirudinem, illi in
partem solicitudinis sunt vocati.

[n] quæ habetur tom. 1. conciliorum, vide § seruus seruorum, de Indul. Card.
[o] d. can. 3. dist. 99.
[p] lib. 3 in rationali diuino, rubr. de pallio.
[q] in Pontificali pag. 55.
[r] c. 1. §. vnde. de sacra vnctione.
[s] in tract. de potest. Imp. & Pap. 9 sub fanabut. n 5.
[t] can. 1. dist. 23.
[u] Cor Alex. ad d. can. 1. ex auctoritate Hostiens.
[x] d. c. 1. in 6.
[y] ibid. in penult. & vlt.
[z] lib. 4. sen. dist. 14.
[a] ad rub. de constit.
[b] in trac de can. sanct.
[c] in rubr. de conciliorum præambulis. nu. 6.
[d] cap. 23. de priuilegijs.
[e] c. 6 & 6 de autor. & vsu pall. & ibi Abbas. Ant. de Bur. ad d. c. 23. de priuil.

SVMMA EX CAPITE VI.

1 *Ioannes Hieronymus Albanus Cardinalis cum plerisque alijs sentit Cardinalatus honorem de iure diuino esse, sacerdotiumq. Leuitarum repræsentare.*
2 *Augustini Valerij Cardinalis Veronen. tractatus de Cardinalibus laudatur.*
3 *Cardinalis intelligitur, aut obstrictus vni ecclesiæ, & ad aliam translatus, aut principalis, aut primus.*
4 *Cardinalis initio Christianorū erat simplex presbyter, aut diaconus.*
5 *Presbyteri initio constituti sunt, vt Episcopos adiuuarent: diaconi, vt ministrarent.*
6 *Diaconi Cardinales vrbis Romæ fuerunt septem ab initio.*
7 *Diaconi Cardinales maiori sedi tantum tributi sunt.*
8 *Omnes presbyteri ab initio consiliarij, & confessarij Episcoporum fuerunt.*
9 *Cardinales nihil, nisi primarum sedium presbyteri, vel diaconi fuerunt olim, & præcipue Romanæ.*
10 *Carthaginensis Episcopus fuit totius Africæ Primàs.*
11 *Donatistas Africa genuit.*
12 *Donatistæ in ijsdem ecclesijs Antistites suæ sectæ creabant, in quibus & Catholici, sub eisdem nuncupationibus, & titulis, sicut hodie consueuit Romana Ecclesia quattuor Patriarchales titulos conferre, quamuis à schismaticis Græcis Orientis obedientia occupetur.*
13 *Donatistarum Cardinales pseudocardinales fuerunt.*
14 *Aquileiensis, & Benauentana, necnon Rauennatensis ecclesia suos Cardinales habuit.*
15 *Rauennatensis ecclesia diu Romanæ æmula fuit.*
16 *Iulius Feltrius de Ruuere Cardinalis Vrbinas sustulit Rauennæ nomen Cardinalis, quo ea ecclesia vtebatur.*
17 *Ecclesia Compostellana cum quibusdam Hispaniēsibus suos Cardinales habet.*
18 *Canonici maiores ecclesiæ Mediolanensis adhuc Cardinales vocantur, purpuratiq. ecclesiæ inseruiunt capite tenus, quod nigro operimento tegunt.*
19 *Archiepiscopus Mediolanensis violaceis vesti-*

Digitized by Google

vestibus induitur, quamuis canonici ipsas purpureas gestent.

20 *Cardinales vocantur cap. 2. de officio Archipresb. non qui principales, sed qui vni ecclesiæ deuincti, & ad aliam translati sint.*

21 *Incardinari dicebatur clericus, cùm ab ecclesia, in qua fuerat primitus ordinatus, in aliam transferebatur.*

22 *Cardinari, seu Cardinalem constitui, transferri significat.*

23 *Cardinare hoc loco significat deuincire, obnoxium reddere, subijcere, & quasi cardine obstringere.*

24 *Archipresbyter vrbanus nullam extra vrbem habet iurisdictionem.*

25 *Extra territorium iusdicenti impune negatur obedientia.*

26 *Archipresbyteri est curam habere presbyterorum, eorumq. mores Episcopo significare.*

27 *Forum à domicilio pendet.*

28 *Quandoque priori, & posteriori ecclesiæ incardinatus deseruire tenebatur.*

29 *Moderni, ideo S.R.E. Cardinales dicuntur, vt ab alijs distinguantur.*

30 *Constitutio simpliciter loquens de Cardinalibus, referri debet ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.*

31 *Cardinales cum nascente Ecclesia nati sunt.*

32 *Cardinales in partem oneris ecclesiastici vocati sunt.*

33 *Cardinales dicti sunt, quòd, quasi cardines, Ecclesiæ valuas sustentent.*

34 *Cardinem causa in aliquo ponere, est ius accipere per aliquem in causa: & cardo rei, est rei firmamentum.*

35 *Præfecti Cardinales olim vocabantur, qui maiores præfecturas pro Impp. gerebant.*

36 *Episcopi sententiæ eadem reuerentia olim exhibebatur, quæ & Præfecti Prætorio.*

37 *A Cardinalis sententia potest appellari ex Baldo, quem sequitur Iurisconsultorum schola.*

38 *Nemo in ecclesia auctoritate, quam Præfectus Prætorio habebat, pollet, ait Baldus.*

39 *A sententia collegij Cardinalium non appellatur, ait glossa citata in margine, cui adhæret Albanus.*

40 *A sententia Senatus non appellatur.*

41 *A sententia Cardinalis de iure ciuili non appellatur.*

42 *A sententia Episcopali non appellatur.*

43 *Soli verbo Cardinalis statur.*

44 *Cardinales sunt vnum corpus cum summo Pontifice, ac in rerum administratione eius membra.*

45 *Cardinales vsque ad Pium Quartum summum Pontificem nullum Pontificibus præstiterūt fidelitatis iuramentū.*

46 *Reus maiestatis est, qui Cardinalem offendit, & sacrilegus.*

47 *Obiurgans Cardinalem reus est itidem maiestatis, vt tenet Iacobatius.*

48 *Ex verbali iniuria fit quis reus pœnarum in Bonifaciana constitutione inflictarum.*

49 *Cardinales sunt omnes filij, fratres, consiliarij, adiutores, & assessores Pontificis.*

50 *Vndeuiginti pœnæ, quibus afficiuntur offendentes Cardinales, & participantes de delicto, à Manfredo enumerantur.*

51 *Capitale supplicium remittitur tangenti vestem Cardinalis.*

52 *Flamen Dialis, & virgo Vestalis ductum ad supplicium, si obuium habuissent, liberabant.*

53 *Cardinali asserēti obuium habuisse damnatum ad suppliciū, standum est absq. iuramento, ne peioris conditionis Cardinalis sit, quàm fuerunt virgines Vestales.*

54 *Cardinali se legatum Apostolicum asserenti, credendum est.*

55 *Cardinales non comprehenduntur generali constitutione, præsertim pœnali, & odiosa.*

56 *Cardinales sub censuris non comprehenduntur, nisi de eis mentio specialis facta sit.*

57 *Cardinales plura beneficia retinent.*

58 *Cardinales cuilibet particulari ecclesiæ ex consequentibus dicuntur deseruire.*

59 *Cardinalis habens ecclesiam parochialem, non tenetur ei personaliter inseruire.*

60 *Cardinales excusantur à residentia.*

61 *Cardinales regulis Cancellariæ non obligantur.*

62 *Censent Iurisconsulti plurimi, Cardinales nuper promotos beneficia etiam curata, & prælaturas, quas ante habebant, posse retinere ex consuetudine Romanæ curiæ.*

63 *Sixtus V. Cardinali à se promoto Decanatum ademit, vigore residentiæ à Concilio Tridentino imperatæ.*

64 *Concilium Tridentinum vnicum tantum benefi-*

beneficium Cardinalibus permittit, si sit residentiale.
65 *Cardinales possunt condere testamentum iure militari.*
66 *Cardinales in feudis paternis, atque auitis succedunt.*
67 *Cardinales tercentis priuilegijs donati sunt.*
68 *Insignis de Bibliotheca Hieronymi Cardinalis de Ruuere fit mentio.*
69 *Comitia Pontificia solis Cardinalibus reseruata sunt.*
70 *Cardinalium nuncupationes magnificæ, & eminentes tituli recensentur.*
71 *Sumptus magnus in vestibus, in familia, in ædibus apte conuenit Cardinalium amplitudini.*
72 *Galerus rubeus ab Innocentio IV. Cardinalibus traditus est: cætera purpurea ornamenta & indumenta à Paulo Secundo.*
73 *Forma vestium Cardinalium eadem hodie, quæ antiquitus.*
74 *Dibapha est vestis bis tincta, sicut purpurea, & punicea.*
75 *Sacerdotes Gentium dibapha vsi sunt.*
76 *Constantinus magnus etiam de cultu, & ornatu clericorum cogitauit.*
77 *Coryciū, quod præfertur Cardinali equitanti, à recenti tempore habet originē.*
78 *Cardinales regulares habitum sui ordinis in Cardinalatu retinent.*

De Cardinalibus, eorumq. priuilegijs: & de varijs titulis, quibus ornantur: Cap. VI.

TOT, talesq. sunt illi, qui de Cardinalibus nō obiter modo, sed ex professo ampla etiam ediderunt volumina, vt superfluum videatur de eis aliquid dicere. Et nisi instituti mei ratio, & mea erga illos, qui hac nobilissima omnium elucent dignitate, propensa voluntas id quoque postularet, aliò equidem me transferrem. Verum quidquid illi eximio ingenio viri amplissimis, ijsdemq. doctissimis coaceruarunt tractatibus, ipse quasi per eorum latifundia vagans, ac optima quæque colligens, hoc vno capite comprehendam. Atque illud in primis, etsi scitu dignissimum est, prætermittam: videlicet, an Cardinalium institutio à iure diuino sit, an à positiuo tantum. Nam Ioan. Hieron. Albanus S.R.E. Cardinalis [a] optimus, & de- 1 iuris scientia bene meritus, omnium Cardinalium nunc viuentium ætate prouectior, humanitate simul, religione & doctrina insignis: item Hieronymus Manfredus [b], Andræas Barbatius [c], Martinus Laudensis [d], Petrus de Brixia [e], Lancellottus Córadus [f], alijq. multi [g] vno ore fatentur, Cardinalatū essentialiter, vt eum ipsis loquar, & formaliter à iure diuino proprie sumpto exordium habere: idq. ex rescripto Innoçentij [h] III. qui asseuerat Cardinales constitutos esse ad exemplum sacerdotū Leuitici generis, eosq. iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existere. Quod & Regum primo ita dicitur [i]. *Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Neque 2 quodnam eorum munus sit, qualisve officij forma esse debeat, aperiam: hæc plane ita à viro doctissimo Augustino Valerio, Veronensi Episcopo, itemq. S. R. E. Cardinali describuntur, vt impudens, aut admodum temerarius iudicandus essem, si plura, aut doctiora addere existimarem. Quanto enim Cardinalatus dignitas præstantior est Archidiaconatu, tanto ipse Valerius Cardinalis mihi Germonio Archidiacono præstat ætate, ingenio, eloquentia, grauitate, scientia. Quid enim rogo in illo suo tractatu, qui Cardinalis dicitur, desiderari potest? Breuis quidem is est, sed quo nihil copiosius, nihil doctius, nihil grauius, præstātius nihil: cui neque addi quidquam, neque minui posse videatur: vt nescias, vtrum in eo magis eluceat, eloquentia, an pietas, sanctitas, an prudentia, doctrina, an religio? Eò lectorē igitur reijcio. Illud vero silentio non prætermittam, quod alij præteriere: quare, inquam, dicantur S. R. E. Cardinales, cùm satis esset eos simpliciter, & indistinctè dici Cardinales, nulla Romanæ Ecclesiæ facta mentione. Sed, vt quæstio ista facilius solui possit, res erit paulo altius repetenda. Ac
3 primum scire oportet, Cardinalem apud nos duobus modis dici, & intelligi, aut obstrictum alicui Ecclesiæ, & ad aliam translatū, aut præstantiorem, principalem, & primum: hoc quidem modo solis presbyteris, & diaconis maiorum sedium, & omnium maxime maximarum ecclesiarū Cardinalis congruit nomen: illo vero omnibus alicui ecclesiæ obnoxijs, & deuinctis, seu translatis. Me de-
4 claro. Munus Cardinalium iam ab initio nascentis Ecclesiæ æquale erat presbyterio, & diaconatui: quod sane intelligi potest ex Ignatio, qui Apostolorum tempore fuit, & in epistola ad Trallianos. *Quid est*, inquit, *presbyter, nisi institutio sancta consiliarij, & confes-*

[a] tract. de Card. q. 5.
[b] tract. de Card. q. 105.
[c] tract. de præstantia Car. q. 1. n. 7.
[d] 1. tract. de Card. q. 26. & 34. & 2. q. 7. & 9.
[e] tract. qui inscribitur Direct. elec. c. 35. p. 2 n. 7
[f] in lib. qui inscribitur Templū omnium iudic. 2. c. 2. §. 1.
[g] Abbas ad c. ex gestis. de cler. non resid. & ad c. per venerabile. n. 16. vbi & Card. Alex. & alij omnes notat qui filij sint legit. Spec. in tit. de legat. §. sequitur in princ. Bartol. ad l. Gallus. §. si tius. in prin. ff de lib. & posthum.
[h] d. cap. per venerabilē.
[i] ex Deut. 17. 1 cap. 2.

Digitized by Google

confessoris Episcopi l. Quid diaconi, nisi imi-
tatores CHRISTI, ministrantes Episcopo?
Illud ergo est munus Cardinalium. Vnde
eleganter S. Hieronymus ad Rusticum, & in
k cap. 3. commentarijs in Esaiam [k] scribit Ecclesiam
habere presbyterorum senatum. Ita apud
l can. 7. 16. q. 1. Gratianum [l]. *Senatum quoque Romani habe-*
bant, cuius consilio cuncta agebant: et nos ha-
bemus senatum nostrum, cœtum presbyterorũ.
m sup. c. 1. Presbyteros autẽ constitutos fuisse antea [m] 5
docui, vt Episcopis adiumento essent; diaco-
nos, vt ministrarent. Ex his, procedẽte tem-
pore, nonnulli Cardinales sunt appellati. Nã
n cap. 6. in Concilio [n] Romano sub Syluestro, magno
Constantino imperante, habito scribitur.
Diaconi non sint plures per parochiarum exa- 6
men, nisi duo: diaconi Cardinales vrbis Ro-
mæ septem. Ex quibus verbis perspicuum est 7
non omnes presbyteros, non omnes diaco-
nos Cardinales esse, sed primæ tantũ, & ma-
ioris sedis. Distinguebantur siquidem ma-
gnitudine Episcoporum suorum presbyteri
isti, & diaconi ab alijs aliorum Episcoporum.
Generatim quidem omnes presbyteri, con- 8
siliarij, & confessarij Episcopi erant, & com-
mune istud munus omnium, sed non omnes
dicebãtur Cardinales, sicut nec omnes ma-
iores Episcopi. Cardinales itaque nihil, nisi
presbyteri erant, vel diaconi primarũ sediũ,
maxime Primatis Primatum. Quod ex Au- 9
o lib. 1. de baptis. c. 6. gustino plane constat. Ait enim [o] cõtra Do-
natistas. *Quapropter inter nos, & ipsos*
quodammodo Cardinales Donatistas (quorũ
Episcopus apud Carthaginem Primianus est)
iam de hac re nulla est controuersia. Quibus
verbis Cardinales Donatistarum vocat ma-
ioris sedis presbyteros, quæ tunc Carthagi-
ne erat, sicut eius Episcopus Primianus. Nõ-
nunquam Carthaginensem Episcopum pro
Afrorum Primate accipimus: erat enim to-
tius Africæ Primas Carthaginensis Episco-
pus. Quare, cùm in Africa ortum habuisset 10
turpissima Donatistarũ secta, ipsiq. (vt sæpe- 11
numero contingit hæreticis) mores Catho-
licos imitari vellent (non enim ordines, aut 12
hierarchiam oppugnabant) suos sibi consti-
tuebant Episcopos, Metropolitanos, & Pri-
mates ijsdem in sedibus, quibus Catholici
Catholicos, quos Hæreticos esse dicebant.
Hoc ipsum obseruat hodie Romana Ecclesia
à multo tẽpore, ad sanctæ tamen sedis Apo-
stolicæ dignitatem, & Primatum firmandũ,
Catholicorumq. dogmatum veritatem tuẽ-
dam. Quattuor enim Patriarchales ecclesias
Orientis, sicut vacant per succedentia tem-
pora, confert, quamuis à Græcis schismaticis
earum nõnullæ cum omnium populorum se-
13 re obedientia occupentur. Cardinalium
igitur Catholicorum exemplo suos quoque
pseudocardinales Donatistæ constituebant.
Dicebantur ergo prioris sedis presbyteri, &
Diaconi Cardinales, non Romanæ tantum.
Siquidem Nicolaus Perottus Archiepisco-
pus Sipontinus in suo Cornucopiæ lib. tra-
dit, non modo Romanam Ecclesiam Car-
14 dinales habere, sed etiam Aquileiensem,
quæ patriarchalis vocatur, & Beneuenta-
15 nam, immo & Rauennatensem, quæ Ro-
manæ diu æmula fuit. Hæc ex suis cano-
16 nicis nonnullos Cardinales appellabat, ap-
pellauitq. donec Iulius Feltrius de Ruuere
Cardinalis Vrbinas, Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ, & Apostolicæ dignitatis studiosissi-
mus, est Archiepiscopatum eiusdem ciuita-
tis Rauennatensis adeptus. Nã statim atque
illius ecclesiæ possessionem est nactus, nihil
princeps ille religiosus, & prudens habuit
antiquius, quàm, vt æmulationem tolleret,
ad subiectionemq. canonicos, & Cardina-
latus tituli depositionem compelleret, quo
deposito, alijs eos priuilegijs à sede Apo-
stolica confirmatis augeri curauit. Canoni-
cos quoque nonnullarum ecclesiarum Hi-
spaniensium, Compostellanæ præsertim, ho-
noris gratia, Cardinales appellari tradunt:
quod & iampridem à Frãcisco Quesado iti-
dem Hispano, iurisprudentiæ studiosissimo,
17 ac beatissimi Sixti Quinti summi Pontificis
ab intimo cubiculo, asseueratum est. Sed
quid opus est tam longum iter emetiri, in
18 Hispaniamq. proficisci? In maiori etenim
Mediolanensi ecclesia canonici adhuc Car-
dinales nuncupantur, vesteq. Cardinalitia,
scilicet purpurea, maximi pretij pellibus
fulta, in ecclesia vtuntur, ita, vt bireto
dumtaxat nigro à Cardinalibus Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ, videantur differre, etsi eo-
19 rum Archiepiscopus violaceo induatur co-
lore. quod sane indecorum mihi, pace eo-
rum dixerim, videtur, vt canonici, qui Ar-
chiepiscopo subijciuntur, vestiantur purpu-
ra, ipse vero, vt alij solent Episcopi, puni-
ceas tantum vestes gestet: prout etiam vi-
dere licet in ecclesia Pisana, in qua & cano-
nici purpura induuntur, & Cardinales ap-
pellantur, non item eorum Archiepiscopus,
tametsi eo honore dignus est is, qui hodie
illo Archipræsulatu donatus fuit, Carolus
Antonius Puteus, vir & generis nobilitate,
& rerum experiẽtia insignis. Non est itaque
dubium, quin olim primarum sedium pres-
byteri, & diaconi Cardinales dicerentur:
quod videtur quodammodo animaduertisse
Hieronym. Mãfredus [p], ait enim. *Cardinales* p in d. trac. decis. 74.

vere, ac proprie appellamus eos, qui S. R. E. Cardinales ſint, vt differant à vicarijs, e canonicis, & inferioribus alijs, qui eccleſias aliãs adminiſtrant, præter Romanam, quoniã et hi Cardinales inferiores nuncupantur, vt in c. ij. de offic. Archipreſ. vbi doctores notant. Hæc Mãfredus. Qui haud male exiſtimauit preſbyteros inferiorum eccleſiarum etiam Cardinales dici. ſed erat etiam animaduertendũ non omnium inferiorum eccleſiarum canonicos Cardinales vocari, ſed maiorum: ne- 20
que argumentum ſumi poſſe ex illa ſecunda conſtitutione, quæ eſt Leonis Papæ mandãtis officium Archipresbyteri in eo conſtitui, vt diligenti cura prouideatur miniſterio ſacerdotum Cardinalium. Namque iſti ſacerdotes dicebantur Cardinales, non quòd eſſent alijs præſtãtiores, & principales primarum ſedium, ſed quia erant alicui eccleſiæ mancipati, & deuincti. Et hoc eſt illud ſecũdum genus Cardinalium. Neque hoc nomine appellabantur, propterea quòd eſſent ſuis eccleſiarum titulis deuincti, vti curiales obnoxij curiæ, vel cohortales cohorti, ſed ex eo, quòd ex vna ad aliam eccleſiam canonice erant tranſlati: quod intelligi poteſt facile ex his verbis epiſtolæ Gregorij Magni q ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum. *Fraternitatem tuã à nobis petiſſe recolimus, vt Gratianum eccleſia Venafranæ diaconum tuæ concederemus eccleſiæ cardinandum. Et quoniam nec Epiſcopum, cui obſecundare debeat, nec propriam habet eccleſiam, hoſte ſcilicet prohibente, quo ſuum debeat miniſterium exhibere, petitionẽ tuam non prauidimus differendam. Idcirco ſcriptis tibi præſentibus eum neceſſario duximus concedendum, habituro licentiam diaconum illum, noſtra interueniente auctoritate, eccleſiæ tuæ, Deo propitio, conſtituere Cardinalem*. Hæc verba apud Gratianum r habentur, eo excepto, quòd pro *cardinandum*, legitur *ordinandum*: etſi hodie in nouis Codicibus emendatum ſit, & reiecto *ordinandum*, repoſitum eſt, *cardinãdum*. Nam cùm tempore Gregorij canon 21
ſextus Concilij Chalcedonenſis accurate obſeruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in eccleſia (qui nunc titulus appellatur) niſi ſimul ad eum locum ordinaretur, cùm aliquis iam ordinatus neceſſitate aliqua in aliam eccleſiam transferebatur, vt in illa, in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deſeruiret, in ſecunda dicebatur incardinari, vt ex recitatis Gregorij verbis conſtat manifeſte, & ex alia eiuſdem f Gregorij conſtitutione: cuius verba ſunt iſta. *Paſtoralis officij cura nos admonet, deſtitutis eccleſijs proprios conſtituere ſacerdotes, qui gregem dominicum paſtorali ſolicitudine gubernare debeant. Propterea te Ioannem ab hoſtibus captiuum, Leſinianæ ciuitatis Epiſcopum in Squillitana eccleſia Cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem, & vt ſuſceptam ſemel animarum curam, intuitu retributionis futuræ impleas: & licet à tua eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam, quæ paſtore vacat, debes eccleſiam gubernare, ita tamen, vt ſi ciuitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & Domino protegente, ad priorem ſtatum contigerit reuocari: ad eam, in qua prius es ordinatus, eccleſiam reuertaris. Sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac, in qua à nobis ordinatus es, vel incardinatus, debeas eccleſia remanere*. Idem Gregorius t ad Agnellum Epiſcopum. *Relatio*, inquit, *cleri, ſimul & populi Terracinenſis gentis nos valde lætificat, ob hoc quòd de tua fraternitate bona teſtatur: & quia defuncto Pontifice ſuo Petro, ſibi Cardinalem poſtulant te conſtitui ſacerdotem, eorum deſideria neceſſario complenda eſſe prauidimus*. Ex quibus omnibus locis, vt etiam ex Ioanne u Diacono, non ſemel apparet Cardinalem dici illum, qui ex vno loco in alium canonice transfertur, vt quemadmodum ille, qui in vna eccleſia primùm conſtitutus eſt, ordinatus dicitur: ſic ille, qui transfertur, Cardina-
22 tus x, vel Incardinatus y, vel Cardinalis z
23 conſtitutus dicitur. Perinde enim eſt Cardinandum, dicere, ac Cardinalem conſtituere: atque vtrumque dicitur pro eo, quod eſt mancipare, adoptare, deuinctum, & obnoxium conſtituere, obligare, ſubijcere, ac quaſi cardine obſtringere. In quem ſenſum poteſt quoque accipi hæc Leonina a conſtitutio, videlicet. *Officium Archipresbyteri ſit non modo exacte prouidere miniſterium eorum ſacerdotum, qui in vna eccleſia ordinati ſunt, ſed etiam eorum, qui ſunt tranſlati, & Cardinales vocantur*. Nam in Concilio Toletano b iam ſancitum fuerat, Archipreſbyterum ſuper omnes presbyteros curam habere animarum: poſtea fuit fortaſſe dubitatum de Cardinalibus ſacerdotibus, an eorum miniſterium ad curam ipſius Archipreſbyteri ſpectaret: dubitationemq. faciebat, quòd erant alibi ordinati, ac forte in ijs eccleſijs, in quibus Archipresbyter ille nullam habebat auctoritatem, poteſtatem nullam.
24 Namque Archipresbyter vrbanus extra vrbem nullam c habet iuriſdictionem, &
25 extra d territorium ius dicenti impune non paretur, quia ſingulæ plebes e ſuum habent Archi-

q li.5.epiſt. 11.
r can.54.7.
f can. 41. 7. q. 1.
t li. 2. epiſt. 13. & in can. 5. 21. q. 1.
u lib. 3. c. 8. 9. & 16.
x d. can 5. d. 71.
y in d. can. 43 in fi
z d. can. 5. in fin. & d. can. 5. 21 q. 1.
a d. c. 2. de off. Archip.
b c. 1. eod.
c c. 3. eod.
d l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud.
e c. vlt. eod.

Archipresbyterum, qui etiam presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitã 26
custodiunt, & qua vnusquisque industria diuinum opus exercet, Episcopo suo renunciare tenentur. Sed Leo Papa vult, vt non solum Archipresbyter omne studium, & solicitudinem adhibeat in ijs, qui sunt ordinati, sed in ijs etiam, qui sunt incardinati, hoc est, translati: nam ratione [f] domicilij sortitur quis forum. Etsi aliquando vtrique 27
ecclesiæ, & in qua quis fuerat ordinatus, & 28
in qua incardinatus, censebatur deuinctus: quod ex eadem [g] Gregorij ad Agnellum epistola manifestum est. *Illud quoque*, inquit, *fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te prædictæ Terracinensis ecclesiæ Cardinalem esse constituimus sacerdotẽ, vt & Fundensis ecclesiæ Pontifex esse non desinas, nec curam, gubernationemq. eius prætereas, quia ita fraternitatem tuam sæpe dictæ Terracinensis Ecclesiæ, sicut præfati sumus, præesse præcipimus: vt ante dictæ Fundensis ecclesiæ tibi iura, potestatemve nullo modo subtrabamus*. Vtrique igitur ecclesiæ erat obligatus, sed Fundensi, vt cuius iam prius fuerat creatus Episcopus, Terracinensi vero, vt suus factus Cardinalis, idest proprius, obligatus, deditius, & administrator. Namque & proprius [h] sacerdos vocabatur quis illius ecclesiæ, in quã erat trãslatus: Duobus ergo modis Cardinalem dicimus, & intelligimus: altero, quòd alicui ecclesiæ ex translatione sit deuinctus: altero, quòd presbyter, aut diaconus sit maiorum sedium, & per antonomasiam, Romanæ Ecclesiæ, quæ omnium ecclesiarum caput est, & magistra, cuius Cardinales, licet omnibus alijs maiores, ac præstantiores sint, solent tamen, vt ab alijs distinguantur, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales appellari.
Hinc non mihi displicet Barbatij [i] opinio: 29
vt constitutio simpliciter loquens de Cardinalibus semper sit intelligenda de Cardina- 30
libus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad differentiam aliorum omnium Cardinalium: quomodo de fundi vectigalis conductore Pau-
lus [k] Iurisconsultus respondit. Hanc autem 31
Cardinalium institutionẽ iam ab initio nascentis Ecclesiæ extitisse verisimile est. Nã, cùm multorum, non vnius tantum hominis, opera esset fidelibus necessaria, Apostolos sibi delegit CHRISTVS, quorum ministerio in terris ad lucrandas animas vtebatur: ex quibus vnum reliquit Vicarium Petrum
Apostolorum Principem, qui tantum onus 32
sine ministris, coadiutoribus, & consiliarijs sustinere non valuisset. Inde Apostolicum officium ait Cardinalis Veronensis esse ortum, atque auctum. Exinde Romani Pontifices Petri successores semper habuerunt, qui eis præsto essent, perpetuo assisterent [l], & quorum consilio Dei Ecclesiam regerent, conseruarent, tuerentur, & qui socij tribulationum, eos in pastorali orbis Christiani cura adiuuarent, qui tan-
33 dem Cardinales dicti sunt à similitudine eorum [m] cardinum, circa quos valuæ vertuntur, quasi sint Ecclesiæ sustentacula. Budæus vir bonis litteris eruditus in annotationibus in Pandectas scribit [n], cardinem causæ in aliquo ponere, esse idem, quod ac-
34 cipere ius per hoc, vel illud. Et circa id verti rei cardinem dicimus, in quo firmamentum, ac summa rei omnino cõsistat. Quintilian. [o] dum negligentes reprehendit oratores, ait. *Negligentium oratorum nihil refert, vbi litiũ cardo vertatur, dum sint, quæ extra causam ex personis, ac communi tractatu locorum occasionem clamandi largiantur*. Alciat. [p] vero opinatur Cardinales in iure Põtificio dictos exemplo ciuilium magistratuũ, cùm in
35 libro officiorum Theodosij præfecti Cardinales appellentur Præfecti Prætorio Asianæ diœceseos, & Præfectus Aphticæ, quòd maiores cæteris essent. Hinc & scapi Cardinales Vitruuio. Vnde Accursius [q], haud male existimauit Cardinales, & Episcopos æquiparari Præfecto Prætorio ex constitutione
36 Impp. Arcadij, Honorij, & Theodosij, qui sanxerunt [r] eandem Episcoporum iudicationi reuerentiam esse adhibendam, quam & sententijs Præfecti Prætorio. Credidit enim Princeps (vt ait Arcadius [s] iurisconsul.) eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & grauitate, ad eius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus: quamuis
37 Baldus [t] putet appellari posse à Cardinalis sententia, si adiecta non sit clausula, *appellatione remota: quia vere, ac proprie*, inquit,
38 *in Ecclesia Dei nemo æquiparatur Præfecto Prætorio, qui ab omnibus appellatur*. Baldũ [u] alij sequuntur: licet glossa [x], quã refert, & se-
39 quitur Albanus [y], dicat à sententia collegij
40 Cardinalium non licere appellare: quemadmodum à sententia Senatus non est licita
41 appellatio. Quidquid dicat Baldus, de iure
42 ciuili non est dubium, quin facultas à sentẽtia Cardinalis prouocandi [z] sublata sit. Nam si ex communi Doctorum consensu [a] Cardinales Episcopis saltem iurisdictione, &
43 officio maiores sunt, & ab Episcoporum sententijs non datur prouocatio, ratio etiã

f c. vlt. vbi notant omnes de foro compet. l. 19 § proinde & l. 2. § penul. ff. de iud.

g can. vlt. ead. 21. q. 2.

h d. can. 5. in fi. ead. 21. q. 2.

i in d. tract. de præstan. Card. q. 2. n. 9. 11. & 18.

k in l. 2. §. qui in perpetuum ff. si ager vectigal.

l Gondisal. Villadieg. in trac. de Car. q. 5. n. 22.

m gloss. ad d. c. 2 de offic. Archipresb. Host. ad c. 2. de cler. non resid. Gõdis. d. q. 5. Mart. Laud. in eod. trac. q. 1 Hieron. Mans. in eod. trac. decis. 78. Henric. Bore. ad can. sacrosancta d. 22.

n ad l. vlt. ff. de orig. iur.

o lib. 12.

p li. Prætermiss. 2. co. 2.

q ad l. vnic. ff. de off. præfecti prætor.

r l. 9. C. de Episc. aud.

s d. l. vnic. in fine.

t ad d. l. vn. & ad l. 2. C. de appell.

u And. Barb. in trac. de lege delater. q. 5. nu. 12. Hier. Mansr. in d. trac. decis. 152.

x ad can. ecclesi. habet. 28 q. 1.

y q. 42. vers. tertio.

z d. l. 9.

a Abbas de Car. ad c. ecclesi. de elec. Gemin. ad c. 2. de off. leg. lib. 2. Decius ad c. cum venerabilis de except. ad c. ad præsentiam in fi. de appel. Alex. ad rub. ff. de iurisd. om. iud. Roman. cons. 113. in 4. n. 2. Io. de Selua de benef. q. 4. primæ partis n. 45 Stand. de grat. expect. in l. videndum n. 49 Barbat. de præst. Card. q. 1. Mal. e. decis. 103. Alban. q. 7.

postulare videtur, vt non detur à Cardinalium iudicatione, quorum soli verbo [b] creditur. Crediturq. [c] de eo, quod dicunt factum, dictumve fuisse à Beatiss. Papa viuæ vocis oraculo; quia non est verisimile, tanta dignitate præditos, tantiq. officij decore fulgentes viros (qui cum præcipuo delectu in id collegium mature cooptantur) mentiri debere. Regulariter etiam Cardinali de suis facultatibus aliquid asserenti fides adhibetur, testimonio Ioann. Andr. [d] quamuis Regula hæc eam patiatur exceptionem, quòd non procedat in ijs, quæ neque de iure, neque de generali Legationis officio competunt, vt Decio [e], ac Parisio [f] placet: vnde Rota [g] tenuit, potestatem creandi Comites, & legitimãdi illegitimos, esse de reseruatis [h], idq. regulariter Cardinales etiã legatos facere non posse, quod & Parisius tenet [i]. Sunt enim cum ipso Pontifice vnũ corpus [k], eiusq. in rerum administratione membra. Quam ob causam nostri asseuerant [l] Cardinales non præstare fidei iuramentum Papæ, etsi hodie ex noua Pij Quarti constitutione præstare soleant, cumque [m] qui Cardinalem offenderit, perinde in crimen læsæ maiestatis incidere, atque si Pontificem Maximum offendisset, & committere etiam sacrilegium dicunt Barbatius [n] & Iacobatius [o]. Hic etiam tradit constitutionem, qua punitur percutiens Cardinalem, habere quoque locum in obiurgante: nam ex eo, quod obiurgatur Cardinalis, & Papa videtur obiurgari: & ex sola verbali iniuria illata quis incurrit pœnas constitutionis [p] Bonifacij Octaui. Idem quoque senserunt Ioannes [q] de Anania, & Corsetus [r]: etsi isti non de quolibet Cardinali, sed de Legato tantum volunt id intelligi: mihi magis placet Iacobatij sententia, quia licet in Prouincia sibi decreta maius post Pontificem [s] habeat Legatus imperium, & vbi præsens est, nullæ sint [t] aliorum partes, sunt tamen omnes filij [u], aut fratres [x] Pontificis, item consiliarij [y], adiutores [z], & assessores [a]. Idcirco Hieronymus Manfredus [b] vndeuiginti pœnas enumerat, quibus plectuntur, non offensores modo Cardinalium, sed etiam socij, opem ferentes, mandantes, consilium dantes, ratum habentes, atque eorum receptatores: immo tanta est huius dignitatis maiestas, vt non Cardinalis solum, velut sacrosanctus absque sacrilegij culpa tangi non possit, verum nec ille, qui ad capitale supplicium ducitur, si Cardinali obuiam factus, eiusq. pileum, aut vestem attigerit, teste

41 (beside "ctum, dictumve")
44 (beside "net")
45 (beside "bra")
46 (beside "Cardinalem offenderit")
47 (beside "nem, qua punitur")
48 (beside "ex eo, quod obiurgatur")
49 (beside "rores")
50 (beside "mus Manfredus")
51 (beside "vt non Cardinalis")

b Innoc. ad c. cū olim. ε. de priuil. ad c. cū a nobis. de test. ad c. super his. de fide instrum. Barb. de leg. de later. q. 2 in fi. Manfre. in deci. 152. c notāt Doctores ad d. c. super his. & ad c. cum litteris. de in integ. restit. Io. And ad c. 2 de off. leg. lib. 6. Host. Io. And. ad c. constit. de appell. Car. Alex ad can. nobilis 99. d Alex. cōs 51 volum. 6. Bal. & Salic. ad l. iurisiu. C. de testib. Iaf. cons. 104. Mart. Laud. de Car. q. 20 Manfr. deci. 109. d ad c. constituti, de appellat. e cons. 187. num. 21. f cons. 12. n. 113. & 134. volum. 2. g decis. 143. in 1 diu. p. 2. h c. per venerabil. Qui fil. sint legi. i d cons. 12. nu. 114. k cap. vlt. de pœnis lib. 6. l ad c. nat. qua de priu. Franc. ad c. super eo. de hæret. nu. 3. & 11. Manfr. decis. 1. m d c. vlt. & clem. 1. eod. Alban. q. 42. vers. 7. n de præst. Car. q. 1 n. 44 o de cōs. li. 1 p d. c. vlt. q ad c. 2. de maledict. r in 1 apert. Abb. in litte sa c. in verb. an maledicentem s c. 16. in §. vlt. de elect. lib. 6 t c 8. de off. leg. u can. §. d. 79 in Andr. & Imol. ad d. vlt. Lud. Gomel. reg. cancell. in proœm. n 3. x c. 52 & 57 de elec. & c. 16 eod. lib. 6. eod. y d c. 16 §. decer. & can. parochia 16 q. 1. z Soc. cons. 99. vol. 4. Barbat. de præst. Card. q. 3. a Rom. cōs. vlt. & in l. consil. C. de assess. lib. 11. b decis. 118.

Baldo [c], quèm alij Barbatio [d], & Albano [e] testibus, communiter sequuntur, occidi nequeat: etsi hanc conclusionem veram non esse parum quidem subtiliter putat Antonius Corserus [f], quòd hoc stante, daretur materia delinquendi, propterea quòd homines audaciores fierent, & delicta remanerent impunita, ex quibus Respublica maximum sentiret detrimentum. Quibus excellenter satisfacit vir doctissimis Cardinalis Albanus: atque præter ea, quæ ipse accurate tradit, addendum arbitrarer Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ non esse hodie deterioris conditionis, quàm olim fuerint Flamines Diales, & virgines Vestales, quarum auctoritas apud Romanos, qui optime Rempublicam præmijs, & pœnarum metu tuebantur, tanta fuit, vti alias [g] dixi, quòd si aliquis ad verberandum traheretur, & supplex ad Flaminem procumberet, eo die verberari piaculum
52 esset, auctore Gellio [h]: vel si ad capitale supplicium aliquis duceretur, & forte fortuna transisset Vestalis, is necari non posset. Sed, ne detur occasio delinquendi, & vt auferatur omnis praua suspicio, iusque suum Cardinalibus intactum conseruetur, dicerem, damnatum ad supplicium hac Cardinalium gaudere posse immunitate, si Cardinalem casu, non data opera obuium habuisse constaret. Nam licet Vestalis numquam iurasset, hoc tamen casu iurasse, Gellius [i] scribit. Cardinalem vero iurisiurandi religione deuinci minime vellem: quanta enim est differentia inter marem, & fœminam, inter Gentilem, & Christianum, inter Solem, & Lunam, tantam esse inter Vestalem, & Cardinalem nemo non videt.
53 Itaque non iuranti, vt ego sentio, sed asserenti se forte fortuna in damnatum incidisse credendum esse: cùm ei in grauioribus negotijs fides adhiberi soleat: vti si sedis Apo-
54 stolicæ Legatum se esse dixerit, fidem ei habendam volunt nostri [k]: & hanc communem esse sententiam Decius [l], & post eum Albanus [m] ostendit. Et quamquam Bartolus per illam Codicis [n] constitutionem arbitratur nulli, ac ne Cardinali quidem, esse credendum, si sibi aliquid speciale demandatum esse asseruerit, nisi litteras Apostolicas ostendat: erat tamen animaduertendũ, quod alij præstantes viri [o], & de vtroque iure optime meriti scriptis tradidere: videlicet Cardinales non comprehendi generali con-
55 stitutione, maxime pœnali, & odiosa. Hinc
56 videmus Cardinales numquam comprehẽdi [p] sub censuris in cõstitutionibus appositis, nisi

c ad l. addictos C. de appell. & ad l. addictos. C. de episc. aud. d de præst. Card. q. 9. e de Card. d. q. 42. f in suis singul. in verb. Cardinalis. g lib. 3. c. 5. sup. n. 21. & c. 7. n. 6. h lib. 10. c. 15 i d. cap. 15. k Io. And ad c. Apost. in verb propo. de re iud. li. 6. Bal. ad c. cū in tarede offic. deleg. Abb. in cōs. 18. in 1 vol. gloss. in extrau execrabilis. de præ. Bar. ad l. 1. C. de superindic. lib. 10. l ad l. vnic. C. de mand. princ. m de Card. q. 42 vers. 8. n d l. 1. de superind. & ibi Bar. o In Mona. & alij ad c. 1 de schism. Oldr. consil. 291 Barbat. ad c. in nostra. de rescr. & de præst. Car. q. 7. Ro. cōs. 398. Iaf. cōs. 117. vol. 4. Alb. d. q. 42. vers. vndecimũ & alij, quos refert Felin. ad c. super his. de fid. instr. p Mar. Lau. de Car. q. 28 Iacobat. de consil. lib. 1. artic. 12. & In Lictrer. de primogenitura q. 24. lib. 1. nu. 32.

Digitized by Google

nisi de eis nominatim cautũ sit, videmusq. 57
eos plura retinere beneficia non prohiberi q
propterea quòd regimini Ecclesiæ vniuer- 58
salis inuigilent, & ratione quadam conse-
quenti cuiuscumque particularis ecclesiæ
curæ dicantur deseruire. Inde Io. Andrææ r,
ac Innocentius s fatentur ob summam eo-
rum dignitatem ad pluralitatem beneficio-
rum, etiam incompatibilium, à Papa di-
spensari, quorum opinioni adhæserunt Ab-
bas t, & Felinus u. Si vero inter huiusmo- 59
di beneficia habere eis contigerit ecclesias
parochiales, his minime coguntur deserui-
re, testimonio Ludouici Gomesij x. Ratio- 60
nem illam affert Iacobatius y, quia excu-
santur à residentia: atque ideo sub regulis 61
cancellariæ non veniunt, quemadmodum
nec sub aliqua, vt supra dixi, pœnali, &
odiosa dispositione. Quinimmo Hostiẽsis z, 62
Ioann. Andrææ, Antonius Butrius, & alij
contendunt promotum ad Cardinalatus di-
gnitatem posse ecclesias, quas prius habe-
bat, retinere, siue sit beneficium curam
animarum habens, siue Episcopatus, siue
Archiepiscopatus: quod cùm non careret
dubitatione, referunt Nicolaus Siculus a,
Martinus Laudensis b, & Barbatius c sæpe-
numero præstantissimos iuris doctores de
hoc fuisse consultos, respondisseq. ius hoc
Cardinalibus esse acquisitum: quia d talis
in Romana curia vigeat consuetudo, quam-
uis hæc consuetudo hodie non semper ha-
beat locum: licet summus Pontif. Sixtus V. 63
vt est disciplinæ ecclesiasticæ acerrimus re-
stitutor, Cardinali, quem creauit, Decana-
tu, quod ante Cardinalatum obtinuerat,
interdixit, quòd ei ex Concilio Tridentino
residere in illa ecclesia, ac ipsum coram ad-
ministrare opus esset: ea forte ratione, quòd
sacrosancta Tridentina synodus mandaue-
rit e omnes, etiam Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinales debere personalem facere
residentiam, vbi iniuncto sibi officio defun-
gi tenerentur, & vt in posterum f vnum
dumtaxat beneficium ecclesiasticum obti-
nere possent, si personalem videlicet requi-
rat residentiam. Ratio etiam ciuilis postu- 64
lat, vt Cardinalis obtinere non possit ea
beneficia, quorum retentio Cardinalitiam
dignitatem diminuat, sicuti contingeret,
quoties ipse haberet beneficia Episcopatu
inferiora in ecclesijs cathedralibus, in qui-
bus non Episcopis modo, sed & ijs, qui ma-
iores obtinent dignitates, loco cedere opor-
teret; quia ibi non resideret, vt Cardina-
lis, sed vt Canonicus, aut Decanus, aut
Archipresbyter, aut Archidiaconus. Sed

q extrau. execrabilis. de præb.
r in addi. ad Spec. in tit. de legat.
s ad c. iamdudum. de præb.
t ad c. de multa. eod.
u ad c. nonnulli. nu. 63. de rescrip.
x in lib. reg. canc. q. 3. & in reg. de idiom. n. 5.
y lib. 1. de conc. fol. 17.
z & alij ad c. eccles. vestra. 2. de elect.
a ad c. bone. 2. de post. prælat.
b in trac. de Card. 2. q. 42
c de præst. Card. q. 18.
d Host. Io. And. & But. ad d. c. ecclesia vestra.
e c. 1. de reform. sess. 23
f c. 17. de refor. sess. 24

multa alia sunt, & quidem præclara immu-
nitatum priuilegia, quibus Cardinales gau-
65 dent, aut gaudere deberent. Nam eximun-
tur etiam patria potestate, testamentum
66 iure militari condere, in feudum paternum,
atque auitum succedere, aliaq. possunt non
pauca facere, quæ ab ijs, qui de Cardinali-
bus abunde scripserunt, recensentur. Al-
banus g, XXXIII. enumerat, Hieronymus
67 Manfredus h LXXXIX. quidam trecenta,
cuius tractatum manuscriptum in sua Vici-
noui celeberrima bibliotheca habet Cardi-
nalis meus Hieronymus de Ruuere. Hic
enim, quemadmodum liberalibus artibus
mirifice eruditus, in omniq. scientiarum,
ac virtutum genere summus, atque excel-
lens, præclaris animi etiam dotibus, quam
gerit, exornat, dignitatem, ita & bibliothe-
68 cam omnium, tum Latinorum, tum Græ-
corum librorum, & typo impressorum, &
manuscriptorum instructissimam habet, cu-
ius nemo præstantiam assequi verbis facile
possit. Inter Cardinalium vero priuilegia
vnum mihi videtur esse maximum, & præ-
stantissimum summa cum auctoritate con-
iunctum, quòd scilicet ad eos solos, vti
alias i dixi, ius comitia pontificia celebran-
69 di pertineat. Sed præter hæc alijs etiam,
& forsan sublimioribus titulis sunt aucti.
70 Nam præter quàm quòd, vt demonstraui,
S. R. E. Cardinales appellantur, orbis car-
dines, patres, filij spirituales, ecclesiæ co-
lumnæ, capita, lumina, & stellæ, Aposto-
lorum vicem gerentes, lucernæ ardentes,
candelabra, lucis, decoris, præstantiæ, at-
que splendoris, Diui, venerabiles, reue-
rendissimi, religiosissimi, splendidissimi, il-
lustres, superillustres, illustrissimi, item
maximi, potentissimi, Principes, patritijs,
Senatoribus, Præsidibus, Proconsulibus,
Præfecto Prætorio, ac regibus similes pas-
sim nuncupantur, quemadmodum ex con-
stitutionibus, & interpretum auctoritatibus
comprobat idem ipse Hieronymus Manfre-
71 dus k. Hinc mirum videri non debet, si ad
tantam dignitatis amplitudinem, grauita-
tem, & auctoritatem retinendam vario, &
sumptuoso ornatu in vestibus, in familia,
& in ædibus vti eos oporteat. Etenim li-
cet id quibusdam fortasse ab Apostolica hu-
militate diuersum videri posit, credibile
tamen est (vt Augustinus Valerius Cardi-
nalis scribit) viros illos, qui primi eam vi-
tæ rationem instituerunt, magnam modera-
tionem retinuisse, & nunquam conditio-
nis, & muneris sui oblitos esse, mutatio-
nemq. illam ab illis factam fuisse non tam

g d. q. 42.
h de Card. tit. de priuil. decis. 140 vsque decis. 229.
i lib. 2. animad. c. 16.
k de Card. tit. de nominib. decis. 41

voluntate, quàm necessitate. Verum enim- 72
uero scire lectorem cupio, quòd etsi vno om-
nium post Platinam consensu receptum est,
ornatum Cardinalium (præsertim causia
purpurea, quam vulgo galerum, capellum,
aut pileum rubeũ dicunt, ab Innocentio IV.
circiter annum Sal. M C C L. aliaque orna-
menta à Paulo Secundo fuisse introducta, 73
& constituta) non est tamen verisimile ve-
stium genus, vel formam ab Innocẽtio Pau-
love esse mutatam, sed materiam, & colorẽ
tantum. Siquidem in multis ecclesijs ijsdem
ferme vestibus, etsi diuersi coloris, nigri, aut
violacei vtuntur canonici, videlicet lacernis,
quæ vulgo cappæ, aut pallia vocantur, pel-
libus magni pretij intrinsecus fulcitis. La-
zarus Baifius vir in vestium vocabulis pro-
prie applicandis valde excellens [l] ait. *Quin*
etiam videntur lacernæ esse ea, quibus Car-
dinales Romæ obequitando, triumphantium
more vtuntur, sacerdotij (vt ita dicam) bi-
baphici ius adepti, cum cucullo, & causia pur-
purea. ostenditq. ex Iuuenali, & Martiali,
etiam pauperes eiusmodi vestium genere
vsos fuisse. Dibaphicum explicauit vestem 74
purpuream bis infectam, qua vtebantur ve-
teres sacerdotes ethnici, vt Cicero ad Atti-
cum scribit. *Proinde*, inquit, *isti licet faciãt*, 75
quos volent, Consules, Tribunos plebis, deinde
Vatinij strumam διβάφῳ *sacerdotij vestiãt.*
Et ad Cælium ait. *Curius noster dibapham*
cogitat, sed eum infector moratur. Alijs quo-
que insignibus vsque à Constantini Magni
ætate vsos fuisse Cardinales, vel qui Cardi-
nalium vice fungebantur, indicat eiusdem
Constantini [m] constitutio. Hic postquam 76
clericos reuerendissimos dixit, alijsq. titu-
lis decorauit, eis quaslibet prærogatiuas
cum Senatoribus, patritijs, Consulibus com-
municãdo cum cæteris Imperialibus digni-
tatibus, subiungit. *Et vt amplissime Pontifi-*
cale decus præfulgeat, decernimus, vt clerici
eiusdem Romanæ Ecclesiæ mappulis, & lin-
teaminibus, id est candidissimo colore decora-
tos equos equitent: & sicut noster Senatus
calciamentis vtitur cum vdonibus, id est cã-
dido linteamine illustrati: sic vtantur cleri-
ci, vt sicut cælestia, ita & terrena ad laudem
Dei decorentur. Scribit quidem Manfredus [n] 77
corycium (quod ante Cardinales defertur,
cùm ad palatium Pontificium se conferunt,
in quo aliæ seruantur vestes, quibus indui
possint, ob pluuias, calores, aliamve causam
& famulum, qui cum claua argentea, auro,
varioq. artificio elaborata instar Regum
præcedit) non multo ante sua tempora fuis-
se inuentum, quippe parentum suorum me-
moria introductum, & vsu receptum. Hisce,
alijsq. insignibus indistinctè vtuntur omnes
Cardinales, item equorum habenis, phale-
ris, & calcaribus inauratis, excepta purpu-
ra, & tunica illa linea, quæ vulgo rocchet-
tum appellatur, qua tantum clerici secula-
res vtuntur, non item regulares, cùm nec ob
Cardinalatus dignitatem habitum mutent:
78 cuius rei rationem [o] alibi reddidi.

[l] in annot. ad l. 25. ff. de auro & arg. legat.

[m] can. 14. d. 96. & in Nomocanone Photij sub ti. 8. de Parochijs.

[n] in d. trac. de Card. c. 5.

[o] c. 4. huius libri.

SVMMA EX CAPITE VII.

1 *Quilibet ex quattuor Patriarchis habet in sua Prouincia auctoritatem, quam in toto orbe summus Pontifex.*

2 *Sex præterea Patriarchæ extant ex priuilegio, vel consuetudine: Aquileiens. Gradens. Bituricens. Cantuariens. Toletanus, & Pisanus, quorum duo priores nomen tantum retinent.*

3 *Gradensis Patriarcha est, qui hodie dicitur Venetiarum.*

4 *Ex Patriarchatu Gradensi, & Episcopatu Veneto facta fuit vna ecclesia à summo Pontifice Nicolao V. quæ Patriarchalis hucusq. vocatur.*

5 *Ad Venetæ vrbis ornamentum nihil deerat, nisi Patriarchalis titulus.*

6 *Gradenses homines simplicitatis, & innocentiæ laudantur.*

7 *Toletanus Patriarcha ex Concilio Toletano xij. priuilegium habuit approbãdi, & eligendi Episcopos in Hispania.*

8 *Aquileiensis, & Venetus Patriarcha auctoritatem Archiepiscopi, aut Primatis tantum habent, ideo non æquiparantur quattuor Orientalibus.*

9 *Patriarchæ Orientales pallium non præbent suis suffraganeis, nisi prius præstito Rom. Pontifici fidelitatis iuramẽto.*

10 *Patriarchæ, pallio accepto, crucis vexillum sibi præmittere possunt.*

11 *Ad Patriarchas à sibi subditis Prælatis appellatur, omissis medijs, sicut ad summum Pontificem: & est sententia communis.*

12 *A suffraganeis ad Patriarchas non appellatur, saluo iure Romanæ sedis: ex contra generali.*

13 *Si appelletur ad minorem iudicem, sententia transit in rem iudicatam.*

14 *Appellans ad maiorem, ad quem non debebat, nihil damni sentit de iure, nisi iure speciali, aut consuetudine aliter disponente.*

15 *Patriarchæ potuerunt olim sibi subiectos Episcopos deponere.*

16 Pa-

De Patriarchis, & Archiepiscopis, eorumque auctoritate, & prærogatiua. Cap. VII.

De Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Metropolitanis, ni fallor, abunde disputatum est in secundo [a] libro: itemq. de eorum differentia: & quænam sint Metropoles, & vnde dictæ. Qua occasione diximus etiam idem esse Primatem, quod Patriarcham, idemq. [b] Metropolitanum, quod Archiepiscopum. Nam licet diuersorum [c] sint nominum, eiusdem tamen sunt officij, & ponderis. Non est itaque necesse, vt eadem hic inculcemus: sed ea tantum addere satis fuerit, quæ illic omissa sunt, vt, quæ non suo loco fuissent collocata. Patriarchæ apud nos præcipue quattuor principales enumerantur, Constantinopolitanus, scilicet, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. Hi eandem fere, quam Romanus Pontifex vbique gentium in Prouincijs sibi decretis iurisdictionem videntur habere, prout retuli, dum [d] de primatu Romanæ Ecclesiæ disserebam. Sed præter istos, reperiuntur & alij, qui hoc Patriarchali titulo decorantur: etsi vere, ac proprie loquendo, Patriarchæ non sunt,

a cap. 5.
b cap. 11. de offic. ordin.
c in summa. dist. 99.
d supra c. 5.

sunt, dicuntur tamen, vel Romani Pontificis
Indulgentia, vel inueterata consuetudine.
Sunt autem isti, Aquileiensis, Gradensis,
Bituricensis, Cantuariensis, Toletanus, & 2
Pisanus. At vero desuetudine factum fuit,
vt horum alij Patriarchale retinuerint no-
men, vt Aquileiensis, & Gradensis, qui ho-
die Venetiarum est: alij non item, sed Pri- 3
mates tantum, vel Archiepiscopi communi
vocabulo appellentur. De Aquileiensi per-
uetusto Patriarcha mentio fit apud Gratia-
num [e], vbi Stephanus Romanus Episcopus
Gualberto Patriarchæ scribit, vt statim ve-
lit Cumensis ecclesiæ Antistitem consecra-
re, quem Gualbertū Archidiaconus [f] haud
male existimat esse Aquileiensem Patriar-
cham, à quo Gradensis quodammodo or-
tum duxit. Cùm enim Aquileiensis, Atti-
lam declinans, Gradum sese recepisset, ibiq.
sedem fixisset, multo post tempore titulus
Patriarchalis in eam ecclesiam ex Aquile-
iensi translatus fuit, apud quam permansit,
donec Patriarcha Gradu, ob cæli inclemen-
tiam, secedere coactus, occasionem Venetis
præbuit eam dignitatem ad proprium Epi-
scopum trahendi, sicut factum est Nicolai V.
Pontificis maximi beneficio, qui ex duabus,
vnam ecclesiam fecit, vt tradit [g] Petrus de
Monte Episcopus Brixiensis. Itaque Vene- 4
tiarum vrbs inclyta, vt nihil ei ad summam
maiestatem deesset, tunc primum Patriar-
chali honore donata est. Ciuitas vero Gra- 5
densis breui ambitu clauditur, paludibusq.
& flumine circumsepta, si demas piscatores
homines, vix hodie vllos habet incolas, vt
qui duorum millium numerum ægre ex-
pleant: nihilque habet insigne antiquitatis, 6
aut splendoris argumentum, præter ciuium
germanam, & aureo seculo consentaneam
simplicitatem, & innocentiam, vbi nec fa-
ctiones, nec fere alias morum corruptelas
conspicias, vt accepi à *Francisco Auantio*,
Veneto, homine, tum in veteri, tum in noua
historia versato, ac bonis litteris haud vul-
gariter erudito, cuius industria, & vigilijs,
sicut in huius voluminis scriptione oneris
parte leuamur, ita & nostros hosce labores
7 vtiliores futuros confidimus, quandoqui-
dem ad retinendas theses, & axiomata no-
stra magnum adiumentum lectoris memo-
riæ allaturæ sint eiusdem quàm absolutissi-
mæ summæ singulis capitibus materiarum
adiectæ, ac per numeros exacte digestæ.
Gradensis Patriarchæ meminit [h] Vrbanus
II. & Cælestinus [i] III. De Bituricensi [k] au-
tem Gratianus, apud quem, tametsi in in-
scriptione Archiepiscopus vocetur, appel-

e can. 10. 9. quæst. 3.
f ibidem.
g in repertor. verb. Patriarcha.
Franciscus Auantius Venetus laudatur.
h can. 12. dist. 32.
i c. 29. de offic. & pot. iud. deleg.
k ca. 8 eod. quæst. 3.

latur nihilominus in textu à Nicolao Pa-
pa I. Patriarcha. Cantuariensis item Anti-
stes à glossa [l] in distinct. xxi. Patriarcha vo-
catus est hisce verbis. *Nam nomine Archie-
piscopi comprehenduntur Patriarchæ, & Pri-
mates, vt Aquileiensis, Cantuariensis, Bitu-*
7 *ricensis*. Toletanum quoque hoc patriar-
chali vocabulo insignitum fuisse tradit Du-
randus Speculator [m]: quod forte ei con-
cessum fuit à concilio Toletano [n] xij. ex
quo cernimus huic Præsuli Episcoporum
omnium Hispaniæ, & Galitiæ consensu per-
missum esse, vt quoscunque regalis potestas
delegisset idoneos, posset approbare, ac in
quibuslibet Prouincijs, & in præcedentium
sedibus constituere Præsules, & decedenti-
bus Episcopis eligere successores. Item Pi-
sanum Patriarcham dici scribunt Archidia-
conus [o], & Dominicus [p]. Tametsi quat-
tuor isti vltimi hodie patriarchali nomine
8 nequaquam vtantur. Aquileiensis vero, &
Venetus vtuntur: qui tamen idem sunt, ac
Primates. Nec æquiparātur quattuor Orien-
talibus Patriarchis, vel si æquiparantur, non
eandem tamen habent iurisdictionem: illi
enim primum post Romanum Pontificem
tenent locum, amplissimasq. habent ditio-
9 nes: licet & ipsi Romano subijciantur Pon-
tifici. quod vel ex eo intelligi potest, quia
pallium suis Suffraganeis non largiuntur,
10 prius [q] quàm eidem Pontifici maximo fide-
litatis, & obedientiæ iuramentum præstite-
rint. Eo autem accepto, Dominicæ crucis
vexillum ante se deferri facere possunt, om-
nemq. in Prouincijs sibi decretis auctorita-
tem, & potestatem consequuntur. Hinc In-
11 nocentius [r], Hostiensis, Abbas, & alij re-
centiores constanter defendunt ad ipsos Pa-
triarchas non aliter, atque ad Romanum
Pontificem, omissis omnibus medijs, appel-
lari posse: quamuis glossa [f], Ioannes An-
dreæ, & Antonius de Butrio contrarium
verius esse opinentur, propterea quòd hoc
esse Romani Pontificis singulare priuilegiū
videatur. *Ad Romanam*, inquit [t] Zephyri-
nus Papa, *Ecclesiam ab omnibus (maxime
tamen ab oppressis) est appellandum, & con-
currendum, quasi ad matrem, vt eius vberi-
bus nutriantur, auctoritate defendantur, à
suis oppressoribus releuentur: quia non potest,
nec debet mater obliuisci filium suum.* Idque
apertius constituit Alexander III. [u] & Inno-
centius [x] item tertius: videlicet, omissis om-
nibus medijs, ad summum Romanum Pon-
tificem prouocari posse. Prior tamen senten-
tia, quæ testimonio Abbatis est communis,
mihi magis placet, & verior etiam visa est
glossæ

l can. 1. in ver. Archiepiscopus.
m in tit. de dispen. §. sic quoq. vers. & nota., quòd præmus.
n cap. 6 de quo in can. 25. dist. 63.
o can. vlt. dist. 22.
p ibidem.
q c. 13. vbi notant omnes, de priuileg.
r & alij ad d. cap. 23.
f & alij ad d. cap. 23.
t can. 8. 2. quæst. 6.
u cap 4. de appellat.
x cap 54. & 56. eod.

y ad c. renouantes. diſt. 22.
a tit. de appel. §. nunc tractemus. ver. ſed nunquid.
a d. cap. 23. in fine.
gloſſæ y, & Speculatori z. Quod ex illa ge-
neralis concilij a conſtitutione haud obſcu-
re conſtat: nam cùm antiqua patriarcha-
lium ſedium priuilegia renouaſſet ſacroſan-
cta illa ſynodus, vt poſt ipſum Romanum
Pontificem, illi quattuor Patriarchæ pri-
mum tenerent locum, ſubiungit. *In omni-* 12
bus autem Prouincijs eorumdem iuriſdictioni
ſubiectis ad eos (cùm neceſſe fuerit) prouo-
cetur, ſaluis appellationibus ad ſedem Apoſto-
licam interpoſitis: quibus eſt ab omnibus hu-
militer deferendum. Nam, rogo, quid ſibi
volunt verba illa, *ad eos prouocetur*, cùm
verba ſemper aliquid debeant operari? Nul-
b cap. 11. de offic. ordin. cap. 27. de appell.
c l. 1. §. ſi quis. ff. eod.
li enim dubium eſſe poteſt, quin à minori b
ad maius iudicium appelletur: ſi forte ad
minus fieri contigerit, ſententia tranſibit c 13
in rem iudicatam, ſi ad maius, nihil ei offi-
ciet error: quia hic remittit cauſam ad quem 14
d d. l. 1. §. ſi vero.
d prius debuit appellari, niſi conſuetudo,
aut fortaſſe ius aliquod ſingulare aliter po-
ſtularet, vt in concilio Lugdunenſi bene
e cap. 3. §. 1. eod. in 6.
conſtituit e Innocentius quartus. Nam, vt
dixi, ſi à minori ad maius tribunal prouoca-
tur, vt à ſententia Archidiaconi, ad Epiſco-
pum: ab Epiſcopo, ad Archiepiſcopum: ab
Archiepiſcopo, ad Primatem: à Primate, ad
Patriarcham, ab Archidiacono, omnibus
omiſſis medijs, appellari poteſt ad Patriar-
cham: alioquin ille plus iuris non haberet,
quàm haberent alij iudices ordinarij. Sed,
vt aliquid maius haberent quattuor Patriar-
chæ, quàm habent inferiores, concilium ge-
nerale ſtatuit, vt omiſſis medijs, ad eos pro-
uocaretur, quia honeſtum viſum eſt, & de-
cens, vt qui tanta præeminentia, & excel-
lentia præſtant, aliqua etiam ſupra alios
gauderent prærogatiua. Atque ideo cerni- 15
mus Patriarchis licuiſſe Epiſcopos ſibi ſu-
biectos deponere: ſiquidem Conſtantino-
politanus Athanaſium Perrhenorum Epi- 16
ſcopum, quia ad concilium vocatus non ve-
f can. 14. 3. quæſt. 5.
niſſet, depoſuit: quod ipſe f Nicolaus pri-
mus teſtatur. Sed an poſſint eos eligere, ele-
ctos confirmare, perficere, & ex vno in
alium locum transferre, quæſtionis nodus
ſatis difficilis eſt. Ex conſtitutione Innocen- 17
g cap. 4. de cauſ. poſſ. & propriet.
tij g apparet Hieroſolymitanum Patriar-
cham Bethleemitenſis eccleſiæ Antiſtitem
h cap. 1 de tranſlat. ep.
confirmaſſe, & ex alia h eiuſdem Innocentij,
Antiochenum tranſtuliſſe Archiepiſcopum 18
Tripolitanum in aliam eccleſiam. Præterea
i l. ſi prætor. ff. de iud. l. 3. §. ſi quis ff. de ſepul. viol. c. nonne de præſumpt.
k clem. 5. de elect. & elect. pot.
regula iuris valde trita i eſt, quòd, qui vnum
dicit, alterum excludat: atqui Clemens
quintus decreuit k nemini licere cathedrali
eccleſiæ, quæ clero, & Chriſtianis careret,
de paſtore prouidere: quam conſtitutionem
19 gloſſa, Cardinalis, & alij l dicunt factam eſ-
l ibidem.
ſe in odium quattuor Patriarcharum, quip-
pe qui indifferenter in omnibus eccleſijs,
etiam ſi nec clerum, nec populum Chriſtia-
num haberent, Epiſcopos conſtituere con-
ſueuerant: quocirca ratione conſequenti fie-
ri videtur, vt præficere paſtores poſſint ijs,
quæ clerum, & populum Chriſtianum ha-
beant. Maior hæſitatio eſt de tranſlatione:
20 nam ab eodem Innocentio III. m non ſolum
m d. cap. 1.
Antiochenus Patriarcha reprehenditur, ſed
etiam mulctatur, ſcilicet ab Epiſcoporum
confirmatione ſuſpenditur. Idem quoque
21 Innocentius Decano n, & Capitulo Ande-
n c. 2. eod. de tranſlat. epiſc.
gauenſi reſcribens, aſſeuerauit tranſlatio-
nem, depoſitionem, & ceſſionem ad ſolum
Romanum Pontificem ſpectare. Huius rei
rationem illam affert, quia ſolus ipſe poteſt
carnale coniugium diſſoluere: at ſi hoc ſo-
lus poteſt, inferiores nequaquam poterunt,
quod fortius eſt, diſſoluere ſpirituale inter
Epiſcopum, & eccleſiam initum. Qua in re
concludendum eſſe videtur, quòd illi Pa-
triarchæ, aut hanc habent poteſtatem, aut
non item, vel habent, inquam, facultatem
diſſoluendi matrimonia legitimis modis cō-
tracta, prout habet ipſe Romanus Pontifex
verus CHRISTI vicarius, vel hanc facul-
tatem minime conſequuti ſunt conſuetudi-
ne (iure enim conſequi haud poſſunt) nec
22 Pontificis Romani permiſsione, aut benefi-
cio: ſi hoc non poſſunt, multo minus illud,
ſi vero tale ius eſſent adepti, exiſtimarem
vtique eos poſſe Epiſcopos transferre, non
obſtante prima o Innocentij conſtitutione,
o d. cap. 1.
quæ poſſet intelligi non licere Patriarchæ
ex Archiepiſcopo facere Epiſcopum, ſed li-
cere ex Epiſcopo maiorem Epiſcopum, hoc
eſt in maiorem reponere eccleſiam, aut Ar-
chiepiſcopum conſtituere. Ait enim Inno-
centius. *Nouo quodam mutationis genere*
paruifeciſti maiorem, & magnum quodam-
modo minoraſti, epiſcopare archiepiſcopum,
immo potius dearchiepiſcopare præſumens.
Nam in concilio p Nicæno habetur. *Mos*
p cap. 6 de quo in can. 6. diſt. 65.
antiquus perdurat in Aegypto, vel Lybia, &
Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum
omnium habeat poteſtatem: quandoquidem
& Epiſcopo Romano parilis mos eſt, ſimiliter
autem et apud Antiochiam, cæteraſq. Prouin-
cias honor ſuus vnicuique ſeruetur eccleſiæ.
Qui locus quomodo intelligi debeat, alibi
q ſatis explicauimus. Idem de Hieroſolymi-
q ſupra c. 5.
tano ſtatuit citatum r Nicænum concilium.
r cap. 7. de quo in can. 7. ead. diſt.
Vnde veriſimile eſt ita eſſe de Conſtantino-
politano, qui primum ſ, vt ſæpe dictum eſt,
ſ cap. 23 de priuileg.
poſt Romanum Pontificem ex priuilegio ob-
tinet

tinet locum. Cætera vero, quæ poſſunt Patriarchæ, poſſunt quoque Archiepiſcopi,
quippe qui in Prouincijs ſibi decretis parem 23
propemodum habent auctoritatem,& pote-
ſtatem. Atque ideo etiam pallium,quod eſt 24
inſigne quoddam ornamenti,plenitudinem
pontificalis officij deſignans,geſtant. Immo 25
ante pallij receptionem proprio, ac germa-
no [t] Archiepiſcopi nomine carent,nec poſ- 26
ſunt ea, quæ epiſcopalis ordinis ſunt, peragere, etiam ſi fuerint confirmati, & conſecrati, videlicet Epiſcopos, quamuis Suffraganeos conſecrare, clericos ordinare, chriſma conficere, baſilicas dedicare, concilium conuocare: cuius rei ratio eſt elegans, quia licet ſint,vt alij Epiſcopi, confirmati,& conſecrati, non [u] gerunt tamen ſe, vt Epiſcopi, ſed vt Archiepiſcopi. Quam ob rem in meis
Paratitlis [x] dicebam Ioannem XXII. conſti- 27
tuiſſe pallij traditionem per criminis obiectum, ſeu per defectum retardari non debere: niſi objiciens præmiſſo iuramento, de obiectis promptam faciat fidem. Hoc vero accepto non ſolum in ſua eccleſia, & diœceſi diebus ſolitis, & conſuetis vti poſſunt [y],
verum etiam in Prouincia,& in locis exem- 28
ptis, quemadmodum [z] & ante ſe crucem 29
deferri facere, populo benedicere, diuina
officia priuatim, & publice ibidem audire, 30
eaque Pontificaliter celebrare. Itemq. Suffraganeos ſuos [a] conſecrare,conuocatis prouincialibus Epiſcopis, ſaltem tribus [b] iuxta formam, quam dederunt ſuis ſucceſſoribus
Apoſtoli, teſte Anacleto [c] Papa, qui ſcribit 31
B. Iacobum, qui Iuſtus dicebatur,& ſecundum carnem frater Domini fuit, à Petro,
Iacobo, & Ioanne Apoſtolis fuiſſe ordina- 32
tum. Sicut econtra [d] Archiepiſcopi à ſuis Suffraganeis conſecrantur. Hi autem habita conſecratione, acceptoq. pallio, ea omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, & ordinis, exercere poſſunt, & non modo in propria diœ-
ceſi, ſed & in Prouincia: dicunt enim Ar- 33
chiepiſcopum eſſe ſuorum Epiſcoporum,ſiue Suffraganeorum ordinarium, in eosq. habere Archiepiſcopalem iuriſdictionem, ſaltem in Prouincia, in qua ſunt eidem ſubiecti
e lege Metropolitana. Idcirco, ſi ſubditus 34
Epiſcopi litem habet cum Epiſcopo, Epiſcopum coram Archiepiſcopo [f] conueniet: ſolus enim [g] Archiepiſcopus poteſt cognoſcere de cauſa ciuili ipſius Epiſcopi. Poteſt
quoque ex conſtitutione Bonifacij [h] octaui 35
cauſas,quæ per appellationem, vel aliàs iure metropolitano ad ipſum deferuntur, non ſolum in propria ciuitate, aut diœceſi,ſed & in eis, in quibus appellatum extitit,vel cauſæ ipſæ conſiſtere dignoſcuntur, audire, vel audiendas committere, non æque alibi, niſi aliter vſu longæuo receptum ſit. Eamdem vero vim habere partium conſenſum, etiam tacitum, exiſtimant [i] Ioannes Andreæ, Archidiaconus, & Philippus Francus. Hinc
36 Abbas dixit [k] cauſam appellationis de iure pontificio ab Archiepiſcopo committi poſſe: quia omnia poſſunt delegari: ſicut etiam
37 elapſo trimeſtri [l] valet eligere Epiſcopum ſuum Suffraganeum in locum prædefuncti,
38 ſiue Abbatem,vbi capitulum monachorum, aut collegium canonicorum nequaquam elegit. Electo, & conſecrato in Epiſcopum,
39 vicariumq. non habenti,tempus poteſt præſtituere ad ſibi interea eligendum: quo decurſo, Archiepiſcopum non habito ipſius Epiſcopi conſenſu, ſed auctoritate propria prouidere poſſe,aiũt Abbas [m],& Felinus [n]: quod de ſuo Suffraganeo intelligendum
40 eſt. Edictum quoque [o] per totam Prouinciam in caſibus ad eius iuriſdictionem ſpectantibus mittit: cõuocat Epiſcopos,aliosq.
41 prælatos ſuæ Prouinciæ ad concilium vocat, qui ſi venire contempſerint, ſicut priſca canonum [p] auctoritas præcepit, vſque ad proximam futuram ſynodum, rite à charitate fratrum ſeparantur, & Eccleſiæ priuantur communione, vnamq. vocationem ſufficere ex ſanctione Innocentij IV. haud male arbitratur Filippus [q] Francus. Hic etiam [r]
42 opinatur licere Archiepiſcopo Suffraganeũ ſuum ſuſpendere, & excommunicare, de illius crimine cognoſcere: & pro delicti qualitate pœnas condignas ſumere ipſum poſſe, præter ea,quæ Abbas [f], Ioannes Andreæ [t], & Cardinalis Alexandrinus [u] tradunt, iu-
43 ris [x] manifeſtiſſimi eſt. De grauioribus vero delictis, quæ depoſitione, aut priuatione digna ſunt, etiam hæreſis, contra Epiſcopos non cognoſcunt Metropolitani: id enim ſacroſancta Tridentina ſynodus [y] vni ſolo Romano Pontifici cognoſcendum, & terminandum reſeruauit. Quod ſi eiuſmodi ſit
44 cauſa, quæ neceſſariò extra Romanam curiam ſit committenda, nemini prorſus eam committi voluit, niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis à Beatiſſimo Papa eligendis: quæ commiſſio ſpecialis ſit, & manu ipſius Sanctiſſimi Pontificis ſignata,nec vmquam plus eis tribui debeat, quàm, vt ſolam facti inſtructionem ſumant; proceſſumque conficiant, eumque confectum ad Romanum Pontificem tranſmittant: reſeruata eidem
45 Sanctiſſimo ſententia definitiua. Minores vero criminales cauſas Epiſcoporum in concilio tantum prouinciali mandauit cogno-
ſci, &

t cap. 3. de auct. & vſu pallij.
u c. 28. §. ſuper. de electione & ele. poteſt.
x tit. de auctor. & vſu pallij.
y cap. 5. & e. eod.
z clem. 2. de priu. vbi notent omnes præfertim Card. Alex.
a can. 2. & 3. diſt. 65.
b ca. 5. vbi gloſ. & Cardin. Alex. eod. diſt.
c can. vlt. diſt. 66.
d ca. 1. eod. diſt. late gloſſ. ad ca. qui in aliquo. diſt. 5 2. & ad can. fin. diſt. 100.
e c. 11. vbi Abbas, & alij de offic. ordin. can. ſcitote. vbi Archid. 9. quæſt. 3.
f Abbas ad d. cap. 11.
g gloſ. ad can. ſaluo. 9. q. 3. ad can. ſi clericus. 11 q. 1. ad cap. venerabilis §. ſi excómunicatur. de ſent. excom. in ſex.
h cap. 3. de offic. ord. in ſex.
i ad d. c. 3.
k ad d. cap. paſtoralis. nu. 4. de offic. ordin.
l c. 41. de elect. vbi Abbas, & alij omnes.
m ad cap. quoniã de offic. ordin.
n ad d. cap. paſtoralis. num. 7.
o Philippus Franc. nu. 1 d c. 1. n. 1. de ſuppl. negl. prælat. in ſex.
p can. 13. diſt. 18.
q cap. 1. de pœnis li. ſex.
r ad c. fin. in fin. de exceptionibus.
ſ ad d. cap. paſtoralis. num. 2 & ad cap. 2. nu. 3. de accuſat.
t ad cap. vt litigantes. de offic. ordin. in ſex.
u ad can. de his. diſt. 12.
x d. can. de his & c. 2. 6. 10. quæſt. 4.
y cap. 5. de reformat. ſeſſ. 24.

ſci, & terminari, vel à deputandis per concilium prouinciale. Et hæc videtur eſſe doctrina ipſius Abbatis Panormitani: is enim aſſeuerauit [z] Archiepiſcopum non poſſe Suffraganeum ſuum punire, ſi crimen poſcat depoſitionem, aut priuationem dignitatis, aut translationem: quoniam tunc cum conſilio ſuorum Epiſcoporum cauſam audire tantum poteſt, non æque definire, quod ad ſolum Pontificem ſpectat: ſicut videtur etiam olim fuiſſe conſtitutum à Sixto I. [a] ac ab Eleutherio [b], itemq. ab Innocentio III. [c] 46
Sed maior dubitatio eſt de ſubditis Suffraganeorum, videlicet num Archiepiſcopus eandem habeat iuriſdictionem in ſubditos ſuorum Suffraganeorum, quam habet in Epiſcopos ipſos: regula enim [d] eſt: *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te:* attamen ex conſtitutione Innocentij [e] III. colligunt 47
noſtri, quibuſdam exceptis caſibus in iure expreſſis, nullam eum in ſubditos hoſce habere iuriſdictionem. Caſus vero, qui in iure excipiuntur, trigintaquattuor ait eſſe Lancellottus Conradus in ſuo libro [f], qui inſcribitur, *Templum omnium iudicum*, quos hic non repetam, ne quaſi auis illa, quæ fabellæ occaſionem Aeſopo præbuiſſe aiunt, aliorum pennis ornari velle videar. Hiſce igitur caſibus, perinde ac in ſubditos immediatos, atque in Epiſcopos, ius eſt Archiepiſcopo ſuam exercēdi poteſtatem, ſuum imperium. At vero nulli dubium eſſe poteſt, quin Archiepiſcopus in ſua diœceſi ea omnia poſſit, quæ poteſt quilibet alius Epiſcopus in propria: atque ideo Speculator [g], & poſt eum Ioannes Baptiſta Caccialupus [h] excellenter putant illud poſſe Patriarcham, & Primatem in ſua diœceſi, quod poteſt Archiepiſcopus in propria; & quod poteſt Archiepiſcopus in ſubditos Suffraganeorum, idem poſſe Patriarcham in ſubditos ſuorum Archiepiſcoporum. Reſtat ergo vt de Epiſcopis dicamus, de quibus quidquid dicetur, Archiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis commune erit, cùm omnes vno, vt alias [i] diſſerebamus, Epiſcopi verbo appoſitè contineantur.

z ad d. c. 2. de accuſat.
a can. 5. 3. quæſt. 6.
b ca. 7. ead. quæſt. 6.
c cap. 2. de tranſl. epiſ.
d cap. 7. de cōceſſ. præbend.
e d. c. paſtoralis. vbi Abbas, & Felinus gl. ad can. conqueſtus 9. q. 3. Filip. Fràcus ad c. 1. de pœnis. & ad cap. 1. de pœnit. & remiſſ.
f 1. cap. 4. num. 21.
g tit. de legat. §. ſunt quoq. verſ. Archiepiſcopus.
h in tract. de vnionib. art. 3. n. 16.
i ſupra lib. 2. cap. 3. in fine.

SVMMA EX CAPITE VIII.

1 *Epiſcopi vices Apoſtolorum in Eccleſia Dei habent.*
2 *Eccleſia patres, hoc eſt Epiſcopos, genuit.*
3 *Epiſcopi non pretio, ſed probatione, eligi debent.*
4 *Epiſcopi tempore vetuſtiſſimo etiam ſeniores dicti ſunt.*
5 *Epiſcopus etiam ſummus ſacerdos vocatus eſt.*
6 *Paulus Apoſtolus presbyteros vocat, quos hodie nos Epiſcopos.*
7 *Laudes Epiſcoporū ex Ignatio decerptæ.*
8 *Epiſcopatus videtur eſſe de iure diuino.*
9 *Epiſcopatus eſt culmen, & dignitas omnium dignitatum.*
10 *Epiſcopo etiam nomen Papæ tributum eſt.*
11 *Etymon huius vocis, Pontifex, ab Iſidoro deductum, ab auctore eleganter examinatur: quod ſcilicet faciat pontem fidelibus ad ſalutē conſequendam.*
12 *Pontifex Rom. eſt maximorū maximus.*
13 *Epiſcopi eſt virgines, & eccleſias conſecrare, clericos ordinare, ſeu ordinandos concedere, conficere, & conferre chriſma, eccleſias vnire, diuidere, erigere, ſynodos cogere, excommunicare, diſpenſare, & his conſentanea facere: quæ videnda ſunt hoc loco.*
14 *Etiam, qui non eſt Epiſcopus, excommunicat, ſi epiſcopalia iura habet, ſed nō ſolemniter: quod eſt ſolius Epiſcopi.*
15 *Epiſcopus excommunicatus, & hæreſiarcha factus, ordines confert, ſi ordinatos hoc lateat.*
16 *Excommunicati, & heretici canonicè ordinati vera ſacramenta conficiunt.*
17 *Communis eſt error putantium errorem communem ius facere.*
18 *Ordo collatus ab excommunicato, ſeu ab hæretico imprimitur, quia ordinato non debet officere aliena culpa.*
19 *Præcipua iura epiſcopalia ſunt quattuordecim, quæ hic attexuntur.*
20 *Charitatiuum ſubſidium fit ius Epiſcopo neceſſitate compellente.*
21 *Epiſcopus ad ſecularem Principem vocatus, ire debet Reipublicæ cauſa.*
22 *Capellæ, quas vocant, à charitatiuo ſubſidio non eximuntur.*
23 *Etiam ab exemptis colligi poteſt ſubſidium charitatiuum, dum modus animaduertatur.*
24 *Nonnulli caſus Epiſcopis reſeruantur, adeo vt presbyteri pœnitentes abſoluere, niſi in mortis articulo, nequeant.*
25 *Sex caſus Epiſcopis ſunt præcipue reſeruati: Irregularitas clerici, incendium, ſolemnis pœnitentia imponenda, blaſphemia publica, vota, & iuramenta, excommunicatio maior.*
26 *Excommunicatio eſt pœna peccati.*
27 *Epiſcopo inferior non poteſt diſpenſare de voto, nec de iuramento, nec à maiori excōmunicatione quemquā abſoluere.*

28 Caſus,

28 *Casus, quos sibi reseruant Episcopi, non habent certam rationem, nec regulam.*
29 *Reseruatio casuum est ambulatoria, aut pro more Prouinciæ, aut pro Episcopi arbitrio.*
30 *Summus Pontifex potest casus ab Episcopis reseruatos absoluere per se, vel per alium.*
31 *Summus Pontifex potest iura naturali, & diuino iure competentia multifariam in spiritualibus restringere, sicut Princeps profanus in tẽporalibus.*
32 *Casuum reseruatorum distinctio inter Papam, & Episcopos de iure humano effluxit.*
33 *Quilibet presbyter, solo iure diuino attento, peccantem à quolibet peccato legitime absoluit.*
34 *Casus reseruandi sunt, vt fideles sint abstinentiores.*
35 *Casuum reseruatio, præter externam politiam, coram Deo vim obtinet.*
36 *Episcopus dispensare potest in centum septuagintaduobus casibus.*
37 *Episcopus potest dispensare, vbicumque dispensatio de iure est, quamuis speeialiter non sit ei permissa, vt ait Lancellottus.*
38 *Episcopus dispensat, vbicumque non prohibetur: ex Abbate.*
39 *Episcopus dispensat in adulterio, & minoribus, non maioribus criminibus, ex Hostiensi, & Ioanne Andræa, vbi expresse non prohibetur.*
40 *Episcopus non dispensat, nisi in casibus in iure expressis.*
41 *Episcopus est canonũ custos, & magister.*
42 *Dispensatio est odiosa.*
43 *Episcopus dispensat in pœnitentialibus, non in pœnalibus, & dispositiuis.*
44 *Dispensat Episcopus, si canon sit pœnitentialis, & nisi casus sit reseruatus: si est pœnalis, & dispositiuus, dispensat itidem in adulterio, & minoribus criminibus, nisi sit ei prohibitum: ex Abbate Panorm.*
45 *Maiora, & minora crimina (ait Abbas) subsunt superioris arbitrio.*
46 *Episcopus habet merum imperium.*
47 *Carceratio facta ad pœnam est meri imperij, non autem, si ad custodiam.*
48 *Episcopi possunt laicos carcerare, fustigare, in bonis mulctare, & in exilium pellere, etiam in Romana curia, & vbicũque fuerit Beatissimus Papa.*
49 *Vbi Papa, ibi Roma.*
50 *Roma est communis patria.*
51 *Ioannes Imolensis quandam Bonifacij Papæ constitutionem male applicat.*
52 *Episcopus in sua diœcesi, etiam sibi non subditos, legitime iudicat.*
53 *Episcopus Episcopum in sua diœcesi delinquentem punit.*
54 *Par in parem non habet imperium.*
55 *Archiepiscopus delinquens in diœcesi sui Suffraganei extra suam iurisdictionem posita, ab eodem Suffraganeo puniri poterit.*
56 *Archidiaconus Episcopum in sua ditione delinquentem punit, quia Episcopus eo ipso, quo deliquit, priuilegium amisit.*
57 *Iudex delegatus à summo Pontifice, etsi non Episcopus, Episcopum virtute delegationis excommunicare potest.*
58 *Episcopus de crimine notorio laici iudicat & ad pœnitentiam, & ad satisfactionem, si iudex competens iudicare neglexerit.*
59 *Victualium rerum recta æstimatio Episcopi tribunal agnoscit.*
60 *Episcopus potest excommunicare non inquirentes de furibus, & furtis.*
61 *Iudicum laicorum controuersias dirimere est Episcopi.*
62 *Episcopus in causa propria ecclesiæ, & propria sibi ipsi ius dicit.*
63 *Episcopus in quouis loco diœcesis potest tribunal erigere.*
64 *Episcopi est voluntates defunctorum, etiam ad pias causas non spectantes, exequi.*
65 *Deficiente testamentario executore, exequetur rite Episcopus, etiam vetante testatore.*
66 *Testamentum vsurarij, & incestuosi, si abnuat Episcopus, executionem non sortietur.*
67 *Episcopus hæreditatem filio exhæredato, & instituta ecclesia rite restituit.*
68 *Sanctus Augustinus exhæredationem filiorum improbauit.*
69 *Iurisdictio in vigintiseptem casibus Episcoporum iudicio reseruatis, per concilium Tridentinum, cùm perijsset, reuixit.*
70 *Episcopus patria potestate liberatur simul, ac est electus, quo ad odiosa, quo ad fauorabilia secus.*
71 *Episcopo creditur in iudicio absque iuramento.*
72 *Episcopus ad seculare auditorium trahi nequit.*
73 *Episcopus ab omni præstatione sportularum in causa sua ecclesiæ eximitur.*

74 Episco-

74 *Episcopus, si detur ei casus iurandi, non iurat tactis scripturis, sed tantum oblatis.*

75 *Episcopus generali interdicto, potest diuina audire officia.*

Pluria munia Episcopalia hinc, & ex elencho cognosces.

De Episcopis, eorumq. auctoritate, potestate, & immunitate. Cap. VIII.

a supra c. 1.
b Mar. 6. 7. Lucæ 10. Ioan. 2 6.

EPISCOPORVM hic erit locus: quorum institutionem iam ab initio nascentis Ecclesiæ factam esse antea [a] demonstrauimus. Quemadmodum enim [b] à CHRISTO IESV constituti
sunt Apostoli, ita Apostolis successerunt
Episcopi. Decedentibus enim Apostolis
successisse Episcopos, auctores sunt Anacle-

c epist. 2. ad Italiæ Episcop. de qua in can. 3. dist. 21.
d in ca. 16. 12. q. 1.
e can. vlt. dist. 68.
f Psal. 44.
g ad eundem Psal.

tus [c], & Vrbanus primus [d]. Vnde Vrbanus [e] 1
secundus dicebat Apostolorum vices in Ec-
clesia eos habere. Quod prædixerat Regius
Propheta [f], dicens. *Pro patribus tuis nati
sunt tibi filij. Quid est*, ait Beatus Augusti-
nus [g], *pro patribus tuis nati sunt tibi filij?
Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filij
nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Hodie
enim Episcopi, qui sunt per totum mundum,
vnde nati sunt? ipsa Ecclesia patres illos ap-* 2
*pellat, ipsa illos genuit, ipsa illos constituit in
sedibus patrum.* Fuerunt autem Episcopi
constituti, vt vna cum presbyteris Chri-
stianæ Reipublicæ principes essent, vt in

h cap. 39.
i cap. 4.

Apologetico [h] tradit Tertullianus antiquis-
simus, & iuxta doctissimus auctor, Aposto-
lorumq. ætati proximus, qui Seuero impe-
rante floruit, vt ex eodem Apologetico [i]
habetur, circiter annum CHRISTI cente-
simum octogesimum. *Præsident*, inquit, 3
*probati quidem seniores, honorem istum non
pretio, sed testimonio adepti: neque enim pre-
tio vlla res Dei constat.* Tertullianus Epi-
scopos seniores appellat, omnes enim Epi-
scopi presbyteri dicebantur: at non contra.
Episcopus omnium presbyterorum est maxi- 4
mus: ideo Episcopatum summum sacerdo- 5

k cap. 1.
l can. 24. dist. 93.
m Tit. 1.

tium vocat Taurinatense [k] concilium, vti
mox dicemus. Episcopatus est nomen di-
gnitatis, presbyteratus ætatis, testimonio
B. Hieronymi apud Gratianum [l], qui etiam
asscuerat ad Euagrium copiose scribens, ver-
ba illa apud Paulum [m], *huius rei gratia re-* 6
*liqui te in Creta, vt ea, quæ desunt, corrigas,
& constituas per ciuitates presbyteros, sicut
& ego disposui tibi*, non de presbyteris sim-
pliciter, sed de Episcopis esse intelligenda.
quod incontinenti explicat idem Aposto-
lus, dicens. *Oportet enim Episcopum sine
crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non su-
perbum, non iracundum, non vinolentum.*
Et quæ sequuntur. Episcopus igitur presby-
ter etiam dicebatur, hoc est senior, cui om-
nes parere tenebantur, & ita B. Petrum

n cap. 4. de maior. & obed.

præcepisse auctor est Clemens III. [n] Quare
ipsius Petri auditor Ignatius, Antiochensis
Episcopus ad Trallianos scribens, ait. *Epi-
scopo vestro, tanquam domino subiecti esto-
te, & nihil, præter Episcopum, agite.* Iubetq.
eos presbyteris parere, & diaconis morem
gerere: tum enim cibi, potusque ministros
non esse, sed Ecclesiæ Dei: Episcopos item
reuereri, vt CHRISTVM; eorumque præ-
cepta seruare: Episcopos esse instar patris
omnium. Et contra eos, qui conculcant,
aut oppugnant Episcoporum, vel presby-
terorum ordinem, eadem epistola, *Sine*
7 *his omnibus*, inquit, *Ecclesia electa non
est, neque collectio sanctorum, neque con-
gregatio sanctorum.* Atque Apostolos ita
iussisse testatur, addirque illud. *Quid est
enim Episcopus, nisi omnem principatum, &
potestatem omnium illorum tenens, quemad-
modum deceat hominem tenere, imitatorem
Dei factum secundum virtutem? Quid est
presbyterium, nisi institutio sancta consilia-
rij, & confessoris Episcopi? Quid etiam dia-
coni, nisi imitatores CHRISTI ministran-
tes Episcopo, sicut CHRISTVS patri, & ope-
rantes illis operationem mundam, & im-
maculatam, quomodo sanctus Stephanus bea-
tissimo Iacobo, & Timotheus, & Linus
Paulo, & Anacletus, & Clemens Petro?
Qui igitur istis inobediens fuerit, hic sane
Deo omnino erit & impius, & contemnens
CHRISTVM, & constitutionem eius mi-
nuens.* In eandem sententiam scribit ad Ma-
gnesianos, & Philadelphienses. *Et sicut*, ait,
*Dominus CHRISTVS sine patre suo nihil fa-
cit, sic etiam vos sine Episcopo, siue presbyteri,
siue diaconi, siue laicus.* Ex his fortasse cum

o in tract. de præstan. Card. q. 1.
p in tract. de pensionibus eccles. quæst 2.
q cap. 37 de præbend.

8 Andræa Barbatio [o], & Hieronymo Gigan-
te [p] dici posset, licet ordinatio personarum,
& diœcesum circumscriptio sit de iure posi-
tiuo, episcopalem tamen dignitatem esse de
9 iure diuino. Neque ab re Gregorius IX. [q]
dixit episcopatum esse culmen, & digni-
tatem omnium dignitatum; & Innocentius

r c. vnic. §. per frontis. de sacra vnctione.
s cap. 26. de quo in c. 3. dist. 99.

III. [r] summos sacerdotes omnes Episcopos
appellari posse: licet in concilio Cartha-
ginensi [s] tertio cautum sit, ne summus sa-
cerdos vocaretur, aut princeps sacerdotum,

etiam qui Patriarchali fulgeret honore, nisi primæ tantum sedis Episcopus. Dicebantur & omnes Papæ, prout alias [t] ostendimus. Item Pontifices à Nicolao primo [u], & alijs 10 passim. Sed cur hæc tam varie? Hoc Isidorus demonstrat, dicens [x]. *Pontifex princeps sacerdotum est, vel dicitur esse, quasi via sequentium, ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur, ipse enim efficit sacerdotes, atque Leuitas: ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse, quod vnusquisque facere debet, ostendit.* Ex quibus verbis notatu dignum hoc elicitur circa Pontificis vocabuli etymon, à nemine, quod 11 sciam, animaduersum, Isidorum nempe citato loco Pontificem vocare, *quasi viam sequentium:* & quidem eleganter: sicut enim pons est via iter habentibus, ripas fluminum, siue vallium, siue locorum præruptorum iungens, vnde eis, aut ad destinata loca peruenire, aut ad propria remeare facile liceat: ita & nostri Pontifices viatoribus Christianis per exempla, & prædicationes pontem faciunt, viamque sternunt salutis, qua tandem, vt ait Apostolus [y], ex cursoribus, comprehensores fiant, cælestis, scilicet, atq. æterni regni. Sed hæc, vera licet sint, non sequitur tamen (vt peruersi neoterici quidam pessime existimarunt) quin vnus sit 12 omnium maximorum maximus, qui est Romanus Pontifex, cui omnes subijciuntur non humano tantum iure, sed etiam, vt iam [z] dictum est, diuino. Verum enimuero, Episcopi honoratioribus titulis fortasse etiam afficiebantur, quoniam plura sunt, quæ episcopalem respiciunt dignitatem, quam aliam quamuis, vti [a] consecrare virgines, inaugu- 13 rare, seu dedicare, & consecrare [b] ecclesias, ordinare clericos [c], aut facultatem permittere per litteras commendatitias, quas dimissorias vulgo appellant, vt ab alijs ordinentur [d], conficere chrisma [e] linire, seu confirmare baptizatos [f], ecclesias duas vnire [g], vnam in duas diuidere, nouas erigere [h], ptopter morum correctionem bis in anno concilia, seu synodos cogere [i], excommunicare [k], purgationem indicere, dispensare, solemnem pœnitentiam iniungere, & his similia facere, ac interdictum promulgare, vt voluit Ioannes Calderinus [l]: etsi excommunicare possint etiam, qui non sunt Episcopi, si episcopalia iura habeant, vt duobus in locis admonui [m]. Solemniter verò anathe- 14 matizare [n] solius Episcopi esse non dubito. Immo tanta est episcopalis potestas, vt, si 15 episcopus, etiam hæresiarcha, nominatim excommunicatus, vel intrusus ordines conferat; etiam, quo ad executionem, eorumq. exercitium; ordinatio valeat [o], dummodo probet ordinatus, se, cùm ordinaretur, ignorasse ordinantem esse damnatum. Quamuis Gregorius Magnus [p] aperte sentiat consecrationem nullo modo dici posse, quæ ab excommunicatis hominibus celebrata sit: quasi non habeant ordinandi potestatem. Sed elegãter glossa [q] differit ordinationem quidem conferri, si Ecclesiæ forma fuerit obseruata, fueritq. ea conferentis intentio, sine 16 qua nullum est sacramentum. Nam Episcopi canonice ordinati, quamuis excommunicati [r], & hæretici sint, augustissimum corporis Christi mysterium, Baptismi, Confirmationis, Extremæ Vnctionis, & Ordinis Sacramenta vera conficiunt, necnon; si tolerentur, etiam Pœnitentiæ: non tolerati, quoniam carent iurisdictione, extra mortis articulum, sacramentum Pœnitentiæ ministrare non possunt. Sed an alia sit ratio, quàm quæ allegatur, nimirum, quia sacramentum illud iterari nequaquam debet, quæri posset: & putarem Reipublicæ etiam causa receptũ esse, argumento eius, quod de Barbario 17 Philippo ad Sabinum respondit [s] Vlpianus, non, quòd error communis (vt communi 18 errore receptum [t] fuit) ius faciat: sed quia humanius est propter vtilitatem eorum, qui ordinati fuere, quibus excommunicatio, aut 19 hæresis nihil obstare debuit. Abbas [u] vero Panormitanus præcipua episcopalia iura recenset, quattuordecimq. esse tradit, videlicet, canonica obedientia, quam omnes (vt iam dixi) etiam mundi Principes Episcopis præstare tenentur, subiectio, reuerentia, institutio, destitutio, correctio, morum reformatio, iurisdictio omnium causarum fori ecclesiastici, pœnitentia, sacramentorum omnium ordinatio, synodi congregatio, synodaticum, vel cathedraticum, quarta decimarum, & mortuariorum, procuratio ex annua visitatione, & charitatiuum subsi- 20 dium: hoc tamen non semper fit ius, sed vrgente necessitate tantum, vtputa, si episcopatus fuerit ære alieno grauatus, aut tenues admodum eius fuerint reditus, ita vt non possint, pro loci, & dignitatis qualitate, Episcopo sufficere, aut cùm Episcopus fuerit vocatus ad concilium, aut ad Romanum 21 Pontificem, seu ad Principem secularem 22 Reipublicæ causa. Voluit quoque Abbas sacella illa, quæ vulgo capellæ dicuntur, etiam si fuerint monasterijs subiecta, ad charitatiuum præstandum subsidium teneri: sed an monasteria ad idem faciendum compelli possint, dubitat: licet alibi [x] putet non

t c. 1. lib. 3. animaduer.
u cap. 4. 7. quæst. 1.
x c. 1. dist. 21.
y 1. Cor. 9.
z supra c. 5
a cap. 1. de temp ordin. c. si subet. 26. q. 6.
b c. nemo. de consecr. dist. 1. c. 9. de consecr. eccl. vel altar:
c tot. tit. de temp ord. & dist. 71. per totum
d c. primatus c. ab extraneo. ead. dist. 71. cum seq. & c. 5. de cler. non resid.
e cap. illud. dist. 95. & c. si iubet sanctitas. 26. quæst. 6.
f c. 1. & c. manus. de consecrat. dist. 1.
g cap. sicut vnire. de excess. prælat. clemen. vnic. § fin. de reb. eccl. non alien.
h c. ad ecclesiam. 1. in fin. de ædif. eccl.
i c. propter. dist. 18.
k vt ad c. 50 de iudic. & ad c. 6. de pœnit. om nes nocant.
l in tract. de interd. memb. 3. n. 53.
m in Parat. tit. de offic. Archid. & sup. c. 3
n c. debent. 11. q. 3.
o cap. 4. & 5. 9. q. 1.
p lib. 3. ep. 20. de qua in c. 1. ead. quæst. 1.
q ad d. c. 1. in verb. celebrata. & in summa, ibi: dicas.
r d. glos. in sum. in fin.
s in l. 3. ff. de offic. præt.
t ad l. 3. ff. offic. præt. & ad l. 4. ff. de feg. legat.
u ad c. cum querere. de offic. ordin. num. 2.
x consil. 16. lib. 2.

non posse post glossam [y]: quod & videtur constituisse Clemens [z] V. dum ait. *In exigendo insuper ab ipsis exemptis, ipsorumque subditis subsidia charitatis excedunt nimium contra eos*. Quo loco eleganter dicit glossa 21
etiam ab exemptis exigi posse subsidium, si non excedit modum. Idem sentit Paulus [a], Archidiaconus, Ioannes [b] Andreæ, Zabatella, & Cardinalis Alexandrinus. An autem idem ius sit de loco, esse scilicet nullius diœcesis, atque exemptus: puto ego diuersum esse, nam, qui nullius diœcesis est, nec locum habet, nec est de diœcesi; exemptus verò, licet non sit de diœcesi, est tamen in diœcesi [c]: exemptio enim, cũ sit priuatio, vtique præsupponit habitum; quod designat ipsius nominis (exemptus) proprietas, vt, quod vni concedirur, ab alio auferatur [d]. Quam quidem differentiam satis cõstituisse videtur sacra Tridentina [e] Synodus, vbi loca exempta ab Episcopis; in quorum diœcesi sunt; tamquã Apostolicæ Sedis delegatis, visitari mandat, quæ verò nullius diœcesis sunt, à viciniotibus. Cùm autem Episcopi, vt superiùs diximus, asseritq. idem Card. Alexandrinus [f], sint longe superiores sacerdotibus, seu presbyteris, non modò ordine, sed & iurisdictione: licet presbytero canonice, vel (vt ait [g] Innocentius III.) rite secundum claues Ecclesiæ ordinato, ius sit [h] homines 24
à nexibus peccatorum absoluendi, multi tamen sunt casus, qui Episcoporum arbitrio reseruantur, quibus, prætetquam in vltimo vitæ exitu, se ingerere non valent sacerdotes: qui casus quot, qualesve sint, nondum inter iuris pontificij interpretes satis constat. Sex tamen de iure esse post glossam [i] 25
communiter nostri tradiderunt, & Summistæ, præsertim S. Antoninus [k], & duo doctissimi viri nostrates Subalpini, Angelus Clauasiensis [l], & Syluester [m] Prieriensis, hic ordinis Prædicatorum, ille Minorum obseruanrium, item Martinus [n] ab Azpilcueta, qui vulgò doctor Nauarrus dicebatur. Primus casus est peccatum clerici, quod irregularitatem habet annexam: secundus incendium domorum, frugum, & aliarum rerum non incidenter, sed data opera factum, consilium item, & auxilium ad id præstitum: tertius est peccarum, quod pœnitentiam expostulat solemnem: quartus absolutio blasphemiæ publicæ, & notoriæ: quintus dispensatio votorum, & iuramentorum: sextus absolutio excommunicationis maioris: etsi isti duo vltimi casus non videntur connumerari inter casus reseruatos, cùm non sint peccata, quo modo esse dicuntur. Nam

y ad clem. c. §. in exigendo de excess. prælat.
z ibidem.
a ibidem.
b ad cap. 1. de præbẽd. lib. 6. & ad c. delectus. de off. ord.
c Abb. ad c. Apostolicæ. nu. 4. de donat. Petr. de Vbald. de can portione. c. 4. q. 6. num. 11.
d vt in rubr. & l. 4 ff. ne quis eũ, qui in ius voc. est, vi eximat. l. 15 cũ quo. ff de pecul.
e sess. 24. c. 9 de refor.
f ad c. 1. per eund. text. dist. 21.
g in c. 1. in fin. de sum. trin. & fide cath.
h cap 8. de pœn. & rem.
i ad cap. 2. eod. de pœnit. Host. in summa eod. tit. § cui cõfitendũ. Philip. Fran. ad d. cap. 2. in verb. reseruatus gloss. & alij ad clem. dudũ. § statuimus. de sepult. Lancellott. Cõradus in lib. 2 temp. omn. iud. c. 5. § 4 nu 4.
k in 3. par. tit. 12. c. 21.
l in ver. casus. in prin.
m eod. ver. quæst. 2.
n cap 27. nu. 262.

excommunicatio non est peccatum, sed pœ-
16 na peccari. Sic dispensatio voti, vel iuramenti non est peccatum, verum non reddito voto, vel non obseruato iureiurando, inducitur peccatum mortale. Abusiue igitur dicuntur reseruati casus: cùm Episcopo inferior non possit in voto, & iurisiurandi obligatione dispensare, quemadmodum nec in maiori
17 excommunicatione beneficium absolutionis impartiri. Verum quod hic dicitur, non est de qualibet excommunicatione intelligendum, sed de reseruata Rom. Pontifici, cuius absolutionem in quibusdam casibus inferiori, Episcopo scilicet, concedi ait idem Nauarrus [o], qui ex generali consuetudine, vel quasi, alios casus, quos refert glossa [p], potest sibi reseruare: quorum primus est homicidium voluntarium, aut membri abscissio: secundus falsum testimonium, vel taciturnitas veri coram iudice: item amissio adnocatorum, procuratorum, notariorum, qui partibus aduersis scripturas ostendunt: tertius, violatio libertatis, & immunitatis ecclesiasticæ, quamuis hodie hic casus comprehendatur, vt plurimum, in diplomate, seu Bulla, quæ solet promulgari quotannis solemnirer præsente ipso summo Christianorum rectore, & sacerdote, die, quem vocat Ecclesia nomine *Cœnæ Domini*: quartus retentio rerum alienarum incertarum, & alij
18 his similes. Nam vere dixit Nauarrus [q] certam, ac definitam regulam tradi non posse de hisce casibus, quos per consuetudinem, aut constitutionem specialem sibi reseruant Episcopi, quia vnaquæque Prouincia [r] in suo sensu abundat, & Episcopi pro arbitrio suis sacerdotibus pœnitentialem circumscribunt iurisdictionem, modo laxiorem, modo strictiorem: vidique ipse in quibusdam diœcesibus hanc facultatem remittendi, aut absoluendi peccata singulo quoque anno ab Episcopis augeri, & minui. Quinimmo talem, tantamque esse episcopalem iurisdictionem nonnulli (quos tacito nomine citat idem Nauarrus [s]) arbitrati sunt, vt temere, & impudenter dixerint, confratres sanctissimæ Trinitatis, & alios CHRISTI fideles non posse absolui à casibus Episcopis reseruatis, ipsis inconsultis, auctoritate Bullæ, per quam summus Pontifex eis facultatem tribuit, quoscunque seculares, vel quoruuis ordinum regulares presbyteros idoneos ab ordinarijs locorum approbatos sibi confessarios deligendi, ab eisque suorum peccatorum, criminum, excessuum, & delictorum, quantumcunque grauium (his exceptis, quæ in Bulla Cœnæ Domini sedi

o eod c. 27. num. 111. & 262.
p ad extrauagan. inter cunctas. de priuileg.
q d. n. 262.
r cap. pen. dist. 76.
s eod. cap. num. 163.

Apostolicæ reseruantur) veniam, absolutio-
hemq. obtinendi. Cuius opinionis hanc af-
fert causam, quòd Beatissimus Papa non po-
test tollere ius diuinum, quo concessa est
Episcopis casuum reseruandorum potestas,
vnde per eius Bullam remitti peccata reser-
uata non possunt, ne ipsa potestas diuino
iure Episcopis tributa, frustratoria esse vi-
deatur. Quæ illatio, quàm parum conclu-
dat, nemo, vel mediocriter in iure versatus,
ignorat. Nulli etenim dubium esse potest,
quin Romanus Pontifex [t] in omnes Chri-
stianos habeat summam iurisdictionem,
prout erudite disserit Innocentius [u], & post
eum Felinus [x], & non solum, vt vulgo di-
citur, qualem, qualem, sed immediatã etiam,
& supremam, quoad omnia spiritualia, au-
ctore S. Thoma [y] contra errores Græco-
rum scribente: & quemadmodum habet il-
lam immediate à Deo optimo maximo, sic
nemo [z] potest eam illi quauis ratione au-
ferre, aut minuere. Nec dubium est, si ista 10
reseruandi casus facultas à iure diuino est
Episcopis concessa, quin liceat etiam ipsi
Sanctissimo Pontifici, veluti totius Ecclesiæ
catholicæ summo iudici, & CHRISTI vi-
cario, peccata remittere, & remittendi ius
Episcopo inferioribus dare: omnia enim [a]
nostra facimus, quibus auctoritatem no-
stram impartimur. Verum enimuero com- 11
muni interpretum consensu receptum est,
multa iura naturali, & diuino iure compe-
tentia restringi, & limitari posse ab ipso Ro-
mano Pontifice, quoad spiritualia, sicut à
seculari Principe, quoad temporalia: quod
duobus locis videtur dixisse Innocentius
III. idque tam per interpretationem [b] inter
ius, & æquitatem interpositam, quàm per [c]
pœnæ impositionem, per iustam dispositio-
nem [d], atque per rationem [e] naturalem.
Nullibi tamen videas iure diuino cautum 12
esse, vt aliqui casus reseruentur Pontifici
Romano, aliqui Episcopis, sed iure humano [f]
tantum. Quinimmo omnis presbyter, solo 13
iure diuino attento, potest absoluere à quo-
libet peccato peccantem, & debitam ei pœ-
nitentiam imponere, quod Nauarrus [g] duo-
bus locis declarat, & ita esse pluribus pro-
bat: sed optima ratione factum fuit, vt Pon-
tifices maximi pro suprema potestate, sibi
in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquot
criminum grauiores suo possint peculiari iu-
dicio reseruare. Nam hoc videtur à priscis
[h] illis sanctis patribus decretum, quorum
prudentes viri sequentes exemplum, aptius
diuinæ, humanæque legis obseruantiam
posteris transmiserunt, reseruaruntque hoc

catholicæ Ecclesiæ Principi absoluendi be-
neficium, intelligentes nimirum rarius com-
missum iri, cuius venia ab ipso Ecclesiæ
iudice, ac magistro foret cum verecundia
petenda. Quam sane rationem afferre vi-
detur Paulus Papa II. dum vnica consti-
tutione omnes sedi Apostolicæ reseruatos
casus comprehendit, dicens [i]. *Id propen-*
siori studio præcauendum esse censemus, ne
14 *CHRISTI fideles procliuiores ad illicita in*
posterum committenda reddantur: aut ve-
niæ facilitas ei peccandi tribuat incentiuum.
Idem dici potest de Episcopis, quibus pla-
ne omnibus, in sua scilicet cuique diœcesi,
in ædificationem tamen, non in destructio-
nem, vt ait Tridentina [k] synodus, licet sibi
casus reseruare pro illa in subditos tradita
supra reliquos inferiores sacerdotes, au-
ctoritate, præsertim quo ad illa, quibus ex-
communicationis censura annexa est. Hanc
15 autem delictorum reseruationem, conso-
num est diuinæ auctoritati, non tantum in
externa politia, sed etiam coram Deo vim
habere. Non erit ergo ista casuum reser-
uatio de iure diuino, quomodo contendit
ille, sed magnopere, vt eadem synodus [l]
asseuerat, ad Christiani populi disciplinam
pertinere sanctissimis patribus nostris vi-
sum est, vt atrociora quædam, & grauio-
ra crimina, non à quibusuis, sed à summis
duntaxat sacerdotibus cognoscerentur. Ait
enim. *Si quis* [m] *verò dixerit: Episcopos*
non habere ius reseruandi sibi casus, nisi
quo ad externam politiam, atque ideo ca-
suum reseruationem non prohibere, quomi-
nus sacerdos à reseruatis vere absoluat, ana-
thema sit. At vero quanta in absolutione
præstat Episcopus auctoritate, tantam in
16 dispensatione habet potestatem. Centum
siquidem, & septuaginta duos casus recen-
set Speculator [n], in quibus dispensare po-
test Episcopus: eosdem referunt Ioannes
Bertachinus [o], Bonaguidus Atiminensis [p],
17 Lancellottus [q] Conradus, & alij [r], ad quos
lectorem remitto, ne eadem repeti videan-
tur. Immo idem Lancellottus [s] dicit com-
muni interpretum consensu traditum esse,
Episcopum posse dispensare, vbicunque di-
spensatio à iure permittatur, licet specialiter,
& nominatim non permittatur Episcopis:
qui, an sit communis, valde dubito. Etenim
video magistros nostros haud parum inter se
dissentire, canonesq. varie loqui. Abbas [t]
quidem dicit hanc esse differentiam inter
Episcopum, & inferiorem sacerdotem: quòd
Episcopus potest dispensare, vbicumque
18 non prohibetur: inferior Episcopo, nisi in
casibus

Marginal notes:

t extrauag. vnam sanctam de maior. & obed.
u ad c. 1. de constitut.
x ibid n. 2.
y concl. 65.
z can. 18. & vlt. 9. q. 3.
a l. 2. C. de veter. iure enucl. reg. potest quis. de reg. iur. lib. 6.
b l. 1. C. de legib.
c c. 5. & penul vbi omnes notant de pœnis.
d l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. c. cum secundum. de hæret. lib. 6.
e c. ex multa. & tne. tit. de vot. a quo. vbi omnes notant de iureiuran.
f l. Lucius. ff. de eu. ct. l. item si ver. berorum. ff. de rei vend. l. venditor. § si constat. ff. com. præ. Felin. Dec. & alij ad c. quæ in ecclesiarũ. de constit. cap. 21. & 42. de sent. excom. c. 3. de pæn. & rem. in 6.
g in d. c. 27 in princ. & Doct. ad c. placuit. de pœnit. dis. 6.
h c. si quis. suadente. 17. q. 4. cap. in quorumdam. de iud. cap. cõquestis. de sent. excom. c. quicũque. end. lib. 6. clem. 2 eod. extrauag. & si dominici. de pœnit. & remiss. & alibi passim.
i in d. extrau. & c.
k c. 7. sess. 14.
l d. cap. 7.
m cap. 11. ead. sess.
n in tit. de dispens. §. nunc ad episcoporũ.
o in tract. de episcopo par. 2. li. 2. num. 107. vsque ad n. 144.
p in tract. de dispens.
q li. 2. tẽp. omn. iudic. c. 5. § 4 n. 6. vsq. ad 11.
r Io. Rand. in tract. de dispensat.
s ibid n. 14.
t ad c. vlt. ne. 10. versic. & differentia. de postul. prælat.

casibus sibi specialiter permissis. Idem ta-
men Abbas [u] rem hanc non perfunctorie,
sed maiori cura, & diligentia pertractans,
multas, variasq. interpretum opiniones di-
stinguendo, conciliat. Hostiensis, & Ioan- 39
nes Andrææ dicebant Episcopum dispensa-
re posse in adulterio, & alijs minoribus cri-
minibus, vbi expresse in iure hoc non pro-
hibeatur, non æque in maioribus, nisi cùm
expresse concedatur. Hanc opinionem se-
quitur Ioannes de Lignago, addens Epi- 40
scopum non dispensare, nisi in casibus in
iure expressis, quia Episcopus dicitur [x] esse 41
canonum custos, & magister; & dispensa-
tio est odiosa, cùm canones [y] ab omnibus
debeant inuiolabiliter obseruari. Illos ergo 42
relaxare non licet, nisi cui [z] specialiter est
permissum. Huius opinionis fuit etiam
Archidiaconus [a], & Bartholomæus Brixia-
nus [b]. Cardinalis [c] vero simpliciter, & in-
distincte dicit dispensare posse in adulterio,
& in minoribus criminibus: alij [d] in pœni- 43
tentialibus, non æque in pœnalibus, & di-
spositiuis. Abbas [e] igitur hanc adhibet di-
stinctionem, quòd si canon est pœnitentia-
lis, potest, nisi casus sit reseruatus, quia
pœnitentiæ [f] hodie sunt arbitrariæ, etiam si 44
certa [g] esset constituta pœna, & à Pontifice
maximo determinata esset pœnitentia, vt
voluit [h] Felinus. Aut loquimur de canoni-
bus pœnalibus, & dispositiuis, qui genera-
liter nec permittunt, nec vetant: & hoc casu
in adulterio, & in minoribus dispensat Epi-
scopus, nisi reperiatur prohibitum. In alijs [i]
vero grauioribus non item, nisi nominatim,
& expresse id fuerit ei concessum. Grauiora 45
autem, seu maiora, & minora crimina relin-
quit Abbas superioris arbitrio. Idem quoque
videtur dixisse pluries Baldus [k]. Multa alia
sunt, quæ episcopalem respiciunt dignatio-
nem, & auctoritatem, vel maxime in spiri-
tualibus existentia, in quibus omnibus, pau-
cis exceptis, & ab eodem Lancellotto [l] col-
lectis, dispensare, ac se intromittere Episco-
pus potest. Multa etiam in temporalibus,
quæ à Ioanne Bertachino [m] referuntur: ac 46
præsertim quòd merum imperium habet,
prout ad Nouellam Iustiniani [n] constitutio-
nem scribit Baldus [o], asserens carceratio- 47
nem esse meri imperij, si sit ad pœnam, non
æque, si ad custodiam: quia, ait, & peda-
neis iudicibus, qui nullam habent iurisdi-
ctionem, sed cognitionem tantum, & iudi-
cationem, in custodiam reum conijcere li-
cuit. Nam, vt aliàs dixi [p], Episcopi habent 48
non solum interdictionem, suspensionem,
excommunicationem, depositionem, sed

u ad cap. & sicleriri. §. de adulterijs. n. 4. 5. & 7. de iudic.
x cap. cum quibus. & seq. 24. q. 3.
y can. nulli fas. 25. q. 1.
z can. ampucaro. 25. quæst. 2.
a ad cap. 1. 18 q. 2. & ad c. licet. canō de elect. lib. 6.
b in Dom. q. 57. nu. 4.
c ead. §. de adulterijs.
d gl. ad d. § de adult.
e ad d. §. de adult. nu. 5.
f cap. Deus qui de pœn. & remiss. & can. mensuram. de pœnit. dist. 1.
g Felin. ad cap sicut dignū. de homic. Card. ad clem. 1. q. 12. de pœn. & rem.
h ad c. accusati. de accus.
i d § de adulterijs. & cap dilectus de tēp. ordinat.
k ad l. 1. C. qui accus. non poss. ad l. 1. C de requir. reis. & ad l. ea. quæ ff de re iud.
l d § 4. nu. 32. vsque in finem.
m li. 4. p. 3.
n auth. cassa, qua n. C. de episc. & cler.
o ad l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudic.
p in Paratitl. de pœnis.

etiam carcerationem, atque verberatio-
nem, seu fustigationem, item proscriptio-
nem, relegationem, exilium, atque pœnam
pecuniariam, quæ omnia in laicos etiam
exercent Episcopi, eaq. non modo in sua
diœcesi, verum & in curia Romana. Siqui-
dem Panormitanus [q] Abbas tradit curiales
olim non permisisse, vt ordinarius posset sub-
ditum suum in Romana curia citare: sed pro
bono publico tandem factum fuit, vt vni-
cuique ordinario ius esset citandi vbiq. sub-
ditum suum, quod & Bald. [r] & Philippus [s]
probant: immo & præcipiendi, vt capiatur,
& in carcerem detrudatur. Hic etiam voluit
id libere fieri etiam extra Romanam curiam,
vbicunque scilicet fuerit Beatissimus Papa:
quod videtur etiam sentire Innocentius [t],
ob id nimirum, quia Roma dicitur locus om-
nis, in quo est curia Papæ: vnde illud vul-
49 gatum. *Vbi Papa, ibi Roma*. Sed huius ra-
tionis ratio est, quoniam Roma [u] est com-
50 munis patria, licet Butrius [x] existimet illud
Modestini [y] responsum hodie ad clericos
tantum pertinere, non æque ad laicos: ipse
tamen in ea sum sententia, vt habeat etiam
locum in laicis: cùm Romanus Pontifex sit
[z] pater vniuersalis, proinde omnes eius iu-
risdictioni saltem [a] ratione peccati subij-
51 ciantur: quod & Ioanni Imolensi haud di-
splicuit, sed non satis recte, ex illa Bonifa-
ciana [b] constitutione, cùm sit tantum de ele-
52 ctionis forma. Viget igitur in vrbe Romana
Episcopalis iurisdictio: in propria vero diœ-
cesi non solum in subditos, sed ad alios quo-
que alterius diœcesis extenditur: ob id,
53 quòd Abbas, & [c] alij omnes tradunt, nempe
ratione delicti quemque sortiri forum: quo
casu alterum quoque Episcopum compre-
hendi nemo est qui dubitet, testimonio [d]
Abbatis, post quem Felinus [e] tradit, Epi-
scopo alium Episcopum in sua diœcesi delin-
quentem punire licere. Sed dubitatio est de
Archiepiscopo, an scilicet Suffraganeus
possit Archiepiscopum in sua diœcesi delin-
quentem iudicare, & punire: Vulgata est
54 iuris [f] regula, quòd par in parem non ha-
bet imperium. Atqui Archiepiscopus non
modo est æqualis Episcopo, verum etiam
longe maior [g], & iudex omnium Suffraga-
neorum, vti late [h] est dictum. Maior est du-
bitatio, si Suffraganeus ex indulgentia
Pontificis maximi alterum habeat episco-
patum, in cuius territorio suus Archiepisco-
pus commiserit crimen, atque ratione istius
episcopatus huic non est ille subiectus. In-
nocentius [i] contendit Archiepiscopum sem-
per, & vbiq. suo esse Suffraganeo maiorem.

q ad c. meminimus. in fi. de appel.
r, s. ad d. cap. meminimus.
t ad c. ego. de iureiur.
u l. Roma. ff. ad municipal. DD. ad l. 2. § omnia ff de iudic.
x ad c. fin. de foro cōpet.
y d l. Rom.
z can cuncta. 9 q 3.
a c. nouit. vbi omnes notant. de iudic.
b in c. cum expedinat. de elect. lib. 6.
c ad d cap. fin. de for. comp.
d ad c. cum inferior. de maior. & obed.
e ad c. prudentia n. 9. de off. del.
f l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Trebell.
g d. c. cum inferior.
h sup. cap. prox.
i ad d. c. cū inferior.

Abbas [k] contrarium putat verius. Memini
me, cùm in celeberrimo Taurinensi gym-
nasio ius pontificium publice profiterer, &
hanc quæstionem diligenter pertractarem,
Abbatis opinionem tutatum esse. Nulli ete- 55
nim dubium est, quin Episcopus possit non
suum Archiepiscopum in territorio suo de-
linquentem iudicare, & punire: quinimmo
Archidiaconus, licet inferior sit Episcopo, 56
si tamen huic in illius ditione delinquere
contigerit, poterit pro delicti qualitate ip-
sum mulctare, & punire: rationem reddit
idem ipse Innocentius [l], quia ratione crimi-
nis [m] Episcopus perdit suum priuilegium.
At eadem sane ratio militat in Archiepisco-
po, qui licet maior sit suo Suffraganeo, ra-
tione tamen loci, in quo est commissum
delictum, non est suus Suffraganeus, atque
ideo Archiepiscopum puniet, prout faceret
alius Episcopus, qui nullo pacto illi esset su-
biectus. Neque mirum id videri debet, quia 57
licet is quoque, qui à Sanctissimo Domino
Papa mandatam suscipit iurisdictionem,
quam vulgo delegatam dicimus, vt pluri-
mum, minor sit Episcopo, eum tamen ex
mandata [n] sibi iurisdictione potest excom-
municare: nam respectu delegationis est
maior (diuersis enim modis potest quis esse
maior, & minor, vti [o] docui alias, idque
exemplis baud ineptis): quid mirum, si de
clericis, & eorum causis cognoscit, & ius di-
cit? cùm cognoscat Episcopus, & iudicet 58
aduersus laicos, præcipue de crimine noto-
rio, non solum, vt pœniteant, verum etiam,
vt satisfaciant, quod Felinus [p] recte adno-
tauit. Et ante eum Abbas [q] generalem tra-
didit Episcopum babere in laicos iurisdi-
ctionem, de quolibet notorio crimine, vbi
reperitur negligentia iudicis secularis: &
non modo respectu transeuntium peregri- 59
norum potest mulctare mercatores, qui plus
quàm par est, victualia vendunt, sed respe-
ctu quoque ciuium, & incolarum, ne paupe-
res vexentur, & compellantur emere vltra
iustum pretium ad victum necessaria. Potest
etiam admonere [r], & si opus fuerit, excom- 60
municare non inquirentes de furibus, &
furtis. Siquidem Princeps, & qui eius vicem
gerit, modis omnibus [s] curare debet, vt Pro-
uincia malis hominibus careat. Si vero in- 61
ter duos iudices laicos de iurisdictione
orta fuerit controuersia, posse Episcopum
cognoscere auctor est Felinus [t], quemad- 62
modum potest cognoscere an sua sit iurisdi-
ctio: & quod plus est in causa suæ ecclesiæ,
adstipulantibus Iasone [u], & Oldrado [x], po-
test ius dicere, & iudicare, immo in causa

[k] ibidem.
[l] ibidem.
[m] auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. c. placuit. 11. q. 1.
[n] c. fané. 2. de offic. deleg.
[o] in Parall. tit. de offic. Archidiac. & de maiorit. & obed.
[p] ad c. cum si generale num. 17 de for. comp.
[q] ad c. 2. in fin. de emp. & vendit. & ad c. nouit per eundem text. de iud.
[r] Abbas ad c. qui cum fure num. 5. de furt.
[s] l. 24 de offic. præsid.
[t] ad c. ceterum de iud.
[u] ad l. qui iurisdict. ff. de iurisdict. omn. iudic.
[x] cons. 183.

propria. Voluit enim Abbas [y] posse proce-
dere aduersus suos detractores. Neque in
ciuitate tantum, sed etiam in quouis [z] diœ-
cesis loco facultatem habere sibi tribunal
63 eligendi. In eoque posse decedentium vo-
luntates, si intra annum hæres, vel executor
64 testamentarius, non [a] impleuerit officium
suum, compellere, vt executionem, & effe-
ctum sortiantur, etiam si executor [b] fuerit
quoquo modo, siue de iure, siue de facto
impeditus. Sed quid, si ad pias causas nihil
appareat in testamento relictum? Alexan-
der [c] hac de re interrogatus respondit, ma-
gis communem interpretum opinionem es-
se, vt possit cogere hæredes ad satisfacien-
dum legatis, etiam ad non pias causas reli-
ctis, dicitq. [d] testamentum, in quo non est
datus executor, etiam si testator id prohi-
buerit, ab eo executioni mandandum esse.
65 Si autem datus fuerit executor in testamen-
to vsurarij, vel incestuosi, posse sub excom-
66 municationis pœna iudici seculari inhibere,
ne eiusmodi testamenta executioni man-
67 dentur, Baldus [e] probat. Et Speculator [f]
posse filio exhæredato restituere hæredita-
tem, in qua pater ecclesiam instituit hære-
dem, quod per manus receptum fuit, ex au-
ctoritate D. Augustini in libro de vita cle-
ricorum, qui [g] ait: *Quisquis, exhæredato*
68 *filio, hæredem facere voluerit ecclesiam, quæ-
rat alterum, qui suscipiat, quàm Augusti-
num*. Sunt alia prope innumera, in quibus
maxime elucet pontificalis maiestas: taliaq.
sunt, vt ex ijs satis amplum Ioannes Berta-
chinus confecerit volumen: eius vero, quod
ex Imperatorum constitutionibus hauriri
potest, nihil, quod sciam, in secundo huius
operis [h] libro omisi. Video enim sacrosan-
ctam synodum Tridentinam, non modo Epi-
scopis plurimum honoris tribuisse, sed eorum
quoque auctoritatem, & dignitatem, ob de-
prauatos hominum mores prope demer-
sam, extulisse, & extinctam excitasse, ac mul-
69 tis denique beneficijs auxisse. Inuenio quo-
que, præter illa, quæ eis ex pontificali offi-
cio debentur, casus [i] circiter viginti septem,
in quibus Episcopi se habent, vt sedis Apo-
stolicæ delegati. quæ auctoritas licet olim
forsan Episcopis esset communis, & propria,
vsu tamen, & inueterata consuetudine, vel
Pontificum Romanorum derogatione, vel
contrarijs constitutionibus fuerat eis adem-
pta. Episcopalem quoque auctoritatem, &
potestatem satis indicat pastoralis baculus,
qui nedum honoris est, sed dignitatis, & po-
testatis pastoralis insigne. Datur enim ba-
culus Episcopo, vt interpretatur Beda [k],
quo

[y] ad c. 1 de maledicis.
[z] cap. cum Episcopus. de off. ord. li. 6. Bal. ad l. testamentum. C. de testam. alij ad cap. qua fronte de appellat.
[a] c. Ioann. de testam.
[b] Felin. ad. c. cum accessissent de constit. Ias. ad l. si eum. 9. qui iniuriarum. nu. 22 ff. si quis caution.
[c] cons. 139. in fin. li. vlt.
[d] cons. 206. n. 22. eod. li.
[e] ad l. consulta. C. de testam.
[f] in tit. de dispensatione. § nunc ad episcoporu. nu. 67. vt notat ad cap. si quis irascitur. 13 quæst. 2.
[g] de qua in c. quicunque volt 17. q. 4. glos. ad leg. si quis, ad declinandã. C. de episc. & cler. Cardin. Alex. ad c. non satis. dist. 86. Bar. ad l. 1. n. 35. C. de sacros. eccl.
[h] sup. li. 2. cap. 4.
[i] sess. 5. de reform. c. 1. & 2. sess. 6. de refor. c. 1. & 2. sess. 7. c. 6 & 14. de reform. sess. 13. c. 5. sess. 14. c. 4. sess. 21. c. 3. 5. 6. 8. & in sub Decretum de obseruandis, & cuitandis in celebratione Missæ, eadem de reform c. 3. 5. 6. 8. 10 sess. 24. c. 9. 10. 14. sess. 25. c. 8. & eod. de reform. cap. 14
[k] in collectaneis. cap. de septem ordinibus.

Digitized by Google

quo subditos regat, infirmosq. sustineat: siquidem (ait Innocentius)[l] correctionem significat pastoralem, ideo cùm traditur, cõsecrator dicit: Accipe baculum pastoralitatis, hoc est, (vt Durandus in suo Rationali loquitur) pastoralis officij, vt sis in corrigẽdis vitijs piè sæuiens: quapropter baculus (vt idem ait Innocentius[m]) acutus est in fine, rectus in medio, retortus, siue recuruus, in summo, quia Pontifex debet pungere pigros, regere debiles, colligere vagos. Innocentio adhæret Antoninus[n], idemque prope refert glossa[o]. Habet præterea is amplissimus ordo multa, ac non vulgaria à iure beneficia. Nam simul, atque filiusfamilias[p] est Episcopus electus, eximitur patria pote- 70
state, & sui iuris efficitur, scilicet in eius fauorem, non æque in odium, vt eleganter scribit Bartolus[q], quem alij sequuntur, vti de monacho diximus[r]. Electi, & consecra- 71
ti testimonio, etiam in foro seculari, sine iuramento creditur, vt Abbati[s], Felino[t], atque Iasoni[u] placuit, quamuis ad auditoriũ seculare nequaquam trahi possit. Quòd si 72
ageret pro sua ecclesia, non teneretur sportulas præstare, vel capita solidorum, etsi statuto cautum esset, vti agẽs persolueret sportulas, ita asserente Lancellotto[x] Conrado. Tantaq. fides ei adhibetur, vt non[y] tenea- 74
tur iurare, & si iurare cogatur, non tactis[z] sacris Scripturis iuret, cùm sola earum præsentario coram eo facta sufficiat, siue iuret de calumnia, siue de veritate dicenda, vti Durandus[a] in Speculatore ostendit. Lata excommunicationis, suspensionis, interdicti generalis sententia[b] minime comprehẽditur, atque ideo non obstante generali interdicto,[c] potest diuina audire officia. Mul- 75
ta alia in medium affert priuilegia Ioan. Andreæ[d] ad Speculatorem, & idem Bertachinus[e]: quamquam multa congerit, quæ vere, ac proprie priuilegia dici nõ possunt. Sed in his maxime fulget Episcopalis potestas, quòd potest[f] annulum in digito gestare, vbi ædificanda est ecclesia[g] crucem ponere, atrium designare, & primum statuere lapidem, iam ædificatam consecrare, pollutam reconciliare, pœnitentias solemnes iniungere, ordinare, chrismate fideles inungere, indulgentias concedere, dimissorias dare, causas matrimoniales[h], & criminales cognoscere: quod & Tridentina synodus[i] expresse statuit: constitutiones[k] in diœcesi facere, synodum conuocare[l], de hæreticis inquirere, eosq. condẽnare[m], & alia huiusmodi non pauca peragere: in quibus omnibus Pontificalis maiestas demõstratur. Sed quid illis potuit gratius, aut honorificentius contingere, quàm, quod ipsa sacrosancta Tridentina synodus[n] consultò elargita est? nimirum Episcopos, nisi ob causam, ex qua deponendi, aut priuandi venirent, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, accusationem, siue alio quouis modo procedatur, vt personaliter compareant, nequaquam citari, vel moneri posse, nec testes in causa criminali ad informationem, vel iudicia, seu aliàs in causa principali contra ipsos Episcopos, nisi contestes, & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, recipi. Et cùm pro criminis obiecti qualitate comparere ipsi debeant, quòd eorum causæ coram Pontifice maximo referãtur, & per ipsum terminentur. Quæ, & alia priuilegia, vt exacte obseruentur, à summis Ecclesiæ pastoribus erecta fuit Congregatio pro consultationibus ipsorum Episcoporum, & aliorum Prælatorum, cui præfecti sunt à sanctissimo Pontifice Sixto V. quinque selecti viri S. R. E. Cardinales, Nicolaus, scilicet, de Pelleue, Senonensis nuncupatus, humani, diuiniq. iuris peritissimus, Hieronym. Simoncellus, vir industrius, ac mira ingenij dexteritate, Ioan. Baptista Castancus, aliàs S. Marcelli, scientia bonarum artium, rerumq. gerendarum vsu cõspicuus, qui postea, cùm dies octodecim sedes Apostolica sessore careret ann. Salutis MDXC. xvij. Cal. Octobris Sixto successit, & Vrbanus VII. appellatus est: à quo cùm multa, eademq. præclara expectarentur, duodecimo Pontificatus die vitam finiuit: cui successit Gregorius XIV. Iulius Cananius, olim Iulio III. Pontifici pluribus nominibus longe charissimus; ac Scipio Gonzaga, cui si maiorum imagines deessent, vt abundant, esset ipse posteris pro multis imaginibus præclarum calcar, & ornamentum. Absentibus autem Simoncello, & Cananio suffecti sunt Anton. Maria Saluiatus optime notæ homo, antiquioris Cardinalis Saluiati gentilis sui virtutes item repræsentans, & Augustinus Cusanus integritate, & religione insignis. Hi, inquam, à summo Pontifice delecti sunt, vt non solum Episcoporum, & ordinariorum quorumcũque petitiones audiant, propositis quæstionibus, ac controuersijs, alijsq. difficultatibus, de quibus cõsulantur, respondeant, & causas, & rationes ecclesiarum, earum dignitatis, iurisdictionis, exemptionis, immunitatis, iurium, priuilegiorum, & laudabilium consuetudinum conseruationem concernentes summarie cognoscant, atque tam ex partium petitione,

l li. 1. mysteriorum Missæ c. 62.
m d. c. 62.
n par. 3. summæ tit 20. c. 2 §. 19.
o ad c. 1. epist. Pauli ad Titum.
p auth. sed dignitas. vbi omnes notãt C. de epis. & cler. & ad c. indecorũ. de ætat. & qualit. Bal. ad l. sacrosan. C. eod. & ad l. si maritus. C. de patr. pot. Bart. ad l. 2. & ad l. patr. ff. de his, quæ sunt sui, vel alien. iur.
q ad d. l. 2. in fi. & ad l. patr. ff. de in ius vocand.
r sup. c. 4.
s t ad c. nuper. de testi.
u ad l. admonendi. n. 198
x d. l. 2. c. 5. §4. n. 2.
y l. 7. C. de episc. & cler.
z Auth. de sacrosan. eccl. §. nulli. & DD. ad l. fin. de iuram. calum. can. non flagitatur. 11 q. 1
a in tit. de iuram cal. §. penult. vers. item nota, quòd cum Episcopus.
b cap. quia periculosum de sent. exc. vbi oẽs not.
c cap. nõnulli & c. quoniam. & ibi omnes. de priuileg.
d d. §. nunc de sportum.
e lib 4. p. 3. n. 21.
f in c. clericum de vit. & honestat. cler.
g c. nemo. de consec. 1. d.
h c. multorũ 35. q. 5 c. si. de consang. & affinit. c. accedentibus de excess. prælat.
i c. 20. sess. 24. de refor.
k c. omnes basilicæ. de consecr. 1 d. c. omnes. 16. q. 7.
l c. quod super. de maior. & obed. c. Episc. d. 18
m c. excommunicamus. §. fin. & c. ad abolendã. §. it. de hæret.
n sess. 13. c. 6. cum seq.

quàm ex officio componant, sed etiam immunitatis ecclesiasticæ defensores ad tuendum Prælatorum personas ipsas, & bona quæcumque ecclesiarum prædictarum ab omnium iniurijs, atque oppresionibus aduersus quoslibet quauis auctoritate fulgentes, præsertim potentes seculi, velut firmissima propugnacula, & muri existant.

SVMMA EX CAPITE IX.

1 *Abbas plenam in suos monachos iurisdictionem habet, quorum delicta punire si negligat, detruditur ipse in monasterium, pœnitentiæ causa.*

2 *In vitijs partem habere præsumitur, qui vitia, cùm possit, non extirpat.*

3 *Abbas indignus, etiam congregatione renitente, deponitur.*

4 *Antistes quiuis monasteria in sua diœcesi sita visitando, corrigit.*

5 *Pro visitatione bis in anno facienda* Episcopus *potest moderatam procurationem exigere.*

6 *Nemo ante consecrationem* Episcopus, *sed* Electus *appellatur.*

7 *Benedictio non imprimit Abbatialem characterem: est enim quadam solemnitas.*

8 *Abbas ante benedictionem non impeditur, quo minus pastorali baculo, annulo, & mitra vtatur.*

9 *Abbas, vbi ter ab* Episcopo *benedictionem petierit, eo negligente, Abbatialia rite exercebit.*

10 *Abbas post Episcopum, cæteris Prælatis dignitate antestat.*

11 *Abbas canonicum, præterquam in supplicationibus, & in ecclesia cathedrali, vbique præcedit.*

12 *Abbas Archidiaconum anteit, ex Decio.*

13 *Monachi in regularibus Abbati potius, quam Episcopo, obtemperant.*

14 *Monachi subduntur Abbatibus, vt patribus filij, ac dominis serui.*

15 *Abbas in monachos ciuile, & criminale exercet omnino iudicium.*

16 *Minor Episcopo in criminibus non cognoscit.*

17 *Abbas quodlibet grauissimum crimen potius, quàm Episcopus, in suo monacho iudicabit.*

18 *Visitatores inquirunt tantum: Abbates corrigunt ex canone præscripto.*

19 *A superioribus subditi regulares non appellant.*

20 *Ex ipsa regula deducitur Abbatis auctoritas in criminibus, etiam grauissimis, sibi subditorum.*

21 *Vbi regula non disponit, standum est statutis Apostolicis.*

22 *Causam hæresis monasticam Episcopus cognoscit.*

23 *Reus hæresis, etiam exemptus, Episcopali iudicio subiacet.*

24 *Degradatio à solo Episcopo pendet.*

25 *Abbas monachos legitime excommunicare, & vt excommunicati promulgentur, curat.*

26 *Abbas potest excommunicatum, ob clerici percussionem, absoluere.*

27 *Papa non reseruante sibi excommunicationis iudicium, intelligitur Episcopo permisisse, non item Abbati.*

28 *Abbas, si habeat Episcopalem iurisdictionem, à quouis excõmunicationis nexu sibi subditum liberat.*

29 *Abbas monachum à se excõmunicatum, aut ex constitutionibus regulæ, quauis de causa absoluit.*

30 *Eius est soluere, cuius & ligare.*

31 *Abbas in ecclesijs sibi pleno iure subiectis habet iura* Episcopalia.

32 *Abbas potest aliena iura Episcopalia, tempore legitimo intercedente, præscribere.*

33 *Abbas potest in aliena diœcesi collationem habere beneficij, vt habet Abbas Sancti Benigni in Taurinensi diœcesi.*

34 *Episcopus non potest conferre beneficium collationis abbatialis in sua diœcesi vacans.*

35 *Abbas ex priuilegio* Episcopalia *insignia defert.*

36 *Abbas exemptus mitra aurifrisiata, non aurea, neque argentea, neque gemmata vti potest: non exemptus simplici, alba, & plana.*

37 *Abbates benedicti ordines minores conferebant, etiam sibi non subditis: hodie ex Concilio Tridentino nec exempti, nisi subditis.*

De Abbatibus, & eorum auctoritate. Cap. IX.

QVALIS esse solet Episcopalis dignitas in sua diœcesi, talis est abbatialis prælaturæ institutio ratione monasteriorum, & monachorum: habet 1 enim Abbas & iurisdictionem in suos monachos. ideo, si adulterium commiserint, si peculiare quid habuerint, aut furtum, aliudve simile

simile fecerint, emendare eos,& punire po-
test, vel Episcopo suo, vel Archidiacono
puniendos tradere: ad hoc enim institutus
est, vt sibi commissi gregis curam gerat, vel
ipse in aliud monasterium pœnitentiæ per-
agendæ causa detrudatur,ex decreto Con-
cilij [a] Antissiodorensis: nam videtur, qui in
officio suo conniuet, & vitia dissimulat, par-
ticeps scelerum esse, & nolle in alijs, quæ 3
ipse gerit, castigare,cùm tamen Abbas exẽ-
plar vitæ probæ monachis esse debeat, at-
que omnino à negotijs secularibus, & vitijs
procul agere. Quare Gregorius Castorio
Episcopo in hæc verba [b] rescripsit. *Abba-
tem cuilibet monasterio non alium, sed quem
dignum moribus,atque actibus monasticæ di-
sciplinæ communi consensu congregatio tota
poposcerit,ordinari volumus*. Et in Concilio
Triburiensi [c] legitur. *Si quis Abbas cautus
in regimine humilis, castus, misericors, di-
scretus, sobriusq. non fuerit, ac diuina præ-
cepta verbis, & exemplis non ostenderit, ab
Episcopo, in cuius territorio consistit, & à
vicinis Abbatibus, & cæteris Deum timen-
tibus à suo arceatur honore, etiam si congre-
gatio vitijs suis consentiens, eum Abbatem
habere voluerit*. Quæ,vt facilius euitari pos-
sint, ex eiusdem Gregorij [d] constitutione 4
in corpore canonũ clausa [e], visitandi,exhor-
tandiq. gratia ad monasteriũ, quoties pla-
cuerit, ciuitatis Antistiti datur accessus: at-
que ideo Concilium Aurelianense [f], *Non
semel*, inquit, *sed sæpius in anno Episcopi vi-
sitent monasteria monachorum, & si quid
corrigendum fuerit, corrigatur*. Ad quem
locum Gregorij non mihi displicet glossæ in-
terpretatio, vt illud verbum, *quoties*, intel-
ligatur, cùm vtilitas, vel necessitas exigit:
sin secus, semel in anno visitet Episcopus,
vel ex constitutione Innocentij [g] III. bis in 5
anno, proq. his duabus vicibus impune po-
test moderatam procurationem exigere,
præterea nequaquam. Sed exoritur dubita-
tio, an quisquam ante benedictionem ve-
re, proprieq. Abbas dici, appellarive possit.
Archidiaconus [h] putat non posse, exemplo 6
Episcopi: quippe qui ante consecrationem
non Episcopus, sed Electus appelletur:quẽ-
admodum enim, ait, consecratio dat Epis-
copo nomen, ita benedictio Abbati. Alij
vero [i], vt Abbas Panormitanus, Ioannes
Andreæ, Antonius de Butrio, Oldradus [k],
Felinus [l], & Decius [m], contrariam tuentur
sententiam, quæ mihi melior videtur: siqui-
dem Abbatis benedictio non imprimit cha- 7
racterem, sed est solemnitas quædam, quæ
præcedere debet, & fieri ante examinatio-

a can. 93.
b li. 4. epist. 43. seu c. 87. de qua in can. 3 18. q. 2
c de quo in c. 25. ead. q.
d li. 7. epist. 8.
e 18. q. 2. c. 28.
f in cap. 29. ead. 18. q. 2.
g cap. 32. de censib.
h ad c. alienationes, 12. q. 2.
i ad c. inter monaster. in fi. de re iud.
k cons. 14.
l ad c. eam te. nu 7.
m ibid n. 10 de rescript.

nem, ipso adstipulante Archidiacono [n], cui
adhærent & Hostiensis [o], & Decius [p], ne-
8 que ab illis dissentit Ioann. Andreæ [q], cùm
dicit Abbatem ante benedictionem vti pos-
se baculo pastorali, annulo, & mitra: quod
& Abbas [r] Panormit. probatur. At quid
9 opus est verbis, cùm extet Alexandri III.
elegans constitutio [s], quæ definit, quòd si
Episcopus ter fuerit requisitus de Abbate
benedicendo, & renuerit, Abbati liceat pro-
prios monachos benedicere, & alia, quæ ad
10 eius officium pertinẽt, exercere? Sit itaque,
vel non sit benedictus, post Episcopum, om-
nibus alijs prælatis præstat dignitate. Et
11 cùm aliàs dubitatum fuerit [t], an Abbas di-
gnior sit canonico, ita, vt eum possit præce-
dere: communiter receptum est in actibus
processionalibus, & in ecclesia cathedrali
solere canonicos præire: in reliquis tamen
12 præcedere Abbatem, etiam Archidiaconũ,
censuit Decius [u]. Et Abb. Panorm. [x] asse-
rit Abbatem immediate post Episcopum
locum habere, & alijs omnibus post Epis-
copum Prælatis anteferri: cui cùm esset &
ipse Abbas, ac credendum sit, in dubium
reuoco (libet enim aliquando iocari) quòd
propriam tueatur causam: ideo ei potius fi-
dem adhibendam putarem, dum dicit [y] es-
se Episcopo in spectantibus ad regulam præ-
13 ferendum. In quibus monachos suo Abbati
magis, quàm Episcopo obedire latius [z] aliàs
14 disserui. Namque monachi Abbati dicun-
tur [a] subditi, vt parentibus filij, aut dominis
15 serui, in eosq. Abbas ordinariam habet iu-
risdictionem, siue agatur [b] ciuiliter, siue
criminaliter. Quid autem, si agatur in for-
ma iudicij? Glossa [c] dicit eo casu cognitio-
nem, & iudicationem ad Episcopum specta-
re, non æque ad Abbatem: eiusdem senten-
tiæ videntur esse Innocentius [d], & Ioannes [e]
Andreæ, ex eo, quòd distinguendo, asseue-
rant, quòd si agitur de ijs, quæ concernunt
regulam, ad Abbatis pertinet iurisdictionẽ,
ex quo enim regula à superiore est appro-
bata, & confirmata, vtique facultas faciendi
ea, quæ in regula continentur, Abbati con-
cessa intelligitur. Si vero in iudicium res fue-
rit producta, tunc Episcopalis erit iurisdi-
ctionis, quoniam minor [f] Episcopo de cri-
16 minalibus causis non cognoscit. Ioannes ta-
17 men de Lignago [g] scribit, quòd si mona-
chus intra monasterij septa homicidium,
vel aliud simile delictum perpetrauerit, vel
extra adulterium, aut aliud tale crimen cõ-
miserit, & contentio fuerit inter Abbatem,
& Episcopum, vtroque huiusmodi iudicium
vindicante, Episcopo præferendum esse
Abba-

n ad can. quoniam 90 dist.
o ad c. venerabilem. de elect.
p ad d. c. cã te. nu 11.
q ad clem. attendentes. § statuimus. de stat. mon.
r ad d. c. inter monasterium.
s in c. 1. de suppl. negl. prælat.
t Bal. & alij ad c. pastor. de off. deleg. & est text. in auth. habita C. ne fi lius pro patre c. decernimus de iudic. c. fin. de offic. deleg. lib. 6
u ad d. c. decernimus. n. 22.
x ad cap. ex ore. nu. 3 de priuil.
y ad c. cum contingat. n. 11 de foro compet.
z sup. c. 4.
a in c. ad nostra. vbi Dec. & alij de appellat
b Abb. ad c. cum ab ecclesiarũ. nu. 10. & 12 de offic. ordin.
c ad c. quanto eod. & ad c. hoc tantũ. 18. q. 2.
d e ad d. c. quanto.
f c. 31. ead. q. 2.
g ad clem. ne in agro. de statu monachorum.

Abbatem ex constitutione Honorij Tertij [h],
quæ ita habet. *Visitatores, &c. diligenter* 18
inquirant, & tam in spiritualibus, quàm in
temporalibus, corrigant, & reforment, quæ
viderint corrigenda: ita tamen, quòd mona-
chos delinquentes per Abbatem loci corrigi
faciant, eisq. iniungi pœnitentiam salutarem
iuxta B. Benedicti regulam, & Apostolica
statuta. Neque ab huiusmodi sententijs ap-
pellari posse voluit [i] Alexander Tertius. Sic 19
etiam Innocentius Tertius [k] Abbati sanctæ
Trinitatis, & Priori fratrum Carthusiensiũ
videtur fecisse potestatem inquirẽdi, & exa-
minandi, & puniendi monachos, qui homi-
cidium fecerant. At, si cognitio fuisset Epis-
copi, mandasset vtique Innocentius Epis-
copo, non item Abbati: quod secus factum
esse nemo non videt. Præterea, cùm Hono-
rius tertius [l] remittat se ad regulam B. Be- 20
nedicti, & in [m] regula constitutum sit de
pœna, quæ pro grauioribus criminibus, &
culpis imponi debet, sequitur necessariò, vt
Abbas prius debeat cognoscere, & eo defi-
ciente [n] Episcopus. Si vero regula defice- 21
ret, tunc ex eodem Honorij rescripto [o], se-
cundum Apostolica statuta. Abbas quoque
Panormitanus ab his non dissentit, nisi cùm
opus esset degradatione, siue actuali, siue
verbali, etiamsi ageretur per viam inquisi-
tionis, vt est [p] hæresis. Hoc enim casu co- 22
gnitio ad Episcopum attinet qualitercũque 23
agatur, etiã [q] si reus sit exemptus, quemad-
modum in alijs omnibus casibus, qui degra-
dationem desiderant. Non est igitur dubiũ, 24
quin Abbas habeat iurisdictionem, etiam
contentiosam, eiusdem Abbatis [r] testimo-
nio. Potest quoque monachos excommuni-
care [f], & ab alijs ecclesiarum prælatis de- 25
nunciari facere excommunicatos, ipsosq. [t] 26
præsertim ratione violentæ iniectionis ma-
nuum, absoluere. Verum an absoluere va-
leat ab alijs excommunicationibus à iure
inductis, dubitari solet. Et ex illa Alexan-
dri Tertij [u] constitutione videtur posse. Pa-
normitanus [x] tamen ex Clementis [y] quinti
sanctione id negat, probatq. ex eleganti
quadam iuris [z] regula, quòd vbi Papa non
reseruat sibi excommunicationem, intelligi-
tur concedere Episcopo, non æque inferio-
ri, vt puta Abbati. Nec quidquam facit con- 27
stitutio illa Alexandri [a], propterea quòd il-
lud specialiter permissum est, quia plerũque
contingit, vt monachi, suggerente humani
generis aduersario, se inuicem percutiant:
& ne detur materia euagandi, vt perite, ac
sanctè rescripsit Bonifacius Octauus [b], con-
ceditur Abbati, vt impartiri possit, vbi opus

h in c. 1. de statu monachor. in Decretal.
i in c. 26. de appell.
k in c. 18. & 22. de homicid.
l in d. c. 8.
m in rubr. qualis esse debet Abbas in 2. diui. & q. 21. 22. 25. & 28. meminit & Host. in tit. de regul. in fina.
n tot. tit. de suppl. neg. prælat.
o d. cap. 8.
p c. ad abolendam. de hæret.
q d. cap. ad abolendam.
r ad c. significasti nu. 2. de for. cõp.
f cap. si vbi etiam Abbas & alij de regular.
t c 2. de sent. excomm.
u d. cap. 2.
x ad d. c. 2.
y clem. 1. de priuilegijs.
z c. 2. de sent. excom.
a in d. c. 2.
b in cap. 21. eod. lib. 6.

sit, absolutionis beneficium, atque ideo tra-
28 hi non debet in consequentiam. At vero, si
29 Abbas habeat Episcopalem iurisdictionem,
absoluere eum posse sentiunt glossa [c], Inno-
centius [d], Federicus [e], Antonius de Butrio [f],
Cardinalis [g], & Abbas [h] ipse. Item, si mo-
nachus ex constitutionibus ipsius regulæ sit
excommunicatus, vt post Ioannem Calde-
rinum [i] tradit Felinus [k], aut ipse Abbas ex-
communicauerit: eo enim casu ad eum spe-
ctaret [l] absolutio: quoniam eius est soluere,
30 qui potest ligare. In ecclesijs autem sibi
31 pleno iure subiectis Abbas habet [m] iura
32 Episcopalia, quæ & in alijs ecclesijs ipsum
33 longo tempore præscribere posse ex duabus
Innocentij Tertij [n] constitutionibus haud
obscure constat, quas ita sentire constanter
defendunt Ioannes Andræ [o], & Nicolaus [p]
Panormitanus: quamobrem in aliena diœ-
cesi, ac in diuersis Episcoporum diœcesi-
bus habere potest collationem beneficij, vt
Abbas S. Benigni Fructuariensis in Tauri-
nensi Prouincia, qui in omnibus prope
transpadanis diœcesibus, etiam Venetæ di-
tionis, item & Liguriæ, & in Graijs Alpibus,
hoc est in diœcesi Augustæ Prætoriæ habet
collationem beneficiorum ad numerum tre-
centorum, licet ex ijs multa, aut ob bellorũ
iniuriam, aut ob Abbatum negligentiam,
sint quodammodo deperdita, & Episcopis,
in quorum diœcesibus sunt posita, quasi
acquisita, ne dicam vsurpata: quod ego op-
time scio, cùm illi insigni Abbatiæ præfue-
rim mandante summo Pont. Gregorio XIII.
dum Abbate, vel vt aiunt, Commendata-
rio vacaret, eoq. creato, tanto tempore,
quanto ipse eandem Abbatiam retinuit, quo
currente tempore non pauca tam secularia,
34 quàm regularia beneficia contuli. Vnde
cùm dubitatum esset, an Episcopus, qui man-
dato summi Romani Pontificis tenetur in
sua diœcesi aliquem de beneficio prouide-
re, valeat conferre illud beneficium, quod
ad alicuius Abbatis collationem spectat,
Gregorius Nonus [q] haud posse rescripsit.
35 Licet item Abbati ex priuilegio Episcopa-
lia [r] insignia deferre, videlicet mitra, & pa-
36 storali vti. Sed memini me in Paratitlis [f]
meis dixisse inter Abbates esse aliquam
differentiam: quòd [t] exempti, quibus con-
cessum est, in prouincialibus Concilijs, &
Episcopalibus synodis mitris tãtum vti pos-
sunt aurifrisiatis, non tamen aureas, vel ar-
genteas laminas, aut gemmas habentibus,
non exempti simplicibus, & albis, & planis.
37 Omnes tamen, si fuerint benedicti, clerica-
tum [u], ac ordines [x] minores conferunt. Etsi
hodie

c ad clem. 1. in verb. proprij. de reb. eccl. non alien.
d ad c. statuimus. in fi. de translat.
e consil. 14.
f ad c. cum & plantare. vbi etiã Abbas. de priu.
g ad clem. ne in agro. §. ad hæc. q. 2. de stat. monach.
h ad c. significasti. de foro compet.
i in cons. 6. sub tit. de excomm.
k ad d. c. 2. nu. 5.
l in c. ab excommun. de rescript.
m Abbas ad c. 1. nu. 5. de reb. eccles. non alienan.
n c. 15. & 18. de præscrip.
o ad c. cum Episc. de offic. ordin.
p ad c. cum non liceat. num. 27. de præscript.
q In c. 40. de rescrip.
r Abbas ad c. cler. nu. 6. de vit. & honest. cler.
f in tit. de priuileg.
t cap. 6. eod. lib. 6.
u cap. 11. de ætat. & qualit. ord.
x Abbas ad c. clerici n. 6. de vit. & honest. cleric.

hodie ex nouo sacrosancti Tridentini Concilij decreto y eis non licet (etiam si nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur) cuiquam, qui regularis subditus illis non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre. Omitto cætera immunitatum priuilegia, quæ monachi habent, & Abbates, vt, quæ omnibus in propatulo sint.

y c. 10. sess. 23. de refor.

SVMMA EX CAPITE X.

1 *Eadē, qua monachi, moniales profitentur.*
2 *Professio impuberis ante ætatem adultam non firmatur.*
3 *Vis, metus, fraus, & huiusmodi professionem factam remittunt.*
4 *Professionis iure canonico ætas anno duodecimo est perfecta: ex Concilio autem Tridentino sextusdecimus est necessarius expletus.*
5 *Probatio integrum annum requirit: ante annum, nulla est.*
6 *Voluntas puellæ explorari debet quàm maxima diligentia, priusquam ipsa habitum suscipiat.*
7 *Cogentes puellas ad monachismum cum participibus, anathemate feriuntur.*
8 *Presbyter, concedente Episcopo, moniales consecrat.*
9 *Statos dies habet virginum consecratio: Epiphaniam, hebdomadā in albis, dies Apostolorum natalitios, necnon Dominicos omnes.*
10 *Sextuplex est velum monasticum: nempe conuersionis, professionis, consecrationis, ordinationis, prælationis, & continentiæ, ac obseruationis.*
11 *Velum continentiæ est vidnarum.*
12 *Viduæ velum ab altari proprijs manibus accipiunt.*
13 *Velum viduale, & virginibus, virginale vero viduis non competit adeo, vt nec Episcopus dispenset.*
14 *Velum virginale consecrationis, integritatem carnis* CHRISTI *in virginali continentia significat.*
15 *Violenter corruptæ non consecrantur, licet apud Deum gloriosæ sint.*
16 *Consecratio negatur per vim corruptis, quia de animi earum integritate Ecclesia non constat.*
17 *Episcopus corruptus consecratur, quia Ecclesiam militantem repræsentat: fœmina per vim corrupta secus, quia triumphantem.*
18 *Corrupta priuilegium canonis, siquis suadente diabolo, habent: item conuersæ.*
19 *Canon de manuum iniectione, etiam laico diuino seruitio mancipato communis est.*
20 *Appellatione monachorum veniunt quoque moniales.*
21 *Appellatione fratrum S. Francisci Sanctæ Claræ moniales non intelligi, dixerunt nonnulli.*
22 *Moniales, ob manuum iniectionem, excommunicationem passæ, ab Episcopo rite absoluuntur.*
23 *Monialem stuprans, adulterium, incestum, & sacrilegium committit.*
24 *Monachis cum monialibus habitare, conuiuari, psallere in choro non permittitur.*
25 *Moniales non sunt frequentandæ.*
26 *Ethnici quoque septa sacrarum fœminarum frequentari vetuerunt.*
27 *Vestalium templum non consecrabatur, ne ibi Senatus haberetur.*
28 *Senatus, curiave non conueniebat apud Romanos, nisi in loco inaugurato.*
29 *Abbatissis monachæ, sicut Abbatibus monachi, obediunt, si sint canonice electæ.*
30 *Abbatissali culmini hodie triginta anni expleti sufficiunt.*
31 *Abbatissa benedictionē per annum negligens, ius amittit: secus si culpa superioris.*
32 *Benedictio non est de substantia magistratus, ideo iterum fieri potest.*
33 *Fœmina illegitima Abbatissalem honorem non consequitur: nec dispensatione Episcopali iuuatur.*
34 *Monachus illegitimus, nec prælaturam in ordine, nec ecclesiasticam dignitatem obtinet.*
35 *Abbatia numeratur inter inferiores dignitates.*
36 *Abbatissa est capax iurisdictionis Episcopalis.*
37 *Abbatissa habet iurisdictionem fori contentiosi.*
38 *Abbatissis exercitium clauium est interdictum, quia sunt ordinis incapaces.*
39 *Fœminis ethnicorum quoque execratio fuit interdicta.*
40 *Abbatissæ obedientiam subditorum sustentare brachio iudicis possunt.*
41 *Abbatissæ possunt beneficia conferre, quæ ad suam collationem pertineant, ac curam animarum per alterum exercere in suis ecclesijs.*
42 *Abbatissa possunt habere feudum, & pro eo per procuratorem litigare.*
43 *Abbatissa iurandæ fidelitatis causa monasterio*

nasterio exire possunt, si per procuratorem nequeunt.

44 *Causa exeundi monasterio ab arbitrio Episcopi pendet.*

De Monialibus, Abbatissis, earumq. auctoritate, & prærogatiua. Cap. X.

HACTENVS de religiosis viris: nunc de fœminis, quæ ordinis regulam monasticã virorum amplectuntur, erit sermo. Quemadmodũ enim nonnulli diuino spiritu ducti, alicuius religionis, aut ordinis regulis, & institutis se deuouent, vt omnibus curis secularibus soluti, Deo magis deseruire valeant: sic ex fœmineo sexu prodeunt, quæ contemptis rerum humanarum illecebris, blanditijs, & lenocinijs, se, virginitatemq. suam Deo rerum conditori, vti sponso optimo, dedicant, & consecrant, eæq. vulgò, vt illi monachi, *montales*, siue *monachæ* appellantur. Consecrantur Deo virgines, & viduæ: sed illæ profitentur votum virginitatis, istæ castitatis solum, & [a] viduitatis; nec enim virginitatem, quam amiserunt, deuouere possunt.

a c. 3 d. 26. c penult. & vlt. 20. q. 1. c. 33. & 37. §. viduæ ff. 27. q. 1.

1 Nec omnes moniales eiusdem sunt regulæ, & habitus, sed diuersorum ordinum, prout viuendi institutum delegerunt: eademq. generaliter profitentur se seruaturas, quæ monachi, videlicet castitatem, seu virginitatem, paupertatem, obedientiam, & alia, quæ ordinis, in quem transeunt, sunt. 2 Nec quolibet tempore recipi solent, vel si recipiuntur, non profitentur: vt si ante pubertatis annos fiat professio, tunc demum rata [b] erit, quando ætas adulta esse cœperit, anno videlicet probationis elapso, si modo sponte ingrediantur minores monasterium, non autem si vis [c], metus, aut deceptio [d] intercesserit. 3 Spontanea autem virginis voluntas ætate xij. annorum æstimatur [e] iure canonico, quanquam aliud à sacrosancta, & oecumenica Tridentina synodo ius [f] sit cõstitutum, 4 nempe vt in quacumque religione tam mulierum, quàm virorum professionis votum non emittatur ante xvj. annum expletum, nec qui minore tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione permanserit, ad professionem admitti possit. 5 Professio vero antea facta nulla sit: nulláq. inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel ordinis, vel religionis obseruantiam, aut ad alios quoscumque effectus. Decreuitq. [g]

b c. 1. 20. q. 1

c can. 9. & 10. 20. q. 1. can. 4. ead. q. 3.

d c. fin. ead. q. 1.

e d. c. 1. & 3 ead. q. 1.

f c 15. sess. 25. sub rub. de regul. & monialib.

g c. 16. ead. sess.

6 eadem synodus, puellam, quæ habitum regularem suscipere velit, nisi maiorem duodecim annis, non posse, nec eo suscepto, professionem postea emittere, quàm explorauerit Episcopus, vel eo absente, aut impedito, eius vicarius, aut aliquis pro eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an scilicet coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat, nec aliter recipi debere, nisi voluntas 7 eius, & pia, & libera, cognita fuerit. Immo anathemati subijcit [h] omnes, & singulas personas, cuiuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliã quamcumque mulierem inuitam, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscũque religionis, vel ad emittendam professionem: eosq. qui consilium, aut auxilium, aut fauorem dederint, & qui eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, 8 vel auctoritatem interposuerint. Eæ, si spõte, nemineq. cogente, ingrediantur monasterium, ab Episcopo consecrantur [i], vel eius consensu, & auctoritate, à presbytero. Stati 9 autem, & definiti dies sunt, quibus licet virgines consecrare, hiq. à Gelasio [k] describuntur: videlicet dies Epiphaniæ, hebdomada paschalis, quæ vocatur in albis, dies natalitij Apostolorum: quod comprobauit & Pius [l] Papa I. etsi Hugo, quem Ioannes à Turrecremata [m] sequitur, putat etiã alijs diebus festiuis fieri posse consecrationem: nam Alexander [n] III. rescripsit quolibet die Dominico virgines Deo dicatas consecrandi, & minores ordines conferendi ius Episcopis esse. Sed dubitatio est de viduis, an scilicet, velari possint. Gelasius ita statuit [o]. *Viduas velare nullus Pontificum attentet:* cùm tamẽ passim legamus [p] viduas velari, nec posse accepto velamine, ad se-10 cunda vota transire. Ioannes à Turrecremata [q] sex enumerat veli genera, vt primum sit conuersionis, secundum professionis, tertium consecrationis, quartum ordinationis, quintum prælationis, vltimum continentiæ, & obseruationis: & hoc viduarum [r] est, da-11 riq. ab Episcopo, & à sacerdote potest. immo viduæ ipsæ, facta coram monasterij Præ-12 fecta, seu Abbatissa professione, ab altari valent ipsum accipere. Tale etiam velum 13 virginibus, & viduis dari potest, virginale vero solis virginibus, nec licere Episcopo dispensare idem Ioann. à Turrecremata arbitratur [s]. Sed cur hæc varietas? S. Thomas, vt in omnibus solet, perite respondet [t] ca, quæ in Ecclesia corporaliter aguntur, signa

h c. 18. ead.

i c. 1. in fin. cum seq. 26. q. 6. c. 1. de temporibus ordinand.

k c. 11. 20. q. 1.

l in § c. pen. ead. q. 1.

m ad d. c. 8. in fine.

n in d. c. 1. de temp. or.

o in d. c. 11. in fine.

p per totum 20. q. 1. & 27 q. 1. & in c. 4. de reg. & transeunt. ad relig.

q ad d. c. 11 nu. 11.

r c. vlt ead. q. 1. & in c 8. c. 20. c. 34. 27. q. 1. & d. c. 4 de regularib.

s ad d. c. 11. n. 11. in verb. sextum.

t in 4 d. 38.

signa esse rerum incorporalium, quas spiritualia vocamus: verum, quoniam corporale signum non exacte potest repræsentare spirituale signatum, ideo fit interdum necessario, vt ad eamdem rem spiritualem significandā plura signa corporea accommodentur, & aptentur. Matrimonium spirituale CHRISTI, & Ecclesiæ habet fœcunditatem, per quam regeneramur in filios Dei viui, & in incorruptionem, qua CHRISTVS elegit sibi Ecclesiam non habentem maculā, neque rugā, aut aliquid huiusmodi, prout Apostolus ad Ephesios testatur u, & ad Corinthios x dicens. *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere CHRISTO.* Corporalis vero fœcunditas integritatem carnis CHRISTI non exprimit, atque ideo oportuit in diuersis signis repræsentari spirituale coniugium eius, & Ecclesiæ, quantum ad fœcunditatem, & quantū

u Ephes. 4.
x 2. Cor. 3.

14 ad integritatem. Quemadmodū igitur spirituale matrimonium per carnale repræsentatur, quantum ad fœcunditatem, ita aliquid esse debebat, quod & spirituale matrimonium, quantum ad eius integritatem, repræsentaret. Quod fieri non poterat aliter, quàm in velatione virginum, prout ostēditur in ijs omnibus, quæ in velatione proferuntur, & geruntur: vnde, quia integritatis significatio plena non est, nisi in continentia virginali, ideo solæ virgines velantur velo consecrationis, adeo, vt non consecrentur, quæ violenter fuerint corruptæ, te- 15 stimonio Alberti Magni, eiusq. discipuli y Thomæ Aquinatis. *Quia*, inquiunt, *tales, quæ per violentiam corrumpuntur, licet, si nullo modo consentiant, virginitatis gloriam apud Deum non amittant, vnde aureolam consequuntur, non tamen consecrantur.* Quod & S. Leo Papa statuit z dicens. *Illæ autem famulæ Dei quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia, si se incōtaminatis non audeant comparare virginibus.* Et B. Gregorius a. *Quamuis violenter oppressæ pudicitiam non amiserint, incōtaminatis tamen se non audeant exæquare virginibus.* Quia forsan licet omne peccatum ex 16 voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui; tamen, quia haud facile Ecclesiæ, quæ de interioribus b non iudicat, constare hoc potest, & exterius manifeste apparet fuisse corruptam, ideo illas virginibus compatari prohibetur. Hinc glossa c, quam citat, & sequitur d Ab- 17 bas, quærit rationem diuersitatis inter consecrationem mulieris corruptæ, & consecra-

y in dicta. dist. 38.
z c. 14. 32. q. 5.
a li. 12. c. 9. super Iob de quo in can. 13. ead. q. 5.
b c. 18. de sent. excom.
c ad c. 2. d. 26.
d ad c. 2. in fi. de consec. eccl. vel alt.

tionem corrupti Episcopi, qui vxorem habuit, & post vxoris excessum, etiam concubinam. Nulli enim dubium est, quin consecratio Episcopi sit longe maior, & dignior virginum consecratione. In Episcopum tamen consecrari potest, non modo, qui vxorem habuit, sed etiam, qui mortua vxore, habuit e concubinam. Si qua vero mulier fuerit corrupta, siue ante, siue post baptismum, inter sacras virgines consecrari minime potest. Cuius rei ratio est, quia virgo ecclesiam triumphantem significat, in qua nec macula, nec ruga f est, sed Episcopus ecclesiam militantem, in qua bonos, & ma-

e c. vlt. 33. p & c. 8. dist. 34.
f c. 4. d. 21.

18 los contineri satis compertum g est. Et licet corruptæ mulieres inter virgines minime consecrentur, non dubito tamen, quin gaudeant canonis h priuilegio, vt gaudere solent ex Innocentiana i cōstitutione reliquæ virgines Deo dicatæ. Nam si conuersi, & conuersæ hoc habent priuilegium, vt nemo in eos, easve absque excommunicationis k nota violentas manus possit inijcere, multo magis gaudebūt viduæ, & aliæ corruptæ or-

g c pen. dist. 32. c. 21. 12. q. 3.
h c. si quis suadente. 17 q. 4.
i c. de monialib. de sē ten. excom. vbi Abbas & alij, & ad c. veniens. n. 2 eod.
k d. c. de monialibus.

19 dinis alicuius regulam professæ. Quare Abbas erudite censuit l priuilegium canonis nō competere solum charactere clericali insignitis, sed omnibus Dei seruitio mancipatis, ita vt priuilegium hoc sit omnino m ec- 20 clesiasticarum personarum. Nec aduersatur, quòd canon n nullam faciat moniali ū mentionem, sed de clerico tantum, & monacho loquatur: quia monachorum verbo, & moniales comprehenduntur ex illa vulgatissima o iuris regula. *Masculinum concipit fœmininum:* etsi appellatione fratrum S. Fran- 21 cisci, moniales S. Claræ venire negant Bal- 22 dus p, Paulus de Leazera q, & Alexander r: quoquo modo autem moniales ipsæ in sententiam excōmunicationis inciderint, etiā per violentarum manuum in alias, aut cleri- cos iniectionem, ab Ordinario loci benefi- 23 cium f absolutionis obtinere possunt. Suntq. ita sacrosanctæ, vt si quis eas carnaliter cognouerit, tria delicta vno, & eodem tempore, adulterium scilicet, incestum, & sacrilegium committere t receptum sit. Quare, si aliquid habuerint negotij, ne detur materia talia committendi, possunt procuratorē pro quauis causa u constituere, ne ipsæ extra 24 septa monasterij exire cogantur. Immo, vt omnis mala suspicio de monialibus cesset, decretum quoque x fuit, vt cuiuscumque ordinis essent, siue Basiliani, siue Augustiniani, siue Benedictini, siue alterius quoquo nomine nuncupari, in cœnobijs, ecclesia, refectorio, seu cœnaculo, & dormi-

l ad d c. de monialib.
m cap. quisquis. ead. 17. q. 4. & notatur ad c. nō dubium. de sent. excom.
n d c si quis suadente.
o l. si ita fuerit ff. de leg. 2. & l. 1. ff. de leg. 2. & l. 1. ff. de verbor. signif.
p ad l. quicumque. C. de seru. fug.
q ad clem. 2 de elect.
r in cōs. 116. volum. 1.
f d. c. de monialibus.
t Abbas ad c. ac si clerici. nu. 35. de iudic. & ad c. cum dilectis. nu. 2 de purg. canon.
u Abbas ad c. cu dilect. n. 1. de rescr.
x c. 25. 18. q. 2.

torio, simul conueniant, vnà degant, nec separatas ædiculas sibi construant, vel habeant. Neque monachis ex constitutione Sancti Basilij cum monialibus habitare licet, neque pernoctare, seu cubare in earum monasterijs, neque singulariter cum monacha [y] conuiuari: incauta enim, & inconsulta familiaritas mulierum, & clericorum, non minus suspecta, quàm [z] periculosa est: quam ob causam moniales cum clericis, & alijs monachis in eodem choro psallere non [a] debent. Neque ab re Nicæna [b] synodus cauit, ne duplex esset monasterium, idest, ne vno ambitu monasterium virorum, & mulierum concluderetur propter scandalum, cauitq. Lateranensis [c], ne monasteria mulierum frequentarentur: quod & apud veteres ethnicos obseruatum esse intelligimus. Siquidem virginum Vestalium tem- 25
plum non consecrabatur: nec temere, aut 26
irreligiose, sed consultò, optimaq. ratio- 27
ne, ne videlicet illuc Senatus conueniret: 28
non enim poterat alibi, quàm in loco inaugurato curia, aut senatus haberi, auctore Seruio in illud [d] Virgilij.

Horrendum siluis, ac religione parentum.

Cæterū iuris indubitati est, moniales perin- 29
de suis Abbatissis, vel Priorissis, vel alijs eiusdem nominis Præfectis subijci, & parere, atque solent Abbatibus monachi: namque Abbatissa liberam, non obstante fœmineo sexu, habet sui monasterij administrationem [e], si canonice sit electa. Et quam- 30
quam olim in Abbatissam eligi non posset, quæ sexaginta [f] annos non esset nata: hodie tamen sufficit, quòd maior sit triginta, 31
ex constitutione Bonifacij Octaui [g], ita, vt si expresse professa ordinem regularem, non alio modo: quæ si eligitur ex monasterio, cuius Abbatissæ soleant benedici, & inrra annum non fuerit benedicta, ius omne, quod ex electione habuit, ipsam perdere dicit Panormitanus [h] Abbas. Quod in- 32
telligo, si per eam steterit, quominus benedicatur, non æque si per superiorem [i]: sed non est necessaria benedictio: quinimmo [k] glossa, & post eam Imola [l] dubitat an Abbatissa benedicta iterum possit benedici. Cardinalis [m] dicit posse, cuius dictum probat, & commendat Felinus [n], quia, vt de Abbate differebam [o], benedictio ista non imprimit characterem, sed est solemnitas quædam, cuius iteratio minime prohibetur. Hinc quæsitum fuit, an illegitimo matrimonio nata possit eligi in Abbatissam: glossa [p] dicit indistincte, quòd patiens defectum in natalibus, non potest, & quòd 33

[y] c. 21. 22. & 26. ead. q. 2.
[z] c. 20. ead. q. 2.
[a] c. 25. ead. q. 1.
[b] synod. 2. c. 20.
[c] c. 8 de vita. & honest. cleric.
[d] li. 7. Aene.
[e] Abbas ad c. 2 nu. 4. de his, quæ fiūt a prælat.
[f] c. 1 & 2. 20 q. 1.
[g] cap 43. in prin. de elec. lib 6 Abbas ad c. super inordin n 7. de præben.
[h] ad c. meminimus. n. 5. de accus.
[i] argomēto c. 1 de supp. negl. præl.
[k] ad clem. attendentes. in verb. benedicti. de stat. regul.
[l] ad d c meminimus
[m] ad d clē ment attendentes c. 4.
[n] ad d. q. meminimus. nu. 5.
[o] sup. c. proximo.
[p] ad cap indemnitat. in verb. canon. de elect. li. 6

virgo omnino esse debet [q], adeo vt Episcopus indulgere non valeat, prout Feli-
34 nus [r] Cardinalem [s] sequutus affirmat: est enim [t] iuris certissimi illegitimum, si monachus sit, frustrari omni spe consequendi prælaturam, vel quamuis aliam ecclesiasticam dignitatem: & quamuis Abba-
35 tia non dicatur esse dignitas excellens, sed potius, vt ait Abbas [u] Panormitanus, numeretur inter inferiores dignitates, Abbatissa tamen [x] dicitur habere dignitatem, & est capax iurisdictionis [y] Episcopalis, habereque iurisdictionem fori contentiosi
36 suo rescripto ostendit Honorius Tertius [z].
37 licet confessiones audire, prædicare, aut benedicere, mulierum non esse asseueret Panormitanus [a] ex Innocentij Tertij responso. Quamuis enim fœminæ quandoque obtinere possint ratione dignitatis quādam ecclesiasticam iurisdictionem, quo ad correctionem [b], & administrationem, non tamen possunt aliquam iurisdictionem exercere, quæ ad claues spectet, nec in
38 foro interiori, nec in exteriori, prout præclare illa Innocentij [c] constitutione demonstratur: ex ea etenim constat aperte non posse fœminis competere clauium vsum respectu ordinis, cuius sunt incapaces. idque pluribus ostendunt Ioannes [d] Roffensis aduersus Lutherum, & Alfonsus [e] à Castro aduersus hæreses, etiam si extaret consuetudo, vt possent excommu-
39 nicare, testimonio [f] Felini. Quod & apud
40 ethnicos obseruatum fuisse aliàs [g] docui, videlicet execrationum officia ad fœminas nequaquam pertinuisse, non item supplicationem: non est tamen dubium, quin possint inuocare officium iudicis, vt excommunicet [h], & curet, vt illam, quam debent subditi, reuerentiam, & obedientiam Abbatissis præbeant: quæ vero ordinis non
41 sunt, sed iurisdictionis, exercere valeant, præsertim beneficia, quæ ex priuilegio ad earum collationem spectare [i] possunt, conferre: immo & ipsis curationem animarum, seu curatum beneficium habere licet, dummodo exercitium alteri committant, hocq. in ecclesijs sibi pleno iure subiectis, vt Rota eleganter decidit [k], & Felino placuit [l].
42 Possunt etiam habere feudum, ratione cuius, sicut & aliarum litium, ne clausuras monasterij eas exire oporteat, cogātur temporales [m] iudices, seu domini, iremq. ecclesiastici, & in temporalibus, & spiritualibus concedere per ecclesiasticam censuram, vt in curijs per procuratorem litigare possint.
43 Quòd si Principibus secularibus fidelitatis

[q] glos. ibid. & ad d. clem attendentes in verb. rationabilis.
[r] ad d. cap. meminimus. nu. 4.
[s] ad d. clem. attendentes §. statuimus, q. 2.
[t] c. 1. de filijs presbyt. quod confirmauit Sixtus Papa V.
[u] ad c. per tuas 1 nu. 7. de simon.
[x] l. generali. vbi Accurs. & Bald. C. de sacros. eccles. & c. indemnitatib. §. verum in vers. dignitate & ibi Dominic in 3. not. Abbas ad c. de multa. n 11. de præb. Felin. ad d. c. meminimus. n 5.
[y] c. dilecta. vbi Abbas, & alij de maior. & obed.
[z] d. c. dilecta.
[a] ad c. noua. nu. 1 de pœnit. & remiss.
[b] d. c. dilecta. & c. ex dilecto. et c. sic. vid. vt annot.
[c] d. c. noua. de pœnit. & remiss.
[d] art. 5.
[e] in verb. absolutio.
[f] ad d. c. dilecta. nu. 6
[g] sup. lib. 1. c. 22. nu. 9.
[h] d. c. dilecta.
[i] Abbas ad c. cum dilectus n. 3. de consuet.
[k] tit. de præben. decis. 21 in antiq.
[l] ad c. cum venerab. nu. 36. de excep.
[m] c 1. § penul. de stat. monac. li 6. & in Conc. Trid. cap. 5. sess. 25. sub. de reg. & monial.

sacra-

sacramentum præstare minus per procuratorem potuerint [n], exire permittentur, & personaliter iurare: etsi hodie de hoc dubitari posset ex noua illa [o] Tridentini Concilij sanctione, qua cauetur nemini sanctimonialium licere post professionem exire è monasterio, etiam ad breue tempus, quocũque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. Arbitrabitur itaque Episcopus, an hæc sit causa legitima, ob quã exire liceat, quamuis prudenter, pie, sanctéq. fecerit Princeps, si ne exeundi habeãt occasionem, ad eas miserit ex suis magistratibus aliquem, qui vnà cum alia persona ab Episcopo loci deputata, fidelitatis iuramentum suscipiat, & ad Principem referat. 44

n d.c.1.§.2. o d.cap.5.

SVMMA EX CAPITE XI.

1 *Per Solem luminare maius spiritualia, per lunam, quæ est minus, temporalia designantur.*
2 *Homo duo luminaria habet: rationem maius, sensum minus.*
3 *Corpus animi causa conditum est.*
4 *Summi Pontif. potestas, quia ad animam, multo magis ad corpus extenditur.*
5 *Trita iuris regula est: si vinco vincentem te, multo magis vinco te.*
6 *Zacharias Papa regnum Gallicanum inutili Regi ademit, ac in alium transtulit.*
7 *Stephanus Secundus Imperium à Græcis in Germanos transtulit.*
8 *Gregorius Quintus, seu decimus electionem Imperatoris Germanis tradidit.*
9 *Romanus Pontifex est quasi Deus in terris, & totius orbis supremum obtinet magistratum.*
10 *Summo Pontifici, quasi* CHRISTO, *flectuntur genua.*
11 *Imperator caput summo Pontifici submittit.*
12 *Spiritualis potestas terrenam instituit, & iudicat.*
13 *Papa à nemine iudicatur.*
14 *Imperator discere, non docere, atque ecclesiasticam formam sequi debet.*
15 *Imperator catholicus est filius, non Præsul Ecclesiæ.*
16 *Electio cuiusuis ecclesiastici ministerij facta à seculari Principe irrita est ex concilio sexto.*
17 *Episcopus obtinens ecclesiam per Principem secularem est deponendus.*
18 *Principi terreno permittitur iurisdictio in ecclesia ad coercendos contumaces.*
19 *Principes non possunt eligere Episcopos.*
20 *Perfecta electione Episcopi, Principis assensus requiri non prohibetur, ita tamen, vt electio firma remaneat.*
21 *Episcopus regia ordinatione factus recipi non debet.*
22 *Nuper electi Episcopi Regibus Galliarum fidelitatis iuramentum præstant, quod ex priuilegio Apostolico ei regno competit.*
23 *Facere homagium pro spiritualibus Principi nemo debet, nisi suadeatur Apost. eius priuilegio.*
24 *Duces Sabaudiæ habent priuilegium in Episcopos eligendos, quòd nisi eorum subditi, ac fide perspicui, non eligantur.*
25 *Antonius Bagnasaccus electus Episcopus Fossanensis priuilegia Ducis Sabaudiæ scriptis editis asseruit.*
26 *Chalcedonense concilium Senatum Cæsaris in ferenda sententia de Dioscoro socium noluit.*
27 *Adeuntes Imperatorem in spiritualibus mulctandi sunt.*
28 *Nec ex sacris canonibus, nec ex concilijs colligitur Principes mundi concilijs adesse debere.*
29 *Theodosio Imperatori, & Theoderico Regi non probatur Principes se rebus ecclesiasticis ingerere.*
30 *Galla Theodosij mater Legatos summi Pontificis synodo præsidere solitos asserit.*
31 *Nicænum concilium Legatos* Pontificis *Romani concilio præesse debere decreuit: decretum vero fraudibus hæreticorum, in concilio non inuenitur, sed ab ijs, qui interfuerunt, factum fuisse asseueratur.*
32 *Nec* Principes *laici, nec Episcopi conciliũ possunt, absque Romani* Pontificis *auctoritate, cogere, hocq. diuino iure.*
33 *Apud Hebræos quoque summi sacerdotes tantum concilia cogebant.*
34 *Crimina grauiora in concilio à Moyse facto: leuiora in iudicio discutiebãtur.*
35 *Gehenna locus erat, vbi cadauera damnatorum cremanda proijciebantur.*
36 *Etiam apud Hebræos grauiora in concilijs agitata sunt.*
37 *Concilium apud Hebræos in domo* Pontificem *intrari solitum tantum.*
38 *Antiqua Apostolica statuta prohibent concilium fieri inscio Romano Pont.*
39 *Chalcedonense concilium acclamauit non esse concilium, quod auctoritas Apostolica non coegisset.*

40 Plures veteres Pontifices concilio vim Apostolico arbitrio tribuerunt.
41 Episcopus, vbicumque sit, Episcopus est.
42 Diuitiæ, aut paupertas statum Episcopalem non mutant.
43 Sanctus Gregorius quattuor priora concilia, sicut quattuor Euangelia veneratus est.
44 Gratianus decreti compilator canonibus decretales epistolas Pontificum pares facit.
45 Innocentius Papa Tertius, se parem concilio facit.
46 Romanus Pontifex absque dubio maiorem concilio auctoritatem habet.
47 Hæreticus est, qui à Papa ad concilium appellat.
48 Pontifex Romanus non potest se submittere concilio.
49 Qui se concilijs subiecerunt Pontifices, propriæ vitæ rationem reddere tacite voluerunt.
50 Ipse Deus quandoque humanum de se iudicium non detrectauit.
51 Concilium sede vacante iniri potest: sed nihil aduersus Papam statuere.
52 Papa papali auctoritate firmatas concilij constitutiones abrogat.
53 Papa constitutioni conciliari derogante, necessarium est fieri mentionem specialem concilij, idque in Romana curia obseruatur.
54 Plenitudo potestatis Papalis, ad constitutiones conciliares difficilius extenditur, quàm ad alias.
55 Per hæc verba papalia: non obstante quacumque lege in contrarium facien te, non tollitur auctoritas concilij.
56 Plenitudo potestatis non præsumitur, nisi sit expressa à Papa.
57 Præsumitur plenitudo potestatis, cùm Princeps aliquid facit ex certa sciētia.
58 Rescripta iuri aduersantia vitiosa præsumuntur, præcipue, si concilijs obsistāt.
59 Non derogatur concilijs, nisi ex iusta causa. Papa id potest sine causa.
60 In ijs, quæ fidei sunt, Papa non derogat concilio, sicque intelliguntur verba Hieronymi ad Euagrium Episcopum, & Gregorij ad Ioan. Episcopum.
61 Quoad fidem, Papa non dispensat: quoad statum fidelium ordinationem secus.
62 Papa nec in ijs, quæ fidei sunt, concilio, sed Deo subest.
63 Summus Pontifex, si articulum fidei ab Ecclesia receptum reijciat, vt hæreticus damnari potest.
64 Papam in hæresim lapsum concilium legitime iudicat.
65 Concilium, si Papa sit hæreticus, absque ipso congregabitur.
66 Papa hæreticus non est Papa.
67 Papa, qui lapsus est in hæresim, si corrigi paratus sit, non deponitur.
68 Papa Marcellinus thura idolis adoleuit.
69 Non est vere hæreticus, qui mortis metu labitur.
70 Sententia Papæ in dubium patrum concilij sententiæ præfertur.
71 In dubio rei non damnantur.
72 Melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.
73 Malesensit Gratianus, Anastasium Pontificem, quòd Acatium reuocare voluerit, accusando, cùm quo tempore id factum dicit Gratianus, iam mortuus fuisset Acatius.
74 Pauciores, meliores.
75 Pondere, non numero sunt res expendendæ.
76 Pro fide CHRISTVM rogatorem habuit Christianismus.
77 Petro, & successoribus datum est in fide fratres firmare. Hinc plenitudo potestatis.
78 S. Hieronymus suam fidem Pontif. Romano omnino submittit.
79 Papæ iudicium quorumuis patrum opinioni præfertur.
80 Principum voluntas recta esse præsumitur.
81 Papa viuus iustitiæ fons à Socino appellatur, est enim iudicum maximus.
82 Pares à paribus non possunt cogi.
83 S. Augustinus Apostolicam cathedram in Romana Ecclesia esse palàm professus est.
84 Augustini verba conciliantur.
85 Per concilia veritas clarius sonat.
86 Sententia Romanæ sedis in mutabilibus in melius mutari potest.
87 Nec à Principe, nec plerūque à iudicibus ab eo datis, nec à senatu appellatur.
88 Summus Pontifex sententias concilio aliquando remittit ad conuincendos pertinaces, non autem, quia ab ipso ad concilium appelletur.
89 Hæreticus est, qui à Papa ad concilium prouocat.
90 Papa se subijcere appellationi, aut quemquam sua potestate eximere non potest.
91 Papa nec vouere, nec iurare potest, quod sit suæ potestati aduersum.
92 Papa, quæ ante papatum iurauit, factus Papa,

Digitized by Google

Papa, soluere potest, præsertim, si suæ potestati aduersentur.

93 *Conciliorum decreta Papa interpretatur.*

94 *Congregatio Cardinalium super concilio, vt vulgò aiunt, pro interpretatione conciliarium decretorum instituta fuit.*

95 *Sixtus V. congregationi super concilio nuncupatæ Nouocomensem, Rusticucium, Carafam, Aretinum, Matthæium, & Cusanum Cardinales præfecit, & quare hos præsertim.*

96 *Pius Papa V. summa cum laude concilij sanctionibus fauit.*

97 *Sedes Romana dubia de fide sola soluit, ac sacra volumina amplectitur, aut reijcit.*

98 *Lex vetus iudicialia, & cæremonialia determinabat: noua moralia tantum.*

99 *Summus Ecclesiæ Pastor iudicialia, & cæremonialia determinat.*

100 *In ijs, quæ de iure naturæ sunt, Papa non dispensat. In humanis, seu positiuis secus.*

101 *Iudicialia, & cæremonialia diuina veteris legis dicuntur mortua.*

102 *Papa dispensat in ijs, quæ sunt de iure diuino legis veteris, nempe iudicialia, & cæremonialia.*

103 *Alia præcepta habent Christiani, præter ea, quæ in Decalogo scripta sunt.*

104 *Papa in gradibus consanguinitatis lege diuina prohibitis dispensat, quia id non est iuris naturalis præceptum.*

105 *Si legitimatio Papalis surgit ex matrimonij radice, legitimatus successionem in bonis consequitur, etiam in locis Rom. Eccl. minime subiectis. Videas exemplum.*

106 *Sum. Pont. formam, siue ritum consecrationis Episcopalis, licet ab Apostolis institutum, mutare potest.*

107 *Si noua Symboli editione opus sit, ea ad Pontificem spectabit.*

108 *S. Athanasius non habuit auctoritatem condendi Symbolum.*

109 *Athanasij Symbolum à Rom. Antistite approbatum, fidei regula factum est.*

110 *Saluti necessaria à Romano Pontifice pendent.*

111 *In positiuis nec Legatus de latere dispensat.*

112 *Octoginta nouem casus enumerantur soli Papali dispensationi reseruati. Horum plurimos recenset auctor.*

113 *Simonia, hæresis, & delicta qualibet clericorum, siue fori ecclesiastici priuilegijs gaudentium, ab Ecclesia sola cognoscuntur.*

114 *Vsurarum iudicium ad laicos non spectat, quamuis de laicis fit.*

115 *In beneficialibus, & matrimonialibus solus Papa iudex est.*

116 *Sūmus Pontif. Monarcha spiritualis est.*

De potestate ecclesiastica in ijs, quæ spiritualia dicimus: & summum Romanum Antistitem concilio præesse. Cap. XI.

T series nostræ tractationis exactè habeatur, nūnc agendum erit de ecclesiastica potestate, quæ accommodate in duo summa genera diuidi potest, videlicet, in spirituale, & temporale. Quemadmodum enim homo, cuius ratione omnia facta [a], adinuentaq. sunt, considerandus est ex suis præcipuis partibus, quibus constat, nempe ex anima, & corpore: sic Ecclesia curam gerit, non modò rerum spiritualium, earumq. quæ ad salutem animæ pertinent [b], sed etiam corporalium, ad politiam, & quietem reipublicæ, & eius administrationem spectantium. Itaque duæ ei potestates præcipuæ, duoq. genera subditorum [c] sunt, nec plura esse possunt [d]: quia nec plures sunt partes integrales in homine, quàm anima, & corpus, quibus impositæ sunt eæ potestates: quarum vna maior est altera [e], nempe spiritualis temporali. In cælo duo [f] sunt luminaria magna, quorum alterum maius, Sol, præest diebus, hoc est spiritualibus; alterum minus, Luna, præest noctibus, id est temporalibus. In homine etiam duo luminaria magna sunt, maius ratio, minus sensus est: maior, & honoratior videtur, qui melioribus, & dignioribus præest [g]: anima plus, quàm corpus æstimatur, & corpus plus, quàm vestimentum, hoc est plus, quàm externa [h] bona: corpus animi causa conditum esse auctor est [i] Aristoteles, sicut etiam re ipsa monemur: bona vero rerum natura hominum gratia comparauit, vt Caius [k] Iurisconsultus testatur. Nobilior ergo anima [l], & nobiliora spiritualia temporalibus, & fortiora [m]. Quæ cùm ita sint, mirum videri non debet, si Pontifex Maximus Ecclesiæ caput, cùm curam gerat animarum, & rerum ad salutem spectantium, valeat, quæ corporis sunt, tueri, & administrare; ac sicut anima præest, & imperat corpori, vt Regina in pro-

a Gen. c. 9. l. pecudū. ff. de vsur §. in pecudū. Inst. de vsufruct.
b ad Cor. 4.
c c. duo sūt. 12 q. 1.
d Luc c. 22. & c vnam sanctam. de maior. & obed. extra. comm
e d. c. vnam sanctam.
f Genes. c. 1 & c. 6 de maior. & obed.
g §. nos animé. Auth de defens ciuit.
h Matth. 5. Lucæ 12. can. sedulo. 39 d. l. tancimus. C de sacros. eccl.
i lib. de Animalib. 1. c. 5.
k in d. l. pecudum.
l cap. 1. de transl. episc.
m c. 2. eod.

in proprio regno, ita ille, qui imperat animæ, facilius imperare poſſit corpori. *Nam qui me potior eſt,* ait [n] Scæuola, *cùm ego te ſuperaturus ſim, multo magis aduerſus te obtinere debet.* Hinc eſt vulgata illa iuris regula. *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te.*

n in l. de acceſſionibus ff de diuerſ. & temp præſcrip.

Atque ideo Zacharias ſummus Eccleſiæ 5
Princeps regnum Gallicanum à Childerico
in [o] Pipinum tranſtulit. Stephanus II. Im- 6
perium à Græcis in Germanos, idq. in per-
ſonam [p] Caroli Magni Pipini filij. Confir- 7
mauit & Germanis maiori priuilegio eligē- 8
di poteſtatem Gregorius [q] V. etſi Onufrius
Panuuinus [r] Veronenſis cēſet electores cir-
ca Gregorij X. tempora inſtitutos fuiſſe: fa-
ctum autem eſſe nemo ambigit, neque ab
re: nam B. Ignatius [s] ait. *Presbyteri, atque*
omnis clerus ſimul cum omni populo, cum mi-
litibus, & principibus, ſed & Cæſares obediāt
Epiſcopo, Epiſcopus CHRISTO. Eſt enim 9
Romanus Pōtifex, quaſi Deus in terris, ma-
ior quouis homine, plenitudinē poteſtatis [t]
obtinens, cui neceſſario omnes obedire [u] te-
nētur: ipſe etenim totius orbis obtinet prin-
cipatum [x], totius orbis ſupremum magiſtra-
tum. Eſt enim Petri ſucceſſor, cui beato æter-
næ vitæ clauigero terreni ſimul, & cæleſtis
imperij iura commiſit CHRISTVS Domi-
nus [y]: pruinde & CHRISTI vicarius [z].
Ipſe conſtituit Leuitas, ſacerdotes, Epiſco-
pos, Cardinales: ipſe omnes ordines eccle-
ſiaſticos diſponit, ipſe, quod vnuſquiſque
facere debet [a], oſtendit: ipſi, quaſi CHRI- 10
STO, omnes flectunt genua, prout ad Phi-
lippenſes notat [b] apoſtilla. Vnde Impera- 11
tor omnium ſecularium Principū maximus,
cæteriq. potentiſſimi Reges eidem Romano
Pontifici ſua ſubmittere capita [c] non dedi-
gnantur. Namque ſpiritualis poteſtas ter- 12
renā inſtituit, & iudicat [d] teſtimonio Apo-
ſtoli, ad Corinthios ita ſcribentis [e]. *Neſci-* 13
tis quoniā Angelos iudicabimus? quanto ma-
gis ſecularia? Antea dixerat. *Spiritualis au-*
tem iudicat omnia, ipſe à nemine iudicatur.
Cuius ſane dictum Pontifici Maximo aptā-
dum eſſe contendunt [f] noſtri. Quæ cùm ita
ſint, mirum videri non debet, ſi ſeculi Prin-
cipes nequaquam poſſint in ijs, quæ ſpiri-
tualia ſunt, ſe ingerere: quod Felix Papa
Iuſtiniano Imperatori oſtendit [g], dicens.
Cùm de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius con- 14
ſtitutionem regiam voluntatem ſacerdotibus
CHRISTI *ſtudeatis ſubdere, non præferre:*
& ſacroſancta per eorum Præſules potius di-
ſcere, quàm docere: eccleſiaſticam formam
ſequi, non huic humanitus ſequenda iura præ-
figere, neque in eius ſanctionibus velle domi-

o c. alius 15 q. 6.
p cap. 14. de elect.
q Blon. li. 3. Platina in Greg. V. Rantius lib. 4. c. 23.
r in li. de comitijs Impp.
s in epiſt. 9.
t c. 11. & 12 2. q. 4 prout notatur etiā ad c. per venerabilē. §. reſponſionibus qui filij ſint legit.
u c. 18. 9. q. 3 & c. 4 de maior. & obedient.
x cap. 1. de ſtat. reg. li. 6
y c. 1. d. 22
z c. 2. & 3. de tranſlat. epiſ. & c. 3. §. vereri & c. 17. §. decet de elect. lib. 6.
a c. 1. d. 21.
b c. 2 ibi in nomine Ieſu omnes genua flectant.
c cap. 13. de iudic. clem. 1. de iureiurand.
d d. cap. per venerabile. § neſcitis.
e 1. Cor. 6.
f ex c. 11. 14 & 17. 9. q. 3.
g c. 4. d. 10.

nari, cuius clementia Deus voluit tuæ piæ de-
uotionis colla ſubmittere, ne dum menſura
cæleſtis diſpenſationis exceditur, eatur in con-
tumeliam diſponentis. Et ante Felicem Sym-
machus, qui cathedram Romanam aſcen-
dit circa annum CHRISTI quingenteſi-
mum, imperantibus in Oriente Anaſtaſio,
& in Italia Theoderico, *Non licet,* inquit [h],
Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodien-
ti aliquid contra diuina mandata præſumere,
nec quidquam, quod euangelicis, vel propheti-
cis, aut Apoſtolicis regulis obuiet, agere. Et
15 Ioannes Primus [i]. *Si Imperator catholicus*
eſt, filius eſt, non Præſul Eccleſiæ: quod ad
religionem competit, diſcere ei conuenit, non
docere: habet priuilegia ſua poteſtatis, quæ
adminiſtrandis legibus publicis diuinitus cō-
ſequutus eſt, & eius beneficijs non ingratus,
contra diſpoſitionem cæleſtis ordinis nihil
vſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus voluit,
quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere,
non ad ſeculi poteſtates, quas, ſi fideles ſunt,
Eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubie-
ctas. Non vindicet ſibi alienum ius, & mi-
niſterium, quod alteri deputatum eſt, ne
contra eum contendat abrumpi, à quo omnia
conſtituta ſunt, & contra illius beneficia
pugnare videatur, à quo propriam conſequu-
tus eſt poteſtatem. Non à legibus publicis,
non à poteſtatibus ſeculi, ſed à Pontificibus,
& ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ
religionis clericos voluit ordinari, & diſcu-
ti, & recipi de errore remeantes. Quocirca
16 in ſynodo ſexta CCCL. Epiſcoporum de-
cretum fuit [k] omnem electionem Epiſcopi,
vel presbyteri, vel diaconi à Principibus fa-
ctam, eſſe irritam, ſecundum regulam, quæ
17 dicit. *Si quis Epiſcopus, ſecularibus poteſta-*
tibus vſus, eccleſias per ipſas obtinuerit, depo-
natur, & ſegregentur ab Eccleſia omnes, qui
illi communicant. Etſi apud Gratianum nō-
nulli [l] ſunt canones, ex quibus colligitur, in
electione Epiſcoporum neceſſariam eſſe
Principis voluntatem, adeo vt Archidiaco-
nus [m], & Baldus [n] exiſtimauerint omnes ſu-
periores Principes in Epiſcopalibus eccle-
ſijs eſſe patronos, de quorū ſententia [o] alibi
erit ſermo. In præſentiarū vero ſat erit intel-
ligere, quod Iſidorus nobis ſcriptum reli-
18 quit [p], videlicet. *Principes ſeculi nonnunquā*
intra Eccleſiam poteſtatis adepta culmina te-
nent, vt per eandem poteſtatem diſciplinam
eccleſiaſticam muniāt. Cæterum intra Eccle-
ſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi, vt
quod nō præualet ſacerdos efficere per doctrinæ
ſermonem, poteſtas hoc impleat per diſciplinæ
terrorē: ſæpe per regnū terrenū, cæleſte regnū
proficit:

h c. 3. ead. diſt.
i c. 11. d. 96.
k act. 3 de qua in c. 7. diſt. 63.
l ſ. c. 25 26. 17 & 18 ead. 63 diſt.
m ad d. c. 18
n ad proœ. Decr. & ad c. quanto. de iudic.
o c. proximo ſequenti.
p c. 19. 23. q. 5.

proficit : vt, qui intra Eccleſiam poſiti, contra fidem,& diſciplinam agunt, rigore Principum conterantur. Itaque eligendi Antiſti- 19
tes Principibus facultatem aliquam eſſe ne-
gamus, licet conſentiamus libenter q, de 20
electione ad eos, vt aſſentiantur, referri
poſſe, non prius tamen, quàm perfecta ſit
electio, ita vt firma remaneat. quod ex con-
cilio Pariſienſi primo r facile eſt intelligere.
In eo enim cauetur neminem à comprouin- 21
cialibus Epiſcopis recipiendum, qui regia
ordinatione epiſcopale culmen ſit adeptus:
ſed, vt diximus, electioni de idoneo viro fa-
ctæ aſſenſus Principum laicorum non nega-
tur, ita tamen, vt electionem iam factam
non impediat. Intereſt ſiquidem Principis
infenſum non habere Antiſtitem. Non id-
circo tamen electio minus valere debet, ſi
ipſe diſſentiat, qui ſibi conſulere poterit,&
intercedere, ne electus præſit. Quocirca in
Gallia nuper electi fidem ſuam (teſte ſ Ray- 22
mundo Rufo, qui in neotericos quoſdam
iuriſperitos pro Pontifice maximo, & Car-
dinalibus, & Epiſcopis, totoq. ſacro ordine
defenſionem edidit luculentam) iuriſiu-
randi religione Regi obſtringunt, & niſi iu-
rent, non admittuntur: quod iuramentum
fidelitatis vocatur. *Tum etiam fit,* ait, *quòd vix vllum Præſulem reperias, qui non ſucceſſerit, vel ex teſtamento, vel alterius beneficentia ijs, qui iure clientelæ,& militari ſacramento, vel fide erant obnoxij.* Nec illud
aduerſatur Lucij tertij t conſtitutioni, quæ 23
habet. *Indignum eſt, & à Romanæ Eccleſiæ conſuetudine alienum, vt pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur.* Nam bene
quidem Hoſtienſis, & Ioannes Andræa di-
xerunt, *exceptis ſuis priuilegijs,* vt notatur
in conſtitutiones Alexandri III. u & Inno-
centij III. x Habent enim Galliarum Reges
id priuilegium, vt nemo eligatur Epiſcopus, 24
qui ſibi non præſtet fidelitatis iuramentum.
Impetrarunt quoque Sereniſſimi, & optimi
Principes noſtri, Sabaudiæ Duces, & Italiæ
Subalpinæ Principes olim à Nicolao V.
quod & ab alijs ſubſequentibus Rom. Pon-
tificibus ſucceſſiue fuit hucuſque confirma-
tum, vt nemo ad cathedrales, abbatiales ve
eccleſias, quæ in ipſorum ampliſsimo domi-
nio tam citra, quàm vltra montes exiſtunt,
eligatur, qui eis ſubditus non ſit, vel cuius
fides illis cognita, & perſpecta non exiſtat:
idque & publicæ tranquillitatis, & ipſorum
Principum ſecuritatis cauſa conceſſum ne-
mo ambigit. Ad quod ſane priuilegium,
cùm ſuperioribus diebus nonnulla in du-
bium reuocarentur, vir eximiæ integritatis,

q c. 24. de elect. c. 25 de iure patron & d c. 25. cu ſeq

r cap. 8. de quo in c. 5. cal. 63. diſt.

ſ fol. 369.

t c vlt. de regul. iur.

u cap. 1. de temp. ordin.

x c. in cauſis. de appellat.

25 & doctrinæ, Antonius Bagnaſaccus patri-
monialium hodierni Sereniſsimi Ducis Ca-
roli Emanuelis aduocatus, & Foſſanenſis
eccleſiæ Electus doctiſſimos edidit commē-
tarios: quibus præclare oſtendit eiuſmodi
beneficium non eſſe perſonale, ſed extendi
ad eundem Sereniſsimum Carolum Ema-
nuelem Principem optimum, eiusq. omnes
legitimos ſucceſſores. Quamuis autem ſe-
culi Principes iſta, & his ſimilia habeant
priuilegia, in ijs tamen, quæ ad religionem
ſpectant, nullam prorſus adepti ſunt pote-
26 ſtatem. Quinimmo legitur in Chalcedonen-
ſi y ſynodo Dioſcorum, quòd ſuſpectos quo-
dammodo illos patres haberet, petijſſe, vt
ſententiæ de ſe ferendæ Senatus Cæſaris
præeſſet; ab omnibusq. conclamatum eſſe,
haudquaquam licere, quæ religionis ſunt,
laicis coram agitari. Quam ob cauſam in
27 Antiocheno z concilio decretum fuit eos,
qui in ſpiritualibus adire Imperatorem au-
28 derent, mulctandos eſſe. In octaua ſyno-
do a affirmatum quoque fuit, numquam ſa-
cros canones ſanxiſſe Principes ſeculares in
concilijs conuenire poſſe, ſed ſolos Antiſti-
tes. Hoc idem ipſum cùm diſputaretur, con-
cluſum fuiſſe in concilio ſub Eugenio quarto
Senis indicto, & congregato, auctores ſunt
Panormitanus b, & Felinus c. Nec opus eſt
ad id comprobandum pluribus conſtitutio-
nibus: ſiquidem palam hoc profeſsi ſunt ſe-
29 culares Principes. Theodoſius ad primam
Epheſinam ſynodum ſcribens, ait illicitum
eſſe eos, qui non ſunt ex ordine Epiſcopo-
rum, eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.
Theodericus Rex id pariter profeſſus eſt,
cùm in ſynodo illa aduerſus Symmachum
Papam conuocata aperte teſtatus eſt d, ad
patres ſynodi ſolum ſpectare, quæ ſequenda
eſſent, præſcribere, ad ſe vero nihil præter
reuerentiam pertinere: quod adeo explo-
ratum eſt, vt fœmina quoque ſuum hono-
rem concilijs tribuendo, propriæ pietatis
30 laudem amittere noluerit. Galla enim
Theodoſij Auguſti mater in epiſtola ad fi-
lium id comprobauit, aſſerens Legatos Ro-
mani Pontificis ſecundum Nicæni concilij
definitiones ſolitos eſſe conelijs præſidere.
31 Nec mirum videri debet, ſi hoc inter eiuſ-
dem ſynodi decreta non reperiatur: conſtat
enim nobis multa hæreticorum malitia fuiſ-
ſe ſublata, vt Felix ſecundus in ſuis decretis
teſtatur, & habetur in epiſtola concilij Sar-
dicenſis. Teſtantur & alij viri fide digniſsi-
mi, vt Iulius primus e. Athanaſius item,
atq. etiam omnes Epiſcopi Aegyptij, The-
baici, & Lybici in Alexandrina ſynodo f

y action. 3.

z c. 22. de quo in c. 2. 22. q. 5.

a cap. 17.

b in quaſt. incipiente, Epiſcopus. num 16.

c ad c. Apoſtolicæ. de exception.

d cap 7 §. hinc etiam. diſt 17.

e in epiſt. 3 ad Epiſcopos orientis, de qua in c. 3. ead diſt.

f in epiſt. ad Fœlicem 2.

collecti, ita fuisse in Nicæno concilio ipsis præsentibus constitutum: idque nos pluribus Cæsarum constitutionibus sufficienter [g] probauimus. Ex quibus satis perspectum est,
32 non modo laicos Principes concilia conuocare nequaquam posse, sed nec Episcopos, inscio, vel inuito Rom. Pontif. Neque istud nouis Pontificum constitutionibus est statutum, aut conciliorum decretis stabilitum, sed diuino etiam iure præscriptum: nam & in libris [h] Macbabæorum legitur, sine Simone summo sacerdote nemini licuisse concilium conuocare. Et Iosephus ait [i]. *Si vero*
33 *iudices nesciunt de rebus ad se delatis pronunciare, integram causam in vrbem sanctam mittent, & conuenientes, Pontifex, & Pro-*
34 *pheta, & Senatus, quod visum sit, pronuncient*. Cùm Moyses Israelitico præesset populo, nec tanto oneri satis esse posset, iussit ei Deus [k], vt tribunal, siue concilium faceret, ad quod tam ea, quæ à iudicibus singularum ciuitatum, variantibus sententijs eorum definiri non poterant, quàm ea, quæ altiori indigebant indagine referrentur, & grauiora crimina, leuiora vero in iudicio disquirerentur. Hanc differentiam esse inter concilium, & iudicium indicat Psalmista, cùm ait [l]. *Ideo non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum*. Et CHRISTVS apud Matthæum [m]. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis*. Quemadmodum leuiora crimina in iudicio agitabantur, & in concilio grauiora: sic in illo pœnæ leuiores, in hoc acerbiores infligebantur. Gehennam vero locum fuisse tra-
35 dunt, vbi cadauera damnatorum cremanda proijciebantur. Etsi S. Augustinus id longe aliter interpretatur [n], dicens. *Tres reatus sunt, iudicij, concilij, & gehennæ ignis: nam in iudicio adhuc defensioni datur locus: in concilio autem, quamquam & iudicium esse soleat, tamen quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctio, videtur ad concilium pertinere sententiæ prolatio, quando non iam cum ipso reo agitur, vtrum damnandus sit, sed inter se, qui iudicant, conferunt, quo supplicio damnari oporteat, quem constat esse damnandum: gehenna vero, &c*. Apparet autem, Sigonius ait [o], *Augustinum iudicialis rationis Hebraicæ notionem non habuisse*. Id quoq. constat ex omnibus Euangelistarum locis, qui de CHRISTI morte sunt. Nam cùm eius prædicatio omnibus innotuisset, ac eam legi Dei contrariam existimarent Hebræi, hoc præcipue concilio ei obsistere nixi sunt. Sic enim scribit Ioannes [p]. *Collegerunt ergo Principes sacerdotum, & Pharisæi concilium, & dicebant. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*. Et infra. *Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum*. Et postea. *Dederunt Principes sacerdotum, & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum*. Inde sequutum est illud concilij iudicium omnium flagitiosissimum, in quo idem
36 mansuetissimus CHRISTVS iniqua morte condemnatus, atque affectus est. Non est igitur dubium, quin ea, quæ grauiora erant, agitarentur in concilio, prout videre est pas-
37 sim in Actis Apostolorum [q], & apud Iosephum [r]. Ex quibus etiam appatet concilium initum in domo Pontificis, non autem alibi: quod est argumento concilium, inscio Pon-
38 tifice, conuocari non debere: nam & Apostoli [f], eorumque successores in antiquis decreuere statutis, quæ hactenus sancta, & vniuersalis Apostolica obseruat Ecclesia, non oportere, præter conscientiam Romani Pontificis, concilia celebrari. Hoc etiam in Nicæno concilio statutum esse ex Athanasio, & alijs sanctis patribus iam satis probatum est. Hæc eadem sententia in concilio
39 Chalcedonensi [t] continetur, vbi scriptum est, Cecropio proponente, ab omnibus patribus acclamatum esse, illud appellari concilium iure non posse, quod non esset Apostolica auctoritate collectum. Idem rescri-
40 pserunt [u] Pontifices maximi, atque optimi, Marcellus, Iulius, Damasus, Gregorius, Pelagius, Symmachus, & Paschalis. Hanc sententiam pluribus confirmat Felinus [x], ac etiam vir doctissimus, & quam gerit, dignitate merito insignitus, Ioannes Hieronymus Albanus [y] in suo, de potestate Papæ, tractatu, & Ioannes [z] à Capistrano. Sed hinc emergit difficultas non mediocris, videlicet an Beatissimus Papa præsit concilio, vel subsit, vel par sit. Quam quæstionem libenter omitterem, cùm apud pios, prudentesq. viros omni careat dubitatione: sed quia in ea maxime elucet pontificalis auctoritas, & maiestas, institutum nostrum postulat, vt eam superioribus subtexamus. Qui dicunt Romanum Pontificem non præesse,

g supra lib. 3. cap. 11.
h li. 1. c. 14.
i lib. Antiquit. 4.
k Deut. 17. & Num. 11.
l Psal. 1.
m cap. 5.
n ad d. c. 5. tom. 4. de sermone Domini in monte.
o de Republ. Hebræor. lib. 6. c. 7.
p cap. 11.
q cap. 4. 5. 6. & 13.
r in lib. 20. antiq. lib. 4. Belli Iud.
f in cap. 3. quæst. 6.
t in actio. 10.
u c. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. dist. 17. & c. 4. in fine. de elect.
x ad d. c. 4. num. 14.
y par. 2. nu. 148 cum pluribus seqq.
z in tract. de auctorit. Papæ. par. 3. num. 27.

præesse, sed subesse vniuersali concilio, san-
cti Hieronymi auctoritate præsertim nitun-
tur, qui ad Euagrium Episcopum scribens,
ait [a]. *Si auctoritas quæritur, orbis maior est* 41
vrbe, vbicunque fuerit Episcopus, siue Romæ,
siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhe-
gij, siue Alexandriæ, siue Thebis, siue Vuor-
matiæ, eiusdem meriti est, eiusdem est & sa-
cerdotij. Potentia diuitiarum, & pauperta- 42
tis humilitas, vel sublimiorem, vel inferio-
rem Episcopum non facit. Huic adiungunt
etiam Beati Augustini dictum in Epistola [b]
ad Glorium, Eleusium, Felicem, aliosque
Donatistas, vbi tractando hanc quæstio-
nem, dicit. *Putemus illos Episcopos, qui Ro-*
mæ iudicarunt, non fuisse bonos iudices: re-
stabat adhuc plenarium vniuersalis Eccle-
siæ concilium, vbi & cum ipsis iudicibus cau-
sa posset agitari, & si male iudicasse conuicti
essent, eorum sententiæ soluerentur. Grego-
rij Magni etiam pientissimi, & iuxta doctis-
simi Pontificis pro se auctoritatem assumũt,
sic ad Ioannem Episcopum Constantinopo- 43
litanum [c] scribentis. *Sicut sancti Euangelij*
quattuor libros, sic quattuor concilia suscipe-
re, & venerari me fateor, Nicænum scilicet,
Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalce-
donense. Hæc tota deuotione amplector, & in-
tegerrima approbatione custodio. quia in his,
velut in quadrato lapide, sanctæ fidei stru-
ctura consurgit, & cuiuslibet vitæ communis,
atque actionis norma consistit. Hæc & his
similia in medium afferunt, nimirum existi-
mantes, Papam non modo non præesse
concilio, nec ei parem habere auctoritatem,
sed omnino subesse. Quòd autem par sit, 44
ostendit [d] Gratianus, quippe qui decretales
epistolas canonibus exæquat. Cui conue- 45
nit, quod Innocentius III. Cantuariensi Ar-
chiepiscopo rescripsit [e] de concilio Latera-
nensi sub Alexandro item tertio celebrato,
videlicet talem constitutionem sibi præiu-
dicium vllum inferre non posse, quòd par [f]
in parem non habeat imperium. Etsi hoc
Lateranense concilium non esse generale
dici posset: sed non est, cur in hoc labore-
mus. Est enim communi [g] Canonistarum, 46
& Theologorum sententia receptum maio-
rem esse Papæ, quàm concilij cuiusuis au-
ctoritatem: quod probatur Iurisconsultorum
responsis, vt ordine progrediar temporum,
sanctorum Patrum sententijs, conciliorum
decretis, summorum Pontif. constitutioni-
bus, sacræ denique scripturæ auctoritate.
Immo Albanus allegat Bullam Pij secundi 47
Rom. Pontificis, qua criminis hæreseos rei
declarantur, qui à Papa ad concilium appel-

a in c. 24. in §. si auctoritas. distinct. 93.
b epist. 162.
c li. 1. epist. 24. de qua in c. 3. dist. 15.
d c. 1. dist. 20.
e in c. 20. de elect.
f l. nam & magistratus ff. de arbitr. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad S. C. Trebell.
g glos. ad cap. si Papa. dist. 40. & ad c. quodcumque 24. q. 1 & alibi sæpe. Hostiens. ad c. proposuit. de concess. praben. Abbas, & alij, præsertim Decius nu. 34 ad c. significasti. de elect. Felin. ad c. 1. num. 24. de constit. Ioan. a Capistr. in d. tractat. par. 3. nu. 38 cum seqq. Alban. in d. tract. par. 1. n. 81. August. de Ancon. de potestat. eccl. q. 6. art. 6.

lare audent, asseuerarque [h] ex communi in-
48 terpretum consensu, Pontificem maximum
non posse se subijcere concilio, cùm ampli-
tudini Pontificiæ potestatis, quæ [i] à Deo est,
quidquam detrahere non possit. Et licet
nonnulli Pontifices interdum reperiantur,
qui se concilio subiecerunt, id tamen de iure
fieri non potuisse contendunt Ioannes An-
dreæ [k], & post alios Felinus [l], item Roma-
nus [m], & post Alexandrum [n] Iason [o]. De
qua subiectione non mihi displicet eiusdem
49 Ioannis Hieronymi [p] Albani iudicium, ni-
mirum ipsos Pontifices, cùm verisimile non
sit quidquam, quod de iure fieri non posset,
facere voluisse, id absque Apostolicæ maie-
statis, ac vicariæ CHRISTI potestatis de-
trimento egisse, non vt se concilij imperio
subijcerent, sed vt quandam honestæ vitæ
suæ rationem redderent, exemplo ipsius
Dei, quem nonnunquam se hominum iudi-
50 cio submisisse diuina testantur [q] eloquia, &
exemplo Iob, qui dixit [r]. *Si contempsi subire*
iudicium cum seruo meo, &c. cùm & CHRI-
STVS apud Ioan. [s] dicat. *Quis ex vobis ar-*
guet me de peccato? Et alibi [t]. *Si male locutus*
sum, testimonium perhibe de malo. At cùm
CHRISTVS aliquando obiecta sibi crimi-
na diluit, dicendum ne erit, eos, apud quos
se tam humiliter excusabat, vt nihil supra,
in eum ius, aut potestatem aliquam habuis-
se, cùm ipse sit Rex regum, & Dominus do-
minantium? Inanis profectò esset illatio.
51 Immo etsi receptum est, concilium sede va-
cante iniri posse, receptum quoque est hu-
iusmodi concilium nihil statuere aduersus
52 Papam posse; qui constitutiones concilij
etiam papali auctoritate firmatas tollit; vt
tenent Archidiaconus [u], Baldus [x], & Inno-
centius [y], quorum hic contendit tantam es-
se Papæ in concilium potestatem, vt ei non
sit necesse in priuilegio, aliave constitutione
concilij decretis derogandi specialem con-
cilij facere mentionem, licet contrarium
senserit idem Archidiaconus [z], cuius opi-
nionem tandem sequutus est & Innocen-
tius [a]: sequuntur & Ioannes Andreæ [b], Lu-
53 douicus [c] Romanus, Ioannes [d] de Anna,
Felinus [e], & alij, vt scilicet concilij constitu-
tionibus non intelligatur derogatum, nisi
expressa concilij, cui derogatur, fiat mentio.
Quæ sententia mihi videtur rectissima, præ-
sertim ex duabus Alexandri [f] III. & Hono-
rij [g] III. constitutionibus, quod & in Roma-
na curia quotidie obseruari videmus. Atque
54 ideo plenitudo potestatis, quam Papa habet
super iure, longe difficilius extenditur ad
constitutiones concilij, quàm ad alias quas-
cumque,

h in d. tractat. par. 1 num. 104.
i c. 1. dist. 22.
k, l, ad c. ecclesia S. Mariæ, de constit.
m singul. 133.
n, o, ad l. est receptū. ff. de iurisd. omn. iud.
p ibid. nu. 115.
q Isaiæ 44.
r cap. 31.
s cap. 8.
t Ioan. 18.
u ad c. sicut sancti Euangelij. dist. 15.
x ad l. humanum. C. de legib.
y ad c. ex parte de concil. mon.
z ad c. 1. de constit. li. 6.
a ad d. cap. ex parte.
b ad c. significasti. de elect.
c ad l. si verò. § de viro, in 23. fallent. ff. soluto matrim.
d ad c. cum diœcesi. de vsuris.
e ad c. 1. de constit. nu. 28.
f in c. 4. de ætat. & qual. ord.
g in d. cap. ex parte.

Digitized by Google

cumque: quod facile percipi potest ex rescripto Innocentij tertij [h]. Vnde eleganter 55
Baldus [i] asserit, quòd si Papa diceret: Non obstante quacumque lege in contrarium faciente,&c. non tolleret concilij constitutionem, cùm opus sit in hoc speciali mentione: atque [k] post Innocentium [l] contendit, Pontificem maximum non præsumi vti plenitudine potestatis, nisi hoc exprimat, Idem 56
senserunt Abbas [m], Ludouicus Romanus [n], Angelus [o], & Felinus [p]. Hic quoque rectè existimauit tum Principem vere vti plenitu- 57
dine potestatis, cùm aliquid facit ex certa scientia: quod & Paulo Castrensi [q] placuit. Hinc est, quòd rescripta, quæ à Papa con- 58
tra ius emanant, præsumuntur in dubio obtenta, vel per subreptionem, vel per importunitatē, vel per Princip is occupationem [r], quod multis, eisdemque grauibus negotijs implicitus ita rescripserit, vt etiam glossa [f], Hostiensis [t], Antonius [u], & Abbas testantur [x], & ego aliàs disserui [y], maxime, si repugnent conciliorum decretis, quibus nisi ex aliqua, & vrgenti causa, non solet derogari. Hoc tamen potest Papa, si libet, etiam 59
nulla præcedente causa, in ijs, quæ iuris positiui sunt, secus in ijs, quæ sunt fidei, vt omnes, post Abbatem, peritè tradiderunt [z]. Nam ea, quæ ad fidem spectant, iuris diuini sunt: qua distinctione adhibita tolluntur omnes dubitationes. Siquidem S. Hieronymus 60
cuius auctoritate fulti aduersarij nostri, quasi capta præda, lætantur, dum asserit orbem esse vrbe maiorem, quasi velit dicere concilium esse longe Papa præstantius, & maius, loquitur de fide: quod in eadem epistola ad Euagrium Episcopum scripta, haud obscure apparet, ait [a] enim. *Nec altera Roma vrbis Ecclesia, altera totius orbis existimanda est: & Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum* C H R I S T V M *adorant, vnam obseruant regulam veritatis: si auctoritas quæritur orbis,&c.* De fide item loquitur Gregorius [b] qui ita. *In his*, hoc est in quattuor illis œcumenicis concilijs, *velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ communis, atque actionis norma consistit*, Quibus ex verbis, quis est tam ingenij hebes, vt non videat Gregorium, & alios de fide, non de iure positiuo loquutos esse? Augustini vero sententia inferius explicabitur. Quocirca bene profectò Hostiensis [c] dicit, aliter dicendum est, quando agitur de fide: quia tunc Pontifex maximus non disponit contra concilia de fide loquentia, prout glossa [d] passim, Abbas [e], Fe-

61 linus [f], & alij scripserunt, & S. Thomas [g], & Augustinus [h] Triumphus annotarunt. Quorum postremus ait, determinata in concilio posse se habere in duplici genere, vel enim pertinere ad fidei catholicæ explicationem, vel ad status fidelium tunc existentis ordinationem, & dispensationem. In primis non cadit dispensatio, in secundis secus. Ego vero, ne quid pontificio culmini detrahatur, dicerem, nec in ijs, quæ fidem respiciunt,
62 Papam submitti concilio, sed ipsi Deo, qui fidei fundamentum, & scopus, suo spiritu patres ad fidem amplectendam, ac prædicandam illuminat. Quod eò magis verum videtur, quo concilij decreta absque papali censura mortua sunt: vnde absurdum esset Papam statutis subditorum, quæ ab ipso vitam agnoscunt, subdi: qui sibimet quodammodo subest, dum diuinam legem per concilia, vti C H R I S T I vicarius, promulgando, quæ & ipse seruare debet, vti corporis C H R I S T I pars, percipit, & profitetur. Hinc oritur quæstio satis difficilis, & perplexa: nempe si agatur de fide, & patres in concilio à Papa dissentiant, quæ sententia præferri debeat. Cardinalis Alexandrinus [i] dicit, si Papa rationibus moueatur melioribus, poriorem esse ipsius Papæ sententiam: si vero dubitatur, quæ meliores sint rationes, meliorem esse patrum opinionem, atq. ideo præferendam, cui, si acquiescere minus voluerit Papa, vti hæreticum damnandum esse arbitratur. Albanus [k] contra, quod mihi magis placet: ait enim, quòd non sit, vt hæreticus damnandus, nec patrum opinio
63 sententiæ Pontificis sit anteponenda, nisi articulus ille, quo de agitur, iam à patribus in alijs concilijs, atque ab ipsis pontificibus per alias constitutiones esset, vt fidei articulus declaratus, hoc enim casu, vt hæreti-
64 cus damnari posset, Papa, nec vt Papa, sed vt priuatus condemnaretur, ex quo enim hæresim amplexus est, definit esse Papa: quo casu concilium [l] potest eum, vti hæreticum damnare, cùm sit tunc legitimus eius
65 iudex, vt omnes fatentur [m]. Et quanquam regulariter concilium, inscio, & inuito Pontifice maximo [n] iniri non potest: tamen, si ipse fuerit hæreticus [o], poterit: quia, vt ait Baldus [p], verisimile est, Papam non consen-
66 surum, vt congregetur. Huius rationis ratio est, & quidem elegans: quoniam Papa hæreticus perdit priuilegium dignitatis, potestatis, & superioritatis, vt diximus. Quod de tribunitia potestate Tib. Gracchum dixisse, refert Plutarchus in Tib. & C. Gracchis his verbis: *Quid perinde Romæ sanctum, & augustum*,

h a. 11. de renun
i ad d. l. humanum.
k ad l. si tamen tamen vm. C. de testa. & in prooem. feud. & ad l. bonorum C. qui admitti
l ad cap. innotuit an e sm de elect.
m ad cap. hac. de rescrip.
n ad l 1. §. nunciatio ff. de noui ope ris nunciat.
o ad l bene à Zenone, C. de quadr. præscrip.
p ad d c. 1. de constit. num. 27.
q ad l. ex imperfecto. C. de testa. & in conf. qui incipit. In Christi nomine. &c in facto præsenti n6 in cado.
r d cap. ex parte.
f in summa dist. 19. & ad cap 1. in verbo nofcatur. de constit. [illegible] nullis de sen ten excom.
x ad cap ex parte. de off. deleg.
y in Paratitl. tit. de rescript. in fine.
z ad d cap. significasti, num 3 de elect.
a d. c. 34 § nec altera. dist 93.
b d. cap 3. dist. 15
c in summa [illegible] de dispensat § 1. vers. alicatus etiam.
d ad c. ficut. verbo præsumit eod. 15. dist. ad cap. in multis in ver ex principali 1 q 3. ad cap in istis. dist 3. ad c Anastasius dist. 19. ad cap. legimus. in verbo maior. dist. 94. ad c. quodcunque, 24. quæst 1.
e ad c. quoad translationem de off deleg ad c. maiores. de baptism.
f ad c. 1. de constit.
g in Quolibetis. Quolib 14.
h de potest. eccles. q 60. art. 1. ad re. spons. in fin.
i ad d. cap. Anastasius.
k in d. trac. de potestat. Pap. par. a. num. 127.
l c si Papa. dist 40.
m ad c. in fidei fauorem de hæret li 6. Abbas ad d. c. significasti. num. 3.
n d. dist. 17. per totum.
o Dec. ad d c. significasti, nu 24. de elect.
p ad cap. olim. circa fin. de rescr.

Digitized by Google

gustum, vt Virgines Vestales, quæ sacro igni præsident custodes? At, si qua tamen harum stupro obstrinxerit se, viua defoditur; quippe sacrosanctæ non sunt, quæ in Deos impiæ, quorum causa sunt sacrosanctæ. Ita, neque eum, qui vulnerat populum, Tribunum sacrosanctum esse populi causa par est: qua enim pollet, hanc abolet potestatem. Verumtamen, si sententiam suam nulla pertinacia defenderit, sed corrigi paratus fuerit, deponi non posse recte existimauit Augustinus q 67
Triumphus. Nec id indiget probatione, cùm clara, & aperta sint, & Petri Apostolorum Principis, & Marcellini Papæ exempla: 68
hic r thura idolis adoleuit, ille palàm CHRISTUM negauit, vt omnes Euangelistæ testantur. Etsi vere, ac proprie in hæ- 69
resim lapsi dici non possint, cùm illa perpetrarunt mortis timore. In dubio itaque sen- 70
tentia Papæ videtur præferenda patrum opinioni, quia Petro soli, & eius successoribus dictum est f. *Quodcunque ligaueris super terram, ligatum erit & in cælis, &c.* Item t. *Rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Nec, vti hæresis labe pollutus, damnari potest. Nec enim legumla- 71
tores ipsi ethnici, qui longe Pontificibus seueriores fuerunt, in dubio voluerunt reos esse damnandos. Vnde Vlpianus u ex re- 72
scripto Adriani respondit absentem in criminibus damnari non debere, & ex Traiani rescripto, nec de suspicionibus debere aliquem damnari. Immo satius esse impunitum relinqui de facinore nocentem, quàm innocentem damnari. Fuit forsan Cardinalis Alexandrinus illa deceptus fabula, quam de Anastasio secundo refert ex Pontificali Gratianus x, ex quo & Platina y, & Volaterranus z idem mutuati sunt. Ita Gratianus. *Anastasius II. natione Romanus fuit temporibus Theoderici Regis. Eodem tempore multi clerici se à communione ipsius abegerunt, eo quòd communicasset sine concilio Episcoporum, vel presbyterorum, & clericorum cunctæ Ecclesiæ catholicæ Diacono Thessalonicensi nomine Photino, qui communicauerat Acatio, & quia voluit occulte reuocare Acatium, & non potuit, nutu diuino percussus est.* Hæc ille. Hanc vero commentitiam fabulam esse ostendunt Albertus a Pighius, Di- 71
dacus b Couarruuias, & qui c annotationes in Gratiani codicem fecerunt: quod cum ex multis argumentis, tum hac manifesta ratione demonstratur, quòd Acatius, præclaro Nicephori d, Euagrij e, & Anastasij f bibliothecarij testimonio, tempore Felicis tertij communem omnibus viam ingressus est; cui successit Gelasius, Gelasio hic Anastasius: qui in epistola ad Anastasium Imperatorem, Acatium iam mortuum, & ante iudicem CHRISTUM vna cum Felice adstare scribit: quod Gelasius quoque ante eum scripserat, & habetur apud eundem g Gratianum. Quo pacto igitur potuit Anastasius de eo reuocando tractate, qui iam mortem obierat? Non est ergo ex illo Gratiani loco dicendum, potiorem esse concilij opinionem iudicio Beatissimi Papæ. Nec nobis officit illud, quod vulgò dici solet, saniorem, & meliorem existimari sententiam, quæ à pluribus est approbata, & quòd h maior orbis sit vrbe, & quòd Archidiaconus i dicat graue nimis, & periculosum esse, si fides nostra vnius tantum arbitrio committeretur. Nam-
74 que populus maior est, quàm sint pauci prudentes, qui ex illo populo deliguntur: horum tamen prudentior, quàm totius populi existimatur, sententia Panorm. Abbatis testimonio k: vnde iuris vtriusque interpretes l asseuerant populum esse docendum, non
75 æque sequendum. Beatus Augustinus m. *Conferte*, inquit, *istam paucitatem cum illa multitudine Episcoporum, neque numerum numero, sed pondus ponderi comparate. Hinc modestiam, inde temeritatem: hinc vigilantiam, inde cæcitatem.* Non est itaque simpliciter verum, multorum sententiam vnius, qui ex multis Dei iudicio fuerit delectus, sententiæ præualere: maxime, cui ob præcellentem, nec prorsus humanam dignitatem ex intimo Dei sinu descendentem Spiritus sanctus gratia assistit, vt est Romanus
76 Pontifex. CHRISTUS siquidem pro Petro potissimum preces ad patrem n effudit, ne vnquam eius fides deficeret, mandauitq. ei, vt fratres suos in fide firmaret. Quare
77 Beatus Hieronymus o ad Damasum. *Hæc*
78 *est fides, Papa beatissime, quam in catholica didicimus Ecclesia, quamq. semper tenuimus: in qua, si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est, emendare cupimus à te, qui Petri sedem, & fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, sed hæreticum comprobabit.* Eadem refert Innocentius tertius p, Arelatensi Archiepiscopo rescribens. Ex quibus idem Archidiaconus q reiecta priori opinione,
79 glossam sequitur, quæ aperte decidit r Papæ iudicium quorumuis patrum opinioni præferendum. Præterea nos minime disputamus, quænam melior censeatur sententia,

sed

q in d. trac. de potestat. eccles. q. 5. artic. 1. ad vers. textus in cap. dixit Apostolus. 24. q. 1.
r cap. nunc autem. dist. 21.
f Matt. 16. & cap. 6. 24. quæst. 1.
t Luc. 22.
u l. 5. ff. de pœnis.
x d. c. Anastasius. dist. 19.
y in Anastasium 2.
z in lib. 22.
a lib. 4. c. 8 de hierar. eccl.
b lib. 4 variarum cap. 13.
c ad d. cap. Anastasius.
d lib. 16. c. 12.
e lib. 3. c. 18 cũ seqq.
f in Chronologia.
g cap. nec quisquã. 24. quæst. 2.
h d. c. legimus. dist. 93.
i ad d. cap. Anastasius.
k ad cap. Ossius. de elect.
l ad l. decurionum. C. de pœnis. ad c. docendus dist. 62. & ad c. miramur. distinct. 61.
m in epist. 161.
n Luc. c. 22.
o c. 14. 24. quæst. 1.
p in c. 3. de baptism. & eius effectu.
q ad d. c. Anastasius.
r ad cap. quodcúque. eadem 24. q. 1. & ad c. in istis. dist. 4.

sed quænam maior sit potentia, seu potestas. Verum cùm Pontifex maximus manifeste non erret in fide, prout iuris interpretatione haud errare [f] censetur (quia Principis voluntas, vt aiunt Baldus [t], & Iason [u] 80
talis esse præsumitur, qualis esse debet, maxime Principum omnium Principis, vt est Romanus Episcopus: qui à Socino [x] viuus 81
iustitiæ fons appellatur) atque ita dato patrum sententiam esse meliorem, non fit tamen, vt sit potentior eius iudicio, qui illi præest: vt à simili dicit Augustinus [y], de Cypriano Episcopo, & Petro Apostolorum Principe loquens. Est enim Romanus Pontifex omnium iudicum maximus, caput Ecclesiæ militantis, atque ideo à nemine in hoc seculo iudicari [z] potest: cùm non modo 82
superiores ab inferioribus, sed pares etiam à paribus cogi non posse vterque [a] ciuilis, & pontificius [b] legislator responderit. Vnde Gelasius primus Fausto legato rescripsit [c] in hæc verba. *Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sanctæ sedis examen voluerunt deferri: ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt.* Verba, *nusquam prorsus*, excludunt omnem sane omnino appellationem, etiam ad concilium. Nec aduersatur illud, quod extorquere nituntur ex illa Augustini [d] epistola ad Glorium, Elusinum, & Felicem Grammaticum, qui aduersus Donatum, & quosdam alios calumniantes sententiam à Melchiade Papa cum nonnullis Episcopis promulgatam, in qua Cæcilium in suo episcopatu confirmarunt, dicit. *Ecce putemus illos Episcopos, qui Romæ iudicarunt, non bonos iudices fuisse: restat adhuc plenarium vniuersalis Ecclesiæ concilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, & si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur.* Ex quibus sane verbis maleuoli, & non Catholici, vt ait Hieronymus [e], colligunt sententiam Romani Pontificis à concilio reuocari posse. Ad quod mihi videtur dixisse, quod oportuit, Ioannes Hieronymus [f] 83
Albanus: videlicet hanc non fuisse Sancti Augustini intentionem, quippe qui in eadem [g] epistola, & alibi passim palam profiteatur in Romana Ecclesia vigere Apostolicæ cathedræ principatum: & cùm loquatur de sententia à Melchiade probata. *Qualis*, inquit, *ipsius beati Melchiadis vltima est prolata sententia, quàm innocens, quàm integra, quàm prouida, atque pacifica?* Et paulo post. *O virum optimum; o filium Christianæ pacis, & patrem Christianæ plebis; Conferte nunc ipsam paucitatem cum illa multitudine Episcoporum, neque numerum numero, sed pondus ponderi comparate. Hinc modestiam, inde temeritatem: hinc vigilantiam,*
84 *inde cæcitatem.* Verba igitur illa Augustini, *restat adhuc plenarium vniuersalis Ecclesiæ concilium*, non ratione maioris potestatis sunt accipienda, sed ratione plenioris examinis. Quod nonnumquam concedi solet ad euincendam pertinaciam eorum, qui malam causam tuentur, & fouent: vt in re proposita contigit Augustino, qui ait [h]. *Elegerunt, sicut dicitur, ad duas fraudes agere causam cũ Cæciliano apud ecclesias transmarinas, parati ad vtrumque, vt si eum potuissent quacumque versutia falsæ criminationis euincere, satiarent plenissime cupiditatem suam: si autem non possent, in eadem quidem peruersitate durarent, sed iam tamen quasi haberent, quod dicerent malos iudices se esse professos: quæ vox est omnium malorum litigatorum, cùm fuerint etiam manifestissima veritate superati. Quasi non eis ad hoc dici posset, & iustissime dici: ecce putemus illos Episcopos*, & quæ sequuntur. Neque illa verba Augustini. *Si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur*, sunt intelligenda, vt propterea iudicium concilij sit Romani Pontificis sententiæ anteponendum, in quo, vt prædiximus, expresse fatetur positum esse totius Ecclesiæ principatum: sed id fieri posse auctoritate ipsius Sanctissimi Papæ, qui concilium cogit, & probat, quoniam in eo longe clarius veritas in-
85 notescit, cùm tot, ac tantorum patrum sententiæ audiantur: argumento eius, quod
86 Cælestinus [i] III. constituit de iudicibus delegatis. Nec Papa Nicolaus [k] I. negauit sententiam Romanæ sedis posse in melius commutari, cùm aut subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, seu grauium necessitatum dispensatione, collapsa reformare decreuit: quod circa mores tantum intelligendum
87 est, cum sint mutabiles. Neque denegatur (licet à Principe non appelletur, cùm ipse sit ad quem prouocatur, nec plerumque [l] à iudicibus ab eodem datis, nec à Senatu) recursus ad Principem per supplicationem [m]: qui quidem recursus perinde est, atque prouocatio. Verum, quia indignum maiestate Principis esset, si ab ipso ad ipsum appellaretur, ideo vulgò reuisionem vocant: quare Baldus [n], & post eum Neuizanus [o] dixerunt, quandoque Principem admittere appellationem, vt melius possit de re, qua de
88 agitur, certior fieri. Ab Antistite Romano tamen numquam [p] appellatur, licet ipse, vt dixi,

f c. nunc nos. dist. 40.
t, u. ad l. ex facto. ff. de vulgar. & pupil. substitut.
x in conf. 144. volu. 2.
y in lib. 2. c. 1. de baptism. cõtra Donatistas. de quo in c. puto 2. q. 7.
z c. 17. cum seqq. 9. q. 1.
a l. nam magistratus. ff. de arbitr. & l. ille à quo. §. tempestiuum ff ad S. C. Trebel.
b in c. innotuit de elect.
c c. 16. ead. quæst. 3.
d ep. 162.
e d. cap. 13. 24. q. 1.
f in d. tract. de potestat. Pap. par. 2. num 79.
g epist. eod. & in lib. de vnic. baptis.
h in d. ep. 162.
i cap. 21. de offic. iudic. delegat.
k cap 6. 35. quæst. 9.
l l. 1. ff. à quib. appel. non licet. l. vnic. ff. de off. præfect. prætor. c. 8. & 9. de sent. & re iud.
m d. cap. 8.
n ad l. fin. C. de relat.
o in conf. 22. inter cõsil. Alberti Bruni.
p d. c. 16. 9. quæst. 3.

dixi, possit rem iam sententia declsam,
iterum concilio remittere, vt magis dete-
gatur pertinacia aliter sentientium. Ad id
comprobandum plurima conciliorum de-
q in lib. 2. summæ, cap. 47. cum seq.
creta q affert Ioannes à Turrecremara,
quæ recensere superfluum esset, cùm Pius II. 89
suo diplomate, quod Bullam dicunt, san-
xerit, vt hæreticum damnandum, qui à
Pontifice maximo ad concilium prouoca-
re ausus fuerit. Quod adeo verum est, vt
r de potest. eccles. q. 6. art. 7.
Augustinus r Triumphus conclüserit Pa- 90
pam non posse statuere, vt ab eius senten-
tia dari possit appellatio, nec quemquam
à sua iurisdictione eximere, ne videarur ne-
gare se esse vniuersalis Ecclesiæ caput, con-
tra id, quod in concilio Constanriensi sub
Marrino V. fuit definitum, & in concilio 91
Florentino declararum. Quinimmo forti-
ter defendam Romanum Pontificem, etiam
accedenre iurisiurandi religione, ac voro, se
obstringere non posse, quin ponrificiæ tra-
dira potestati à Deo plene adminiftrer: quod
s in conf. 224. vol. 6.
t in conf. 1. colum. 1.
& Alexander s, & Barbatius t viri eruditi
tradiderunt occasione eius, quod contigit
Pauli Papæ II. remporibus: nam cùm Car-
dinales pro eligendo Ponrifice in conclaui
essent, atque iureiurando polliciti fuissent,
quisquis eorum Pontifex esser, nisi frarrum
accedenre consensu, neq. Cardinales crea-
turum, nec bona temporalia Ecclesiæ in
feudum concessurum: Cardinali Petro Bar-
bo (qui Paulus secundus dictus postea
fuit) ad ponrificatum assumpto, iidem
Alexander, & Barbarius, de eius iuramenti 92
qualirate consulri, respondcrunr eum, quid-
quid libuisset, non obstante quouis iuramen-
to, peragere non prohibirum: cùm iuramen-
ta votaque sint irrita, quæ amplitudini pon-
tificiæ repugnant: quare pontificia potestas
libera, ac soluta remaner, perinde ac si nul-
lum fuisser ea de causa interpositum iura-
u c. 5. dist. 17.
mentum. Neque dubium est u, quin si ali- 93
qua in sacris conciliorum decretis oriatur
ambiguiras, eius interpretatio ad sedem
Apostolicam, veluti ad matrem, & magi-
x c. 2. dist. 12.
stram x ecclesiarum pertineat. Quocirca vi- 94
demus fuisse multis abhinc annis hucusque
à Pontificibus maximis curam conciliorum
interpretandorum grauissimis sacri Sena-
tus viris in Vrbe demandatam, quorum
congregatio super concilio vulgari sermone
dicta est: cui nuper ex Sixti V. constirutio-
ne præfecti sunt super Tridenrini concilij
emergentibus quæstionibus quinque lectis-
simi Cardinales, Ptolomæus, scilicer, Nouo-
comensis, Hieronymus Rusticuccius, Anto- 95
nius Carafa, Fr. Srephanus Bonurius Areti-
nus, Hieronymus Matthæius: quorum pri-
mus cùm tempore concilij apud Pium IIII.
epistolis conscribendis præesser, huius one-
ris partem sortitus est, quòd præter rerum
peritiam, facile scire posit, quæ tunc acta
sunt. Rusticuccius, quia Sanctissimi Papæ
Vicarium gerit, & quia eodem, quo Nouo-
96 comensis, apud Pium V. maxima cum sui
laude, & Christianorum commodo conci-
liares sanctiones exequutum, officio defun-
ctus est. Carafa, proponens dictus, vir non
solum morum, & viræ innocenria insignis,
sed & Latinis, & Græcis litteris perquàm
eruditus. Aretinus, quòd in sacra pagina
esser oprime versatus: eidemque concilio
Interfuerir (quo vita functo Kal. Ianuarij
huius anni 1589. ei suffectus est Augusti-
nus Diaconus Cardinalis Cusanus, vir ze-
lo, & virtute plenus.) Matthæius, quòd iu-
ris vtriusque scienria, & exercirarione plu-
rimum excellat. Sunt itaque isti magna
cum prudenria huic præclaro muneri à Bea-
tissimo Pontifice Sixto præpositi: quod ma-
nifestissimum nobis præbet argumentum,
obscuritatem conciliorum ab ipsa sede Ro-
mana lumen, & interpretationem accipere,
nec alium quemquam hanc habere aucto-
ritatem. Sed quid mirum? cùm ipsa sedes
97 Romana res dubias ad fidem, & salutis cer-
y c. 9. dist. 19. & c. 6. dist. 17.
rirudinem spectantes y declaret, ac interpre-
terur, quæ etiam sacrarum scripturarum
z in Paratitl. tit. de magistr.
volumina (vti alias z dixi) si canonica sunt,
approbat, sin minus, vr apocripha, reijcit,
a c. 3. cum seq. dist. 15.
& condemnat a. Immo & super iure diuino
dispensar. Quòd autem sir hoc ius diuinum,
b li. 4. quolib. art. 3.
ostendir Bearus Thomas Aquinas b, vt
aliud ad vererem, aliud ad nouam legem
pertineat. Inter vtramque enim legem hæc
98 est differentia, quòd lex vetus determinet
mulra tam in præceptis cæremonialibus ad
culrum Dei pertinentibus, quàm in iudicia-
libus ad iustiriam inrer homines conseruan-
dam spectantibus. Lex vero noua, quæ li-
bertatis lex dicitur, huiusmodi derermina-
tiones non habeat: cùm sir contenta præ-
ceptis moralibus legis naturæ, & articulis
fidei, & sacramenris gratiæ. Vnde dicirur
lex fidei, & gratiæ, ob dererminarionem
articulorum fidei, & efficaciam sacramen-
99 torum. Cætera vero, quæ attinenr ad hu-
manorum iudiciorum, vel cæremonialis di-
uini cultus determinationem, libere permi-
sir CHRISTVS oprimus, & nouus legisla-
tor, Christianæ Reipublicæ supremis Antisti-
100 tibus determinanda. Vnde omnes huiusmo-
di determinationes ius humanum respi-
ciunt, in quo Papa dispensat. In solis vero

his, quæ sunt de lege naturali non dispensat.
Ex quibus constat Romanum Pontificem
posse in ijs, quæ non sunt iuris naturalis, nec
diuini, hoc est in ijs, quæ ad præcepta mo-
ralia spectant, dispensare. Hæc siquidem
sunt, præter iudicialia, & cæremonialia, quæ
pendent ab Ecclesia. Quæ moralia præce-
pta dicuntur esse iuris naturalis, quia ex di-
ctamine rationis naturalis obligare noscun-
tur, etiam si nulla extaret lex scripta. Sed
de his alibi latius [c]. Verum vrgebit iterum
aliquis, & dicet, quodnam est hoc ius diui-
num, super quo dispensat summus Pontifex?
Responsio est in promptu: videlicet pro-
prie, ac vere diuinum ius dici, quod tabu-
lis veteris, nouique testamenti continetur:
comprehenditque præcepta iuris naturalis,
quæ moralia vocantur, & naturalia: pro-
pterea quòd ante legem scriptam solo in-
stinctu naturæ, vel Dei, qui auctor naturæ
est, reuelatione facta patribus, obligabant.
Diuinum vero ius à Deo dicitur, sicut præ-
cepta diuini iuris, quæ à Deo sunt. In ve-
teri igitur lege præter naturalia, & mora-
lia, sunt iudicialia, & cæremonialia, quæ ab
eodem Beato Thoma [d] vocantur mortua: 101
attamen, quia in lege continentur, dicun-
tur esse diuinæ legis: in quibus pontificia
dispensatio locum habet. In noua vero le- 102
ge non sunt iudicialia, & cæremonialia, sed
naturalia tantum, vel moralia, ad quæ non
extenditur aliqua dispensatio, & fidei arti-
culi, & gratiæ sacramenta. Quæ autem
noua lege comprehendantur præcepta mo-
ralia, nemo est qui nesciat, nec ea solum, 103
quæ in Decalogo recensentur, sed alia
etiam non pauca. Nam ex Christiana
lege non modo fratrem occidere non licet,
sed nec illi irasci, vel contumeliam face-
re, nec vllum odio habere. Nec tantum
denegatur adulterium, aut fornicatio, ve-
tum vt dirigatur aspectus quoque in mu-
lierem ad concupiscendam eam: nec mo-
dò mutuum cum vsura dare, sed nec quid-
quam inde sperare: & his similia multa,
in quibus non dispensat Papa. In gradi- 104
bus vero iure diuino [e] prohibitis ne con-
trahatur matrimonium, quia præceptum
illud non est iuris naturalis, ex iusta, & ne-
cessaria causa, Pontificem maximum, non
æque alium inferiorem indulgere posse,
aliàs pluribus [f] docui. Dispensare etiam
eum posse super bigamia, cùm ea non pro-
hibeatur naturali iure, ostendit Bartholo-
mæus de Spina in suo *de potestate Papæ* [g]
tractatu. Et licet dubitetur [h], an ipse Ro-
manus Antistes possit, quo ad successiones,

c c. 18. infra.
d 1. 2. q. 104. art. 3. & q. 108. art. 2.
Math. 5.
e Leuit. 18.
f lib. 2. Animad. c. 16.
g num. 10.
h gloss. ad c. 2. Imp. dist. 10 ad cap. si vbera dist. 39. ad cap. pertenuit distinct. 102.

legitimare quemquam in terris sibi in tem-
poralibus minime subiectis, & videatur non
105 posse, adstipulante Gulielmo [i] Benedicto,
idem tamen Benedictus [k] dicit posse, si le-
gitimatio surgat ex aliqua matrimonij ra-
dice, vtpura, si Papa, qui solus potest, vel
per se, vel per alium dispensaret in matri-
monio inter contrahere prohibitos celebra-
to: quoniam hoc casu in consequentiam
matrimonij legitimati per Papam, & di-
spensati, etiam proles inde proueniens, quo
ad succedendum, ac cætera omnia, cense-
retur esse legitima [l], ac si per subsequens
matrimonium foret legitimata. Atque ita
fuisse seruatum in Scaquario Regis Rotho-
magensi, quo ad successionem domus de
Ferrieres ducatus Normandiæ anno Domi-
ni 1507. idem Benedictus testatur, videli-
cet filiæ cuiusdam magistri Ioannis de Fer-
rieres ad sacros ordines promoti, tamen ad
matrimonium contrahendum apparenter
saltem dispensati, per arrestum manutentæ
fuerunt, & conseruatæ diffinitiue in posses-
sione totius successionis paternæ, & dictæ
domus contra Dominum Dangu earum pa-
truum, licet non fuissent dictæ filiæ aliter
per Regem ad succedendum dispensatæ. Et
hæc illegitimitatis causa est tantæ efficaciæ,
vt, si coram ecclesiastico iudice pendeat, &
sit maxime præiudicialis articulo profano
coram iudice seculari pendente, iudex ec-
clesiasticus inhibere laico possit, ne proce-
dat ad vlteriora in casu profano, sed super-
sedeat, donec lis [m] fuerit finita, eo prope
modo, quo, pendente ciuili, & criminali
causa, in ciuili [n] supersedendum est, donec
de criminali pronunciatum sit. Quæ regu-
la locum habet, cùm criminalis causa est
præiudicialis ciuili, aliàs non, vt late
Puteus [o]. Est autem tanta Pontificalis po-
106 testas, vt Archidiaconus [p], de consecra-
tione Episcopi loquendo, dixerit Beatissi-
mum Papam posse eius sacramenti formam,
quamuis ab Apostolis traditam, mutare.
Quod Ioannes à Turrecremata [q] dicit fal-
sum esse, cùm nec Papa, nec vniuersalis
Ecclesia possit mutare formam sacramen-
torum, vt quæ à solo CHRISTO insti-
tuta fuerint. Ad ipsam vero Anacleti
constitutionem [r], qua cauetur, ne quis
in Episcopum consecretur minus, quàm à
tribus saltem Episcopis, responder, formam
illam non dici substantiam rei, sed ritum
quendam, siue modum, qui seruandus est
in ordinatione Episcopi, ad substantiam
non pertinens, sed ad quandam solemni-
tatem, & eius sacramenti reuerentiam.

i in reper. c. Raynut. par. 1. in verbo & vxorem. nomine Adelasiam. num. 198.
k ibid. num. 202.
l cap. per venerabil. qui filij sint legit.
m c. tua. de ord. cognit. c quanto de iudic. c. lator. c. tuam, qui filij sint legit. Innocent. ad c. causam, quæ 2. post princip. eod. tit. Alex. ad l. Titia, n. 18. ff. sol. matr. Ripa post Bar. & alios ad l. 1. de re iudic. Bero. consil. 119. n. 7. li. 1. Rota decis. 200. n. 1. diuers. par. 2.
n l. fin. C. de ordin. cogn. secundùm Bart. ad l. edita. C. de eden. quem sequuntur cõmuniter omn. Doct. vt per Curt. Iun. ibi nu. 181. & § sub nu. 182. vers. igitur omnes concludunt. Claudius nu. 68. sequutus Alexan. ad rub. crimine col. 2. vers. Bart. autem hic dicit rationem. Rolan. consil. 13. n. 1. li. 2. Puteus dec. 278 Peregr. decis. 295. lib. 2.
o decis. 99. lib. 1. Peregr. dec. 131. li. 2. Clarus de cõmuni in Practic. crimin. quæst. 2. vers. quæro, ibi. & ita concludunt omn. doct.
p ad c. porro, dist. 66.
q ad c. idnum 4.
r d. c. porrò.

Vnde,

Vnde, si talis forma non ad vnguem obser-
uaretur, non intelligeretur veritati sacra-
menti detractum, sed fieret irrita, quantum
ad executionem Pontificalis officij. Proin-
de falsa non est Archidiaconi propositio,
dum ait formam sacramenti ab Apostolis
statutam à Pontifice maximo mutari posse;
nomine enim formæ ritum intellexit. Si ve- 107
ro quid dubij circa fidem oritur, ita vt opus
sit noua Symboli editione, eam ad solam
Pontificis auctoritatem pertinere asserit S.
Thomas [f]. Nam licet in doctrina CHRISTI,
& Apostolorum veritas fidei sit diligenter,
& summa cum efficacia explicata, quia ta-
men peruersi homines Apostolicam doctri-
nam, & traditiones, & sacras scripturas iux-
ta suos sensus peruertunt; ideo necessaria
fuit interdum (vti perditissimorum homi-
num errores detegerentur) fidei expositio:
sicuti factum est de Symbolo Athanasij, qui 108
non illud composuit, vt Symbolum esset,
cùm, vt docet idem Beatus Thomas [t], hanc
facultatem non haberet, sed per modum
doctrinæ: verum quoniam integram fidei 109
veritatem breuis eius expositio comprehen-
dit, auctoritate summi Romani Antistitis
fuit approbatum, ac veluti fidei regula agno-
scitur. Omnia igitur, quæ sunt de necessitate 110
salutis, ab vno pendere Romano Pontifice
ostendit Bonifacius [u] VIII. quod & erudite
explicat Ioannes Hieronymus [x] Albanus:
hocq. multo magis in ijs, quæ sunt iuris po-
sitiui. In quibus, vt magis eluceat Pontifi- 111
calis maiestas, eo excepto, dispensare nemo
potest; nec etiam Legatus de latere illis iure
legationis se intromittere potest, sed ad ip-
sam Apostolicam sedem, vti maiores causas,
ac reseruatas remittere debet. Hæc recenset
Durandus [y] in Speculat. item Lancellottus
Conradus in libro [z], qui inscribitur, *Tem-
plum omnium iudicum*, & Martinus Lauden-
sis [a] in suo tractatu *de Principe*, asseruntque 112
octogintanouem esse casus, in quibus solus
Papa potest dispensare, quos opus non est
referre, etsi nonnullos exempli causa descri-
bemus: videlicet, quòd possit erigere, aut de
nouo ordinare ecclesias cathedrales, vnam
cathedralem alteri, vt libet, subijcere, vnire
duos episcopatus, aut vnitos, & singulos di-
uidere in duos, episcopalem sedem mutare
ex vno ad alium locum, transferre Episco-
pos ex vna in aliam ecclesiam, restituere
solemniter degradatos, eximere item Epi-
scopos, & alios, legitimare illegitimos, pro-
mouere insufficientes, & defectus patientes,
vtputa, bigamiæ, ætatis, ordinis, commit-
tere causam, appellatione remota, dele-

f 2. 2. quæst. 1. art. vlt.
t in d. art. vlt. ad 3.
u in extrauag. vnam sanctam. de maiorit. & obedient.
x d. tract. par. 12. nu. 10.
y tit. de leg. § nūc osten dendum.
z lib. 2 c. 2. § 2. vers. secundo.
a q. 237.

ctum contractuum, vel iudiciorum supple-
re, dispensare cum simoniaco in ordine,
absoluere participantem ex certa scientia
in diuinis officijs à se excommunicato, di-
spensare cum eo qui irregularitatem incur-
rerit, ac efficere, vt quis habeat plura bene-
ficia, canonizare Sanctos, eosque approba-
re, & in catalogo Sanctorum eorum nomi-
na describere, plenariam peccatorum in-
dulgentiam concedere, & his similia face-
111 re. De criminibus vero ecclesiasticis, id so-
lius Ecclesiæ iurisdictio est, nec quisquam
seculi Princeps de hoc se intromittere po-
test [b], vt in crimine simoniæ, hæresis, atque
in his omnibus, in quibus delinquat cleri-
cus, vel alia ecclesiastica persona, quæ eius-
dem fori priuilegio gaudeat, vti conuersi,
114 virgines, & viduæ Deo dicatæ. Item in
crimine vsurarum, quod est mere ecclesia-
sticum, prout communis extat opinio, re-
ferente [c] Didaco Couarruuias, omnium
iuris vtriusq. professorum consensu in hanc
itum esse sententiam, causam restitutionis
vsurarum, etiam si agatur inter laicos, ad
ecclesiasticum tribunal spectare, neque in
ea Principem laicum, vel eius magistratum
esse iudicem competentem, vt voluit glos-
sa [d], quam iuris vtriusque interpretes, vt
Albericus [e] ait, communiter sequuntur.
Atque communiter in praxi seruari atte-
statur Lapus [f]. Quod adeo verum est, vt
Alexander ex Catholico doctorum consen-
su asseuerauerit [g] magistratum ciuilem ne-
que etiam obiter, vel incidenter posse de
vsura cognoscere, neque etiam, si pars ex-
ceperit contractum esse vsurarium, neque
etiam statuere terminum, intra quem de-
beat coram iudice ecclesiastico probari ex-
ceptio vsurarij contractus, vt ex Bartolo [h]
haud male colligitur, cui reliqui omnes,
auctore Ripa [i], vnanimiter adhærent. Sed
115 de his suo loco. Item in causis ciuilibus,
vtputa, beneficialibus, matrimonialibus,
& inde prouenientibus. Non ab re igitur
Decius [k] respondit in Pontifice maximo to-
116 tam esse monarchiam spiritualem, & eius
potestatem absolutam esse ab omni regula
coarctante, ad quem [l] cuncta maiora ec-
clesiastica negotia, diuina disponente gra-
tia, debeant referri, vt ab eo disponantur,
à quo sumpsere principia.

b c. vt inquisitionis. § prohibemus de hæret. li. 6.
c lib. resolut. 1. c. 3.
d ad clem. 2. in verb. vsuris. de iudic.
e ad rubr. C. de vsur. num. 5.
f in allegationib. 56.
g ad l. quoties. n. 4. de iudic.
h ad l præsens. n 4. C. de appell.
i ad l. qui pro tribunali num 7 ff. de re iud.
k cons. 494. circa finem.
l c. 24. 24. quæst. 1.

SVMMA EX CAPITE XII.

1 *Mixtum, & merum in iurisdictione idem est, quod in vino, dilutum aqua, & purum, seu simplex.*

2 *Iudicium mixtum inter ciuile, & criminale consistit.*

3 *Iudicium ciuile priuatum, criminale publicum commodum respicit, mixtum neutrum.*

4 *In causis criminalibus requiritur inscriptio, & præsentia accusatoris: in mixtis, & ciuilibus sufficit procurator.*

5 *Mixta delicta sunt, quæ nec in rem sacram, nec profanam sunt.*

6 *Annexum est, quod natura profanum, sacræ rei adhærens, pro sacro habetur: quod & Gẽtiles Iurisconsulti tenuerũt.*

7 *Annexum vendi non potest, quoniam pro sacro reputatur.*

8 *Annexum in temporalium vniuersitate fundatum vendi potest.*

9 *Iurispatronatus causæ à iudice tantum ecclesiastico tractandæ sunt.*

10 *Res profana sacræ adhærens, naturam eius, quia dignioris, sumit.*

11 *Res publico vsui relicta nullius in bonis est, vniuersitatis est.*

12 *Si res promissa sit sacra, vel publica, promissor obligatione soluitur.*

13 *Bonorum dotalium ecclesiæ dispositio Episcopi dispositioni reseruata est.*

14 *Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet.*

15 *Seruitus est, qua quis de iure gentium alteri contra naturam subijcitur.*

16 *Libertini generis sunt, qui ex iusta seruitute sunt manumissi.*

17 *Manumissio est de manu datio.*

18 *Patronatus non respicit seruitutem, sed beneficium in manumissione collatum.*

19 *Ius patronatus apud ethnicos fuit ius, vel officium remuneranda libertatis.*

20 *Beneficium manumissionis est inæstimabile.*

21 *Patronus in liberti persona, & bonis habet operarum exactionem, intestati successionem, bonorum contra tabulas possessionem.*

22 *Libertus patronum, vt patrem, honorare debet.*

23 *Patronus* Christianus *ecclesiæ sui iuris legitime rectorem præsentat.*

24 *Patronus inops de patronatus bonis alendus est.*

25 *Censuit Archidiaconus omnes Reges in cathedralibus ecclesijs patronos esse.*

26 *Tenentur Imperatores, & Principes ad ecclesias tuendas.*

27 *Reges ex priuilegio possunt præsentare, atque eligere rectores ecclesiarum.*

28 *Quandocumque dicitur Reges esse patronos in ecclesijs, intelligitur habere eos hoc ius, vnde & alij habent, qui iuspatronatus constituunt, non alio modo.*

29 *Romanus Pontifex concessit Imperatori, vt in singulis Alemaniæ ecclesijs canonicum designet.*

30 *Reges Neapolitani nominationem Episcoporum in quadraginta ecclesijs habuerunt priuilegio sedis Apostolicæ.*

31 *Reges Angliæ, & Hungariæ præbendarum collationem priuilegio Apostolico habuerunt.*

32 *Reges Franciæ idem ius obtinuerunt.*

33 *Scientia, & tolerantia Papæ circa collationem beneficiorum, priuilegium inducit.*

34 *Fama, & tempus immemorabile, etiam in ijs, quorum laici sunt incapaces, in conferendis beneficijs priuilegij vim habent.*

35 *Tempus immemorabile sine fama incapaces capaces non reddit.*

36 *Consuetudo immemorabilis æquiparatur priuilegio, dummon repugnet incapacitas possidentis, aut consuetudo sit à iure improbata.*

37 *Consuetudo cum fama coniuncta incapaces habilitat.*

38 *Ex tempore aliquid præsumitur fuisse institutum.*

39 *Consuetum vim pacti habet.*

40 *Philippus Rex Hispaniarum viros lectissimos pro ecclesiarum regimine Pontif. Rom. offert.*

41 *Deplorat auctor temporum suorum calamitatem.*

42 *Licitum est in collocandis Episcopis Principum secularium assensum quærere, perfecta tamen electione.*

43 *Episcopus pars ciuilis quietis est.*

44 *Principe dissentiente, non fit irrita Episcopi electio.*

Conciliatur cap. Lectis. distinctione lxiij.

45 *Leo IIII. Episcopum Reatinum electum noluit consecrare absque Imperatoris assensu.*

46 *Adrianus Carolo Magno, & Leo Othoni facultatem summum Pontificem confirmandi concesserunt.*

47 *Ante Adrianum Imperator Orientalis Papam confirmabat, vel pro eo Exarchus Italiæ.*

48 *Concessa fuit confirmandi Papam auctoritas Imperatori Orientali ab Apostolica sede, ad tollenda schismata.*

49 *Imperatores Papam eligendi sibi, etiam*

sublato

sublato schismatis periculo, sumpserit.

50 *Iustinianus primus extra schismatis necessitatem, confirmationem Papæ sibi, & successoribus, aut per se, aut per Vigilium Papam vindicauit.*

51 *Vsurarum causam in quæstione iuris semper iudex ecclesiasticus cognoscit: in quæstione facti, dum agitur ad restitutionem, etiam laicus poterit pœnam vsurario infligere.*

52 *Etiam in quæstione iuris poterit laicus de vsuris cognoscere, si per modum exceptionis agatur.*

Vsuræ de iure ciuili non sunt omnino vetitæ.

53 *Centesima vsurarum à Iustiniano permissa ita dicta est, quia centesimo quoque mense vsura sorti æquatur.*

54 *Inter vsuram, & fœnus constituitur differentia, quòd hoc prohibitum sit, illa secus.*

55 *Vsura pecuniæ fœnebris citra vinculum stipulationis non petuntur: quod vero ex mora debitoris creditori competit, & vsura vocatur, peti potest legitime, vt censuerunt nonnulli Iurisconsulti.*

56 *Fœnus ex conuentione de iure Cæsarum licitum fuit.*

57 *Vsurarum prohibitio à Romano Pontifice ortum trahens cognomen dedit huic crimini, vt ecclesiasticum vocaretur.*

58 *Adulterij crimen est mixtum, & à iudice ecclesiastico cognosci debet, præsertim, quo ad tori separationem.*

59 *Quia Martianus dixerit concubinatum extra pœnam legis esse, non infertur ipsum licitum fuisse, sed potius nullam ei pœnam à lege fuisse statutam.*

60 *Nomen concubinæ apud Romanos honestum fuit.*

61 *Vxor à concubina, ait Vlpianus, tantum dignitate differebat.*

62 *Concubina idem fuit, quod vxor, præterquam in dotalibus instrumentis, & cæteris solemnitatibus.*

63 *Iustinianus vetuit in maximis dignitatibus constitutos matrimonia contrahere absque dotalibus instrumentis, præterquam sibi subditis barbaris.*

64 *Concubinatus tamquam lege Pontificia vetitus, iudici ecclesiastico, vt crimen ecclesiasticum, reseruatum est.*

65 *In maximis dignitatibus constitutis concubinatus ex Nouella Iustiniani fit mixtum crimen, estq. communis fori, potestq. locum habere præuentio.*

66 *Constantius Imperator Arianus peccatum contra naturam maximo odio prosecutus est.*

67 *Vltimi supplicij pœnam Constantius, & Constans lege lata in sodomitas statuerunt.*

68 *Clerici sodomitæ in monasterijs detruduntur: laici excommunicantur.*

69 *Sodomiæ crimen ecclesiasticum est, & à suo iudice cognoscitur.*

70 *Mediolani sacrilegium à magistratu ciuili definitur.*

71 *Senatus Pedemontanus de sacrilego sententiam tulit.*

72 *Ecclesia non agnoscit pœnam capitalem.*

73 *Personam Papæ, aut Cardinalium offendens, postquam ab ecclesiastico iudice fuerit castigatus, poterit puniri etiam à seculari.*

74 *Sortilegium sapiens hæresim ab ecclesiastico: non sapiens à laico iudice definitur.*

75 *Capite, & bonis puniuntur de iure ciuili sortilegi, diuinatores, & malefici.*

76 *Hodie sortilegi fustibus cæduntur, & mitrati infamia publice notantur.*

77 *Quæstio, an iudex competens ecclesiasticus laici possit ipsum in criminibus mixtis carcere coercere, habet dissentientes valde doctores: Sed auctor sequitur Couarruuiam, quòd consuetudine intercedente, possit.*

78 *Carolus V. noluit consuetudinem Ecclesiæ fauentem, quamuis rogatus, abrogare.*

79 *Clerici criminum mixtorum rei, possunt in carcerem conijci à iudice ecclesiastico.*

80 *Magistratus ecclesiasticus nec bona, nec personam capere potest pro executione sententiæ ciuilis à se prolatæ, sed debet seculare brachium inuocare.*

81 *Ecclesiasticus iudex in causis mixtis habet persona coercitionem, ne iurisdictio sit frustratoria.*

82 *Non est deueniendum de facili ad censuras, ne contemnantur.*

83 *Hieronymus de Ruuere Cardinalis libertatis ecclesiasticæ amator, æque ac iustitiæ.*

84 *Iudicatus in auditorio ecclesiastico potest de crimine mixti fori, etiam à seculari iudice, iudicari, & puniri.*

85 *Iurisdictio ecclesiastica est à laicali prorsus disiuncta.*

86 *Absolutionis sententia in vno foro lata nō parit in alio rei iudicatæ exceptionē.*

87 *Reus sufficienter mulctatus in vno foro non potest condemnari iterum in alio.*

88 *Si iudex temporalis fortius posset reum conuin-*

conuincere, quàm fecerit ecclesiasticus, non prohibetur, vt contra ipsum inquirat, eumq. puniat.

De Ecclesiastica potestate in ijs, quæ mere sacra, vel spiritualia non sunt, & de criminibus mixti fori: item de iure patronatus, & an Reges in omnibus episcopalibus ecclesijs sint patroni. Cap. XII.

EX proxime disputatis insurget aliquis non tam ingenio acutus, quàm ecclesiasticæ libertatis parum studiosus, & dicet: fateor ecclesiasticæ, seu pontificiæ potestati omnia sacra, & quæ spiritualia dicuntur, subijci, non æque ea, quæ mixta sunt, & spiritualibus annexa. Sed, vt error titubantium facilius detegatur, & veritas magis elucescat: quid sit mixtum, & spiritualibus annexum, paucis explicare
necessarium duximus, Itaque mixtum dici- 1
tur ad differentiam meri. Merum est, quod re prorsus nulla est commixtum, sed permanet in puris suis naturalibus, vt puta vinum merum appellatur, quod non est aqua temperatum: mixtum, quando est dilutum. Martialis.

Cùm peterem mixtum, vendidit ille merum.

Sic à iuris auctoribus mixtum vocatur imperium, quod cohæret imperio [a] mero, & iurisdictioni, quod non cohæret, merum ap-
pellatur à Papiniano [b] Iurisconsulto. Sic iu- 2
dicium dici mixtum, quod est inter ciuile, &
criminale, aliàs [c] ostendi. Etenim iudicium 3
esse ciuile dicebam, quando quis agit ad sui commodum, videlicet cùm quis petit sibi adiudicari id, de quo controuersia est, siue ex contractu, vel quasi: criminale vero, quod ad publicam vindictam instituitur, siue pœna sit corporalis, siue pecuniaria: mixtum vero, quando, neque ad publicam vindictam agitur, neque ad priuatam vtilitatem, vt in illa Innocentiana [d] constitutione, in qua accusatio licet de crimine fiat, non est tamen criminalis. *Sed quasi,* inquit, *mixta inter ciuilem, & criminalem.* Similis est in
alia eiusdem Innocentij III. [e] constitutione: 4
nam in causis mere criminalibus requiritur
inscriptio, & procurator non admittitur; in 5
mixtis, perinde atque in ciuilibus, per procuratorem agere possumus, nec est inscri-
ptio necessaria. Sic mixta delicta dicuntur, 6
& communis fori, quæ nec prorsus in rem sacram sunt, nec omnino profanam: annexum vero, & spiritualibus coniunctum appellari potest illud, quod natura profanum, vel si mauis, temporale (vt est ius patronatus [f], videlicet bona illa, quæ à laicis, vel à clericis, de bonis tamen proprijs, pro dotatione alicuius ecclesiæ conferuntur, consecranturve) rei sacræ adhæret: vnde etsi natura profanum, adiectum tamen spiritualibus, seu sacris, sacrum, seu spirituale reputatur: nam & ethnici [g] Iuriscons. responsitarunt, quæ religiosis adhærent, religiosa esse: & quod cohæret [h], sumere naturam eius, cui
7 cohæret. Atque ideo vendi non potest [i], ac si mere spirituale esset, quanquam consistens in aliqua temporalium vniuersitate, vt
8 ius patronatus [k], ea distracta, vendi non prohibetur. Venit igitur in consequentiam rei venditæ, ratione cuius [l] competebat. Hinc haud male Gulielmus [m] Benedictus dicebat multa fieri, & tenere in consequentiam, quæ principaliter, & per se fieri, & tenere nequaquam possent. Sed dubitatio est, an causa iurispatronatus coràm ciuili, aut ecclesiastico magistratu proponi debeat. Ad
9 id respõdens Regi Angliæ Alexander [n] III. dixit causam iurispatronatus ita coniunctam esse, & connexam spiritualibus causis, quòd non, nisi ecclesiastico iudicio, valeat definiri. Huius rescripti ràtio illa esse potuit: quòd
10 cùm res, quæ alteri adheret, sumit naturam [o] eius, cui adhæret, fit, vt res profana, quæ sacræ, digniori scilicet, adhæret, desinat humani iuris esse, & diuini fiat, nulliusq. in bonis: quod & Paulo Iurisconsulto placuit [p].
11 Quemadmodum etiam res publicis vsibus in perpetuum relicta, humani quidem iuris est, sed tamen nullius in bonis, vniuersitatis quidem esse creditur, vt idem Paulus [q] ait.
12 Et vsque adeo ista vera sunt, vt Vlpianus dixerit [r], Si res, quam dare promisi, fiat sacra, religiosa, vel publica, me ab obligatione liberari. Verum, cùm adhuc dubitaretur, an bonorum in dotem ecclesiæ datorum ordinatio ad Episcopum pertineret, in concilio Toletano [s] tertio ita fuit definitum, vti
13 apud Gratianum [t] videre est. *Sic quidam contra omnem auctoritatem ecclesias, quas ædificauerunt, postulant consecrari, vt dotem, quam eidem ecclesiæ contulerunt, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere: quod factum taliter sit præterito corrigatur, vt & in futurum, ne fiat, prohibeatur: & omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.* Nec dubium est, quin hoc ius, quod

iure

a l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.
b in l. 1. §. 1. qui mandata. & l. vlt. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.
c in c. 19. lib. 1. Animaduers.
d in c. 5. de procurat.
e in c. 16. de accusat.
f c. 3. de iudic. cap. 16. de iure patron.
g l. 44. ff. de rei vind.
h cap. 4. de parochijs.
i d. c. 16 de iure patr.
k c. 7. eod.
l argumento. l. quoties C. de iudic.
m in repetit. c. Raynutius. p. 1. in verbo & vxorem nomine Adelasiam. num. 202.
n in d. c. 3. de iudic.
o d. l. 44.
p l. 1. ff. de rer. diuis.
q ibidem.
r l. 83 ff de verb. oblig.
s cap. 19.
t cap. 2. 10. quæst. 1.

iure Pontificio patronatus dicitur, ab illo,
u tit. de iure patron. ff.
cuius in Pandectis extat [u] titulus, nomen,
formamq. acceperit: omnes enim homines,
x l.3. ff. de statu hom.
aut liberi sunt [x], aut serui: libertas, vt pla-
y l.4. ff. eod.
cuit Florentino [y] iurisconsulto, est naturalis 14
facultas eius, quod cuique facere licet: ser- 15
uitus vero est constitutio iuris gentium, qua 16
quis dominio alieno contra naturã subijci-
tur. Liberorũ autem hominum, quidam inge
z l.5. ff. eod.
nui sunt [z], quidã libertini: libertini appellan-
a l.6. ff. eod.
tur, qui ex iusta seruitute manumissi sunt [a]:
manumissio dicta est, quasi de manu datio:
nam quamdiu quis est in seruitute, tamdiu 17
b l.4. de inst. & iure.
manui, & potestati suppositus [b] est, & seruus
dicitur, & qui in eum dominium habet, do-
minus est. Facta manumissione, quamuis
seruus non sit manumittentis, at certe, ait
c in l.51. in fi. ff. de hær. instit.
Martianus [c], libertus est: amissum enim, &
extinctum prorsus manumissione dominiũ,
sicut ipsa seruitus, euanescit: sed aliud ius
manumittenti acquiritur, quod patronatus 18
nuncupatur, nec seruitutem respicit iam
mortuam, sed viuum manumissionis benefi-
cium, & libertatem recens datam. Vnde 19
ius patronatus dici posset, esse ius, quod
patronus habet in libertum pro libertate in
eum collata: quod in liberto fit officium,
seu debitum remunerationis, patrono gra-
tiæ referendæ causa tanti beneficij (cuius
d l.1. ff. de bon. libert.
meminit Vlpianus [d] ad edictum) cùm ex 20
seruitute ad ciuitatem Romanam perduca-
e §.ex. Inst. qui manum. non poss.
tur, adeo vt æstimari [e] non possit. Idcirco 21
lex voluit patronum in liberti persona, bo-
f tot. tit. ff. de iure patr. & ti. de oper. libert.
nisq. habere [f] operarum exactionem, inte-
stati successionem, bonorum possessionem
g l.1. ff. de obseq. à lib. præstand.
contra tabulas, ac eumdem honorem [g], qui
à filio patri exhibetur, à liberto deferri pa-
h l.9. ff. eod. de obseq.
trono. Nam & idem Vlpianus [h] ad edictum. 22
Liberto, & filio semper honesta, & sancta
persona patris, ac patroni videri debet. Vni- 23
uersum igitur hoc ius patronatus dicitur:
idem dici potest de iure patronatus eccle-
i c.12.22.27 & 29. de iur. patr.
siastico, ius enim patronis [i] competit desi-
gnandi, & offerendi aliquem, vt institua-
tur, & præficiatur ecclesiæ, quod præsenta-
re vulgò dicimus: atque hoc ei, qui de ec-
clesia est bene meritus, eam condendo, ædi-
ficando, vel locupletando tribuitur, cui pro
beneficio mutuam referri gratiam antiqui 24
patres statuerunt, vt non solum honore af-
k c.26. cum seq. 16. q.7.
ficiatur [k], & de facultatibus eius alatur [l], si
l c.30. cum seq. ead. q.7. & c.25. de iure patr.
inops fiat, sed etiam offerre [m], & designare
possit sacerdotem, altero mortuo, his, quo-
m d.c.12. cũ alijs citatis.
rum [n] est eligendi potestas, vt Episcopis, &
n can.32. ea. q.7. c.3. & d. c.12. cũ alijs.
alijs superioribus, eamq. ecclesiam ipse
o c.31. ead. q.7.
quàmmaxime [o] potest, tueri debet. Hisq.
de causis patronus dicitur, & totum hoc ius

eius iuspatronatus. Instabit iterum aliquis,
& dicet: ergo patronus is tantum appella-
tur, qui ecclesiam iurispatronatus fundauit,
vel dotauit, non æque alius: quod mirum
p ad c. lectis dist. 63.
25 videtur, cùm Archidiaconus [p] vir in sacra
iurisprudentia satis celebris haud obscure
dixerit, omnes Reges, in cathedralibus ec-
clesijs patronos esse. Archidiaconum sequu-
ti sunt & alij ingenio, & doctrina præstan-
q r ibidẽ.
tes, videlicet Dominicus [q], & Cardinalis [r]
s in proœm. Greg. prope fi. ad c. quanto de iudic.
Alexandrinus, item Baldus [s], & Paris [t] de
t in trac. syndic. in verb. ciuit. c.2. in fine.
Puteo. Nec est verisimile Reges omnes ma-
iores ecclesias fundasse, aut dotasse, nec ius
illud sibi vindicasse: sed potius videtur dicẽ-
dum tale deligendi, & offerendi ius Episco-
pos, Abbates, & alias maiores dignitates
iure ipso Regibus, & alijs seculi Principibus
competere, quasi eis natiuum, & germanum
hoc sit. Ad quod licet responderi posset, ius
tuendi ecclesias adeo innatum esse Impera-
toribus, Regibus, omnibus denique Princi-
26 pibus, vt nihil magis (constituti enim sunt
ad defendendam armis, & legibus rempu-
blicam, imbecilles, & sacrum ordinem, qui
potissima eius pars est, vt iam à nobis toto
secundo huius nostri operis libro expositum
est) tamen constanter defendam nullum
ius, nullam auctoritatem, potestatem nul-
lam habere Imperatores, Reges, aut alios
quoscumque Principes in Episcopalibus,
Abbatialibus, alijsve inferioribus ecclesijs:
nec hac in re esse melioris cõditionis, quàm
sint eorum subditi: nisi ostenderint titulos
iurispatronatus esse vel ex fundatione, vel
ex dotatione, vel ex augmentatione, vel ex
priuilegio, siue etiam ex multiplicatis præ-
sentationibus per antiquissimum (vt ait sy-
u c.9. de refor. sess. 25.
nodus [u] Tridentina) temporis cursum,
qui hominum memoriam excedat, aliasve
iuridicas dispositiones. Immo eadem syno-
dus pleniorem, & exactiorem probationem
ad docendum titulum requirit in Principi-
bus, seu Communitatibus, vel Vniuersitati-
bus, in quibus id ius plerumque ex vsurpa-
tione potius quæsitum præsumi solet: nec
immemorabilis temporis probationem ali-
ter eis suffragari voluit, quàm si præter cæ-
tera, ad eam necessaria, præsentationes, etiã
continuatæ, non minori saltem, quàm quin-
quaginta annorum spatio, quæ omnes effe-
ctum sortitæ sint, authenticis scripturis pro-
bentur. Quod sane decretum Rota in vna
causa Sabinensi beneficiorum coram viro
doctissimo Hippolito Aldobrandino, nunc
amplissimo sanctæ R. E. Cardinali, legatio-
ne etiam Polonica celeberrimo, ita intel-
lexit, vt non cesset, etiam si cum immemo-

rabili tempore probetur fama donationis,
vel fundationis, quia & decretum distinctè
loquitur, & requiruntur pro forma vltra
probationem immemorabilis temporis con-
tinuæ præsentationes, quæ per scripturas au-
thenticas probentur, & quòd sint sortitæ
effectum: vt ostendunt illa verba, nec aliter,
quorum naturam formam importare post
Bartolum, & alios Decius respondit x. Nam
licet Archidiaconus, Baldus, & alij asseue-
rent Reges in ecclesijs maioribus patronos
esse, quonam pacto patroni sint, neuter eo-
rum explicat: quamplurimi tamen iuris in-
terpretes, quos recensent Nicolaus y Boe-
rius, Lambertinus z, Curtius a, & Remun-
dus b Rufus, dicunt Archidiaconum, & Bal-
dum scripsisse Reges in ecclesijs maio-
ribus patronos ad tutelam tantum, patroci-
nium, atque defensionem. Nec mihi displi-
cet, quod Corseto placuit c, vt quod Ar-
chidiaconus, & Baldus dicunt, accipi de- 27
beat, quòd Reges patroni dicantur, non
omnium ecclesiarum, sed quarundam tantû
modo, singulari quodam iure, & priuilegio:
quo casu possunt inferioribus ecclesijs, qua-
rum ipsi sunt patroni, designare, vel offerre
instituẽdum sacerdotem Episcopis, aut præ-
ficere per se ipsi ex priuilegio, ac vetustissi-
ma d consuetudine. Hæc sunt, ait Remun-
dus e, quæ regalia dici solent, de quibus ex-
stant multi multorum libri. Quod sane ius
etiam Regem Franciæ habere constat ex
duabus constitutionibus Honorij Tertij f,
Romani Pontificis g. Vbicumque ergo Prin- 28
cipes seculares contendunt habere ius no-
minandi, vel præsentandi, vel assentiendi in
ecclesijs, dicendû est id eos habere ex fun-
datione, vel dotatione, vel augmentatio-
ne, vel priuilegio. Nam Gulielmus Duran- 29
dus in Speculatore h tradit priuilegia Ro-
mani Pontificis vidisse, quibus Imperatori
concessum est, vt in singulis Alemaniæ ec-
clesijs vnum canonicum designet: & ali-
quando, cùm apud se causa ageretur, libel-
lum formasse. Lambertinus in suo de iure 30
patronatus i tractatu scribit, Pontificum
beneficio Reges Neapolitanos nominandi
Episcopos facultatẽ habuisse in quadragin-
ta primarijs ecclesijs, quas cathedrales ap-
pellamus. Baldus k ait beneficiorum dando-
rum, quæ præbendæ dicuntur, Romani An- 31
tistitis indulgentia Regi Angliæ, & Hunga-
riæ ius, & potestatem esse. Guymerius am- 32
plissimi Parisiorum senatus Præses l narrat
in eucterio, & tabulario regiarum rationum
asseruari de his rebus Pontificum diploma-
ta, quibus hoc tributum est Regi Franciæ

x Dec. cons. 528. nu. 11. Ru. cons 92 n. 25. li. 1. Socin. iun. cõs. 92. n. 27. li. 4.
y in li. dec. q. 32. par. 2.
z de iur. patron. li. 2. q. 11.
a de iur. patron ad ver. eccl. q. 1.
b in lib. pro Pont. Max.
c in tract. de potest. regia q. 34.
d cap. 23. de elec. lib. 6.
e in d. lib. pro Pontif. Max.
f in c. 34. de preben.
g c. vit. de concess. præben.
h in tit. de preb. §. 2. versic. 7.
i d. q. 11. li. 1.
k ad l. 7. C. de precib. Imp. offer.
l ad pragmaticã sanctionẽ. tit. de annatis ad ver. regaliæ.

ius. Horum priuilegiorum etiam meminit
Boerius m, quæ dicit esse in thesauro regio,
& Gulielmus n Benedictus scribit, eundem
Regem Franciæ plura habere priuilegia tam
in rebus ecclesiæ, quàm clericorum. De
quibus priuilegijs, vti exerceri consuetis,
aut eorum aliquibus, vbi aliter non consta-
ret, nisi per famam in toto regno volantem,
certe sufficeret: ideo allegata eum vsu tem-
poris immemorabilis sufficienter probarent
33 ipsa priuilegia, cùm in huiusmodi antiquis
iuribus sit regibus deferendum, vel eo ma-
xime, cùm talem consuetudinem ipse san-
ctissimus Papa sciat, & toleret de Rege Frã-
34 ciæ, post Ioannem Andreæ o, tenuere Al-
bericus p, & Boerius q. Immo illa duo, sci-
licet fama, & tempus immemorabile simul
iuncta vim habent priuilegij per habentem
potestatem concessi, etiam in ijs, quorum
sunt laici incapaces, eiusdem Ioannis An-
35 dreæ, Panormitani, & aliorum r testimonio,
36 quos tamen tempus immemorabile capaces
non redderet sine fama, vt & ijdem Ioannis
Andreæ s, & Abbas t dixerunt. Licet verò
consuetudo immemorabilis æquiparetur u
priuilegio: plus tamen potest priuilegium
in duobus casibus, quàm consuetudo, etiam
longæua, & cuius non extat memoria, vt idẽ
ait Benedictus x. Primo, vbi est incapaci-
tas possidentis, quia non posset consuetu-
do eum facere capacem. Secundo, vbi con-
suetudo à iure improbatur: quia tunc plus
37 operatur y priuilegium, sed iuncta cum fa-
ma operatur priuilegium habilitationis in-
capacitatis. Nam eleganter B. Augustinus
ad Ianuarium, *Quæ obseruantur* z, ait, *com-*
38 *mendata, & statuta videntur*. Hinc a glos-
sa rectè putauit ex tempore præsumi aliquid
39 fuisse institutum; & ad nos à maioribus no-
stris peruenisse. Siquidem Philosophis con-
suetum dicitur, quod innatum. Legum in-
terpretes dicunt, quod vim pacti habet, &
pacto b comparatur. Non est itaque dubiû,
quin Rex ius illud habeat in ecclesijs ex pri-
uilegio. Quod etiam constat ex ijs, quæ
Leo Decimus, in gratiam Francisci Primi illi
Regno concessit. Idem quoque dici potest
de Catholico Rege Hispaniarum, qui ad ec-
clesias primarias regni illius eligendos no-
40 minat. Vtinam omnes tale ius habentes,
tales nominationes facerent, vt Philippus
Hispaniarum Rex, & vere catholicus. Non
enim statim nominat, neque ad cuiuscum-
que preces, sed matura adhibita delibera-
tione, habitoq. personarum delectu, tales
offert viros Pontifici Maximo, non in Hi-
spanijs solum, sed & in Indijs, & in Neapo-
litano,

m in d. dec. 32.
n ad reper. c. Raynut. in verb. & vxorem nomine. dec. 2. n. 69
o in addit. ad Spec. tit. de legato. §. nunc tractemus. versic. sed nunquid legatus. & in tit. de præb. §. 2 in fine.
p ad l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.
q in d. dec. 32.
r ad c. cum Apost. de his, quæ fiunt sine consen. capit.
s ad c. 1. de præscr. lib. 6
t ad c. cum causam. de præscr. ad c. super quibusdam. §. præterea. de verbor signif.
u c. nouit. de iudic. & d. c. super quibusdam.
x d. nu. 169.
y c. 4. de off. Archid. iuncto c. 7. de consuet. glos. ad clem. 1. in fi. de priuil.
z epist. 118. de qua in c. 11. dist. 12.
a penult. in fi. ad cap. ex par. de cens.
b glos. ad l. 2. C. quæ sit long. cõsuet.

Digitized by Google

litano, & Siciliensi Regno, qui Episcopali
dignitate merito ab omnibus digni existi-
mentur. Et ob hanc vnam potissimum cau-
sam semper putaui, omnia illi potentissimo
Regi feliciter succedere. Parum siquidem
prodest bonum esse Principem, pium, reli-
giosum, fortem, potentem, diuitijs affluen-
tem, Prouincias, & regna plurima haben-
tem: nisi habeat, qui subditos in officio con-
tineat, & sermone, & moribus, & auctori-
tate in CHRISTI, suæ Ecclesiæ, atque
Principis fide retineat, conseruet, & iam
deperditos, ad rectam viuendi normam
reducat. At vero; si idonei non dantur Epis- 41
copi, præfecti, & pastores, quis ingentes
animi nostri impetus coerceat? quis tumul-
tus sedet? Christiana respublica sæpius ma-
lorum pastorum vitio laborauit, vt mirum
non sit, si hæreses emerserint, si populi, ac
gentes periurijs, & blasphemijs onustæ,
summum CHRISTI vicarium, ac proprios
Principes deseruerint, si regna subuertan-
tur, atque omnia ad perniciem, & in præ-
ceps ruant: malis vero tantis, non calamo,
non scriptis, non minis, non igni, non ferro,
non armis finis imponi possit. Hæc quæ vi-
derũt superiora secula, viderẽtur & hodie, &
quod dolendũ est, ipsorũ Antistitũ negligen
tia, pastorũ ignorantia, & rapacitate, interdũ
quoq; malitia. Tanta est Antistitũ, & curio-
nũ, seu parochorũ auctoritas, vti alias dixi [c],
c sup. lib. 2. c. 4.
vt nulla maior, nulla validior: omnibus enim
videri solet ex Episcoporum lingua, quasi
melle dulcior fluere oratio, cuius suauitate
gregem suum, quocumque volunt, ducunt.
Tales igitur nominare debent Principes ad
ecclesias, in quibus jus habent patronatus,
quales à sacris canonibus præscribuntur, vt
exemplo cæteris esse possint, viri videlicet
vitæ probitate, morum integritate, diuina-
rum, humanarumq. scientia præclari, & vt
eos Apostolus ad Timotheum [d], & Titum [e]
d cap. 3.
e c. 1. & 2.
scribens, esse exoptat. Quod si accurate
fieret, non est dubium, quin res nostra bene
se haberet. Cæterum, quamquam eligendi 43
Antistites Principibus laicis facultatem ne-
quaquam esse diximus: consentimus tamen,
de electione ad eos, vt assentiantur, referri
posse [f], non prius tamen, quàm perfecta sit
electio [g]. Interest enim, vti iam ostensum
est [h], Principis infensum non habere Anti-
stitem, vt qui pars ciuilis quietis est. Non 41
f ex c. 14. de elect. & c. 25 de iur. patr. c. 9. cũ alijs, dist. 63.
g d. c. 14. & c. 28. eod de elect.
h sup. e. pro ximo.
tamen idcirco electionem minus valere di-
cimus, si dissentiat Princeps, qui sibi consu-
lere poterit, intercedendo, ne electus præ-
sit. Sic canon ille [i], qui de obscura illa Ar- 44
i d. c. lectis. dist. 63.
chidiaconi interpretatione tam dissentiẽtes
habuit interpretes, accipi potest: non enim
de præsentatione eo loco agitur. Quocirca
nec de iure patronatus, sed de consensu tan-
tum, quem inuestituram Principes appel-
lant, vel vt vernaculo sermone loquamur,
Principis, aut Regis placitum, ideo sic di-
45 ctum, quia per hoc verbum *placet*, exprimi
consueuit. Siquidem de electione perfecta,
vt modo expositum est, certior Princeps fie-
ri potest, vt comprobet, & consentiat. Vn-
de Stephanus Papa Guidoni Comiti, ac for-
tasse Reatinæ ciuitatis domino, qui ab eo
petebat, vt Episcopus Reatinæ ecclesiæ iam
electus confirmaretur, respondet se id prius
non esse facturum, quàm de more electioni
assentiretur Imperator. Sic, cùm eadem
Reatina ecclesia per multum temporis spa-
tium esset pastore orbata, Leo IV. Lotha-
rium, & Ludouicũ Augustos hortatus est [k],
k c. 16. ead. dist.
vt assentirentur quendam Colonum nomi-
ne diaconum in Episcopum consecrari: qui
cùm probarent, eum consecrauit, ac de
consecratione, consensu Augusti, & Augu-
stæ facta, certiorem reddidit [l] Comitissam
l c. 17. ead. dist.
Reatinam, vel ob id fortasse, quòd idem
Comes sibi in eadem ecclesia ius aliquod
competere arbitrabatur. Sed dicet aliquis,
quare Stephanus, Leoq. quartus ab Impe-
ratore licentiam Episcopos consecrandi pe-
tierunt? responderi posset, vti iam dictum
est: quia Princeps de electione facta certior
fieri debebat, & quia ipsi Romani Pontifi-
46 ces, vt Adrianus Carolo Magno, & Leo
Othoni hãc facultatem concesserunt, etiã [m]
m c. 22. & 23. cum seq. ead. dist.
47 confirmandi ipsum Vrbis Episcopum. Immo
annis pluribus ante Adrianũ Romanus Pon-
tifex etiam legitime electus non ante cõn-
secrari poterat, quàm eius electio ab Impe-
ratore Constantinopolitano, vel eius Exar-
cho confirmata esset, ipseq. suis litteris pa-
48 tentibus licentiam designato Pontifici con-
cederet: quod propter schisma Imperatori-
49 bus primum fuerat permissum, deinde quia
extra schisma hanc sibi vsurpauerant eligẽ-
di facultatem Imperatores, quorum primus
videtur fuisse Iustinianus, vel in eius gratiã
50 Vigilius Papa qui instituit, ne deinceps no-
uus Pontif. consecraretur, aut ab Episcopis
ordinaretur, quàm ab Imperatore Constan-
tinopolitano, seu eius Exarcho confirmatus
fuisset litteris ijsdem, vt Onuphrius [n] testa-
n in addit ad Platin in Pelagio.
tur. Huius rei rationem, dum de varia Ro-
mani Pontificis [o] electione agerem, redde-
o c. 15. li. de Animaduer.
bam, quia verebatur Imperator, ne noui
alicuius Pontificis, cuius tum maxima quo
ad profana, seu temporalia esse cœperat au-
ctoritas, Imperatoribus præsertim Italia
absen-

absentibus, factione Vrbs, Italiaq. tota ab Orientali Imperio deficeret, ac se finitimis barbaris traderet. Sed de his satis: discutiamus potius aliam huc pertinentem quæstionem. An scilicet in ijs, quæ mixta sunt, se ingerere possit ecclesiasticus magistratus, vtputa in crimine vsurarum. Quod, licet cómuni doctorum consensu, teste Didaco p Couarruuias, sit mere ecclesiasticum, vt iam exposuimus q, idem tamen Didacus r conatur probare non esse, atque ideo censet eius cognitionem inter seculares, & laicos ad inuicem laicum posse pertinere, siue sit quæstio iuris, siue facti, eumdemq. magistratum ciuilem rectissime hac de causa inter sibi subditos cogniturum. Verum, si quæ- 51
stio iuris est (vt si dubitatur, an contractus sit vsurarius) cognitionem esse iudicis ecclesiastici communiter f vtriusque iuris interpretes, quidquid dicat Didacus, asseuerarunt. Si vero facti erit quæstio (vt si non dubitatur contractum esse vsurarium, sed constet manifeste, & agatur ad restitutionem vsuræ) tunc posse quoque laicum magistratum pœnis afficere vsurarium Baldus ait t, quem communiter cæteri sequuntur, adstipulante Blanco u in suo de compromissis tractatu, & eodem Didaco x, eamq. communem fatentur Abbas y, & Alexander z, & alij, quos recenset Iulius Clarus a, qui tradit insuper, iudicem laicum non posse de contractu vsurario principaliter in iudicium deducto, cognoscere, posse tamen, quando incidenter opponitur per modum exceptionis, etiam si quæstio sit iuris, vt Guido b Papa ex communi interpretum sententia profitetur. Sed quæret aliquis, si crimen vsurarum non est mere ecclesiasticū, vt voluit Didacus c Couarruuias, quòd vetitum non sit lege supernaturali, vel non fuerit lege tantum Pontificia, aut naturali simul, & Pontificia prohibitum, quare dicitur esse ecclesiasticum crimen, cùm mere ciuile, siue temporale dici deberet? Responderi vtique potest, ita vocari, quia ciuiles legumlatores, etiam Christianam religio- 52
nem profitentes, huius criminis coercitionem penitus neglexerunt, immo partim eius vsum approbauerunt, vt videre est in pluribus Cæsareis constitutionibus d. Inter quos Iustinianus, & ipse vsuras taxauit e pro qualitate personarum, maxime in traiectitijs permittens centesimam, cæteros vero homines voluit dimidiam tantummodo centesimæ vsurarum nomine posse stipulari, quæ centesima dicitur, quia cétesimo quoque mense vsura sorti æquatur, etsi vir do- 53

p lib. 3. resolut. c. 3.
q sup. e pro xim. in fi.
r in d. c. 3. vers. ego vt libere quid.
f Ias. cons. 153. n. 3. li. 4 Dec. cōs. 170 n. 3 Soc. cōs. 89. n. 23. li. 4 Alciat. ad c. 2. nu. 77. de off. ord. Iul. Clar in prac. cri. q. 37.
t ad l. quoties. circa fi. C. de iudic.
u fol. 94. n. 9.
x d. c. 3. ver. vtcunque. &
in c p t lib. 4 p. 2. c 6 n. 19
y ad c. cū sit gener n 17.
z ad d l. quoties.
a in d. q. 37.
b in cōs. 180 nu. 2.
c d. c. 3. d. vers. ego vt.
d toto tit. C. de vsuris, & tit. de naut. fœnore
e in l. eos §. super vsurarum. C eod. de vsur.

ctissimus, & omnium sui temporis subtilissi-
54 mus Ioannes Mannrius præceptor meus solebat, si bene memini, dicere, vsuras non prohiberi, fœnus quidem semper visum esse odio dignum propter lucri auiditatem, & quia ab æquitate aliquanto discrepat. Fœnus enim in pecunia consistit, aut ex ea prouenit, quæ per se sterilis est, & natura
55 nihil parit. Vnde Seuerus, & Antoninus Cæsares Iuliano rescripserunt f, vsuras pecuniæ fœnebris, citra vinculum stipulationis peti non posse: secus vero in vsura, si ad alium contractum, præter sortem, aliquid officio iudicis, non lucri causa accedat: quod enim creditor propter debitoris moram cósequitur, vsura est, non fœnus, & æquissima,
56 sicut fœnus odiosum. Quod licet tale esset, ita vt citra vinculum stipulationis minime peti posset, tamen ex pacti conuentione solui, neque vt indebitum repeti posse, neque in sortem accepto ferendum esse g voluerút.
57 Quare necessarium fuit, vt Romani ipsi Pontifices pluribus constitutionibus aduersus vsurarios, & Principes laicos, qui suos subditos aliqua ex parte defendebant, prouinciam hanc, scelus scilicet hoc puniendi, susciperent, tuerenturq. censuris ecclesiasticis; hincq. inualuit ab antiquo tempore stabilis consuetudo, quòd huius criminis coercitio ad iudicices ecclesiasticos, etiam contra quoscumque laicos, spectet: quasi crimen hoc, etsi mere ecclesiasticum non est, ecclesiasticum tamen dici vere possit: quòd iam ab initio nascentis Ecclesiæ leges Pontificiæ illud prohibuerint, Cæsareis constitutionibus id permittentibus, immo probanti-
58 bus. Inter mixtas quoque causas connumeratur adulterij crimen, quamuis Innocentius h putauerit ciuilem esse cognitionem, non æque ecclesiasticam, si adulter sit de iurisdictione magistratus ciuilis. Huius sententia Alciato i visa est rectissima, sed nos & publice in scholis, & scriptis ostendimus k veriorem esse contrariam sententiam, quæ communis est, & ab alijs omnibus recepta, vel ipso asseuerante l Alciato, hancq. frequentiori calculo probatam testatur m Didacus. Cùm, si agatur de adulterij crimine, quoad tori separarionem, non n possit vllo prorsus modo ciuilis magistratus se ibi interponere: & ita omnes sentire dicunt Decius o, & idem Didacus p, quod quotidie fieri videmus, & experimur. De concubinatu dubitatur: Gofredus, quem citat q Abbas Panormitanus, tenet concubinatum esse crimen mere ecclesiasticum, & in consequentiam eius cognitionem, & animad-

uersio-

f in l. 3. C. eod. de vsu.
g d. l. 3. in fi.
h ad c. tum. de procura.
i ad c. 2. nu. 18. de off. or.
k c. 9. lib. 1. Animaduer.
l ad d. c. 2.
m epit. 4. li. Decr. p 2. c. 7. §. vlt. n. 20
n d cap tum. de procur.
o cons. 212. nu. 2.
p d. c. 7. §. 6. nu. 8.
q ad c. cum sit generale. n 35. de foro compet.

Digitized by Google

uersionem ad ecclesiasticum magistratum
pertinere, non item ad ciuilem. Iulius Cla-
r d.q.37. rus[r] in sua praxi criminali dicit opinionem
hanc, quæ & communis est, proculdubio
procedere, si admittimus concubinatum iu-
re ciuili non esse delictum: secus vero, si eo-
dem iure concubinatus prohibetur. Hoc
enim casu esset communis fori, & hic est dif-
s in c.11. eo. li. Animadu. ficultatis cardo. Sed memini me aliquando[s]
dixisse, erroneam esse opinionem existiman- 59
tium, sufficienter colligi ex Martini Iuriscon-
sulti responso concubinatum esse licitum,
cùm rectius dixissent non fuisse punitioni
subiectum: nam etsi dicit, concubinatum
extra legis pœnam esse, non sequitur licitũ
esse, non enim omnia, quæ fieri permittun-
tur, licita sunt, etsi concubinæ nomen apud
veteres Romanos esset honestum, perinde 60
quasi ac vxoris: plenior tamen vxoris, quàm
t l. item legato. §. pen. ff. de legat. 3 concubinæ honor: nam Vlpianus dicebat[t], 61
inter concubinam, atque vxorem, nisi in
dignitate, nihil interesse. Et veræ vxores 62
quandoque concubinæ dicebantur: sed con-
cubinæ vxores non vocabantur, propterea
quòd absque dotalibus instrumentis, cæte-
u c. omnib. §. vlt. cum seq. d. 34. & in Iustiniani Nouell. 12. sub tit. de incestis nup. §. vlt. risq. solemnitatibus à iure ciuili inuentis[u]
fuissent nuptiæ contractæ, non enim satis
est, vt fœmina vxoris nomen adipiscatur,
quòd sit sequutum matrimonium, sed ne-
cesse est dotalia quoque interuenisse instru-
x Nouel. 18. sub tit. de triente & semisse. menta[x], vt latius declaraui in libris[y] meis
Animaduersionum. Permittebatur ergo cõ-
y in d. c. 11. cubinatus, hoc est matrimonium illud, quod
absque dotalibus instrumentis, & solemni-
tatibus à iure introductis fiebat, licet po-
z Nou. 117. sub tit. vt lic. matri. vel aui. §. quia vero. stea Iustinianus in quadam sua Nouella[z] 63
constitutione huiusmodi matrimonia ab ijs,
qui maximis præstant dignitatibus, exce-
ptis sibi subditis barbaris, qui sunt illustri-
bus inferiores, contrahi prohibuerit. Nec 64
alia, quòd sciam, extat ciuilis constitutio,
qua interdictus sit concubinatus. Verum, 65
si crimen dicitur ecclesiasticum, vel ex eo,
a Didac. in d. c. 1. vers. ego vt lib. 3 Variar. reso. quòd sola lege[a] Pontificia sit prohibitum,
sequitur necessario, vt concubinatus crimen
sit mere ecclesiasticum: ac proinde solus
ecclesiasticus sit eius iudex competens, nisi
accidat in viro in maximis dignitatibus cõ-
b d. Nouell. 117. stituto, sicut, qui illa Iustiniani[b] Nouella
comprehenduntur, hocque casu videretur
mixtum, & communis fori, & esse locum
præuentioni. Concubinatui succedit pessi-
mum illud, & tam abominabile flagitium,
quod cõtra naturam recte appellatur, quod
viris orbis terrarum dominis, etsi parum
religiosis, vti Constantio Cæsari Atiano, 66
exosum adeo visum est, vt is terribilem, sed
delicto conformem, ediderit de eo sanctio-
nem, cuius verba libenter subijciam, vt si
qui sint, qui tam graui, & teterrimo crimi-
ne conspurcati sint, plane intelligant, non
solum Dei maiestatem se offendere, cuius
oculis omnia nuda, & aperta sunt, sed etiam
iure ciuili grauem pœnam (capitali enim
nihil grauius) sibi esse constitutam. *Cùm*
67 *vir*, aiunt[c] idem Constantius, cum Con- c l. 31. C. ad l. Iuliam de adulterijs.
stante, *nubit in fœmina viros paritura*,
*quid cupiatur, vbi sexus perdidit locum? vbi
scelus est id, quod non proficit scire? vbi Ve-
nus mutatur in alteram formam? vbi amor
quæritur, nec videtur? iubemus insurgere
leges, armari iura gladio vltore, vt exqui-
sitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel
qui futuri sunt rei*. Quidnam rogo, melius,
elegantiusve dici potuit? redolet equidem
antiquitatem. Sed audiamus quid Alexan-
der Tertius hac de re in Concilio Lateranẽ-
68 si decreuerit[d]. *Quicumque*, ait, *illa incon-* d c. 4. de excess. prælat.
*tinentia, quæ contra naturam est (propter
quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, &
quinque ciuitates igne[e] consumpsit) depre-* e Genes. 19.
*hensi fuerint laborare, si clerici fuerint, deij-
ciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiã
in monasterijs detrudantur; si laici, excom-
municationi subdantur, & à cœtum fidelium
69 fiant penitus alieni*. Ex ijs Alexandri verbis
nulli dubium esse potest, quin cognitio hu-
iusmodi sceleris etiam ad iudicem ecclesia-
sticum pertineat. Maior dubitatio est de
sacrilegio: alij enim dicunt[f] mere ecclesia- f ex c. 8. & 16. de foro comp. Bald. ad auth. clericus C. de epis. & cler.
sticum, alij mixtum, auctore Mantua[g], at- g cons. 266.
70 que ideo locum esse præuentioni. Iulius[h] h in praxi crim. q. 37.
Clarus dixit in Mediolanensi dominio esse
vsu receptum, vt magistratus ciuiles, non
item ecclesiastici de sacrilegio cognoscant,
prout in regno Franciæ obseruari attestatur
71 Practica Millei[i], vidiq. ipse ab excellentis- i fol. 74. n. 7 facit. l. placet & l. si qui in hoc genere. C. de epi. & cler. can. sunt quædã. 23. q. 5 c. fin. de pœn. li. 6.
simo Pedemontano Senatu (cuius est hodie
primus Præses Amadæus de Ponte, vir om-
ni virtutum genere præstantissimus, quod
egregie testantur præclara eius de laude-
mialibus quæstionibus scripta) quendam,
qui in primaria Chietensi ecclesia pixidem
sanctissimæ Eucharistiæ furto subtraxerat,
vltimo supplicio damnari: qua sententia
executioni mandata, eius corpus, vt quotan-
nis mos est, artium, & anotomiæ studiosis
traditum est, vt qui viuens, ecclesiæ fuerat
nocumento, mortuus adolescentibus medi-
cinam profitentibus esset adiumento. Ab-
bas vero, quem nostri communiter sequun-
tur, contendit[k] esse mixtum. Idcirco Ioan- k ad d. c. cũ sit generale. n. 2. de foro compet.
nes Andreæ in additionibus ad Speculato-
rem[l] tradit iudicem secularem capere laicũ l in rub. de mal. & obe.
sacrile-

sacrilegum ad instantiam iudicis ecclesia-
stici, non æque auctoritate propria. Ac il-
lud forte est, quod dicere voluit Hostiēsis [m],
quòd sacrilegium sit principaliter crimen
ecclesiasticum, licet interdum puniatur per
secularem iudicem, quando imponitur ca-
pitalis pœna [n], quam Ecclesia non agnoscit.
Cuius sane sententia non mihi displicet ob 72
causam illam, quam affert Lucius [o] Tertius.
In fauorem, inquit, *ecclesiæ est introductum,
vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt cen-
sendi, venerabilem locorum rectores possint,
sub quo maluerint iudice, conuenire.* Eandem 71
rationem Bonifacius Octauus [p] reddidit, &
quod plus est, statuit, vt qui in personam
Cardinalium, & familiarium ipsius Pontifi-
cis deliquerit, licet ab ecclesiastico iudice
castigatus, possit iterum à magistratibus ci-
uilibus secundum Cæsareas constitutiones
puniri. Ex quibus quidem verbis videtur in-
nuere Bonifacius, quòd licet pœna aduer-
sus sactilegos iure [q] ciuili imposita sit, ta-
men magistratibus ciuilibus haud licet se in
huiusmodi criminibus interponere, sed in
fauorem libertatis ecclesiasticæ facultatem
facit, vt pœnæ ita constitutæ executioni
mandentur: attamen à stylo, quo omnes
supremæ vtuntur curiæ, discedere consi- 73
lium non est. Vltimo criminibus mixtis
addunt & crimen sortilegij, quod esse mere
ecclesiasticum tradunt nonnulli, quamuis [r]
Abbas, quem reliqui fere, teste Iulio Cla-
ro [s], omnes sequuntur, dicat esse communis
fori: qua in re mihi videtur esse satis recta
Geminiani [t], & Barbatij [u], quibus alij fre-
quenter [x] adhærent, distinctio, quod aut sor-
tilegium tale est, quod sapit hæresim mani-
festam, aut non sapit. Hoc casu cognitio 74
vtriusque iudicis erit, illo autem ecclesiasti-
co tantum, quod videtur constituisse Ale-
xander Quartus [y], dum prohibet hæreticæ
prauitatis inquisitoribus, ne de diuinationi-
bus, & sortilegijs se intromittant, nisi hæ-
resim sapiant manifeste, sed iubet eos relin-
qui suis iudicibus puniendos. *Suis iudicibus*, 75
hoc est seculari, & ecclesiastico. Nam iure
ciuili pœna aduersus sortilegos, diuinato-
res, & maleficos grauissima [z] est, videlicet
mortis, & confiscationis bonorum, licet vsu
aliter sit receptum Iulij [a] Clari testimonio: 76
namque fustigati ducuntur in publicum
cum mitra in capite, & deinde foras eijciun-
tur. Ex his omnibus oritur difficultas, an
scilicet magistratus ecclesiastici, qui in di-
ctis criminibus mixtis iudices etiam aduer-
sus laicos censeantur competentes, valeant
eos personaliter capere, aut carcere claudi

m ad d. c. cū sit generale.
n c. nouit. de iudic.
o d. c. cū sit generale.
p in d. c. fi. de pœn. li. 6.
q in l. sacrileg. ff. ad l. Iul. peculat. in leg. 1. C. nem. lic. sig. salu. ...ad c. nonnullis. de iudic.
r ad c. 1. n. 3. & 4. de sort.
s in vērb. hæres. vers. successiue.
t consil. 51.
u consil. 55. lib. 1.
x Afflictus super 1. p. constit. regni rubric. 1. n. 17.
y c. 8. § sane de hære. li. 6.
z l. 2. C. de maleficis.
a in d. §. hæresis. vers. successiue in 8.

facere, atque punire, vel contra eos pro-
cedere censuris tantum ecclesiasticis. Ista
77 quæstio dissentientes valde habet interpre-
tes, adeo vt post Ioannem Andreæ [b], Pe-
trum de Ancharano [c], Imolam [d], & alios,
quos recenset Felinus [e], stet communis opi-
nio, vt non possint eos in custodiam trade-
re, prout testantur Stephanus Aufrerius [f],
& Didacus [g], cùm tamen contrarium lon-
ge verius esse ijdem putent, quemadmo-
dum etiam Felinus [h] ipse. Et quamuis il-
lam esse frequentiori calculo receptam sen-
tentiam dicat etiam Menchiaca [i], subijcit
tamen tantum esse eorum numerum, qui
contrariam partem tuentur, vt fere nesci-
ri possit, quæ sit receptior. Quidquid sit,
Didacus [k] Couarruuias scribit, quòd vbi,
consuetudine legitime præscripta, obten-
tum esset, vt magistratus ecclesiastici ha-
bentes alicuius causæ cognitionem aduer-
sus laicos possent eosdem capere, & car-
ceribus mancipare, talis vsus esset penitus
obseruandus, vt Baldo [l] placuit, quem se-
quitur Ioannes Lupus, vt testimonio eius-
dem Didaci [m] quod & sentit Iulius Cla-
rus [n]. Quam consuetudinem in pluribus
Hispaniarum diœcesibus inueteratam, Im-
78 perator Carolus Quintus, & Hispaniarum
Rex, nec tollere, nec abrogare voluit, etiam
si, vt idem ait Didacus, haud raro in pu-
blicis totius regni conuentibus fuerit roga-
tus, vt eam praxim aboleret. Item, si iu-
dex ecclesiasticus canonice aduersus laicum
criminali iudicio, vel sententiam tulerit,
vel cognitionem, & examen culpæ ad pu-
nitionem instituerit, iure poterit laicum
ipsum capere, & in carcerem trudere: quod
facile intelligi potest ex ijs, qui ecclesiasti-
cam tuentur iurisdictionem, atque idem
79 Didacus [o] verum esse probat. Quoad cle-
ricos vero, nulli [p] dubium est, si de huius-
modi criminibus fuerint accusati, quin ec-
clesiasticus magistratus possit eos capere,
80 & in carcerem conijcere. Quòd si execu-
tione sententiæ alicuius magistratus eccle-
siastici actum sit, vt laicus cogatur soluere
eam quantitatem, in qua iuste ab eo iudi-
ce damnatus iudicio ciuili fuerit, tunc pla-
ne, non posse magistratum ecclesiasticum
laici bona capere propria auctoritate existi-
mat idem Didacus, nec ipsius condemnati
personam ad rei iudicatæ executionem.
Immo potius tenetur auxilium magistratus
ciuilis ad executionem implorare. Et hoc
pacto intelligi potest opinio existimantium,
magistratum ecclesiasticum non posse lai-
cum capere, & in carcerem detrudere, non
item,

b in add. ad Spec. in rub. de off. ord.
c d ad c. cū episc. de off. ord. lib. 6.
e ad d. c. cū sit generale. n. 22 de foro compet.
f in tract. de potes. eccl. super laicis. nu. 1.
g pract. c. 10 nu. 2.
h ad c. cum sit generale.
i lib. 3. de testam. §. 22. nu. 27.
k in d. c. 10. nu. 2.
l ad c. significasti de offic. legat.
m in d. c. 10 eod. nu. 2.
n in pract. crim. q. 37. versic. vnū.
o in d. c. 10. vers. 2.
p ex d. c. cū Eps. vbi nēs notāt. de off. ord. lib. 6.

item, cùm de ipso agitur crimine, alioquin illusoria esset eorum iurisdictio. Nam, si 11 concedimus, in causis mixtis ecclesiasticum iudicem habere iurisdictionem, fateri quoque oportet, ea q videri concessa, sine quibus iurisdictio explicare non potest. Quòd, si respondeatur, ipsum habere censuras, quibus compellere contumaces potest, subijciendum est, non esse de facili 12 ad censuras deueniendum. Immo alia adhibenda esse r remedia, anrequam ad censuras descendatur, nec tandem contemnantur. Denique, vt omnia, quæ ad axioma istud pertinent, adamussim inuestigentur, restat examinanda quæstio illa, an laicus, qui in adiutorio ecclesiastico ob aliquod delictum, quod est communis fori, fuit accusatus, & condecenti pœna imposita absolutus, possit iterum apud magistratum ciuilem condemnari, qua de re superioribus diebus fui ab amplissimo Cardinali 13 meo, Hieronymo de Ruuere interrogatus: ille enim, licet quantum in se fuit, semper enixus sit tueri, non modo libertatem ecclesiasticam, & iurisdictionem, sed augere etiam, ab eo tamen, quod æquum. iustumq. fuit, discedere inutile, ac turpe semper duxit. Nam, cùm de Taurinensi diœcesi quidam de crimine adulterij, apud eiusdem Cardinalis Vicarium generalem Melchiorem Pelettam, virum optimum, nunc dignissimum Chrysopolis Episcopum, & eiusdem Cardinalis Suffraganeum, fuisset accusatus, & causa cognita, condemnatus, iudex laicus illum in ius iterum vocauit, iterumque inquirere, & grauius punire intendit. Negat reus, constanterque contendit non posse se pro vno crimine, ab vtroque iudice puniri, petitque à Vicario, vt causæ patrocinium suscipiat, quasi sua intersit, ne quid ex hoc nouo iudicio detrimẽti sentiat Ecclesia, qui ea de causa sub anathematis pœna iudici præcipit, ne vllã iam iudicato afferret molestiam, appellat iudex, dicitq. non debere excommunicari, cùm ius suum tueatur, nec fit impedimento ecclesiasticæ iurisdictioni, quæ iam functa est officio suo. Qua de re cum consultus 14 Cardinalis, me, quid iuris esset, interrogasset, respondi communem interpretum s consensum esse pro seculari iudice, videlicet in criminibus mixti fori, quamuis iudicatum in auditorio ecclesiastico, posse iterum examinari, & puniri in foro temporali, cuius rei rationem afferre solemus illam, quòd iurisdictio ecclesiastica à laicali est prorsus seiuncta, & separata. Ideo absolu- 15

q l vlt. §. vl. ff. de off. eius cui mãd. est iurisd. l. 2. ff de iurisdict. om. iud.

r c. cum nõ ab homine. vbi notãt com mun. de iudicijs.

s Abb. ad c. 2. circa fi. de off. ord. ad c. tuæ. de proc. Bal. ad l. placet. C. de sacrosan. eccl. & cons. 260. lib. 3. idem Abbas, Are. & Felin. ad c. de his. de accus. Ioan. And. Domin. & Franc. ad c. felicis. § per hoc. de pœnis. lib. 6. Didac. lib. 2. var. resol. c. 10. nu. 6. Iulius Clarus in § fi. pract. crim. q. 55. n. 22. & 24.

tionis sententia in vno iudicio lata non parit contra aliud rei iudicatæ exceptionem, licet Didacus, post Ioan. Andræ, Domini- 16 cum, Abbatem, & Aretinum, vere putauerit communem sententiam esse accipiendam, quando pœna à iudice ecclesiastico inflicta non esset sufficiens ad criminis punitionem, & culpæ mensuram. Ad constitutionem vero illã t, qua cauetur, ne de his criminibus, de quibus sit quis absolutus, possit accusatio replicari: respondemus eam habere locum, vbi non est omnino separata iurisdictio. Vbi- 17 cumque igitur pro delicti qualitate sufficiẽter mulctatus est reus, non potest iterũ pœnis affici. Si vero fortiora adminicula habe- 18 ret iudex tẽporalis, vt in casu mihi proposito, tunc posset iterum inquirere, & grauius eum punire. Nam reus ille coram Vicario confessus fuerat adulterium per annos duntaxat quattuor commisisse, & iudex secularis intendebat probare ipsum per viginti circiter tale perpetrasse delictum, & non adulterij solum, sed & incesti reum esse: propterea quòd illa, cùm qua in adulterio fuerat deprehensus, erat ei cognatione spirituali coniuncta. Atque ideo in ea fui sententia, vt magistratus ciuilis posset iterum inquirere, & grauius punire, cùm aliter puniantur adulteri, aliter incestuosi, atque virginum, viduarumq. stupratores, prout alias u ostensum fuit aperte.

t in d. c. de his. de accus.

u c. 4. in fin. lib. 2. Animaduers.

SVMMA EX CAPITE XIII.

1 *Proprietas est iure humano, non diuino introducta.*
2 *Pauperes, & diuites vna terra effinxit, & sustentat.*
3 *Parisienses recentiores negant temporalis gladij potestatem in summo Pontifice indubitate.*
4 *Vicarij* CHRISTI *summa potentia ex Augustino.*
5 *Ex Augustino apposite colligitur summũ Pontificem habere gladij potestatem.*
6 *Animaduertere, est verbum proprium vltimi supplicij.*
7 *Legatus Proconsulis habebat modicam coercitionem: ideo nec atrociter verberabat sontes.*
8 *Alexander Imperator ethnicus honores iuris gladij nunquam vendi passus est.*
9 *Ius gladij à legibus accipitur.*
10 *Merum imperium est gladij potestas.*
11 *Gladio feriri, est morte affici.*
12 *Excommunicatio gladius ecclesiasticus dicitur.*

13 *Sacerdotes legis antiquæ vsi sunt materiali gladio.*
14 *Samuel in Agag Regem: Elias in prophetas, ac in alios viros: Eliseus in pueros irrisores: Ioiada in Athaliam Reginam capitalibus pœnis animaduerterunt.*
15 *Petrus Apostolus in Ananiam & Saphiram proprietatis reos, temporali gladio vsus est.*
16 *Petrus Apostolus Malcho auriculam abscidit.*
17 *Ex verbis* CHRISTI *aperte gladij temporalis potestas pro Ecclesia colligitur.*
18 *Per hæc verba dicta à* CHRISTO *Petro: reconde gladium tuum in vaginam, non abijciendum, sed in opportunum vsum esse seruandum gladium Saluator innuit.*
19 *Permittit Saluator Petro vti gladio aduersus seruum Pontificis, vt discipulos ad pericula promptos redderet. Ex Sancto Leone.*
20 *Pro vtroque gladio potestatem spiritualem, & temporalem accipi, auctores sunt plures grauissimi viri.*
21 *Imperium ab Ecclesia dependet.*
22 *De necessitate salutis credendum est summum Pontificem vtramque potestatem habere, imperiumque mundanum ab Ecclesia dependere.*
23 *Papa potest quemquam in quocumque loco in ius vocare, quia vbique est dominus. Ex Bart.*
24 *Papa omnia potest, ex pluribus Iurisconsultis vtriusque schola.*
25 *Papa est Rex sæculi. Ex Tertulliano.*
26 *Maior est spiritualis potestas, quam possidet Papa, ergo & minorem.*
27 *Summus Pontifex regna Christianorum ab infidelibus occupata, cui vult, recuperanda, & possidenda concedit.*
28 *Iniuste spoliatis semper repetere, & bello quærere amissa licet.*
29 *Papa nouas Prouincias, quæ* CHRISTVM *non agnouerunt, potest, cui libuerit, iure adiudicare.*
30 *Alexander VI. summus Pontifex Occidentales noui orbis prouincias Regibus Hispaniarum, vt in* CHRISTI *fide promouerentur, dono dedit.*
31 *Philippus Rex Catholicus Hispaniarum, omnium Regum, qui sunt, quique fuerunt, maximus, ac potentissimus, fidei nostræ augmentum studiose curat.*
32 *Populi non sunt ad fidem suscipiendam cogendi, sed euangelio persuadendi.*
33 *Principes Prouincias infideles auctoritate papali possidentes populos ad fidem Christianam compellunt, vt nonnulli consueuerunt.*
34 *Iuste possidet Princeps, cùm papali auctoritate possidet.*
35 *Infideles de iure gentium iurisdictionem habent.*
36 *Iurisdictio de Prouincijs infidelibus in fideles per* CHRISTI *aduentum est translata. Ex Hostiensi.*
37 *Regni mundani administratio Petro, & successoribus à Saluatore* CHRISTO *fuit concessa.*
38 *Papa Imperatorem, & cæteros Principes instituit, & priuat imperio, & iurisdictione.*
39 *Zacharias Pontifex Childericum Gallorum Regem solo ignauiæ prætextu regno deposuit.*
40 *Beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem: S. Ambrosius Theodosium Magnum anathemati subiecerunt.*
41 *Varij summi Pontifices varios Imperatores, & Reges imperijs, & regnis priuarunt.*
42 *Elizabetha Stuarda Anglorum tyranna perditissima, & impijssima fœmina.*
43 *Elizabetha Stuarda patris incestuosa filia, & neptis fuit, id est soror matris suæ, & filia sororis.*
44 *Sixtus Quintus Regem Nauarræ, & Principem Condensem excommunicauit, ac iurisdictione spoliauit.*
45 *Imperium Romanum à Græcis in Germanos auctoritate Apostolica translatum est.*
46 *Electores Romani imperij à Papa creati sunt.*
47 *Papa confirmat, ac reijcit electum Imperatorem.*
48 *Emanuel Imperator Constantinopolitanus ab Alexandro Tertio vniri imperia petit.*
49 *Gregorius Decimus Michaelem Palæologum in imperio confirmat.*
50 *Gregorius Decimus, & Clemens Sextus electores imperij ad electionem Imperatoris compulerunt.*
51 *Regnum Galliarum antiquissimum, & opulentissimum.*
52 *Ex Hieremia aperte colligitur gladij temporalis potestas in Ecclesia.*

53 Ani-

53 *Animaduertenda, & explodenda glossa erronea, quæ dicit Zachariam Papam Childericum deposuisse consensu, & auctoritate procerum Gallicanorum.*

54 *Pipinus pater Caroli Magni virtute illustris.*

Explicatur cap. nouit. de iudicijs.

55 *Reges Angliæ pro his, quæ in Gallia possederunt, Gallorum Regis iurisdictioni subiecti fuerunt.*

56 *Rex Angliæ coram Rege Gallorum parricidij accusatur, in ius vocatur, & ijs, quæ in Gallia possidebat, priuatur. Videas casum.*

57 *Rex Angliæ apud Pontificem Romanum Regem Gallorum fracti fœderis reum facit.*

58 *Magis, & minus non faciunt quid differre specie.*

59 *Causam fœderis cognoscere, est summi Pontificis.*

60 *Summus Pontifex etiam de præcedentia quæstiones definit.*

61 *Sixtus Quintus, quindecim congregationes Cardinalium erexit negotiorum publicorum causa.*

62 *Cardinales Gesualdus, Cremonensis, Veronensis, Montis Regalis ac Borromeus laudantur.*

63 *Congregatio rituum de præcedentia. quã vocant, de diuinis officijs, de festis diebus, sanctorumq. canonizatione cognoscit, quo ad cæremonias.*

64 *Iudex, de quo Deus ad Moysen in Deuteronomio cap. xvij. est summus Pontifex hodie, sicut sacerdotes Leuitici sunt Cardinales.*

65 *Rex Gallorum summo Pontifici etiam in temporalibus est subiectus.*

66 *Ad summum Pontificem pertinet filios eius, qui superiorem non recognoscit, legitimare.*

67 *Vacante regno per mortem eius, qui superiorem non recognoscit, Papa succedit.*

68 *Pedum Põtificis maximi exosculatio signum euidens est subiectionis.*

69 *Pedum osculum soli Romano Pontifici debetur.*

70 *Papa habet ius in temporalibus vbicumque, quantum salutis nostræ necessitas exigit. Ex Ioanne de Turrecrem.*

71 *Potestas spiritualium conuenit summo Pontifici secundum immediatam institutionem, & executionem; temporalium vero secundum immediatam institutionem, non autem executionẽ, exceptis quibusdam casibus. Ex Augustino Triumpho.*

72 *Per hæc verba: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo: ostenditur iustitia legalis, per quam redditur cuique, quod suum est.*

73 *Ecclesia Principibus tributa distribuit iure diuino, & humano pro ministerio, quod Christianæ Reipublicæ impendunt, sicut militibus sua sunt constituta stipendia.*

74 C HRISTVS *tributum non negauit Cæsari, pro se, & Petro, scandali vitandi causa.*

75 *Quæ laicis clerici per vim soluunt, non officiunt eorum pietati. Colligitur ex dictis Ambrosij.*

76 *Ecclesiarum præfecti omnibus præsunt Principibus, non autem subsunt.*

77 *Moyses* C HRISTVM, *vt legislatorem; Aaron, vt sacerdotem, repræsentarunt.*

78 *Papa vtrumque officium pro* C HRISTO *gerit, nempe legislatoris, & sacerdotis.*

79 *Textus S. Augustini vitiosus in Decreto Gratiani sensum vitiat. Videas locũ.*

80 *Quod ait sanctus Augustinus de legibus Imperatorum in tractatu sexto in Ioannem cap. primo, non pertinet ad asserendam temporalem in eis iurisdictionem, sed ad conuincendos hæreticos Donatistas.*

81 *Omne ius in scriptis redactum ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, constitutionibus Principum, Prætorum edictis, responsis prudentum constans, ius Imperatorum, seu Regum, seu Principum dicitur.*

82 *Hæreticis nec ecclesiastica, nec propria bona permittuntur, nec soli Romani vsus.*

83 *Prædium in hæreticum alienatum, si ecclesiam, aut oratorium habeat, fisco addictum intelligitur.*

84 *Euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris.*

85 *De manifestis non sunt quærendi testes.*

86 *Delicta tripliciter publicantur, accusatione, denunciatione, inquisitione.*

87 *Accusationem inscriptio, inquisitionem fama, denunciationem fraterna correptio præcedere debet.*

88 *Tergiuersari in notorijs vanum est.*

89 *Ab in ius vocatione omnium actionum initium proficiscitur.*

Digitized by Google

90 *Exceptiones, & defensiones reorum de iure naturali sunt, ideo numquam adimuntur.*

91 *Exceptio est exclusio eius, quod ad condemnandum reum deductum est.*

92 *Exceptiones malitiosæ tempore à iudice dato expirant.*

93 CHRISTI *de correptione fraterna mãdatum ad iudicialem etiam cognitionem, non tantum ad forum pœnitentiale dirigitur.*

94 *Peccata, quæ palàm fiunt, palàm castiganda sunt; quæ secretò, secretò.*

95 CHRISTVS *correptionis fraternæ formam describens, iecit fundamenta ecclesiastica iurisdictionis.*

96 *Appellatione Ecclesiæ comprehenduntur Episcopi.*

97 *Sancti ethnicis vi potius, quàm sponte obtemperarunt.*

98 *Primitiua Ecclesia non habuit pœnas cruentas, sed excommunicauit delictorum compertos.*

99 *Episcopus in primitiua Ecclesia fuit iudex clericorum, & illius Reipublicæ caput, & Princeps.*

100 *Leo Imperator capite plecti paganos statuit.*

101 *Iniusti Principes solius iniquitatis prætextu possunt à summo Pontifice excommunicari, ac dominijs, & iurisdictionibus priuari.*

102 *Omnes Christiani, ratione peccati, coram Romano Pontifice possunt conueniri, seruata forma de correptione fraterna à* CHRISTO *tradita.*

103 *Principes Papæ, tamquam membra capitis, de se rationem reddere tenétur.*

104 CHRISTI *religio non intendit priuare homines iure suo, vt patrum in filios, & dominorum in seruos potestate, & huiusmodi.*

105 *Imperium Principum, & subditorum obedientia à Deo sunt.*

106 *Conditionis æqualitas pugnas, & rixas gignit.*

107 *Plures status dominantium, & seruientium creauit Deus, vt tollerentur dissidia inter homines.*

108 *Vocare ad pileum est seruos ad libertatem inuitare. Ita apud Romanos.*

109 *Petrus, & Paulus efficaciter, & distinctè reuerentiã erga magistratus præceperunt in eorum epistolis, vt sese, ac* CHRISTI *religionem purgarent apud maleuolos, temerariosque iudices.*

110 CHRISTVS *non venit regnandi causâ temporali dominio, sed vt mundum saluum faceret.*

111 CHRISTVS *subiectus fuit Pilato, quia voluit, non quia debuit.*

De Ecclesiastica potestate in ijs, quæ sunt mere profana, seu temporalia: & quid sit habere gladij potestatem. Cap. XIII.

MAIOR insurgit dubitatio de ijs, quæ sunt omnino profana, ciuilemque omnino respiciunt iurisdictionem, & à sacris sunt penitus distincta: siquidem Nicolaus Papa [a] Primus dicit CHRISTVM, actibus proprijs, & dignitatibus distinctis officia potestatis Pontificiæ, & Imperialis discreuisse: atque ideo Imperator iura Pontificatus minime arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium vsurpauit. A quo non dissentir Gelasius, qui haud obscure fatetur, duo [b] esse, quibus principaliter mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas. Idem dicere voluit B. Augustin. in Ioannem scribens [c]
1 sic. *Quo iure defendis villas Ecclesiæ? diuino, an humano? Diuinum ius in scripturis diuinis habemus: humanum in legibus Regũ, vnde quisque possidet: quod possidet: nonne iure humano? nam iure [d] diuino Domini est*
2 *terra, & plenitudo eius. Pauperes, & diuites vna terra supportat: Dominus de vno limo [e] fecit & pauperes, & diuites. Iure ergo humano dicitur, hæc villa est mea: hic seruus est meus, hæc domus mea est. Iura autem humana, iura Imperatorũ sunt. Quare? quia ipsa iura humana per Imperatores, & rectores seculi Deus distribuit humano generi. Item tolle iura Imperat. & quis audet dicere, hæc villa est mea, meus est iste seruus, hæc domus mea est?* Francisc. Duarenus scribit [f], gladij ius, & imperiũ nõ habere saberdotes, sed magistratus ciuiles, quòd dixerit CHRISTVS *Regnum meũ non est de hoc mundo, & Reges gentium dominantur eis, vos autẽ non sic.* Nã & Petrus præcepit eis, vt pascant gregẽ non dominantes. Inde Hieronymus ad Nepotianum, *Episcopi*, inquit, *sciant se sacerdotes esse, non dominos.* Itaque dicuntur non habere territorium, nec prehendendi, summouendive facultatem, magistratibus quibusdam Romanis non dissimiles, qui, vt Gellius ait, vocationem habebant non prehen-
3 sionem. Quidam recentiores [g] Parisienses.

a c. 6. d. 96.
b in cap. 10 ead. dist.
c ad cap. 12 tract. 6. de quo in c. 2. dist. 8.
d Psal. 23.
e Genes. 2.
f in lib. 1 de sacris ecclesiæ ministerijs. c. 4.
g ad c nouit de iudic.

Si pec-

Si peccatum, inquiunt, tribuis iurisdictionem externam Papæ, quis non videat, omnia fere ad eius forum trahi? Quod si vbi de pace, vel iuramento obseruãdo agitur, addas, quodnam ab eius foro excipietur? nonne iurisdictio Principis absorpta erit? quasi inferre velint, Ecclesiæ potestatem consistere in ijs tantum, quæ spiritualia sunt, & animæ salutem respiciunt, non æque in alijs, quæ ad corporis vtilitatem, seu detrimentum artinent, vel etiam in temporalibus, quatenus ad spiritualia, & ad spiritualem finem consequendum ordinantur, vt placuit Francisco Vargas [h], cui directiua potestas dicitur, item extraordinaria, directrix tamen, moderatrix, atque architectonica, cùm ad spiritualem finem assequendum sese referat. Immo nulla est Ecclesiæ potestas: nam si aliquid haberet potestatis, præesset alijs, non subesset, cùm tamen Apostolorum Princeps [i] nos subiectos esse omni creaturæ iubeat, siue Regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Apostolus [k] vero omnem animã potestatibus sublimioribus adeo subditam esse voluit, vt pronunciauerit eum, qui aliter facit, Dei ordinationi resistere, quia resistit potestati, quæ non, nisi à Deo, est. *Quæ enim sunt*, ait, *à Deo ordinata sunt*. Quid Petrum, quid Paulum, quid alios quærimus? CHRISTVS ipse fatetur [l] regnum suum non esse de hoc mundo. Vnde bene canit Ecclesia.

Hostis Herodes impie,
CHRISTVM venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cælestia.

Sunt & his similia non pauca, quibus oppugnantes veritatem, & iurisdictioni ecclesiasticæ prorsus aduersantes, erroneam banc opinionem accommodate defendere arbitrantur, circa quod toto aberrãt cælo. Quod B. Augustinus demonstrat [m] illis verbis. *O mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris! quis plebeium piscatorem Apostolorum facile crederet Principem, & Regibus obsistere? Reges sanctificare? regnis omnibus imperare? mundum refrænare legibus? dæmonem calcare pedibus? iubere virtutibus? cælum hominibus aperire, cùm velit, claudere, cùm placeret? conuersis donare, negare peruersis? merita mundi cognoscere? culpas, & crimina hominibus relaxare?* Hæc Augustinus. Quis vmquam efficacius, aut elegantius potuit vniuersam ecclesiasticam iurisdictionem, quæ spiritualis est, mixta, temporalis, mixti, meriq. imperij breui compre-

h in resp. de Episc. iurisd. contrm. 10.
i in epist. 1.
k Rom. 13.
l Ioan. 18.
m in serm. quodã Apost. Pet. & Pauli incipiente. Fortis, & humilis.

dio complecti, & in vnum quasi fasciculum
5 constringere? Quid est, Regibus obsistere? regnis omnibus imperare? mundum
refrænare legibus? nisi gladij habere potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines? quod esse merum imperium
6 dixit [n] Vlpianus. Animaduertere enim proprium est verbum vltimi supplicij, eiusdem Vlpiani [o], Macri [p], & Venuleij [q] iurisconsultorum testimonio, qui testantur decuriones, & his similes magistratus non posse quemquam vltimo afficere supplicio, neque etiam Legatos Proconsulis: proinde, quod maiorem animaduersionem exigit, re-
7 mitti debere ad Proconsulem. Neque enim Legatus animaduertendi, coercendi, vel atrociter verberandi ius habet, sed modicam [r] tantum coercitionem, licet interdum datus sit cum gladij potestate, vt de Gordiani Proconsulis Africæ filio, & Legato, refert Capitolinus [s], ac de Alexandro Imperatore Iulius Firmicus, quòd, scilicet, sæpe fecerit iudices ius gladij habentes. Vnde Lampridius [t]. ait. *Honores iuris gladij*
8 *numquam vendi passus est*. Maius est ius gladij, quod & à legibus accipi, Sanctus
9 Augustinus [u] scribit, quia non iure magistratus competit, vt ea, quæ sunt iurisdictionis, & imperij [x], quod est potestas, quæ iure proprio magistratus competit: sed (vt Cuiacius [y] ex Zonara definit) coercendorum facinorum potestate [z] lege data, atque
10 finita, quæ merum imperium tradit. Cui ergo datur merum imperium, dicitur ius, siue potestatem gladij dari: quoniam hæc sola eripiendæ vitæ ratio plerumque ei lege permittitur. Et quanquam olim in eum, qui damnatus erat, vt gladio interficeretur, animaduerti gladio oportebat, non securi, vel telo, vel fusti, vel laqueo, vel alio instrumento; proinde nec liberam mortis facultatem ei concedendi ius Præsides habe-
11 rent: Diui tamen fratres, auctore Vlpiano [a], aliter rescripserunt, permittentes damnatis liberam mortis facultatem. Ex quo infero, quòd gladio feriri dicitur, qui mortis pœna afficitur: nec quidquam refert, quoquo modo in eum animaduertatur. Hinc confirmatur dubium, an Ecclesia ius hoc, siue potestatem gladij habeat: & videtur dicendum, non habere secundum illos, quia Apostolorum Princeps [b] dixit, esse Regi tamquam præcellenti, & ducibus, veluti ab eo missis, obtemperandum, quòd vindices sint malefactorum: & Deus ipse per Prophetam ait [c]. *Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat.*

n in l. 3. ff. de iurisdict. omnium iudic.
o in l. 12. §. vlt. ff. de pœnis.
p in l. 12. eo.
q in l. 11. ff. de off. proc.
r l. 1. in fi. & l. vlt. ff. de off. eius.
s in Gordia.
t in Alexan.
u epist. 50.
x l. 1. ff. eod. de off. eius.
y vlt. obser. lib. 21. c. 30.
z l. 1. C. qui non poss. ad libert. peru.
a in l. 8. in prin. ff. de pœn.
b 1. d. c. 2. ep. 1.
c c. 1. in Archiepiscopatu de rapto. c. sententiã sanguinis. ne cler. vel monachi. c. occidit. 23. q. 8. c. legatur. 24. q. 2. & c. 41. §. his ita. 1. q. 7.

90 *Exceptiones, & defensiones reorum de iure naturali sunt, ideo numquam adimuntur.*

91 *Exceptio est exclusio eius, quod ad condemnandum reum deductum est.*

92 *Exceptiones malitiosæ tempore à iudice data expirant.*

93 CHRISTI *de correptione fraterna mãdatum ad iudicialem etiam cognitionem, non tantum ad forum pœnitentiale dirigitur.*

94 *Peccata, quæ palàm fiunt, palàm castiganda sunt; quæ secretò, secretò.*

95 CHRISTVS *correptionis fraternæ formam describens, iecit fundamenta ecclesiasticæ iurisdictionis.*

96 *Appellatione Ecclesiæ comprehenduntur Episcopi.*

97 *Sancti ethnicis vi potius, quàm sponte obtemperarunt.*

98 *Primitiua Ecclesia non habuit pœnas cruentas, sed excommunicauit delictorum compertos.*

99 *Episcopus in primitiua Ecclesia fuit iudex clericorum, & illius Reipublicæ caput, & Princeps.*

100 *Leo Imperator capite plecti paganos statuit.*

101 *Iniusti Principes solius iniquitatis prætextu possunt à summo Pontifice excommunicari, ac dominijs, & iurisdictionibus priuari.*

102 *Omnes Christiani, ratione peccati, coram Romano Pontifice possunt conueniri, seruata forma de correptione fraterna à* CHRISTO *tradita.*

103 *Principes Papæ, tamquam membra capiti, de se rationem reddere tenētur.*

104 CHRISTI *religio non intendit priuare homines iure suo, vt patrum in filios, & dominorum in seruos potestate, & huiusmodi.*

105 *Imperium Principum, & subditorum obedientia à Deo sunt.*

106 *Conditionis æqualitas pugnas, & rixas gignit.*

107 *Plures status dominantium, & seruientium creauit Deus, vt tollerentur dissidia inter homines.*

108 *Vocare ad pileum est seruos ad libertatem inuitare. Ita apud Romanos.*

109 *Petrus, & Paulus efficaciter, & distincte reuerentiā erga magistratus præceperunt in eorum epistolis, vt sese, ac* CHRISTI *religionem purgarent apud maleuolos, temerariosque iudices.*

110 CHRISTVS *non venit regnandi causâ temporali dominio, sed vt mundum saluum faceret.*

111 CHRISTVS *subiectus fuit Pilato, quia voluit, non quia debuit.*

De Ecclesiastica potestate in ijs, quæ sunt mere profana, seu temporalia: & quid sit habere gladij potestatem. Cap. XIII.

MAIOR insurgit dubitatio de ijs, quæ sunt omnino profana, ciuilemque omnino respiciunt iurisdictionem, & à sacris sunt penitus distincta: siquidem Nicolaus Papa [a] Primus dicit CHRISTVM, actibus proprijs, & dignitatibus distinctis officia potestatis Pontificiæ, & Imperialis discreuisse: atque ideo Imperator iura Pontificatus minime arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium vsurpauit. A quo non dissentit Gelasius, qui haud obscure fatetur, duo [b] esse, quibus principaliter mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas. Idem dicere voluit B. Augustin. in Ioannem scribens [c]
1 sic. *Quo iure defendis villas Ecclesiæ? diuino, an humano? Diuinum ius in scripturis diuinis habemus: humanum in legibus Regũ; unde quisque possidet: quod possidet: nonne iure humano? nam iure* [d] *diuino Domini est*
2 *terra, & plenitudo eius. Pauperes, & diuites vna terra supportat: Dominus de vno limo* [e] *fecit & pauperes, & diuites. Iure ergo humano dicitur, hæc villa est mea: hic seruus est meus, hæc domus mea est. Iura autem humana, iura Imperatorũ sunt. Quare? quia ipsa iura humana per Imperatores, & rectores seculi Deus distribuit humano generi. Item tolle iura Imperat. & quis audet dicere, hæc villa est mea, meus est iste seruus, hæc domus mea est?* Francisc. Duarenus scribit [f], gladij ius, & imperiũ nõ habere saberdotes, sed magistratus ciuiles, quòd dixerit CHRISTVS *Regnum meũ non est de hoc mundo, & Reges gentium dominantur eis, vos autẽ non sic.* Nã & Petrus præcepit eis, vt pascant gregẽ non dominantes. Inde Hieronymus ad Nepotianum, *Episcopi*, inquit, *sciant se sacerdotes esse, non dominos.* Itaque dicuntur non habere territorium, nec prehendendi, summouendive facultatem, magistratibus quibusdam Romanis non dissimiles, qui, vt Gellius ait, vocationem habebant non prehen-
3 sionem. Quidam recentiores [g] Parisienses.

a c. 6. d. 96.

b in cap. 10 ead. dist.

c ad cap. 5. tract. 6. de quo in c. 2. dist. 8.

d Psal. 23.

e Genes. 2.

f in lib. 4. de sacris ecclesiæ ministerijs. c. 4.

g ad c. nouit de iudic.

Si pec-

Si peccatum, inquiunt, tribuit iurisdictionem externam Papæ, quis non videat, omnia fere ad eius forum trahi? Quod si vbi de pace, vel iuramento obseruãdo agitur, addas, quodnam ab eius foro excipietur? nonne iurisdictio Principis absorpta erit? quasi inferre velint, Ecclesiæ potestatem consistere in ijs tantum, quæ spiritualia sunt, & animæ salutem respiciunt, non æque in alijs, quæ ad corporis vtilitatem, seu detrimentum attinent, vel etiam in temporalibus, quatenus ad spiritualia, & ad spiritualem finem consequendum ordinantur, vt placuit Francisco Vargas [h], cui directiua potestas dicitur, item extraordinaria, directrix tamen, moderatrix, atque architectonica, cùm ad spiritualem finem assequendum sese referat. Immo nulla est Ecclesiæ potestas: nam si aliquid haberet potestatis, præesset alijs, non subesset, cùm tamen Apostolorum Princeps [i] nos subiectos esse omni creaturæ iubeat, siue Regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Apostolus [k] vero omnem animã potestatibus sublimioribus adeo subditam esse voluit, vt pronunciauerit eum, qui aliter facit, Dei ordinationi resistere, quia resistit potestati, quæ non, nisi à Deo, est. *Quæ enim sunt*, ait, *à Deo ordinata sunt*. Quid Petrum, quid Paulum, quid alios quærimus? CHRISTVS ipse fatetur [l] regnum suum non esse de hoc mundo. Vnde bene canit Ecclesia.

h in resp. de Episc. iurisd. confirm. 10.
i in epist. 1.
k Rom. 13.
l Ioan. 18.

Hostis Herodes impie,
CHRISTVM venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cælestia.

Sunt & his similia non pauca, quibus oppugnantes veritatem, & iurisdictioni ecclesiasticæ prorsus aduersantes, erroneam hanc opinionem accommodate defendere arbitrantur, circa quod toto aberrãt cælo. Quod B. Augustinus demonstrat [m] illis verbis. *O mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris! quis plebeium piscatorem Apostolorum facile crederet Principem, & Regibus obsistere? Reges sanctificare? regnis omnibus imperare? mundum refrænare legibus? dæmonem calcare pedibus? tubere virtutibus? cælum hominibus aperire, cùm velit, claudere, cùm placeret? conuersis donare, negare peruersis? merita mundi cognoscere? culpas, & crimina hominibus relaxare?* Hæc Augustinus. Quis vmquam efficacius, aut elegantius potuit vniuersam ecclesiasticam iurisdictionem, quæ spiritualis est, mixta, temporalis, mixti, meriq. imperij breui compé-

m in serm. quodã Apost. Pet. & Pauli incipiente. Fortis, & humilis.

dio complecti, & in vnum quasi fasciculum
5 constringere? Quid est, Regibus obsistere? regnis omnibus imperare? mundum refrænare legibus? nisi gladij habere potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines? quod esse merum imperium
6 dixit [n] Vlpianus. Animaduertere enim proprium est verbum vltimi supplicij, eiusdem Vlpiani [o], Macri [p], & Venuleij [q] Iurisconsultorum testimonio, qui testantur decuriones, & his similes magistratus non posse quemquam vltimo afficere supplicio, neque etiam Legatos Proconsulis: proinde, quod maiorem animaduersionem exigit, re-
7 mitti debere ad Proconsulem. Neque enim Legatus animaduertendi, coercendi, vel atrociter verberandi ius habet, sed modicam [r] tantum coercitionem, licet interdum datus sit cum gladij potestate, vt de Gordiani Proconsulis Africæ filio, & Legato, refert Capitolinus [s], ac de Alexandro Imperatore Iulius Firmicus, quòd, scilicet, sæpe fecerit iudices ius gladij habentes. Vnde Lampridius [t], ait. *Honores iuris gladij*
8 *numquam vendi passus est*. Maius est ius gladij, quod & à legibus accipi, Sanctus
9 Augustinus [u] scribit, quia non iure magistratus competit, vt ea, quæ sunt iurisdictionis, & imperij [x], quod est potestas, quæ iure proprio magistratus competit: sed (vt Cuiacius [y] ex Zonara definit) coercendorum facinorum potestate [z] lege data, atque
10 finita, quæ merum imperium tradit. Cui ergo datur merum imperium, dicitur ius, siue potestatem gladij dari: quoniam hæc sola eripiendæ vitæ ratio plerumque ei lege permittitur. Et quanquam olim in eum, qui damnatus erat, vt gladio interficeretur, animaduerti gladio oportebat, non securi, vel telo, vel fusti, vel laqueo, vel alio instrumento; proinde nec liberam mortis facultatem ei concedendi ius Præsides habe-
11 rent: Diui tamen fratres, auctore Vlpiano [a], aliter rescripserunt, permittentes damnatis liberam mortis facultatem. Ex quo infero, quòd gladio feriri dicitur, qui mortis pœna afficitur: nec quidquam refert, quoquo modo in eum animaduertatur. Hinc confirmatur dubium, an Ecclesia ius hoc, siue potestatem gladij habeat: & videtur dicendum, non habere secundum illos, quia Apostolorum Princeps [b] dixit, esse Regi tamquam præcellenti, & ducibus, veluti ab eo missis, obtemperandum, quòd vindices sint malefactorum: & Deus ipse per Prophetam ait [c]. *Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat*.

n in l. 3. ff. de iurisdict. omnium iudic.
o in l. 13. §. vlt. ff. de pœnis.
p in l. 12. eo.
q in l. 11. ff. de off. proc.
r l. 1. in fi. & l. vlt. ff. de off. eius.
s in Gordia.
t in Alexan.
u epist. 61.
x l. 1. ff. eod. de off. eius.
y vlt. obser. lib. 21. c. 30.
z l. 1. C. qui non poss. ad libert. peru.
a in l. 8. in prin. ff. de pœn.
b 1. Pet. 2. ep. 1. c. 2. in archiepiscopatu. de rapto. c. sententiã sanguinis. ne cler. vel monach. c. occidit. 23. q. 8. c. legatur. 14. q. 2. & c. 41. §. his ita. 8. q. 7.

Quibus planum eſt, Eccleſiam mitem, & 13
placidam in contumaces, & malefactores,
non materiali gladio, ſed ſpirituali, videli-
cet interdictis, ſuſpenſionibus, & excom-
munication[d] animaduertere, quæ vulgò
gladius eccleſiaſticus appellatur, & à Pro-
ſpero Aquitanico[e] excommunicationis fer-
rum: ſic ius ferri, poteſtas gladij Lucano, &
Papinio, teſte Cuiacio[f], dici videtur. Quid- 11
quid tamen ſit, non eſt dubium, vt ſuo loco
aperiam, quin ſacerdotes noſtri gladij ius
habeant, ſicut etiam ſacerdotes antiquæ le-
gis, quæ Eccleſiam noſtram adumbrabat: 14
eo namque vſus eſt Samuel Propheta[g] in
Agag Regem, Helias[h] in quadringentos
prophetas Baal, quos cùm idolis ſeruientes,
cæleſtis ignis, abſumptiq. holocauſti mira-
culo ſuperans, confudiſſet, apprehendi iuſ-
ſit, apprehenſosq. & ad torrentem Ciſon
ductos, ad vnum interfecit: & idem Helias[i]
iubens ignem è cælo deſcendere, & ſemel,
atque iterum quinquaginta viros deuorari
faciens. Hac poteſtate vſus eſt & Eliſeus[k]
in quadraginta duos pueros irriſores: Ioia-
daq. ſacerdos[l] in Athaliam Reginam: ait
enim. *Educite eam extra ſepta templi, & qui-
cumque eam ſecutus fuerit, feriatur gladio*.
Tum ſubiungit. *Non occidatur in templo Do-
mini*. Et iuxta palatium interfecta eſt. Sunt
& alia eiuſdem generis exempla, quibus cla-
re paret, ſacerdotes gladio hoc in facinoro-
ſos homines vſos fuiſſe. Sed video maleuolos
homines, qui cùm veritatem cognoſcant, &
cognoſcere diſſimulent verum eſt, inquiunt,
veteris legis ſacerdotes gladium tractaſſe,
non æque legis nouæ, quæ CHRISTI eſt:
omnia enim in figuris, vt ait Apoſtolus[m],
contingebant illis, quæ per mortem ipſius
ſublata ſunt. O infelix aſtutia! Tantumne
deſeris lucem conſilij, quiſquis es, & veri-
tatis, & in profana verſutia demergeris, vt
hoc dicas? Quid dices, ſi contrarium verius
eſſe demonſtrabitur? Nonne Petrus Apoſto- 11
lorum Princeps, & CHRISTI Vicarius in
Ananiam[n], & eius vxorem Saphiram, quæ
conſcia ille fundum vendiderat, & partem
pretij mentiendo, Apoſtolis occultauerat,
hoc gladio animaduertit? Nonne & idem 16
Petrus[o] auriculam Malcho Principis ſacer-
dotum ſeruo amputauit? Quid præterea 17
ſibi volunt illa verba apud Lucam[p]? *Quã-
do miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calcia-
mentis, nunquid aliquid defuit vobis? At il-
li dixerunt: nihil. Dixit ergo eis, ſed nunc,
qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram:
& qui non habet, vendat tunicam ſuam,
& emat gladium. At illi dixerunt: Domi-
ne, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Sa-
tis eſt*. Hactenus Lucas. Nonne ij duo gla-
dij, quos ſatis eſſe dixit CHRISTVS, iu-
riſdictionis vtriuſque ſymbolum referunt?
quorum vſum, vt rebus alijs omnibus præ-
ferrent, iuſſit CHRISTVS, vt depoſita
tunica, vel potius pretio diſtracta, gladium
18 conquirerent, aut emerent. Nec aduer-
ſantur verba illa[q]. *Recondе gladium tuum
in vaginam*: quaſi velit dicere Petro, hanc
non habes gladij poteſtatem: quo loco
mihi mirum in modum placet Optati[r] Mi-
leuitani interpretatio, ſcilicet CHRISTVM
non iuſſiſſe Petro, vt gladium, quem eua-
ginauerat, abijceret, ſed vt reconderet in
vaginam, quaſi dixerit, in aliud opportu-
num tempus ſeruandum, ne forſan Apo-
ſtolus, magiſtrum vlciſcendo, ipſius paſſio-
ni eſſet impedimento. *Calicem*, ait, *quem
dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum?*
At vero (vt F. Angelus[ſ] Camers à Roc-
ca, Auguſtinianus, Theologuſque erudi-
tus in ſua Bibliotheca Vaticana animad-
uertit) cùm diſcipuli aduerſus tribunum,
& Iudæorum turbam in CHRISTVM ir-
ruentem, quoniam Verbi diuini ictu retro-
ceſſiſſet, ac in terram cecidiſſet, animos
ſumpſerunt, atque armis rem gerere co-
gitantes, à magiſtro ſciſcitati ſunt, vellet-
ne perterritæ turbæ vi obſiſti hiſce verbis[t].
Domine, ſi percutimus in gladio? nonne
Dominus, nihil ad hæc reſpondens, gladij
poteſtatem noſcitur perſpicue aſſeruiſſe?
nonne id ſilentium à gladij materialis tra-
ctatione Eccleſiam non abhorrituram deſi-
gnat? eiuſq. vſum quandoque interdicen-
dum, ac in opportunum tempus ſeruandum?
Facile etenim fuiſſet CHRISTO, aut ver-
bo, aut nutu, aut interiori ſui ſpiritus afflatu,
diſcipulos ita interrogantes temeritatis ar-
guere, ſi illud temerarium ei viſum fuiſſet,
aut, ne id tentaretur, omnino prohibere.
Tacuit attamen Dominus, quandoquidem
paſſione ſua appropinquante, diuini conſi-
lij executio non erat gladij terrore turban-
da, ſed gladius ipſe ad aptiorem occaſio-
nem (vt Optatus ait) erat ſeponendus. Ex
eo autem, quòd gladium condi iuſſerit, di-
cens percuſſori Malchi Petro, *mitte gla-
dium tuum in vaginam*, vt eſt apud Ioan-
nem[u], ſiue, vt tradit Matthæus[x], *conuer-
te gladium tuum in locum ſuum*, non in-
fertur (ſicuti aduerſarij comminiſcuntur)
gladij poteſtatem fuiſſe Eccleſiæ negatam,
ſi hoc pronomen, *tuum*, diligenter perpen-
datur, ſicut idem F. Angelus hanc vocu-
lam recte perpendit, ſed tunc non fuiſſe à
Petro

d c. cum ab homine. de iudic.
e c. ecce ſu. tem. 24. q. 1
f d. c. 30.
g 1. Reg. 15.
h 3. Reg. 18
i 4. Reg. 1.
k ibid. 4.
l ibidem 11. & Paral. 2. c. 22.
m 1. ad Cor. 10.
n Act. 5.
o Matth. 26
p Luc. 22.
q eod. c. 26.
r li. 1 aduer. ſus Parmenianum.
ſ Immed. poſt litt Inuectiues, de don. Cõſtan.
t Lucæ 22.
u Ioan. 18.
x Matt. 26.

Digitized by Google

Petro euaginandum, qui magistrum suum, redemptionis nostræ mysterium operantem, retardare non debebat, Iudæorum ministros, quos humanæ salutis instrumenta fecerat Deus, vulnerando, aut offendendo: hocque eo magis, quo diuinæ iustitiæ (cui per CHRISTI mortem de originali peccato satisfieri opus erat) Petri facinus cùm aduersaretur, ipse potius, nisi zelo, & simplicitate fuisset excusatus, vt sicarius, eodem gladio puniendus, quàm, vt sui magistri defensor, præmio donandus erat. Idcirco subiungit Dominus. *Omnes enim, qui acceperunt gladium, gladio peribunt*. Petri igitur gladium istum, temporalem iurisdictionem Ecclesiæ esse perspicuum est: nam etsi tunc ipse eam, vt fidelium caput, non repræsentabat, vt qui clauium potestatem, antequam CHRISTVS à mortuis resurgeret, re ipsa non habuerit, ac non prius, quam ascensurus ad Patrem, ipsi suas oues commendauit, dicens. *Pasce oues meas:* attamen, tanquam Ecclesiæ pastori designato, illa verba conuenire ambiguum non est. Ecclesia præterea, vel habet hunc gladium, vel non habet: si habet, & vaginæ inclusum tenere cogitur, nec potest eum vibrare, & tractare; superuacaneum est proculdubio, eam ita ipsum habere: si verò non habet, quid opus fuit gladium Petri ad gladium imaginarium Ecclesiæ, qui nusquam est, inepte, ac inaniter trahere? At habet, & iure vtitur. Quod posterioribus seculis cùm fuerit controuersum, validissimis argumentis à sanctis Patribus conciliatum est. Hoc vero tempore vitia repullulant, & errores misere reuiuiscunt, ita tamen vt sacrosancta Dei Ecclesia nullum ex ipsis sentiat, aut censura sit detrimentum. Reprehendit itaque Petrum Dominus, non vt ei gladij exercitatione interdiceret, sed ne vitæ suæ esset præsidio, quam pro omnium hominum salute profundere debebat.
y q.104. Idem dicere intendit B. Augustinus y, dum ait: *At vbi tempus, quo se pati permisit, aduenit; præterquam, quod rixa magis, quàm bellum imminebat, armatos iubet esse discipulos, non vt repugnaret, qui pati volebat, sed vt in potestate habere possessionem suam ostenderet:* Et S. Leo, vt habetur in quodam orationis fragmento: *Mitte gladium tuum in vaginam, quasi diceret. Non enim propterea iussi vos gladios possidere, vt illis ipsis inuasores vlcisceremini. Non est hoc mihi optabile: nam si diceret, & mihi opem ferri vellem, possem rogare patrem meum, & daret mihi plusquam duodecim legiones Angelorum: sed quoniam voluntarie meipsum tradidi, pro-*
pterea & gladiorum possessionem ad ea signi-
ficanda, quæ passus sum, vobis indicaui. Si
19 *enim permisi paululum te, Petre, gladio vti,*
ob eas causas feci, quas prædixi, & vt disci-
pulos ad pericula subeunda promptos effice-
rem: sed conuerte gladium tuum in vaginam,
quòd mihi fas non est gladijs vti, ad immi-
nentes cruciatus auertendos. Eiusdem senten-
tiæ fuit & S. Titus Bostrenus z, in eumdem z d.c.22.
locum. Quòd autem illi duo gladij vtriusque
20 iurisdictionis, spiritualis, & temporalis sym-
bolum referant, censuerunt S. Bernardus a a lib.4. de Considerat.
ad Eugenium, Beda b in commentarijs Lu- b d.c.22.
cæ, S. Hildebertus c Cœnomanensis Episco- c epist. 40.
pus, Bonifacius d Papa octauus, & alij, quos d in c.1. de maiorit. & obed extrau. cōmun.
recenset Iosephus Stephanus e Valentinus, e c.8. nu.30. cum seqq.
summe, ac exacte eruditus, Christianæque
antiquitatis studiosus, propterea episcopali
dignitate meritò insignitus, in libro, qui in-
scribitur, *De potestate coactiua:* idem pluri-
bus probat Ioannes à Capistrano in suo, *De*
potestate f *Papæ*, tractatu. Et Ioannes Hie- f par.2. nu.194 & 225.
ronymus g Albanus asserit, votis frequen- g in eodem tract. par 2. nu.16. cum seq.
tioribus iuris vtriusque interpretes tenere,
Pontificem maximum vtriusque gladij po-
testatem habere, atque ideo ipsum quoque
21 Imperium ab Ecclesia dependere, & ita de
necessitate salutis credi, & teneri firmiter
22 oportere, vt h Abbas, Aretinus i, Barto- h conf. 28. lib.2.
lus k, & alij l tradunt. Hinc idem Bartolus m i conf. 59.
23 asserebat, posse Romanum Pontif. in ius vo- k ad l.1.ff. de requir. reis.
care quemcumque, & in quocumque loco l ad c nouit. de iud.
24 existentem, quia vbique est Dominus: & m in tract. ad reprimēdam in verbo per edictum.
posse omnia, modo contra fidem non sen-
tiat, tradunt Socinus n, Alexander o, Feli- n conf. 83. volum.2.
nus p, & Decius q, quod & sacris canoni- o in conf. 100 vol.2.
bus r expresse ostenditur. Nec ab re Tertul-
lianus s Pontificem maximum vocat Regem p ad cap. si quando. de rescript.
25 seculi. Quid est habere ius gladij, & pote-
statem? parum siquidem: habent & alij in- q in conf. 158. vol.2.
feriores Principes, habent Marchiones, Co- r in clem 1. vt lit. pend. in c. Episcopo. 9. q. 3. & c. nolite errare dist. 83
mites, habent & quamplurimi Domicelli;
26 seu Barones, quos vocant, in terris, & oppi-
dis suæ ditioni subiectis. Nonne maior est s in l.1. ad vxorem.
alia potestas, quam obtinet Ecclesia, vel ip-
sius Princeps maximus Romanus Antistes?
cuius primariam, præcipuamque singulari
quodam dono, administrationem habet:
qua plerunque temporalia, & mere profana
coercet, si animarum salus id exposcat? Et
hæc illa videtur esse, qua solus ipse sanctissi-
27 mus Papa, ciuitates, Prouincias, & Regna,
quæ, cùm antea sub Christianis Principibus,
belloq. capta, & occupata fuissent, alicui ex
Christianis proceribus potentia, aut fortitu-
dine, aut religione præstanti recuperanda
concedere, vt propria, consueuit; vt Barto-

lus [t], Iason [u], Dominicus [x], Philippus Fran-
cus [y], & alij [z] communiter tradunt: quod
etiam ex alijs causis, præsertim consangui-
nitatis, nonnunquam factum est. Qua in re
non mihi displicet, quod Caietano [a] viro
doctissimo, & Theologo iuxta celeberrimo
placuit, vt id accipi debeat, quando videli-
cet nemo, quod sciatur, extat, ad quem iure
agnationis ciuitates illæ, Prouinciæ, seu re-
gna spectarent. Nam si aliquis reperiretur,
vtique illi debitis conditionibus, & pactis
essent reddenda. Huius rei rationem reddit
satis elegantem Oldradus [b], quòd à tyran- 28
no expoliatis semper competat repetitio, &
iusto bello recuperatio. Hinc Ancharanus [c],
& alij Pontificij iuris interpretes [d] dicunt,
Hispanis ius semper fuisse aduersus Sarra-
cenos bellum indicendi, ciuitates, Prouin-
ciasque ab eisdem occupatas recuperandi.
At verò Beatissimus Rom. Ecclesiæ Antistes 29
non modo ciuitates, Prouincias, & regna,
quæ antea Christianam religionem profite-
bantur, & deinde fuerunt ab infidelibus
vsurpata, potest, cui libuerit, indubitate con-
cedere, vti recuperet, suaq. faciat, sed ea
etiam addicere potest, quæ Christianorum
nunquam fuerunt, ad Christianæ fidei, &
Euangelij propagationem, quæ potissima
existimatur causa, vt impio ritu abrogato,
ac in colendis prauissime religionibus inue-
terata consuetudine, conuictis inanibus, &
hominum impia vanitate detecta, insania
sacrificiorum abolita, superstitionibus, ac
simulacris de medio sublatis, ad veri Dei
certam notitiam perueniatur. Quibus sane 30
rationibus persuasus Alexander sextus an-
no salutis nostræ 1493. teste Francisco Var-
gas [e], amplas illas noui ad Occidentem or-
bis Prouincias, à Barbaris illis, quos vulgo
Indos appellamus, occupatas, Ferdinando,
& Isabellæ Principibus, eorumq. successori-
bus, Hispaniarum Regibus eadem ratione
addixit, hac conditione, & lege, vt ad Chri-
stianam religionem eos reducendos stude-
rent: quod Philippus legitimus eorum suc- 31
cessor, Rex omnium, qui sunt, quiq. fuerunt,
longe maximus, ac potentissimus, exacte
præstat, nec solum in ijs, sed & in alijs, quæ
ad Orientem sitæ sunt, Regniq. Lusitano-
rum, hodie Portugalliæ, cui ipse legitime
moderatur, fuerant, nec non in ijs, quæ quo-
tidie inueniuntur, præterquam, quòd reli-
giosos viros, qui Euangelicam doctrinam in
vero lumine orbatas Prouincias important
(vt nunc faciunt officiosissimi Iesuitæ, qui
Sinarum latissimum Regnum, cui Regna
obediunt, de China vulgò dicta, ingressi
sunt) nauibus, commeatu, militaribus co-
pijs, atque omni fauore prosequitur. Nec id
vi, armis, aut alia quauis coactione, sed per
32 Euangelij solam prædicationem, vt Inno-
centius [f], Hostiensis [g], & Antonius [h] de
33 Butrio fieri debere censuerunt: non enim
sunt nationes compellendæ, sed verbo Dei
persuadendæ, etsi dicunt alij posse Christia-
nos Principes, qui huiusmodi Prouincias ab
infidelibus vendicarunt, infideles cogere ad
verbi Dei prædicatores suscipiendos, re-
nuentesq. vti contumaces, & inobedientes
punire, quod ego verum puto, vbi Euange-
lium prædicatum sit. Nam Principes Chri-
stiani ex illa acquisitione omnem omnino
iurisdictionem, ac omne imperium sibi iure
vendicant: non ipso iure, nec iure belli, sed
34 Romani Pontificis auctoritate: quare iuste [i]
dicuntur possidere. Etenim, licet Innocen-
35 tius [k] bene putauerit, posse ethnicos habere
iurisdictionem, saltem de iure gentium,
36 prout gentes [l] omnes viuunt, Hostiensis ta-
men recte quoque existimauit, omnem po-
testatem, & iurisdictionem de iure, & ex cau-
sa iusta per CHRISTI aduentum, qui sum-
mum habet imperium, fuisse ad fideles trās-
37 latam. Huius vero mundani regni admini-
strationem, Petro, & eius successoribus
CHRISTVM commisisse testantur [m] com-
muniter nostri. Quibus adstipulatur & Al-
bertus [n] Pighius in sua hierarchia ecclesia-
stica. Quorsum isthæc? Multo maiora potest
Pontifex maximus, nec præter eum alius
38 quisquam. Imperatores enim, Reges, aliosq.
magnos Principes principatu, regno, atque
imperio priuat, nec non alios, cùm libet, in
eorum locum sufficit, subrogat, ac gladio,
non solum spirituali, sed & materiali stricto,
vice CHRISTI, suo munere fungitur. Et
licet id non agat, nisi grauissimis de causis,
atque vrgentissimis, fidem catholicam, aut
Rempublicam Christianam cōcernentibus,
magnaq. & prudenti, an expediat, & quan-
do, & quomodo, & per quem id faciendum
sit, deliberatione habita (vti Innocentius [o],
Baldus [p], Franciscus Vargas [q], & alij [r] me-
moriæ mandarunt) nemo tamen sanæ men-
tis dubitare debet, quin facere valeat, fa-
ciatq. cùm opus sit. Quod pluribus exem-
plis, & quidem illustribus potest comproba-
39 ri. Siquidem (omissis ijs, quæ gesta sunt à
Zacharia [f] aduersus Childericum Gallia-
rum Regem, quem, non tamquam hæreti-
cum, aut sedi Apostolicæ rebellem, aut in-
fensum, aut excommunicatum, sed vt igna-
uum deposuit, absolutis subditis à iuramen-
40 to, Pipinoque regno tradito, necnon, quàm
intre-

t, u, ad l. liber homo. ff. de verb. oblig. ad l. fin. ff. de ect emp ad l. id quod apud hostes. vbi etiā Iaf. ff. de leg. 1.
x, y, ad c. Abbate sane. §. & alleg. abatur. de re iudic. lib. 6.
z Angelus dispu. fina. incipit. Resonate genera. Io. de Lignago in tract. de bello Iud. Iason etiam, quæ tradit Bar. ad l. 1. C. de pagan.
a 2.2. q. 10.
b in cōs. 72.
c in repet. regul. peccatum. 3. q. principali. de regul. iuris. lib. 6.
d ad cap. quod super his de voto.
e in tract. de episcop. iurisd. confirmat. 12.
f, g, h, ad d. cap. quod super his. n. 9. de voto.
i argumento. l. iuste ff. de acquir. possess.
k ad d. cap. quod super.
l c. Ius naturale. d. 1.
m ad c. 1. de homic. lib. 6. & ad c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. sint legit. & Butrius ad d. c. quod super his.
n lib. 5. c. 2.
o ad c. ad Apostolicæ, de re iudic. lib. 6.
p ad l. fin. in fin. C. de legib.
q in d. trac. de episc. potest. confirmatione 10.
r gloss. & alij doctores ad c. 1. si de inuest. feud. inter domin. & vasall. Roderic. Zamorren. in tract. de origin. & differentia princip. imperialis & regalis. p. 2.
f cap. 3. 15. quæst. 6.

intrepide Innocentius [t] Arcadium Caesarem, & quod fortius est, Sanctus Ambrosius, simplex vnius ecclesię Episcopus Theodosium Magnum a fidelium communione separauerint) Gregorius etiam septimus 41
Henricum quartum imperio priuauit, Alexander tertius Federicum primum, Innocentius III. Othonem, Gregorius nonus, & Innocentius quartus Federicum secundum, Ioannes vigesimus secundus, & Clemens sextus Ludouicum Bauarum eā ob causam, quam recitat idem Albertus Pighius [u]. Vrbanus quoque sextus Carolum Vngariae, & Siciliae Regem. Iulius item secundus Ruuereo sanguine genitus, & Sixti quarti nepos Reges Nauarrae, ob schismatis crimen, regno priuauit, & Regibus Hispaniarum Catholicis tunc viuentibus, eorumq. successoribus illud donauit. Qua sane ratione alij plerique Principes per Rom. Ecclesiae Antistites correcti, & excommunicati [x] sunt. Sed quid vetera requiramus exempla, cùm nostra tempestate vigilantissimus dominici gregis pastor, Pius quintus Elizabetham Stuardam, Anglorum Reginam, quòd pestiferam Caluini sectam sequeretur, diris petiuerit, eiusq. regnum occupanti permiserit? Quo factum est, vt Philippus Catholicus Hispaniarum Rex, praeter eam, quam anno praeterito ingentem, ac qua ne maiorem fortasse vnquam Oceanum mare viderit, classem parauit, atque ad reuocandam extremo malo laborātem insulam sub Apostolicam potestatem misit, aliam instructiorem, & firmiorem cogitet: cui felicitatem ominari piorum virorum est, vt, cuius victoria victi victuri sint, miserrimi nempe populi, diabolicis technis, & imposturis impliciti, impietatisq. tenebris inuoluti sub flagitiosissimae, ac impurissimae foeminae tyrannide; 42
qua nequiorem ex vniuerso haereticorum inferno seligas nullam: nec enim vsquam legimus, aut audiuimus (nisi apud Augustinum [y] forte, vbi de Pepuzianis haereticis loquitur) mulierem vllam sibi clauium potestatem sumpsisse, praeter Elizabetham Stuardam praesentem, vitiorum cloacam 43
maximam, maiorumque titulis, ac cognomento indignissimam, nisi Henrici incestuosi patris, vt qui ei, & pater, & auus, & leuir, horribili exemplo fuerit, sicut ipsa soror matris, proh nefas, & sororis filia, necnon sororis Mariae Bolenae (quam ipse Henricus stupro polluisse fassus est) soror, & neptis, & priuigna, & alijs monstrosis sanguinis gradibus coniuncta fuit, vt est apud [z] Sanderum. Sed vt, vnde opportune digressi sumus, tandem redeamus, eadem etiam au-
44 ctoritate Sixtus Papa V. non minori ardens desiderio Christianae reipublicae, non tuendae modò, sed & augendae, initio sui pontificatus, adeo vt perpauci dies intercesserint, postquam CHRISTI Vicarius est renunciatus, duos Henricos, Regem Nauarrae, & Principem Condensem excommunicauit, & spe regiae successionis Gallicanae potiundae deiecit. Quod valde opportunum fuisse perspicitur, cum alter anno superiori misere e viuis excesserit: alter Regno rectore vacante exclusus, armis catholicorum hoc anno,
45 qui est salutis 1589. acerrime vexetur. Hac eadem potestate Rom. Imperium à Graecis
46 in Germanos fuit translatum, dataque ipsis Germanis Principibus facultas eligendi [a] Imperatorem, tribus videlicet ecclesiarum Antistitibus, Maguntino, Coloniensi, & Treuerensi Archiepiscopis: laicis vero quattuor, Bohemiae Regi, Saxoniae Duci, Brandeburgensi Marchioni, & Palatino Comiti Rheni. Quamuis glossa opinetur [b], votum Bohemiae Regis ab initio haud quaquam fuisse necessarium, nisi de electione discordarent reliqui: sibi tamen reseruarunt ipsi
47 sacratissimi [c] Rom. Pontif. electi examinationem, approbationem, inunctionem, consecrationem, & coronationem, vel si electus indignus fuerit, reiectionem. Constat enim [d] ex fide dignis auctoribus, non solum Ema-
48 nuelem Constantinopolitanum Imperatorem bis petijsse per legatos ab Alexandro tertio Rom. Pontifice, vt Occidentale cum Orientali Imperio coniungeret, necnon Gregorium decimum Michaeli Palaeologo idem Imperium confirmasse, quod ipse ad conci-
49 lium Lugdunense accessisset, eiusq. opera Graeci tertiadecima vice ad catholicae Ecclesiae vnionem fuissent reuocati: sed eundem Gregorium electores Imperij schisma-
50 te laborantes ad Imperatorem creandum coegisse, protestando, nisi id cito fecissent, à se eorum negligentiam electione supplendam iri: vnde ipsi Rodulphum de Habspurg elegerunt: item Clementem sextum deposito, ac damnato Ludouico Bauaro, per minas, ac terrorem eosdem electores titubantes de creando Imperatore, postquam electorem Maguntinensem Praesulem, quòd eidem Bauaro fauisset, censuris etiam diu conculcatis, episcopatu priuasset, ad electionem compulisse. Ex quibus plusquam manifeste constat, hanc Imperij electionem non ab vniuersitate multitudinis, vt perperam nonnulli existimant, sed ab ipso CHRISTI Vicario Principibus illis esse tributam, prout luculen-

[t] cap. duo. dist. 96.

[u] li. 5. Hierarch. eccl. cap. 14. facit & d. cap. ad Apostolicae. de re iudic. lib. 6.

[x] d. ca. duo. d. c. ad Apostolicae. & c. grandi. de supplen. neglig. praelat.

[y] li. de haeresib. c. 27.

[z] de origine, & progr. schism. Angl. lib. 1.

[a] cap. venerabilem. 34. de elect. & cap. 2. de re iudic. lib. 6.

[b] ad d. c. 34. in fine.

[c] ad d cap. 34. & c. 2.

[d] idem Pighius c. 2. & 14. lib. 3.

Iuculenter oſtendit idē Albertus [e] Pighius. Idcirco nulli dubium eſſe poteſt, quin omnes, qui CHRISTI ouili continentur, illius auctoritati ſubſint, cui CHRISTVS ipſe oues ſuas vniuerſas paſcendas, regendasq. commiſit: immo etiam ita diuina ordinatione, & prouidentia comparatum eſt, vt iam plane vniuerſum, quod nunc eſt imperium, conſtitutum ſit auctoritate totius Eccleſiæ Principis, & vniuerſa eius poteſtas ab illius auctoritate, & poteſtate omnino dependeat, id recognoſcentibus & Imperio, & Imperatoribus, præſertim à Carolo Magno ad præſentem vſque Rodulphum Cæſarem. Et licet interceſſerint quandoque irreligioſi quidam, & impij, qui maluiſſent tyranno Iulio Cæſari, quàm ſancto, religioſiſſimoq. Carolo ſuccedere: & vi, fraude, & parricidio vſurpare potius dominationem, quàm ab ipſo Petri ſucceſſore legitimum imperium accipere, viciſſe tamen poteſtatem eccleſiaſticam, & ſibi ſubieciſſe omnem aduerſus ſe efferentem multitudinem, nemo non videt. Quod vero nonnulli autumant, mirum non videri, ſi tantam in Imperium Eccleſia habeat auctoritatem, cùm ab ipſa facta ſit tranſlatio, ab eademq. eligendi Imperatorem data ſit facultas. Sed dubium eſſe poteſt in hoc de alijs Chriſtiani orbis Principibus, & regnis, maxime de Gallicano antiquiſſimo, & opulentiſſimo; cuius Rex ſuperiorem non agnoſcit, vel ipſo adſtipulante Innocentio tertio [f], adeo, vt cùm Bonifacius octauus [g] conſtituerit omnem omnino humanam creaturam, etiam quo ad profana, vni ſubeſſe Pontifici Romano, Clemens Quintus [h] declarauit huiuſmodi conſtitutionem ad Franciæ Regem, regnum, & regnicolas nequaquam extendi, vt ipſi aſſerunt, atque Eccleſiæ non eſſe ſubiectos Romanæ, niſi, vt antea exiſtebant. Quæ, etſi vera ſunt, quomodo exponemus, & Reges, regnum, ſubditiq. de hac ſancta ſede adeo bene meriti ſint: vt dignum ſit eos indulgentijs, beneficijs, immunitatibus, ac omni beneuolo fauore proſequi non eſt tamen dicendum Regem, & eius ſubditos à ſede Apoſtolica tantis beneficijs auctos, iudicio, & auctoritati Romani Pontificis ſubduci poſſe. Quid enim ſibi vult illud [i] Hieremiæ vaticinium. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas, & diſſipes, ædifices, & plantes?* quòd non de ſacris tantum, ſed & de profanis, de iuriſdictione, & imperio intellexerunt [k] Pontifices, Theologi, & iuris interpretes. Hinc videmus Childericum Gallorum Regem, quòd parum tantæ dignitati, & poteſtati eſſet vtilis, à Zacharia Romano Antiſtite, vt dictum [l] eſt, regno priuatum, & ei Pipinum Caroli Magni patrem ſuffectum, ſubditosq. à fidelitatis iuramento abſolutos. Et quanquam ij, qui regiam illam tuentur libertatem, aſſeuerent, Zachariam non auctoritate propria, ſed ex conſenſu Gallicanorum procerum Regem depoſuiſſe, aut depoſitioni conſenſiſſe, quod & gloſſa ad illam Gregorij Papæ [m] conſtitutionem ſcribens, innuere videtur: falſum tamen hoc eſſe oſtendit Cardinalis à Turrecremata [n]. Ego quidem in ea ſum ſententia, vt exiſtimem, Zachariam à regni proceribus de Regis ignauia, & ſocordia, qua dedecori, & nocumento ſubditis futurus conijciebatur, factum eſſe certiorem, rogatumq. ab eiſdem, vt deponeretur, quo alius tanto regno dignus Princeps ſubſtitueretur, ſicut factum eſt. Pipinus enim complura, & præclara edidit facinora, inter quæ, vt ita dicam, egregium fuit Carolum Magnum procreaſſe, atque ad vſum tantarum virtutum animi, & corporis educatione excitaſſe: cuius res geſtas prætereo, cùm à ſacris, & profanis ſcriptoribus æternitati commendatæ ſint: ſed tranſeamus ad aliud. Cùm lis orta eſſet inter Francorum Regem, Philippum Auguſtum, & Ioannem Angliæ Regem de Comitatu Pictauienſi, atque ſubinde pax quibuſdam pactis, & conditionibus inita, poſtremoq. à Philippo violata: nonne idem Angliæ Rex ipſum coràm Innocentio tertio accuſauit, qui cauſam cuidam Abbati, & Bituricenſi Archiepiſcopo cognoſcendam commiſit [o]? Sed occaſione ſuadente, antequam vlterius progrediamur, non erit fortaſſe ab re, ſi facti ſpeciem, cui illa Innocentij tertij decretalis [p] nititur, explicemus. Ex cuius verbis cùm rei ſeries non percipi facile poſsit, petemus eam ex annalibus Gallicis, quos vir pius, & egregie doctus Remūdus Ruſus in ſua defenſione pro Pontifice maximo, totoque ordine ſacro, recitat. Multa ſcilicet iampridem poſſediſſe Angliæ reges in Gallia à Chriſtianiſsimis Regibus beneficij, & clientelæ nomine: quocirca ſub iuriſdictione Chriſtianiſsimorum Regum fuiſſe quo ad res poſſeſſas: ſæpe etiam bello cùm eis contendiſſe, quòd Reges Angliæ eis eſſent finitimi. Accidiſſe autem, quòd, cùm Arcturus Britonum Comes, neſcio quo pacto, eſſet interfectus, eius mater Conſtantia Ioannem Angliæ Regem parricidij accuſauit apud Philippum Galliæ Regem (Arcturi enim patruus fuerat Ioannes) cuius mandato cùm Ioannes in ius legitime

voca-

[e] d. cap. 2. & 14.

[f] in c. per venerabilē § qui filij ſint legit. vbi notant omnes.

[g] in c. vnam ſanctam. extrauag. de maiorit. & obed.

[h] in c. 2. extrauag. de priuileg.

[i] cap. 1.

[k] cap. 6 de maiorit. & obed. & d. cap. 1. de re iud. li. 6 & d. cap. vnam ſanctam. vbi quoque notant omnes iuris interpretes, ſicut Theologi ad d. c. 1. Hieremi.

[l] ſup. hoc eod. cap.

[m] ad d. c. 3. 15. q. 6.

[n] in ſumma de eccleſia. lib. 2.

[o] in c. nouit. vbi notatur ab omnibus. de iudic.

[p] d. c. nouit.

Digitized by Google

vocatus, non comparuisset, vt reus parrici-
dij damnatus est, omnibus, quæ in Galliæ
regno possidebat, fisco addictis. Verum, vt
res iudicata executioni mandaretur, non ap-
paritoribus, sed exercitu opus fuit. Ioannes
vero, cùm copias Philippi appropinquare
intellexisset, nec tantis viribus sufficeret, ad
Romanum Antistitem Innocentium tertium
scribens, conquestus est de fœdere violato, 57
quod erat paulo ante, quàm accusaretur,
percussum inter eum, & Philippum (causa
parricidij, de quo orta erat quæstio, omnino
suppressa) rogans vt Philippum contempti
fœderis reum sua auctoritate coerceat, pa-
ratum se esse apud eum, vel Legatos eius
causam agere. Innocentius Legatum in
Galliam mittit, & ad omnes Antistites Gal-
liæ hac de re epistolam q scribit: verum Phi-
lippus, à Legato cùm primum sibi bello in-
terdictum fuit, peropportunam rei bene ge-
rendæ, quam in manu habebat, occasionem
labi ineptum ratus, Pontificem appellat,
mox pendente appellatione rem iudicatam
magnis viribus, & celeritate exequitur,
Aquitaniam, Northmanniam, vrbesq. quas
potest, quæque ditionis erant Ioannis in
finibus Galliæ, capit. Pulsi pene Angli, Pon-
tificem de scelere factum iam certiorem
amplius non adeunt: nec post reditum Le-
gati epistolam illam miserat Innocentius,
sed cùm primum ipse in Galliam missus fuit,
Quod ex verbis ipsius constitutionis r intel-
ligi potest, nulla etenim fit ibi mentio parri-
cidij, vel huius exceptionis, & defensionis
Philippi, sed tantum litterarum Ioannis in
postremis verbis. Innocentio iste obrepserat,
nulla facta mentione parricidij, vt ex iitis
verbis haud obscure apparet. *Nisi forsitan
Rex Francorum coram nobis, vel Legato no-
stro sufficientem in contrarium rationem
ostendat.* Nec verisimile est, Innocentium
facinus huius Ioannis suo patrocinio voluis-
se defendere, quòd iurisdictionis eius fuisset
impedire, & ius iam sententia quæsitum im-
minuere. Sed Innocentius rescripsit, vt alij
assolent Principes, iuxta petita, & vt in pre-
cibus continebatur f, videlicet, quòd Phi-
lippus pacem fregisset, & iurisiurandi reli-
gionem violasset: non item de feudo. *Non
enim, inquit, intendimus iudicare de feudo,
cuius ad ipsum spectat iudicium.* Cognoscere
de fœdere Philippi Regis non erat, initum
enim erat fœdus cum Rege Angliæ, non
tamquam beneficiario, sed tamquam Rege
Anglorum: neutrius vero Principis de con-
uentionibus fœderis cognitio erat, cùm al-
ter alteri non pareret: nam licet Rex Fran-

q de qua in c. nouit.

r in d. cap. nouit.

f c. 4. 6. a8. & 10. de rescr. c 2. & vlt. eod. in 6. & clem. 1. 2. & 3. eod. l. 2. & vlt. C. de diuer. rescript.

ciæ longe excellentior, & potentior esset
Anglorum Rege, vtriusque tamen in suo re-
gno eadem erat potentia, eadem excellen-
tia: magis enim, & minus non faciunt quid
58 differre specie: nec par in parem habet im-
perium t. De feudo quidem, & parricidio,
quod in regno Franciæ perpetratum fuerat,
Philippi iudicium erat. Quare Innocentius
de eo nihil prætendit, immo profitetur non
esse suæ iurisdictionis, nec se eius requirere
notionem, sed exceptiones proponendi li-
beram Philippo relinquere facultatem. Ve-
rum Anglus se non solum clientem, & bene-
ficiarium esse, sed Regem quoque Angliæ
sciens, Philippo non paruit, quia de fœde-
re, non de beneficio contentio erat. Causa
igitur, de qua questus apud Innocentium
erat Anglus, aut erat beneficiaria, aut de
59 fœdere: illa quidem ad Philippum, vel eius
supremos magistratus pertinebat u: hæc ve-
60 ro ad Pontificem maximum, cuius partes
sunt huiusmodi rebus intercedere, pacique
Christianæ reipublicæ consulere. Quare &
si oriatur inter Principes de præcedentia,
61 quam vocant, quæuis quæstio, id Pontificis
Romani iudicium est. Idcirco summus Pon-
tifex Sixtus V. conuentus quindecim certo
Cardinalium numero prudenter instituit, vt
Romanæ curiæ, ditionis ecclesiasticæ, ac
vniuersæ reipublicæ Christianæ negotia, &
causæ commodius audiantur, & expedian-
tur; quorum vnum pro sacris ritibus, & cæ-
remonijs confirmandis, instaurandisq. de-
stinauit, ac quinque selectis viris demanda-
62 uit, videlicet Alfonso Gesualdo, Episcopo
Tusculano, viro spectatæ nobilitatis, mo-
rumq. suauitate, ingenio, atque memoria
præstanti: Nicolao Sfondrato, Cardinali
Cremonensi, cuius vitæ innocentiam, ac do-
ctrinam, non Cremona tantum, atque Insu-
bria, sed Roma ipsa ingeniorum grauissima
æstimatrix, admiratur: qui postea nonis De-
cembris anno salutis 1590. post quinqua-
gesimum nonum comitiorum diem, Sum-
mus est Pontifex renunciatus, & Grego-
rius XIV. appellatus, me spectante, tam-
quam amplissimi Cardinalis Ruuerei con-
clauista: Augustino Valerio, Veronensi Præ-
suli, ad labores, & vigilias, immo ad omnes
optimas artes, nato, vt eius scripta luculen-
ter testantur: Vincentio Lauro, Montis Re-
galis nuncupato, de cuius erga Apostolicam
sedem merito, ac tum in maximis discipli-
nis tractandis, tum in rebus gerendis inge-
nij acumine, atque dexteritate, essent quam-
plurima à me dicenda, nisi ego viro omni-
bus numeris absoluto, pro in me collatis be-
neficijs,

t l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad trebell.

u Hostien. ad d. c. nouit. n. 32 de iudic. & ad c. cæterum. vbi omnes notãt eod. Bald. & alij ad tit. de conuent. inter dom. & vasall.

neficijs, dum apud Allobrogum Ducem Emanuelem Philibertum, & Carolum Emanuelem eius filium, optimos Principes meos, Legatum ageret, tantum deberem: Federicoque Borromeo, de quo & si aliàs x nos, numquam tamen satis: vt qui ad omnium scientiarum fastigium euectus, linguarum etiam studiosus, Hebraicæ præsertim, quarto & vigesimo ætatis suæ anno talis sit, vt quodammodo nouæ scientiæ fabricari debeant, in quibus industrius adolescens versetur. Quibus negotiorum multitudine suadente, adiecti sunt duo clarissimi viri, Gabriel Paleottus, & Ascanius Columnius, alter pastoralis officij exactissima administratione, ac iuris scientia celeberrimus, sicuti eius maturi, atque vtiles labores demonstrant: alter in bonis artibus adeo versatus, vt Philippo Hispaniarum Regi Catholico longe charissimus, etiam ob paterna merita, eius testimonio, & rogatu, in Cardinalium numerum, vix trigesimum natus annum adscribi meruerit. Cui cœtui, seu congregationi onera plurima, & quidem difficilia incumbunt, ita vt reipublicæ & ornamento, & 63
adiumento sit: controuersias enim inter Principes componit, cum de oratorum dignitate, ac præeminentia oriuntur, de diuinorum officiorum ratione, vsu, ac celebratione cognoscit: festorum item dierum normam præscribit, ritumq. Romanæ Ecclesiæ de pijs viris in Sanctorum numerum referendis custodit, ac pro rei magnitudine debitis cæremonijs prosequitur, & obseruari iubet. Vbi igitur aliquid difficile, & ambiguum exoritur, cui haud facile sufficere possint Reges ipsi, nec quidquam in eo habeant auctoritatis (vt de iure fœderis diximus) tunc iudicium deuoluitur ad Ecclesiam. Nam Deus, loquens ad Moysen, ait y. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicum inter portas videris verba variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore*, & quæ sequuntur: *iudicem, qui fuerit illo tempore*, hoc est, *Romanum Pontificem*. Sacerdotes Leuitici generis, pro Cardinalibus accipiendos esse rectissime idem Innocentius tertius respondit z: qua in re mihi admodum placet Abbatis Panormitani a expositio, vt verba illa *inter sanguinem, & sanguinem*, accipi debeant pro causa criminali fori ciuilis, *inter lepram, & lepram*: pro causa criminali fori ecclesiastici: *inter causam, & causam*, pro causa ciuili vtriusque fori, videlicet, quòd quomodocumque oriatur difficultas, & ambiguitas, siue in foro seculari, siue in ecclesiastico, siue in causa criminali, siue in ciuili, recurrendum semper sit ad Antistitis Romani iudicium. Vnde idem Innocentius b *non solum*, inquit, *in Ecclesiæ patrimonio, verum etiam in alijs regionibus, certis causis inspectis, temporalem iurisdictionem casualiter exercemus*. Ex his verbis nõnulli (prout refert Antonius de Butrio c) asseuerarunt, Regum, & aliorum Principum, qui superiorem non recognoscunt, subditos, & Principes ipsos non aliter pontificiæ iurisdictioni subijci, atque Suffraganeorum subditi Metropolitano. In quibus vero sub-
65 dantur, satius iam explicatum d est. Quare dubium esse non potest, quin & ipse Christianissimus Rex vni subsit Rom. Pontifici, etiam quo ad profana omnino. Et licet Innocentius ipse dicat loco citato, eumdem Regem in temporalibus superiorem minime recognoscere: non debet tamen intelligi, quòd non subdatur ipsi Pontifici maximo, sed dicit superiorem non recognoscere ad differentiam illius G. Montis Pessulani, cuius nomine Arelatensis Archiepiscopus postulabat, vt Papa dignaretur eius filios legitimationis titulo honorare. Nam cum Papa interdum eum filijs Regis dispensasset, vt patri possent succedere, ex eo ille factus audacior, postulauit, vt & filios suos ad successionem habilitaret. Verum, quoniam beatissimus Papa non libenter se ingerit e in ijs, quæ non sunt immediate suæ iurisdictionis, ideo rescripsit nobili illi viro se dispensare nolle, cum huiusmodi ad successionem habilitatio ad Regem Franciæ, cuius ipse erat subditus, pertineret, nec referre, quòd
66 cum Rege genitis dispensauerit: quoniam Rex non haberet alium, quàm se videlicet Papam, superiorem, qui posset filijs illegitimis indulgere, vt in paternum regnum succederent. Nec mirum, si summus Romanæ Ecclesiæ Princeps possit filios eius, qui su-
67 periorem non recognoscit, natalibus restituere, hoc est legitimare, cum vacante regno, aut principatu superiorem non recognoscente, succedat ipse sanctissimus Papa, vti testantur Rochus f, & alij, quos citat, & sequitur Felinus g, nec ab eis dissentit Bartolus h, nec Stephanus i Aufrerius. Nihil itidem aduersatur Clementis quinti constitutio k, qua declaratur Bonifaciana l, vt ea scilicet non debeat extendi ad Franciæ Regem, regnum, & regnicolas, nam responsio est in promptu: siquidem Clemens quintus non dicit Galliæ Regem, eiusque subditos non

x infra c. 15.
y Deuter. 17.
z in c. per venerabilē § rationibus. qui filij sint legitimi.
a ibid. nu. 38.
b in d. § rationibus.
c ibid n. 57.
d supra c. 7.
e d. c. nouit. de iud.
f ad c. etsi necesse. de donat. inter vir. & vxor.
g ad c. licet ex suspecto de foro comp.
h ad l. 1. § denique ff. de aqua plu. arcen. itē ad l. infamem ff de publ. iudic. ad l. acta §. amplificanda. ff. de re iudic. ad l. 1 ff de postul.
i in tract. de potestat. eccl. nu. 57.
k in d. c. 2. de priuileg. in extrau.
l in c. vnam sanctam. extrau. de maior. & obed.

non esse, quo ad temporalia Pontifici maxi-
mo subiectos: sed declarat ibi constitutio-
nem Bonifacij octaui Regem, eiusque sub-
ditos pontificiæ potestati non magis esse su-
biectos, & obnoxios, quàm ante illam
constitutionem extitissent. quod hæc ipsa
verba satis declarant. *Nec per illam,
Rex, regnum, & regnicolæ prælibati am-
plius Ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quàm
antea existebant. Sed omnia intelligantur in
eodem esse statu, quo erant ante definitio-
nem præfatam.* Plura etiam in hanc sen-
tentiam afferri possent, quæ ab alijs viris
doctissimis [m] referuntur, ad quos lectorem
libenter relegamus. Sed dicant isti nouato- 68
res, quodnam potuit esse maius, & efficacius
subiectionis argumentum, quàm exoscula-
tio illa, quam omnes Principes, Reges, &
Imperatores Pontificis pedibus tanta cum
humilitate exhibent? Nam statim, atque
quis Pontifex maximus renunciatur, vt ne-
mo nescit, illico omnes orbis Christiani
Principes, si per semetipsos non possunt, suo
nomine oratores vnà cum epistolis ad ipsum
vniuersalis Ecclesiæ pastorem electum mit-
tunt, qui non modo suorum Principum
nomine magna animi alacritate ipsi gratu-
lantur, sed in publico etiam Cardinalium,
Prælatorum, & populi consessu, habita prius
luculenta oratione, reuerentiam ei, & obe-
dientiam exhibent: quod vt manifestius
fiat, antè pedes Pontificis procumbentes,
eos humilissime exosculantur. Quam pe- 69
dum exosculationem ab omnibus vni soli
Romano Pontifici præstandam esse, elegan-
ter ostendit Iosephus [n] Stephanus, Episco-
pus Vestanus in suo de adoratione pedum
tractatu, contendens Pontificem Roma-
num, non solum Episcopis, verum etiam
omnibus Regibus superiorem esse, cùm in
eos plenam auctoritatem exerceat. Quæ
omnia adeo vera sunt, vt nullus supersit du-
bitationi locus. Nec obstant ea, quæ ab
initio pro tuentium contrariam sententiam
opinione adducebantur, ac primum Nico-
lai [o], & Gelasij [p] decreta: quibus docemur
officia potestatis Pontificum, & Imperato-
rum esse distincta, vt sacra ad Pontifices,
profana vero ad Imperatores, & Reges per-
tineant, & non aliter. Quod & historia
Euangelica [q], qua nulla verior, testatur,
dum ait. *Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari,
& quæ sunt Dei Deo.* Sed quia sanctissimus
Pontifex vicem CHRISTI in terris gerit,
ei solum competere curam rerum spiritua-
lium, Cæsari vero temporalium. Immo in
veteri lege, quæ nouam repræsentat, hu-

m vii sunt Barthol. de Spina, Ioannes a Capistrano, Io. Hieron. Albanus. Cardin. Francisc. Vargas, Stephanus Aufrerius, Petrus Albignac. & alij omnes Canonistæ ad d.c. nouit & d.c. per venerabilem.

n cap. 7. per totum.

o d. cap. 6. distinct. 95.

p c. 10. ead. distinct.

q Matt 22.

iusmodi potestates videri omnino seiunctas.
Siquidem Moyses, qui fuit populi Israeliti-
ci dux, eam videtur personam induisse,
quam Imperator hodie induit: & Aaron,
quam summus Pontifex; quinimmo potior,
& potentior videtur fuisse potestas Moysis,
quàm Aaronis, qui Aaronem Pontificem
constituerit: quod ex his Dei verbis ad
Moysen facilè colligitur [r]. *Applica tibi Aa-
ron fratrem tuum filijs suis de medio filiorum
Israel, vt sacerdotio fungatur mihi.* Quare
regalem potestatem videri maiorem sacer-
dotali. Hæc autem ad astruendam secula-
rium Principum potestatem, quæ per se
nulla est, destruendamq. pontificiam, quæ,
vt canit ecclesia, mundum pugillo conti-
net, non sufficiunt, siquidem obiecta sol-
uuntur, & contrarium verius est. Doctissi-
mus Ioannes à Turrecremata [s] probat inter
70 cæteros, Romanum Pontif. iure sui Princi-
patus habere iurisdictionem, etiam in tem-
poralibus in toto terrarum orbe, quan-
tum Ecclesiæ necessitas pro fidei, pacis, &
vnitatis ipsius Ecclesiæ conseruatione, exi-
git, ac debitum pastoralis officij pro bono
regimine, & administratione expostulat gre-
gis dominici sibi ad salutem æternam com-
missi; cur vero distincta dicantur officia,
non aperit. Qua in re mihi videtur dixisse,
quod oportuit, Augustinus Triumphus [t],
vt scilicet à Pontificia, Cæsarea potestas sit
distincta, & separata, quia non conueniunt
71 vni eodem modo, quia potestas iurisdictio-
nis spiritualium conuenit ipsi beatissimo
Papę, secundum immediatam institutionem,
& executionem, sed potestas iurisdictionis
temporalium conuenit sibi secundum insti-
tutionem, & auctoritatem, non tamen se-
cundum immediatam executionem, quibus-
dam exceptis casibus, qui ad illam Inno-
centij tertij constitutionem [u] notantur. Ad
illud autem Matthæi [x]. *Reddite, quæ sunt
Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*, bene
72 quoque respondet dicens [y], per hæc verba,
potentiam temporalium Papæ nequaquam
subtrahi, sed datum esse intelligi iustitiam
quandam legalem, vt cuique reddatur,
quod suum est, ea ratione, qua Apostolus ad
Rom. [z] scribens, ait. *Reddite omnibus debi-
ta: cui tributum, tributum: cui vectigal, ve-
ctigal: cui honorem, honorem: cui timorem, timo-
73 rem.* Siquidem Imperat. Regibus, alijsque
Principibus reddenda sunt temporalia, ve-
luti pro stipendijs ipsorum, qui ministri Dei
sunt, vt idem testatur Apostolus [a]. Tenentur
enim Dei Ecclesiam tueri, Christianumq.
populum regere, & rempublicam in pace

r Exod. 28.

s ad d. c. 6. & in lib. 2. de ecclesia.

t de potest. eccles. q. 2. art 8.

u ad c. per venerabilē.

x d. c. 2.

y eod. art. 8 ad primū.

z Rom. 13.

a Ibidem.

conseruare. Hisce igitur de causis Principes stipendium ab Ecclesia suscipiunt, stipendiarijque Ecclesiæ dici possunt: nam iure quodam naturæ, & diuino pro tali ministerio debetur eis tale stipendium, auctore Apostolo [b], qui ait. *Quis militat suis stipendijs vnquam? quis pascit gregem, & de lacte eius non edit?* Vnde Beatus Augustinus [c] inquit, quòd quædam diuina prouidentia sunt militibus stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur: quòd si aliter tributum petunt, dici potest cum Sancto [d] Ambrosio. *Si tributum petit Imperator, non ei negamus, agri Ecclesiæ soluant tributum: si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum: tollat eos, si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego*. Albertus [e] Pighius rectè animaduertit, Ambrosium ibidem [f] non enunciatiue, sed interrogatiue loqui sic. *Tributum Cæsaris est? Imperator tributum petit?* Meminerat etenim beatissimus ille vir, cùm in eo Ecclesia statu esset, exempli CHRISTI, qui 74
quamuis nihil deberet Cæsari, tamen ne scandalum concitaret, iussit Petro pro se, & ipso exactoribus tributi staterem vt persolueret. Nondum fidei iugo, & Ecclesiæ prorsus colla submiserant Reges seculi, & Principes, nondum seruierant regno CHRISTI. Quin potius omnibus Imperij viribus illud ipsum frequenter persequuti sunt. Impijssimus ille Valens Imperator eo tempore toto orbe orthodoxos grauissime insectabatur. Iustina Augusta Ariano scelere contaminata, vrgebat beatissimum Ambrosium, vt aliquot hæreticis basilicas traderet. Tunc itaque meritò dixit sanctus Episcopus. *Si Impera-* 75
tor tributum petit, accipiat etiam ab agris ecclesiæ, non negamus soluere. Quandoquidem id possumus sine pietatis præiudicio. Nec tributum solum petenti se minime negaturum respondit, *immo*, inquit, *si vult me rapere ad mortem, occurram.* Nunc vero ita res se ha- 76
bet, vt ecclesiarum præfecti non subsint, sed [g] præsint Christianis omnibus, Principibus, Regibus, & Imperatoribus, nec illi his, sed hi illis obedientiam debeant. Ad illud vero, quòd Moyses repræsentat Imperatorem, & Aaron Pontificem, & Moyses est maior Aaron, respondendum est Moysen repræsentare CHRISTVM, cuius vicem Papa in terris gerit. Vnde dictum est Moysi [h]. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum tuorum similem tui.* Similiter & Aaronem repræsentare CHRISTVM [i], vt supra est ostensum. Moyses enim & ipse erat sacerdos, quod indicat nobis Psalmista, dum ait [k].

b 1 ad Cor. 9.
c c. militare. 23. q. 1.
d lib. 5. ep. 33 de qua in c. si tributum. 11. quæst. 1.
e lib. 5. hierarc. eccles. cap. 4.
f in d. epist.
g c. 4. & 6. de maior. & obed. & passim alibi.
h Deut. 18.
i Exodi 28.
k Psal. 98.

Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius. Quòd & Ioannes à Turrecremata [l], Augustinus Triumphus [m], & Ioannes à Capistrano [n] 77
pluribus ostendunt. Aliter tamen Moyses, aliter Aaron CHRISTVM significabant, quia Moyses, vt legislator, Aaron, vti summus sacerdos, significabat. Et CHRISTVS, cuius partes in terris tuetur Romanus Pontifex, fuit legislator, iuxta illud Isaiæ [o]. *Dominus legifer noster, Dominus iustus noster*. Et fuit sacerdos, eiusdem Psalmistæ [p] testi- 78
monio. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Cùm igitur CHRISTVS vtrumq. habeat officium, temporale, & spirituale, fit profectò, vt vtrumque etiam in persona Papæ concurrat, cùm eius sit Vicarius, & Petri successor, cui in cælis, & in terris data fuit omnis potestas. Ad illud vero B. Augustini [q], quo videtur probari, ea omnia, quæ possidentur etiam ab Ecclesia, non diuino, sed humano iure, hoc est impe- 79
rialibus constitutionibus, possideri, in primis respondendum est, dictionem illam, *Ecclesiæ*, apud B. Augustinum non reperiri: quod etiam perite annotarunt Gratiani [r] corre- 80
ctores. Nam ibi agit Augustinus contra Donatistas, qui legibus Imperatorum villas sibi ademptas, & Ecclesiæ catholicæ attributas esse querebantur. Quare, cùm Donatistæ dicerent: villas nostras tulerunt, fundos nostros ademerunt, vt eos ipse conuinceret nullum ius habuisse, aut habere, quibusdam præmissis, addidit ista. *Quo iure defendis villas? diuino, an humano? Diuinum ius in scripturis diuinis habemus: humanum ius in legibus Regum, &c.* Et Gratianus [f] initium istius constitutionis alibi referens, nullam Ecclesiæ mentionem facit. Idcirco rectè Augustinus. *Tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere, mea est illa villa? aut meus est ille seruus? aut domus hæc mea est?* Et deinde. *Vultis legamus leges iurisperitorum? & secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere, recitemus leges Imperatorum: videamus, si voluerint aliquid ab hæreticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? secundum ius ipsius possides terram, aut tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est? Si autem, vt teneantur ista, ab hominibus iura acceperunt Regū, vultis recitemus leges, vt gaudeatis, quia vel vnum hortū habeatis, & non imputetis, nisi mansuetudini columbæ: quia vel ibi vobis permittitur permanere? leguntur enim leges manifestæ, vbi præceperunt Imperatores, &c.* Hactenus Augustinus.

l ad cap. 6. dist. 96. & ad c. 1. 21. distinct.
m d. q. 1. art. 3. ad 1.
n de auct. Papæ. p. 1. n. 10. & par. 2. num. 61. cum seqq.
o cap. 33.
p Psal. 109.
q in d. c. 1. distinct. 8.
r ibidem.
f in can. 1. §. cū ergo. 23. q. 2.

Sed

Sed quæret aliquis, & dicet. Quare Augustinus, cùm agat aduersus Donatistas, loco legum Imperatorum, & Regum, non dicit Pontificales constitutiones, sacros canones, regulas patrum, conciliorum decreta, vel aliquid aliud his simile, qua equidem verborum formula omnis tolleretur dubitatio? Archidiaconus [t], & Ioannes à Turrecremata [u] respondent, iura Imperatorum non modo vocari constitutiones illas, quas ediderunt, & promulgarunt Imperatores, sed ius omne constitutionis, vel consuetudinis in scriptis redactum: & humana Iura dicuntur, quæ ab antiquis sunt promulgata, quæ sane constant [x] ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus Principum, Prætorum edictis, responsis prudentum, quæ omnia hodie dicuntur iura Regum, Imperatorum, & Principum, qui de his, quæ iure humano constituta sunt, maximos, & amplissimos fecerunt tractatus, vt videre est in libris Pandectarum, & Codicis, vtputa de vltimis voluntatibus, de contractibus, de acquirendis, amittendisque possessionibus, recuperandis, retinendis, distrahendis, & similibus. Quorum ratio, licet satis recta sit, & verbis Augustini accommodata, dici tamen fortasse melius posset, eum ita respondisse, propterea quòd agebat cum Donatistis, qui se iure humano, hoc est Principum constitutionibus, tueri volebant: & eodem iure Augustinus eos conuincere, ac reijcere voluit, atque ostendere nullum eis ius ex iure Cæsareo in bonis ecclesiasticis competijsse, vel competere potuisse. Quod adeo verum est, vt non solum habere non possint hæretici Ecclesiæ bona, sed etiam eorum propria publicentur, & fisco addicantur, vt Arcadius, Honorius, & Theodosius, præsertim de Donatistis [y], constituerunt, præter quos ijdem Theodosius, & Valentinianus, nec eos in solo Romano commorandi habere facultatem [z] voluerunt. Immo voluit [a] Anastasius Imperator, quod si in hæreticam personam alienarentur prædia, in quibus essent ecclesiæ, vel oratoria orthodoxæ fidei, prædia illa fisco vendicata intelligerentur. Quocirca, si Augustinus eorum audaciam & temeritatem potius canonibus, aut conciliorum decretis, quàm Cæsarum, Regumve sanctionibus reprimere intendisset, facile respondissent, illis standum non esse, vel quòd eorum conditores condendi ius non habuissent, vel quòd ad sui vtilitatem, & non ad priuatorum commodum ita constituissent, prout non solum alij hæretici, sed & viri alioquin religiosi, & pij nonnunquam senserunt: quorum causa ego tantam meis proculdubio viribus imparem suscepi prouinciam, eamque præsertim, quam secundo libro expediui. In quo abunde, ni fallor, probaui, quàm aucta fuerit ab Imperatoribus Christianis vniuersa ecclesiastica Respublica auctoritate, potestate, prærogatiuis, & immunitatum priuilegijs. Quod autem ad Francisci Duareni obiectionem attinet, satis responsum est eodem secundo [b] libro: quare non opus est, vt iterum laboremus, ne actum agere velle videamur. Illud vero videtur habere maiorem difficultatem, quod recentiores Parisienses obijciebant, ex Innocentij tertij [c] rescripto, quòd si ratione peccati vnusquisque trahi debeat ad forum ecclesiasticum, facile futurum sit, vt iurisdictio Principis secularis omnino absorbeatur. Vnde contendunt, illam Euangelij sententiam, qua maxime fulcitur Innocentius, torqueri. *Si peccauerit in te*, inquit [d] CHRISTVS, *frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum: quòd si non audierit, dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.* Quod sane CHRISTI præceptum in peruulgatis, & perspicuis, quæ nos notoria appellamus, tantum habere locum opinantur. Sed ex eo, quod Innocentius ait [e], *Rex Francorum peccat in ipsum*, loquitur de Ioanne Rege Anglorum, ac nondum de aliquo peccato constabat, nec quid in confesso erat. Quis obsecro, magis torquet Euangelij sententiam, cùm CHRISTVS iubeat, vt corripiamus eum, qui peccauit, primum priuatim, ac nullis adhibitis testibus; demum, si non audierit, adhibeamus, & ijs coràm obiurgemus; ipsi vero contrarium inculcent? nota profectò, vt dilucida, vel publica fiant, opus non habent: obscura habent. quid enim opus est testibus, cum omnes sciunt? quid, & quibus probabunt? superuacanea certe erit probatio, cum iam facta sit. Præcipit CHRISTVS: argue eum, priuatim: deinde adhibe testes: postremò, si nolit te audire, dic Ecclesiæ: non est ergo publicum, aut notorium. *Euidentia*, inquit B. Augustinus [f], *patrati sceleris, non indiget clamore accusatoris.* Et Stephanus Papa [g] ex auctoritate S. Ambrosij. *De manifesta, & nota plurimis causa non sunt quærendi testes.* Et idem Innocentius tertius Exonen. Episcopo rescribens [h], ait. *Si crimen eorum ita* publi-

[t] ad d. can. 8. num. 8.
[u] ibid. n. 4.
[x] l. 2. ff. de origin. iur. §. constat. cum seqq. Iustit. de iure natural. gent. & ciuil. can. 2. cum seqq. dist. 2.
[y] l. 4. C. de hæret. vbi notant omnes.
[z] l. 5. vbi Salicetus. C. eod.
[a] l. 9. C. eodem.
[b] cap. 13.
[c] d. c. nouit. de iud.
[d] Matt. 18.
[e] in d. cap. nouit.
[f] d. c. 9. de accusat.
[g] cap 16. 2. quæst. 1.
[h] cap. 8. de cohabit. cleric. & mul.

publicum eſt, vt merito debeat appellari notorium: in eo caſu nec teſtis, nec accuſator eſt neceſſarius, cùm huiuſmodi crimen nulla poſſit tergiuerſatione celari. Quorſum igitur id Eccleſiæ dicetur, aut nunciabitur, quod 86 ipſa ſatis nouit? cùm trifariam ad maleficia, & ſcelera coercenda deueniatur, vti in Paratitlis diximus [i], videlicet, accuſatione, denunciatione, & inquiſitione: accuſatio- 87 nem legitimam præcedere debet inſcriptio, inquiſitionem fama, ſicut denunciationem cohortatio, vel admonitio beneuola, & fraterna: in notorijs tamen neque inquiſitionem, neque denunciationem, neque accuſationem deſideramus. Quæ adeo clara, & perſpecta ſunt, vt tergiuerſatione haud ſit opus [k]. Itaque non eſt dubium, quin il- 88 la CHRISTI lex ad abdita, & obſcura, non æque ad perſpicua, & publica pertineat [l]. Sed an ad iudicialem cauſæ cognitionem? illi negant: verum Remundus Rufus optime probat [m], etiam ad iudicialem cauſæ cognitionem ſpectare, cuius ſententia mihi videtur rectiſſima: alioquin lex illa CHRISTI iniquitatem contineret: nam ſi reus admonitus non vult audire, & denunciatio Eccleſiæ fieri debet, ſi Eccleſia reum in ius vocauerit, nonne ab Eccleſia debet audiri? quorſum teſtes, ſi nolit? cur reum, cuius partes æquiores ſunt, potius quàm accuſatorem non audiret? vocabit igitur reum: ſi vocabit, initium erit iudicij, cùm ab in ius vocatione omnium actionum principium proficiſcatur. Quare Iuſtinian. 89 *In primis*, ait [n], *aduerſarius in ius vocandus eſt ad eum, qui ius dicturus ſit*, id eſt ad eos, qui iuriſdictioni præſunt. Si ergo reus ad iudices eccleſiaſticos fuerit vocatus, cui flagitium quoddam imputatum ſit, & illud negabit, calumniam, inſidiasq. ſibi ſtrui dicet, odio, vel inimicitia in ſe grauiori, inflammatos, & largitione corruptos teſtes docere ſe poſſe confirmans, ſi eo loco, & tempore, quo ab ipſo commiſſum ſcelus dicitur, abfuiſſe ſe oſtendere voluerit, num eum non audiet Eccleſia? an iudicij iſta 90 ſunt? an negliget Eccleſia exceptiones, & defenſiones rei, quæ cùm iuris ſit naturalis [o], nemini earum proponendarum, & probandarum facultas adimi debet? Vnde Vlpianus reſpondit, exceptionem [p] eſſe 91 dictam, quaſi quandam excluſionem, quæ opponi actioni cuiuſque rei ſolet ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemve deductum eſt. Si vero teſtes, qui fuerunt adhibiti, aut alij, per quos iudex probare intendit, vel eorum depoſitiones, procul ab Eccleſia, procul à concilio, vel Epiſcopo, denique ab eo ipſo erunt, quem nomine Eccleſiæ volunt intelligere, num dilatio [q] neceſſaria reo denegabitur?

92 Et quoniam per dilatorias exceptiones malitioſe interdum litium terminatio prorogatur, vult idem Innocentius [r] tertius eas dari, ita tamen, vt intra diem, à iudice deſignandum proponantur, quo elapſo non audiatur reus. Ordo igitur iudicij obſeruari debet [f], videlicet, vt primum vocetur reus; audiantur defenſiones, exceptiones, peremptoriæ, vel dilatoriæ, ſi iuſtæ fuerint, admittantur, fiatque probandi copia: denique id fiat, quod ſine ſtrepitu, ac figura iudicij à Clemente [t] quinto præſcribitur. Quæ, ſi iuſta ſunt, iuſtum quoque erit, quod Innocentius [u] ſcribit, nihil enim aliud ſcribit.

93 Ex quibus exploratum eſt, illam CHRISTI legem ad iudicialem cognitionem pertinere, & non ad forum duntaxat pœnitentiale, vt illi autumant; atque intelligi de peccatis abditis, non publicis, aut notorijs, etſi reprehendi etiam poſſunt publica delicta, di-

94 cente Auguſtino [x] de verbis Domini. *Corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipſa vero corripienda ſunt ſecretiùs, quæ peccantur ſecretiùs*. Illa equidem, vt reliqui terreantur, vt ait, Apoſtolus [y]. Hæc vero, ne quis ſuo vulgato ſcelere impudens fiat, & præfractus. Idipſum Hieronymus ex Paulo [z], & Ambroſius [a] in Lucam. In publicis quidem, & manifeſtis nemo impedit, quem moneri priuatim, ne quis exiſtimet id nos negare, ſed nec, vt fratrem arguere de ijs ipſis quis poſſit, adhibereq. teſtes, & CHRISTI formulam ſequi. Quod etiam Hoſtienſi [b], & Felino [c] placuit: neceſſaria tamen non eſt, cum neque teſtibus, neque accuſatoribus, vti dixi, opus ſit. De quibus ergo peccatis erit lex illa intelligenda? Si de omnibus, nihil certe erit, de quo non ſit referendum ad Eccleſiam, ſeu in criminali, ſeu ciuili controuerſia: quod & Hoſtien. [d] dixit: immo ait, data hac abſurditate, periret omnis iuriſdictio temporalis gladij. Nam ſi quis, vt de actione perſonali primum dicamus, ex aliquo contractu, vel maleficio, vel quaſi, ſit mihi obligatus, quibus re vera obligatio [e] continetur, num peccare in me videbitur, ſi non ſoluat? is quoque, in quem actione in rem, vel interdicto experiri poſſum, ſi rem, quam vindico, vel poſſeſſionem non reſtituat, an non in me peccare dicetur? vel ſi de omnibus delictis, & flagitijs, quæ in Deum, vel in proximum committuntur? ecquid

i tit. de accuſat.

k c. 38. de ſimon.

l c. 19. 2. q. 1.

m in defenſione pro Pontif. max. & toto ord. ſacro.

n § vlt. Inſtit. de pœn. temere lit. & g. vbi notant omnes. & ad rubr. C. de edendo.

o l. 3 §. cū igitur. vbi Bart. & alij. ff. de vi. & vi arm. & §. quod vero. Inſtit. de iure nat. gent.

p l. 2. ff. de exception.

q l. 1. ff. eodem de except.

r c. 4. eod. de except.

f toto tit. de ord. cognit.

t clem. 2. de verb. ſignif.

u in d. cap. nouit. de iudic.

x ſerm. 18. de quo in c. ſi peccauerit. 2. q. 1.

y 1. Tim. 5.

z 2. Theſ. 3.

a Ambroſ. in Luc. c. 18.

b, c, ad d. cap. nouit.

d ad d. cap. nouit. nu. 6.

e l. 1. ff de act. & oblig. & inſt. de oblig.

ecquid ergo relinquetur iudicio ciuili? sin contra intelligamus horum nihil CHRISTVM complecti, quid remanebit igitur iudicandum Ecclesiæ? Quam obiectionem, vt euitarent Hostiensis, Ioannes Andreæ, Butrius, Barbatius, Panormitanus, & alij quamplurimi [f] Canonistæ, dixerunt, illud CHRISTI mandatum, *si peccauerit in te frater tuus, &c.* pertinere ad crimen suapte natura ecclesiasticum, vt simoniam, hæresim, vsuras, matrimoniales causas, iuramenta, pacem, publica delicta, & quibus in rebus ciuile iudicium non datur, vt in obligatione naturali, & in quibus ciuilis magistratus est negligens, ad causas item calamitosorum, & miserorum, & afflictæ sortis hominum, viduarum, pupillorum, inopum ex ijs, quæ Gratianus [g] tradit. Sed hac in re longe verior mihi videtur expositio eiusdem pij viri Remundi [h] Rufi, illam scilicet CHRISTI legem apud

[f] omnes vel ad d. c. nouit. vel ad d. c. si peccauerit.

[g] dist. 87. per totum.

[h] in d. sua defensione.

Matthæum [i] iurisdictionis ecclesiasticæ fundamenta sic iecisse, vt qui eam oppugnant, 95
legem illam oppugnare videantur, ad quam tuendam CHRISTVS adiunxit simul, atq; eam proposuit, admirabilem potestatem (qua numquam hominibus contigit, vel maior contingere potest) firmissimumque præsidium his verbis. *Si peccauerit in te frater tuus,* & paucis interiectis, *dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus,* subijciens statim, *amen dico vobis, quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Ecclesiæ appellatione Episcopos etiam comprehendi, 96
auctor est Chrysostomus [k]. At vero Christianos, vt iam latius [l] explicatum est, cùm Hierosolymis primum ad Apostolos omnia conferrent, nec quidquam cuiusquam esset proprium, carere lite necesse erat, nec etiam iniuriæ, vel cuiusuis maleficij causa adeundus erat iudex. Siquidem vnus credentium erat animus, & vnum cor, vt in Actibus [m] Apostolorum legitur. Verum cùm postea esset Christiana respublica longius propagata, ac in omnem prope terrarum orbem diffusa, solum collegium clericorum communes fortunas habuit: ipsis enim tunc decimas, primitias, stipemque datam [n] demonstrauimus. Cùm igitur inter clericos omnia essent communia, nulla lis esse poterat, scelera aliqua ob hominum fragilitatem ad malum procliuem fortasse esse poterant: inter laicos multa. Ista tamen omnia (ait eleganter Rufus) ex illa ipsa CHRISTI sanctione iudicio Ecclesiæ coercebantur, ethnicorum vero nullo, nisi per vocatos ad eum, qui ius dicebat, cui parere erat necesse, vt
97 Paulum legimus, & Petrum, ac omnes sanctos viros fecisse, qui vi magis quàm sponte sic paruerunt: & Paulus appellauit Cæsarem [o]. Nec CHRISTVS ipse Rex Regum, & dominus dominantium ethnicis improbis iudicibus, vel Pontij Pilati Præsidis iudicio, & sententiæ sese subduxit, cum esset, vt nemo nescit, iure liber: Christianus vero aduersus Christianum apud ethnicos non agebat, quod pluribus ostendimus [p]. Namq. Apostolus [q] Corinthios reprehendens, iussit eos iudicem Christianum sibi constituere, vt coram eo omnes lites terminarentur. Iudicium ergo erat Ecclesiæ, vel
98 eius iudicis, quem Ecclesia dabat: cruenta vero non erat pœna, vel imperium, sed quasi relegatio, vel deportatio, vel capitis diminutio: ciuitatis item Christianæ ademptio fiebat, cùm à societate, & communione Christiana fideles pellebantur, vnde excommunicationis verbum ortum duxit. Nam CHRISTVS dixit, *sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus.* Erat præterea animi pœna, cum satanæ tradebatur, ex illis verbis ipsius legis. *Quidquid ligaueritis super terram, erit ligatum & in cælo.* Laicis igitur in ciuilibus controuersijs dabatur iudex: clericorum autem ipse Episcopus erat
99 iudex. Episcopus erat huius reipublicæ & caput, & princeps, & pro regenda ea duo adhibebat magistratuum genera, presbyterorum alterum, iudicum alterum, qui inter alios laicos de Christianis cognoscebant, iusq. dicebant. Quòd autem ij omnes Episcopis obtemperarent, ex eo facile potest intelligi, quòd vniuersa hæc iurisdictio solis competebat Episcopis: ligare enim, & soluere poterant, nec quisquam præterea, nisi habito Episcoporum consensu: quia ipsis solis Apostolis, non æque alijs id fuerat concessum [t]. Lata ergo sententia, qui iudici non parebant, ab Episcopo relegabantur, & anathemizabantur, in eos tamen vlterius non animaduertebatur. Nec enim ethnici Imperatores, & eorum magistratus id essent passi. Sublato vero paganismo (quod Leo Imperator [r] capitale crimen fecit) ac vno omnium clericorum, & laicorum per baptismum corpore facto, non amplius Episcoporum auctoritate, vel censura aduersus non obtemperantes opus fuit. Etenim Princeps ipse cogebat, vel apparitorum seueritate, vel supplicio. Idcirco necesse

[i] Matth. 18.

[k] ibidem.

[l] supra lib. 2. cap. 13.

[m] Act. 4.

[n] c. 2. supra hoc lib.

[o] Act. 25.

[p] in d. cap. 13.

[q] 1. ad Cor. 6.

[t] Matt. 18.

[r] in l. c. de paganis.

non etat adire Episcopum contra eos laicos, qui non parerent magistratibus Christianis, cùm Imperatores, & Principes hanc omnem curam suscepissent: qua cura liberati Episcopi, Reipublicæ Christianæ Principes, diligentius diuinis, ecclesiasticisq. officijs nauarunt operam, quod hucusque obseruatur. Sed ad faciliorem horum intelligentiam videnda sunt, quæ in secundo [t] libro scripsimus. Verum objiciet iterum aliquis, & dicet, legem illam CHRISTI, quæ est apud Matthæum [u], hodie non habere locum, cùm omnes sint Christiani, & Principum magistratus inter laicos cognoscant, iudicentque, & pro delicti qualitate de reis pœnas sumant. Responsio est in promptu, quòd si crimina sunt mere profana, vel vt cum nostris loquamur interpretibus, temporalia, crederem iurisdictionem esse magistratuum ciuilium: si vero sunt ecclesiastica, esse ecclesiasticorum. Verum, si laici sunt adeo potentes, vt superiorem in temporalibus non recognoscant, & aliquid committant in damnum, & præiudicium alterius, poterunt Ecclesiæ denunciari, hoc est Pontifici maximo, omnium hominum patri, capiti, & magistro, cui si non obtemperauerint, poterunt excommunicari, eorumq. regna, & principatus occupantibus permitti. Nec aduersatur, quòd aliter cum Regibus, quàm cum alijs agendum sit: ad id enim respondeo cùm Innocentio [x] III. in Deuteronomio [y] ita locutum Deum per Moysen ad filios Israel. *Nulla erit distantia personarum: ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam.* Quicumque igitur in Christiano orbe sunt, ratione peccati coram Romano Pontifice conueniri poterunt, seruata forma illa à CHRISTO tradita. Nec est, quòd suam sibi quisquam queratur ademptam auctoritatem per regnum CHRISTI, cùm ei nemo seruire cogatur inuitus: quisquis tamen vltrò se ei subiecerit, etiam obedientiam sacrosanctis ab eodem constitutis magistratibus, & præcipue totius Ecclesiæ pastori, rectori, & principi, debeat necesse est: CHRISTVS enim quamdiu vixit, ethnicis Principibus, & magistratibus paruit, atque illis ciuiliter subesse non recusauit. Verum, posteaquam diuina ordinatione impleta extiterunt Prophetarum oracula, quibus prædictum fuerat gentes, & regna, & Reges, & Principes seruituros CHRISTI regno, & Ecclesiæ, ac postquam vltrò facti sunt Ecclesiæ filij, atque eius quædam membra præcipua, vt quorum magni interest, tamquam valde necessario officio exigente ad salutem totius corporis, ratio naturalis non patitur, vt caput, & princeps, & rector Ecclesiæ subijciatur illis, qui ei potius, tamquam membra capiti, officiorum, ac magistratuum suorum rationem reddere, illiusque omnino se iudicio submittere tenentur, ijque præsertim, qui nullos ciuiles magistratus recognoscunt. Quare iam ante annos mille cernimus Christianos Principes, Reges, atque Imperatores se, & sua sceptra submisisse, atque adeo tradidisse CHRISTI Ecclesiæ, atque ab ea veluti accepta, ab eadẽ recognoscere omnia voluisse, eius iudicio regnasse Reges, & Imperatores, & amotos, & restitutos fuisse regno, & imperio, veluti latius paulò ante demonstratum est. Nec aduersatur illud [z] Apostoli dictum. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit:* quia, vt ibidem S. Ioannes Chrysostomus ait, potestatis, & principatus plura sunt genera: idcirco in suo quisque ordine, & genere parere debet: filius patri, vxor viro, ciuis magistratui, magistratus ipse Principi. Nec enim CHRISTI religio intendit quemquam priuare iure suo, non absoluere filios à patria potestate, aut seruos à subiectione, & seruitute, quam dominis suis debent præstare, aut subditos à superiorum suorum, & ciuilium magistratuum obedientia debita. Itaque vniuersaliter Paulus proponit, & vniuersaliter concludit. *Reddite*, inquiens, *cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem: nemini quidquam debeatis, vt inuicem diligatis.* Quare non ad ciuilem solum, sed ad omnem etiam aliam potestatem Apostoli lex pertinet. Quod etiam Paulus [a] Iurisconsultus in legem Fusiam Caniniam scribens, haud obscure demonstrat, dicens potestatis verbo plura significari, in persona magistratuum imperium, in persona liberorum patria potestas, in persona serui dominium. Et licet Paulus Apostolus nominatim de sublimioribus potestatibus mentionem faciat, non est tamen dubium, quin illud dicat eò, quòd ciuiles magistratus gladio vtantur: quocirca videri poterant non constituti à Deo, sed per vim, & arma. Immo vero, vt ipse ait, ministri Dei sunt, & ministri ad coercendos sicarios, & flagitiosos homines, quoniam à Deo hæc ordinata sunt, cuius ordinationi qui resistit, sibi ipsi damnationem acquirit. A Deo siquidem ordinatum est, vt sit ordo inter homines, vt hic præsit, & cæteris imperet, ille subsit, & obsequatur alterius imperio, ne cuncta

temere

100 101 102 104 103

[t] d.c. 13. n. 14. vsque ad num. 26.
[u] Matt. 18.
[x] in d. cap. nouit. de iudic.
[y] cap. 4. de quo etia in c. nec quẽquam. de consecr. dist. 4.
[z] ad Rom. 13.
[a] in L. 215. ff. de verb. signif.

temere ferantur, & quemadmodum vndæ
b ad d.c. 13 ad Rom. (vt iisdem verbis Chrysostomi [b] vtamur)
ita & populi huc, atque illuc circumagantur.
Quoniam enim honoris, & conditionis 106
æqualitas pugnas, & dissidia plerumque 107
gignit, multos fecit principatus, multasq.
subiectiones, vtputa viri, & vxoris, filij, &
patris, senis, & adolescentis, serui, & domini,
Principis, & subditi, præceptoris, & discipuli,
pauperis, & diuitis, benefactoris, &
beneficium recipientis. Cùm igitur omnem
creaturam oporteat parere superiori, atque
huiusmodi sit prorsus ecclesiastica potestas,
vt est luce meridiana clarius, fateri coguntur
omnes, qui eandem Apostoli sententiã
in nos reijciunt, ecclesiasticæ potestati obtemperare
eos debere, ne Dei ordinationi
aduersari videantur. Eodem quoque sensu
c epist. 1. c. 2 accipi potest illa Petri [c] sententia. *Subditi estote omni creaturæ, siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus, &c.* quod etiam ab eo
dictum est, vt obturaret ora quorumdam loquentium
iniqua, per quos apud gentes
blasphemabatur nomen Domini, & Christiana
religio vellicabatur, quasi ipse docuisset
subditos rebellare à magistratibus, seruos
à dominis. Ita enim plerique sentiebãt 108
de doctrina Apostolorum, quòd omnes, velut
proposito pileo, vocarent ad libertatem,
d 1. Cor. 6. præsertim cùm Apostolus [d] eis ethnico foro
e sup hoc. c. & lib. 1. c. 13 interdicebat, vt ostensum [e] est non semel:
infamabanturq. veluti seditiosi, rerumque
nouatores, & qui omnia ad euertendum
leges communes, & facerent, & dicerent.
Quare & Petrus, & Paulus, vt sese, ac
CHRISTI religionem purgarent infamia, 109
illam, quam præmiserunt, generalem sententiam,
& veluti animi quandam communem
cõceptionem in publicis potestatibus,
& magistratibus, diligentius executi sunt:
atque ideo Petrus dicit. *Subditi estote Regi, quasi præcellenti.* Paulus. *Omnis anima sublimioribus potestatibus, & magistratibus subdita sit.* Vltima obiectio erat ex verbis
f Ioan. 18. CHRISTI apud Ioannem [f]: nam cùm interrogaretur
à Pontio Pilato, an esset Rex
Iudæorum, respondit. *Regnum meum non* 110
est de hoc mundo. Quid, obsecro, aduersus
nos facit, quòd CHRISTVS non venerit
ad regnandum temporali dominio? Quis
vnquam hoc Christianus affirmauit, cùm
nemo ignoret, hoc & verbo, & opere negasse
CHRISTVM? Neque enim venit,
vt esset Præses Prouinciæ, Proconsul, Prætor,
Rex, Imperator, aut eiusmodi aliquem
magistratum inter homines vt gereret. Indignum
profectò vnigenito Dei filio, vt ob
huiusmodi è sinu patris descendens, humanam
naturam assumeret, & in mundum veniret:
quis negat? venit enim, vt peccatores
saluos faceret, vt vniuersum humanum
genus à seruitute mystici illius Pharaonis, e
faucibus diaboli, ac à morte æterna, cui
erat obnoxium, liberaret, ac redimeret, &
regni cælestis, vnde protoplasti præuaricatione
excideramus, filios, cohæredes, & ciues
efficeret, & regnum quoddam aliud hic
constitueret in terris (videlicet catholicam
Ecclesiam) in quo sibi seruientes perducere
mut ad illud cæleste nobis ante sæcula paratum.
Non venit igitur hic (vt bene ait
Sanctus [g] Augustinus) vt temporaliter regnaret, g ad d.c. 18
aut imperaret, aut sibi vendicaret
huiusmodi dominationem: vel secundum
Chrysostomum [h], vt priuaret mundum sua h ibidem.
illa prouidentia, & prælatione, sed vt nouũ,
& spirituale sibi regnum conquireret: spirituale,
inquam, propter bonum videlicet, &
salutem spiritus, sicuti regna mundi sunt
propter externa bona corporis. Non est tamen
dubium, quin & huius terreni imperij
esset dominus: quod ipsemet CHRISTVS
apud eundem Ioannem testatur, dicens [i] i cap. 19.
Pilato. *Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* Quo
ergo iure Pilati auctoritati, & imperio
111 CHRISTVS esse potuit subiectus? Subiectus
illi quidem fuit, sed quia voluit, non
quia debuit. Proinde mihi arridet, quod
eidem [k] Chrysostomo placuit, scilicet, CHRISTVM k ad d.c. 18
exemplo suo nos docuisse, mundanas
dignitates cõtemnere: nihil enim viro Christiano
est ex mundi vanitate quærendum,
nihil magni faciendum, nisi quod ipsum
CHRISTO Regi suo conciliet, aut quod
animæ æternam operetur salutem, ad cælestemq.
patriam, cui nihil aliud ardentius est
sibi expetendum, eam perducat.

SVMMA EX CAPITE XIV.

1 *Excommunicatio solius ecclesiasticæ iurisdictionis est.*
2 *Excommunicatio respicit exteriorem disciplinam, ideo fori exterioris iurisdictio est, etiam, si habens iurisdictionem, ordinis characterem non habeat.*
3 *Sacer ordo non est necessarius ad excommunicandum.*
4 *Necesse est excommunicantem esse saltem clericum initiatum.*
5 *Ea ætate, & ordine potest quis excommunicare, quibus & obtinere beneficium, cui ea iurisdictio sit annexa.*

6 *Maior quattuordecim annis quandoque excommunicare potest.*

7 *Maior vigintiquinque annis nonnunquam excommunicare non potest.*

8 *Intra annum debet ordo beneficij impetrati suscipi.*

9 *Excommunicatio est iurisdictionis, non ordinis.*

10 *Iudices delegati possunt excommunicare.*

11 *Fœminis, quia ordinis incapaces sunt, non competit vsus clauium.*

12 *Excommunicatio quodammodo est aditus ad cælum.*

13 *Laicus, eùm ordine careat, excommunicare nequit.*

14 *Spiritualia laicum tractare nefas est.*

15 *Laicus episcopali vicariatui præfici haud quaquam potest.*

16 *Nec clericus coniugatus, secundum celebriores, vicarium Episcopi gerere potest.*

17 *Excommunicatio est separatio Christiani hominis à consortio, & communione Ecclesiæ.*

18 *Ecclesia etiam in infideles habet iurisdictionem.*

19 *Ecclesia Christianos omnes coercere, & capite plectere, seu laico magistratui coercendos, & plectendos committere potest.*

20 *Excommunicatio non conuenit infidelibus, quoniam iam foris sunt.*

21 *Diabolo traditur, qui ab Ecclesia per censuras eijcitur.*

22 *Tiraquellus censuit excommunicationem à gentibus initium sumpsisse.*

23 *Excommunicatio à* CHRISTO *ortum duxit. Ex Matth. cap. xviij.*

24 *Ligare intelligit glossa in Matth. xviij. quòd sit anathemate ferire.*

25 *Retinere peccata est, secundum Hieronymum, Ecclesia interdicere.*

26 *Non ligat homo inobedientem, sed* CHRISTVS *per hominem. Ex Ioanne Chrysostomo.*

27 *Extat ecclesia alia etiam, quam Dauid vocat, malignantium.*

28 *Ecclesia malignantium fidelium malorum est, non ethnicorum.*

29 *Arca Noe Ecclesia comparatur à Beato Gregorio.*

30 *Triplex est cõmunio in Ecclesia: interior, qua vnimur* CHRISTO *per charitatem, & fidem: exterior, qua simul per colloquium, ac per officia diuina, atque orationem: media, quæ vtramque complectitur, quaque Ecclesia nos suffragiorum, & sacramentorum participes facit.*

31 *Triplex est excommunicatio: duæ propria, vna impropria.*

32 *Charitas per peccatũ mortale amittitur.*

33 *Minor excommunicatio priuat Christianum à sacramentorum Ecclesiæ perceptione.*

34 *Maior excommunicatio priuat Christianum suffragijs Ecclesiæ, & fidelium colloquio.*

35 *Ethnici habuerunt pœnam excommunicationis, sed vmbratilem, & sub alia forma.*

36 *Hebræi excommunicare consueuerunt.*

37 *Infamis fuit apud Hebræos qui è synagoga eijceretur.*

38 *Verosimile est, Gentes ab Hebræis se antiquioribus excommunicationem mutuatas.*

39 *Excommunicatio diuini iuris prorsus est.*

40 *Excommunicationis exceptio in foro seculari in Gallia non admittitur.*

41 *Druides sacerdotes excommunicare noluerunt.*

42 *Statutum, ac consuetudo ecclesiastica libertati aduersa nihil valet.*

De excommunicatione, eiusq. origine, vbi reprobatur Andreæ Tiraquelli opinio. Cap. XIV.

1 RESTAT, vt de alia, quam habet Ecclesia, iurisdictione dicamus, excommunicationis scilicet, quam nulli præterea cõpetere potestati non est dubium, cùm aperte satis ostẽderimus [a], excommunicationis gladium esse solius ecclesiasticæ iurisdictionis. Difficultas in eo tantũ esse potest: an iurisdictio hæc ad clauem ordinis, an vero ad clauem iurisdictio-
2 nis pertineat. Ad id videtur dixisse, quòd oportuit, S. Thomas [b] Aquinas, quòd cùm hæc potestas fori exterioris disciplinam respiciat, vbi causa inter homines agitur, illius propria erit, cuius est in foro exteriori iurisdictio, etiam si ordinis potestatem is non habeat: & hanc esse communem sententiam asseuerat Didacus [c] Couarruuias, quam sequutus est Hostiensis [d], Panormitanus quoque [e], Felinus [f], & Summistæ [g],
3 necnon alij Theologi [h]. Quæ adeo vera sunt, vt non sit necessarius ad potestatem
4 excommunicandi sacer ordo: licet aliquis ordo præmittendus sit, vt quis possit hanc ipsam

a lib. 2. c. 14

b in 3. sent. d. 18. q. 2. ar. 2. ad primũ & d. 19. q. 1. ad tertium.
c ad c. alma mater. p. 1. §. 11. n. 1.
d in summa § quis posse vers. nedum autem. de sent. excom.
e ad cap. ab excommun. n. 5. de rescr. & ad c. transmissam nu. 1. de elect.
f ad c. dilecta, de maiorit. & obed. nu. 3.
g in verb. excommun.
h in d. d. 18.

ipsam habere potestatem, videlicet, vt sit initiatus clericus, aptus, & idoneus ad obtinendum beneficium ecclesiasticum, prout
5 voluit Felinus [i]. Qui licet non aperiat, cuius ætatis esse debeat, nec cuius ordinis, ipse tamen putarem, attendi debere eam ætatem, & eos ordines, quos requirit beneficiũ, ratione cuius excommunicandi quis habet
6 potestatem. Nam, si beneficium erit simplex, quod clericus, & maior quattuordecim annis obtinere [k] potest, is, si quartumdecimum annum excesserit, & clericali charactere, quem primam tonsuram vocamus, itidem fuerit initiatus, vtique excommuni-
7 care poterit. Si vero habuerit personatum,
8 vel dignitatem, aut curationem animarum, non debebit esse minor vigintiquinque: si Archipresbyter, Præpositus, Abbas, vel alio quouis nomine nuncupatus, & curio sit, non solum debet esse maior vigintiquinque, sed etiam in sacro presbyteratus [l] ordine. Verum, quoniam datur à iure annus [m], intra quem quis debet ad illum ordinem, qui beneficio est annexus, promoueri, non dubito, quin statim, atque est possessionem adeptus beneficij, ratione cuius potest excommunicare, si sit clericus, valeat exercere
9 huius spiritualis gladij potestatem. Non est itaque ordinis, sed iurisdictionis excommunicatio, quamuis ipsa ferri non possit, nisi ab eo, qui clericus sit, & idoneus ad consequendam ecclesiasticam dignitatem, ratione cuius excommunicandi potestas iure competit, vt prædixi. Competere autem ijs, qui iurisdictionem ordinariam ecclesiasticam in exteriori foro habent, etiam si sint Episcopis inferiores, explorati [n] iuris est, quod pluribus glossa [o], Henricus [p], & Di-
10 dacus [q] demonstrant. Et quanquam diximus, iurisdictionem ordinariam, non excludimus tamen iudicum datorum, siue delegatorum. Nam & hi vti possunt in contumaces, & inobedientes excommunicationis gladio: quod manifeste constat ex quadam Alexandri Tertij, ad Archiepiscopum Senonensem constitutione [r]: idque vno omnium ore [s] receptum est. Dubitatio est de fœminis, quæ habent ecclesiasticam [t] iurisdictionem, quaque vti possunt. Diximus [u] aliàs fœminas ratione dignitatis posse quãdam habere iurisdictionem, quoad correctionem, & administrationem, non item posse eã exercere in ijs, quæ ad claues pertinent, nec in foro interiori, nec in exterio-
11 ri. Siquidem fœminis competere non potest vsus clauium respectu ordinis, cuius sunt in-
12 capaces. Et quamuis excommunicatio in exteriori iudicio feratur, & pronuncietur, atque ideo dicatur esse iurisdictionis, non ordinis, attamen certo quodam modo attinet ad aditum regni cælestis, cum Ecclesia militans pandat viam ad triumphantem, & ad claues dicitur spectare, vt egregie docet S. Thomas Aquinas [x], quod & ex ipso re-
13 scripto [y] Gregorij Noni haud obscure apparet; nec ferri possit, vt dictum est, nisi ab eo, qui clericus sit, & fœmina clericatus sit incapax, mirum non est, si ipsa excommunicare non possit. Huius etiam iurisdictionis incapax est laicus: ius enim excommunicandi potissimum ad spiritualem iurisdictionem spectat, cùm ad claues Ecclesiæ pertineat, vti iam ostendimus, quod notat
14 & Abbas [z] Panormitanus. Spiritualia autẽ tractare laicum hominem nefas est [a], atque
15 ideo Episcopi vicarius esse nequaquam potest [b]: quod Felinus, Decius, Ripa, & alij omnes ad illam Eugenij Papæ constitutionem [c] notant, & ipse aliàs pluribus [d] docui: idque adeo verum est, vt Abbas [e], Ioannes [f] Andrææ, Dominicus [g], item Felinus [h],
16 Decius [i], & Ripa [k], habere locum velint & in clerico coniugato. His ita peractis, videamus, si placet, an verum sit, quod vir alioquin doctissimus, & in quouis disciplinarum genere versatissimus Andræas Tiraquellus [l] litteris mandauit: namque excõmunicationem, non à Sancto Paulo, vt Canonistæ, & Theologi, ipso teste, arbitrantur, sed ab antiquorum, & Græcorum, & aliorũ dogmatibus, legibusq. ortum habuisse opinatur: quasi inferre velit, ipsam non esse iuris diuini, aut canonici, sed humani tantum. Quam suam opinionem pluribus veterum auctorum, eorumdemq. grauium virorum (ethnicorum tamen) auctoritatibus nititur comprobare. *Atque ideo*, inquit, *cùm excommunicatio non sit iuris canonici inuentum, non mirum videri debet, si & in foro seculari, nedum ecclesiastico, siue canonico, ea proponi, & allegari potest*: quod vtriusque iuris interpretes ex Innocentiana constitutione [m] responsitarunt, prout idem ipse Tiraquellus refert. Verum vti quæstio, qua de agitur facilius percipi, & discuti possit,
17 res erit paulò altius repetenda. Siquidem excommunicatio nihil aliud est, quam sepa-
18 ratio Christiani hominis à consortio, & cõ-
19 munione Ecclesiæ. Et quamquam, vti diximus [n], Ecclesia in omnes etiam infideles habeat iurisdictionem, ac quibuscumque
20 intra fines Christianismi sunt, pœnam imponere pecuniariam, seu personalem possit
21 iuxta facinoris qualitatem, vt carcerare, verbe-

i ad d. c. dilecta.
k cap. 3. de ætat. & qualit. & c. 13. de præb.
l cap. 1. vbi omnes notant, de ætate & qualit.
m c. 14. de elect. li. 6 & ibidem 2 de ætate & qual.
n c. 3. de offic. ord. c. 10. de maior. & obed. c. 11 de simonia.
o ad d. c. 3.
p ad c. si sacerdos eod. de off ord.
q in d. § 11. vers. 1. dixi. sup. c. 3. n. 6.
r in c. 5. de offic. deleg.
s ad c. s. eo.
t in c. 12 de maior & ob. c. 4 de consec. velli vel mortu
u sup. c. 10. circa finem.

x in d. dist. 18 q 1
y in c. vlt. de excess. præl.
z ad d. c. ab excom. de rescript.
a c. 2. & ind. c. ecclesia S. Mariæ de constit.
b can. in nouo. 16. q. 7.
c d cap. 2.
d ibidem.
e ad c. sane de cler. coniug.
f g ad c. vnicum eod. li. in 6. vers. in cæteris.
h ad d. c. a. num. 6
i ibid n. 15.
k et ad n. 16
l de vtroq. retractu p 1 § 1. gloss. 9 nu. 176.
m c. 1. § quia igitur de excep. li. 6 vbi Host. Archid. Io. And. Lap. Petrus Anchar. Domin. Philipp. Franc. Frin ad c. postulasti de homic. Dec. ad c. eccles. S. Mariæ nu. 197 de const. & ad c. prudentia. § e. n. 6. de off. iudic. deleg. vbi aliosque ipse Tiraq. et taceat glo. 9 n. 18.
n sup. c. 11. & 13.

verberare, vel, si grauior suadeat excessus,
vltimo supplicio, aut aliqua membrorum
detruncatione afficere, brachioq; seu magi-
stratui ciuili puniendos tradere, vt late tra-
dit Ioannes à Capistrano in suo, *de auctori-*
tate Papæ, tractatu [o], Hæc tamen censura
infidelibus minime conuenit, cùm ij foris
sint: nec enim Ecclesiæ, qui in eam num- 20
quam admissus fuit, communione priuari
potest [p], vel ipsius Apostoli testimonio di-
centis [q]. *Quid enim mihi de his, qui foris*
sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt,
vos iudicatis? Hæc verba in hunc sensum
intelligit Innocentius Tertius [r], Tiberiadē-
si Episcopo de infidelibus coniugibus scri-
bens, & S. Augustinus, *de verbis Apostoli*.
Omnis, inquit [s], *Christianus, qui à sacerdo-* 21
tibus excommunicatur, satanæ traditur: quo
modo? quia scilicet extra Ecclesiam diabo-
lus est, sicut in Ecclesia CHRISTVS, *at per*
hoc, quasi diabolo traditur qui ab ecclesiasti-
ca communione remouetur. Origenes quo-
que, de hac potestate sermonem habens [t],
ait. *Traduntur peccatores in interitum car-*
nis, cùm pro delictis suis à CHRISTI *corpo-*
re separantur. Idem Apostolus Paulus [u] ad
Timotheum scribit, se Hymenæum, & Ale-
xandrum satanæ tradidisse, vt edíscerent nō
blasphemare. Excommunicationē vero esse
separationem à communione Ecclesiæ, pul-
chre ostendit Couarruuias [x], tum ab etymo-
logia vocabuli, tum sacrarum scripturarum
testimonio, & sanctorum Patrum auctorita-
te, præcipue in illum Matthæi [y] locum. *Si*
Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus,
& publicanus, qui à communione Ecclesiæ
segregatus existit: quod & Chrysostomus
ibidem docet: cui haud male conuenit ex-
positio [z] superior nostra ad Innocentianam
sanctionem, vt cùm esset [a] vnus Christiano-
rum animus, & cor vnum, hoc est societas
vna, vna communio, quòd solerent (vt Pli-
nius ad Traianum Cęsarem [b] ait) statis die-
bus ante lucem conuenire ad capiendum
cibum, promiscuum tamen, & innoxium, si
Ecclesiæ, id est Episcopis, qui illius societa-
tis erant Principes, non obtemperabant, ab
illa societate, & communione segregaban-
tur, & velut ethnici, & publicani habeban-
tur. Vnde eleganter Tertullianus in [c] Apo-
logetico aduersus Gentes. *Corpus sumus de*
conscientia religionis, & disciplina veritatis,
& spei fœdere: coimus in cœtum, & aggre-
gationem, vt ad Deum, quasi manu facta,
precationibus ambiamus orantes. Et paulo
post. *Summum futuri iudicij præiudicium*
est, si quis ita deliquerit, vt à communione

[o] par 2. n. 1 post glos. & al ad c. 18. Archiepisco patu & rapt. ad c. 1. 24. q. 6 ad c. fraternitatis 12 q. 2. c. illi, qui 5. q. 5. & alibi passim
[p] c. 23. de disponsi. impu. c. 20. de homic l. 41 §. vlt. ff & adi. l 5. ff. de iniust. rapt.
[q] 1. Cor. 5.
[r] c 7. de diuortijs,
[s] ser. 68. de quo in can. 32. 11. q. 3.
[t] Hom. 3 ad c. 2. Iud. de quo in can. 41. ead. q. 3.
[u] epist. 1. c. 1
[x] ad c. alma mat in prin. de sent ex-com. lib 6.
[y] cap. 18.
[z] sup. c. pro xim ad c no uit de iudic.
[a] Act. 4.
[b] li. 10. epi. 97.
[c] cap. 39.

orationis, & conuentus, & omnis sancti com-
22 *mercij relegetur*. Quæ cùm ita sint, non est
dicendum, vt censuit Tiraquellus, excom-
municationem ab ethnicorum dogmatibus,
& legibus originem habuisse, non etiam ab
Apostolo Paulo, sicuti idem ipse tribuit: si-
quidem, quamuis Paulus eam, vt prædixi-
23 mus, exercuerit, ab ipso tamen CHRISTO
Domino, immediatum principium habuisse,
ex allegatis [d] Matthæi verbis hisce constat
manifeste. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi,*
sicut ethnicus, & publicanus. Quo loco ap-
paret, excommunicationem ferri auctorita-
te CHRISTI ab Ecclesiæ Antistibus: nam
subijcit statim Euangelista. *Amen dico vo-*
bis, quæcumque ligaueritis super terrā, erunt
ligata & in cælo. vbi glossa subdit excellen-
ter: *ligaueritis vinculo anathematis:* quod
& differit Ioannes Chrysostomus, ibidem
dicens. *Vide qualiter duplicibus colligauit*
necessitatibus: & pœna, qua hic est, scilicet
24 *protectione ab Ecclesia sit tibi, sicut ethnicus,*
& publicanus: & supplicio futuro, quod est es-
se ligatum in cælo. Beatus Hieronymus [e].
Quorum retinueritis peccata, retenta erunt,
25 *id est, quibus interdixeritis Ecclesiam, nisi re-*
conciliati per satisfactionem fuerint, & ipsis
ianua regni cælestis clausa erit. Quibus suf-
fragatur Apostolus ad Thessalonicēses scri-
bens sic [f]: *Quòd si quis non obedierit verbo*
nostro per epistolam, hunc notate, & non com-
misceamini cum illo, vt confundatur. Huc
etiam pertinent illa S. Augustini verba [g] su-
perius relata, & quod Chrysostomus in
26 epistolam ad Hebræos [h] notauit ita. *Nemo*
contemnat ecclesiastica vincula: non enim
homo est, qui ligat, sed CHRISTVS, *qui hāc*
potestatem dedit, & dominus fecit homines
tanti honoris. At vero, si CHRISTVS est,
qui ligat, & qui hominibus hanc dedit po-
testatem, sequitur necessario, excommuni-
cationem non à Gentium dogmatibus, im-
mo erroribus, & legibus ortum habuisse,
sed ab ipsomet CHRISTO. Item, si excō-
municatio est separatio Christiani hominis
à communione Ecclesiæ, vt prædiximus,
ethnicis profectò conuenire nō potuit, cùm
extra Ecclesiam sint. Nec obstat, si dicatur,
extare etiam ecclesiam malignantium, vel
27 ipso adstipulante [i] Psalmista. *Odiui Eccle-*
siam malignantium: quia respondendum
28 est, Dauidem non de infidelibus, & Genti-
bus intellexisse, sed de fidelibus, quorum
alij boni sunt, alij mali. Vnde S. Augusti-
nus, explicans versiculum illum [k], *Domine*
dilexi decorem domus tuæ: Domus Dei, in-
quit, *quæ Ecclesia adhuc habet malos, sed*
decor

[d] d. c. 18.
[e] ad d. c. 18
[f] 2. Thess. 3.
[g] ex c. 32. cū seq. 11. q. 3.
[h] ad cap 2. hom 4. de qua in c. 31. ead. q. 3.
[i] Psal. 25.
[k] ad d. Psal. 25. in secunda enarrat.

decor domus Dei in nobis est, in sanctis est.
l hom. 38. Beatus Gregorius in Matthæum [l], *Terrere autem vos nō debet, quòd in Ecclesia & multi mali, & pauci sunt boni, quia arca in vndis diluuij, quæ huius Ecclesiæ typum gessit, in ampla in inferioribus, & angusta in superioribus fuit*, nempe angusta, quo ad bonos; ampla quo ad malos. Et alibi [m]. *Quæ autem*, loquitur de Iob, *ad maledicendum prouocat vxor, vitam carnalium designat, qui iam intra sanctam Ecclesiā in correctis moribus positi, quò per fidem bonis iuxta sunt, eo per vitam durius premunt*. Præterea sciendum est, triplicem esse in Ecclesia catholica fidelium communionem, qua eos priuat excommunicatio, vti asseuerant S. Thomas, & alij [n] in Magistrum sententiarum, item Cardinalis [o] Florentinus, Ioannes [p] à Turrecremata, Syluester [q], Caietanus [r], & nostri iuris Canonici [s] interpretes. Prima est communio interior, siue intrinseca, quæ per charitatem nos CHRISTI membra vnit siue per fidem formatam capiti CHRISTO, & reliquis eius membris: & sic communio ista prouenit à charitate, quæ est animi affectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, prout disserunt cum Augustino [t], Petrus Lombardus [u], S. Thomas [x], & alij [y], testimonio ipsius Euangelistæ [z] Ioannis, qui ait. *Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum*. Vnde Gregorius dicebat, duo esse præcepta charitatis, Dei amorem, & proximi. Et Paulus de hac vnione, quæ nexu charitatis nos CHRISTO IESV coniungit, sæpe meminit, dicens. *Multi vnum corpus sumus in* CHRISTO. Alia est communio exterior, siue extrinseca, quæ consistit in simul orando in Ecclesia, in missarum solemnitatibus, diuinis officijs simul audiēdis, atque in colloquio fidelium. Tertia, communio media est, partim interior, & partim exterior, qua omnes fideles participes sumus communium suffragiorum Ecclesiæ, & sacramentorum: huius mentio fit in symbolo Apostolorum, ibi: *Sanctorum communionem*. Sic tria esse excommunicationū genera dixerunt: duo propria, vnum improprium, quod pertinet ad mortale peccatū, quod separat Christianum, & segregat ab interiori illa communione, quæ à charitate procedit, & qua omnes fideles in CHRISTO coniungimur, & vnum corpus efficimur: charitas enim per peccatum mortale amittitur, quod Ioannes [a] testatur, dicens. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet*. Et Paulus [b] ad Romanos. *Stipendia peccati, mors est*, charitati aduersa: siquidem habens charitatem habet vitam æternam. Itaque non est dubium, quin per peccati mortalis reatum amittatur charitas: quod egregie ostendunt Magister [c] sententiarum, & B. Thomas [d] Aquinas. Quæ autem propriæ dicuntur excommunicationes, diuiduntur in maiorem, & minorem: hæc priuat Christianum dumtaxat à sacramentorum Ecclesiæ perceptione: illa vero, non solum à sacramentorum perceptione, sed etiam à suffragiorum participatione, & fidelium colloquio, & conuersatione, quod aliàs demonstrauimus [e]. Si ergo excommunicatio CHRISTI auctoritate, ab Ecclesiæ Prælatis infligitur, si ipsa est, quæ à CHRISTO separat, à fidelium consortio alienat, sacramentorū perceptione priuat, & suspendit à suffragiorum Ecclesiæ participatione, fit equidem, vt excommunicationis ortus non à gentium dogmatibus, seu legibus, sed à CHRISTO ipso sit. Nec enim illa, quæ excommunicationis propria sunt, Gentibus conuenire possunt. Ad id vero, quod Tiraquellus ex Platone, Euripide, Plutarcho, Cæsare, Cicerone, Liuio, Suetonio, Tacito, & alijs ethnicis probare intendit, videlicet, hos habuisse excōmunicationem, atque ideo ab eorum ritibus ortum duxisse, respondendum est veteres quidem pœnam excommunicationi haud dissimilem habuisse, quod & nos pluribus [f] docuimus; sed non fuisse veram excommunicationem, atque ideo sub alia forma: & licet fatear, pœnam illam apud ipsos idem fere operatam fuisse, quod apud nos operatur censura illa ecclesiastica, quo ad separationem à communione, & consortio, & colloquio hominum, aperte tamen ex superius relatis constat, infidelibus excommunicationem aptari nequaquam posse, prout possunt aliæ pœnæ, vti est relegatio, deportatio, fustigatio, incarceratio, membrorum detruncatio, vltimum supplicium, sicut delicta eadem esse possunt, quæ olim: parricidium enim, stellionatus, ambitus, crimen maiestatis, peculatus, sacrilegium, adulterium, stuprum, incestus, & huiusmodi sexcenta eadem sunt. Quare potius crederem, Gentes ab Hebræis, quemadmodum & alia multa, hanc è sacris eiectionem, mutuaras fuisse: nam Hebræos excommunicationem habuisse, auctor est [g] Eliezer Rabbi, qui ait, Iosephi fratres sub anathematis pœna præcepisse, ne quis Iosephi venditionem reuelare patri auderet. Et subiungit. *Vultis excōmunicationis vim, & efficaciā videre? videte in Io-*

[l] hom. 38. [m] in lib. Mor. 6. cap. 4. [n] in 4. d. 18. q. 2. [o] par. 3. tit. 24. in princ. [p] ad c. si ini micus. 11. q. 1. [q] in verbo excōicatio. 1. in princ. [r] in 2. to. opusculorum, in q. de effectu excommunicationis. [s] ad rub. de sent. excom. [t] lib. de doctrina Christi. c. 22. [u] in 1. sent. dist. 17. [x] ibid. & in 2. 2. q. 23. a. 5 [y] in d. dist. 17. [z] 1. Ioan. 4. [a] ibidem. [b] ad Rom. 6. [c] in 3. d. 31. [d] 2. 2. q. 24. art. [e] in Paratil. tit. de cler. excom. & in tit. de sent. excomm. [f] sup. lib. 2. c. 1. [g] cap. 38.

in Iosue [h], *& in libris Regum* [i]. Quam ex-
communicationis pœnam S. Ioannes vide-
tur nobis descripsisse, dum ait [k]. *Conspira-
uerunt Iudæi, vt si quis confiteretur eum es-
se CHRISTVM, extra synagogam fieret.* Et ali-
bi [l]. *Ex Principibus multi crediderunt in
eum, sed propter Pharisæos non confitebant-
tur, vt e synagoga non eijcerentur.* Vnde
Carolus [m] Sigonius rectè admonuit, probri
loco maximi duci consueuisse, si quis syna-
gogæ, id est cætus illius, qui ad audiendum
conueniebat, expers factus fuisset. Verum, 37
cum Hebræi excommunicationem habue- 38
rint, ac Græcis, alijsq. gentibus antiquio-
res fuerint, verisimile est, eam ex antiqua 39
eorum lege, vt pleraque alia, effluxisse, ac 40
consequenter diuini iuris esse, non huma-
ni. Sed ipse à Tiraquello vlterius quæro,
qua de causa in Gallia exceptio excommu-
nicationis in foro seculari non admittatur,
vt idem ipse post Ioannem [n] Fabrum, & Au-
ferium [o] tradit, cùm valere statutum, quo
aliter cauetur, negant Iacobus But. [p] Bal-
dus [q], Ioãnes Anan. [r] & Philippus Decius [s],
cumque hæc excommunicatio iuris Pontifi-
cij inuentum non sit, vt ipse ait, sed ab an-
tiquorum, & Græcorum, & aliorum ritibus:
& sanctionibus oriatur. Quod sane præci-
pue probatur ex Iulij Cæsaris Commenta-
rijs [t] de bello Gallico, cùm de Druidũ mo-
ribus, & ritibus scribens, ait. *Si quis vel pu-
blicus, vel priuatus, eorum decreto non* 41
*stetit, sacrificijs interdicunt. Hæc pœna
apud eos est grauissima: quibus ita est inter-
dictum, hi numero impiorum, ac scelerato-
rum habentur, hi omnes decedunt, aditumq.
sermonemq. defugiunt, ne quid ex contagio-
ne incommodi accipiant: neque his petenti-
bus ius redditur, neque honos vllus commu-
nicatur.* Hæc Cæsar. Si igitur pœna hæc
grauissima excommunicatio est, vt fateris
Tiraquelle, quare magistratus Gallicani
ad eorum tribunalia, ipsius exceptionem
non admittunt? præsertim, cùm à suis pri-
scis sacerdotibus adinuenta sit? Sed lon-
ge melius est, vti confitearis esse iuris diui-
ni, atque ideo admitti debere, non obstan-
te quauis generali Franciæ consuetudine, 42
ne aduersetur libertati ecclesiasticæ: cuius
causa, quemadmodum statutum non valet,
ita nec consuetudo, quæ potius corruptela
est [u], vim legis obtinere potest. Plura re-
stant dicenda: verum quoniam ab alijs, &
præcipue à Didaco [x] Couarruuias diffusius
disputata sunt, ea non repetam, cùm aliàs [y]
& ipse hanc materiam tractauerim, & ad
Ecclesiam tantum pertinere hanc censu-
ram, non item ad magistratus ciuiles, su-
perius [z] satis demonstrauerim.

h c. 5. & 7.
i Reg. 2. & 4 cap. 2.
k Ioan. 9.
l Ioan. 12.
m de Rep. Hebræor. li. 2. c. vlt. in fi.
n ad §. quod si tutor. Inst. de curat.
o decis. Tholos. 189.
p q ad l. placet. C. de sac. san. eccles.
r ad c. postulasti. de homicid.
s ad c. S. Mariæ n. 97. de constit.
t lib. 7.
u l. 18. ff. de legib. & c. 3. & 6. & vlt. de consuet.
x ad d. c. alma mater. de sent. exc.
y in tit. de cler. excom. & in tit. de sent. excom. in Paratitl.
z sup. lib. 4. cap. 14.

SVMMA EX CAPITE XV.

1 *Nec Episcopus, nec clerici ad forum seculare trahi possunt, vt ex pluribus Pontificijs sanctionibus hic probatur.*

2 *Clerici conuicti alicuius criminis in foro seculari, non sunt ab eorum Episcopis ideo condemnandi.*

3 *Confessio delicti facta coram non suo iudice, nihil operatur.*

4 *Clerici iudicem secularem incompetentem, nec iuramento facere competentem possunt.*

5 *Laici etiam iniurati iudicem incompetentem, competentem faciunt.*

6 *Ex priuatorum consensu priuatus iudex non constituitur.*

7 *Præfectus vicem Præfecti agit, & Prætor Prætoris priuatus potestatis aliquius vicẽ non agit. Ex S. Augustino.*

8 *Magistratus ciuilis, quo ad clericum, pro priuato est.*

9 *Si res nulla extat, nec extendi potest.*

10 *Priuatus, quauis potestate mandante, eius vice fungi potest.*

11 *Laicus Episcopi vices, eo etiam mandante non gerit.*

12 *Nec Papa ea, quæ sunt ordinis, laicis mandare potest: secus iurisdictionis.*

13 *Exemptio fori secularis in clerico est manifestissima.*

14 *Quæ exemptio competit clericis, quo ad forum, eadem & quo ad censum, & tributum.*

15 *Grauantes clericum excommunicantur.*

16 *Imperatores non præferuntur Ecclesiæ Præsulibus.*

17 *Clerici ante omnem humanam constitutionem fuerunt.*

18 *Constitutiones post clericos factæ, non pertinuerunt ad eos eximendos, sed ad iuris diuini declarationem.*

19 *Ne diuinum ministerium periclitetur, clerici cum seculari iudice rem habere nequeunt.*

20 *Absurdum esset, debere Imperatorum pastores ad eorum tribunalia sisti.*

21 *Minorem in maiorẽ habere ius nõ decet.*

22 *Ciuilis iurisdictio ab ecclesiastica seiuncta est.*

23 *Christos suos vocat Deus sacerdotes per Dauidem, eximens seculari iudicio.*

24 *Ex verbis Matthæi colligitur, CHRISTVM pro filijs sacerdotes intellexisse.*

25 Sa-

25 *Sacerdotes propius ad* CHRISTVM, *quàm cæteri Christiani, accedunt.*
26 CHRISTVS *censum pro se, & Petro persoluens, ostendit sacerdotes præcise filiorum loco habuisse.*
27 *Sanctus Paulus ethnicorum forum Christianis interdicit.*
28 *Clerici diuinitus Romani Pontificis iudicio, subditi sunt.*
29 *Bonifac. VIII. sacras tum personas, tum res, à secularium exactionum grauamine immunes fecit.*
30 *Clericorum exemptio diuina, non humana est.*
31 *Diuinum ius, & Pontificia, & Cæsareæ constitutiones declarant.*
32 *Innocētius Papa grauissimus Canonista.*
33 *Innocentio Papa Canonista non constat de clericorum diuina exemptione: idem & nonnullis eiusdē Iurisperitis.*
34 *Clericorum diuina immunitas, si non per expressas enunciationes, at per expressas coniecturas elicitur ex sacra pagina.*
35 *Christiani Principes nihil de religione statuunt, nisi ex canonum, aut patrum præscripto.*
36 *Clerici in spiritualibus eximuntur foro seculari, in profanis secus: ex Couarruuia, & Soto.*
37 *Papa clericos non exemptos foro seculari eximit: ex Couarruuia, & Soto.*
38 *Ob diuinum ministerium necesse est, clericos foro seculari eximi.*
39 *Summus Princeps seculi immunitati clericorum non derogat, cùm ea ad publicam vtilitatem à summo Pontifice originem trahat.*
40 *Principes omnes, etiam in temporalibus, summo Pontifici inferiores sunt.*
41 *Principes in legibus, quæ à Papa feruntur, habent consensum obedientiæ, non potestatis.*
42 *Lex, de excommunicando manum iniicientem in clericum, diuini iuris est.*
43 *Culpa non careret Papa, si censuram aduersus percutientes clericos abrogaret, etsi percutiens à censura liber esset.*
44 *Eius est abrogare legem, cuius & cōdere.*
45 *Princeps, legem vtilem reuocans absque causa, peccat.*
46 *Princeps tenetur leges proficuas suis populis ferre, & obseruare.*
47 *Princeps, quo ad vim coactiuam legibus est solutus, quo ad directiuam secus.*
48 *Populus Principis mores pro legibus habet.*
49 *Beneficium, habitus, tonsura, ministerium coniunctus cum disciplina exemptionem clericalem tribuunt: ex Concilio Tridentino.*
50 *Clericus nec post sententiam à iudice laico se præsente, et defendente latam, sui fori immunitatem perdit.*
51 *Clericus ciuilis iudicis foro consentire nequit, præcipue in causis criminalibus.*
52 *Clericus non potest iuri ordinis sui renunciare.*
53 *Fori declinatoria post sententiam opponi potest, impeditq. etiam inappellabilis sententiæ executionem, etiam trium conformium.*
54 *Sententia ciuilis iudicis aduersus clericum lata, ipso iure nulla est.*
55 *Iudex ecclesiasticus ius habet in clericos, qui se laicos dixerint, cùm tamen sint vere clerici.*
56 *Pendente controuersia, an quis sit clericus, aut laicus, persona capta coram iudicio ecclesiastico sistenda est, à quo status quæstio est discutienda.*
57 *Controuersia, de iurisdictione inter spirituale, & temporale tribunal, ad iudicē spiritualem tamquā digniorē spectat.*
58 *Gallicana praxis de iurisdictionis discussione, & humano, & pontificio iuri aduersatur.*
59 *Gallicanum forum de vestibus: Mediolanense de vestibus, & clerico sibi iudicium præsumit.*
60 *Carolus Borromeus, Cardinalis summis, & meritis laudibus decoratur.*
61 *Carolus Borromeus, Card. summum Mediolanen. Præfectum, ac Senatum excommunicauit.*
62 *Carolus Borromeus, Cardinalis ambitione omnino vacuus, iustitiæ plenus.*
63 *Federicus Borromeus, Cardinalis gentilem suum Carolum imitatur.*
64 *Iudex ecclesiasticus negligens sibi subditum à laico repetere, deponendus, & puniendus est.*
65 *Consuetudo, de clerico iudicando à iudice laico, iure canonico improbatur, etiam si sit immemorabilis.*
66 *Clerici coniugati monogami deferentes tonsuram, & vestes, fori priuilegio gaudent.*
67 *Clericorum coniugatorum priuilegium de foro, ad criminalia restringitur.*
68 *Actiones ex delicto orientes, sunt ciuiles, & criminales.*
69 *Actio ciuilis priuatū, criminalis publicum commodum, seu vindictam respicit.*

70 *Concilium Tridentinum Bonifacianam constitutionem, circa clericos coniugatos in causa ciuili priuilegium fori non habentes, confirmat.*

71 *Clericos coniugatos cæteris clericis priuilegijs præstare, non conuenit.*

72 *Restrictio Bonifaciana priuilegiorum clericis coniugatis competentium, est ei ordini proficua, ac salutaris.*

73 *Papa Dei nomine, exemptionem clericorum, quo modo de iure diuino procedat, ac quibus competat, interpretari potest.*

74 *Tonsurati, & coniugati clerici, nisi deferant insignia, priuilegio fori non vtuntur.*

75 *Prima tonsura est gradus ad ordines, non ordo.*

76 *Ordines large sumpti nouem sunt.*

77 *Tonsurati vestibus, & corona carentes, si conuicti sint de delicto, punientur licite absque degradatione.*

78 *Suscipiens ordines, & delinquens in fraudem fori, foro seculari non eximitur.*

79 *Suscipiens ordines in fraudem fori, est subiectus iudici laico, quo ad bona, non quo ad personam, quia impressus est sacro charactere.*

80 *Emittens votum religionis, vel sacri ordinis ante delictum, effugit forum seculare.*

81 *Voti emissio iuramento probari præsumitur: quod Couarruuiæ non placet.*

82 *Oppositio dilatoriæ exceptionis, iuramento probatur.*

83 *Suscipiens ordinem post delictum, præsumitur in fraudem fori fecisse.*

84 *Criminis iudicium à laico, & clerico simul commissi, ad ecclesiasticum forum spectat, etiam quo ad personam laici.*

85 *Clerici dignitas laico in fori præscriptione prodest.*

86 *Clericus obæratus nec capi, nec excommunicari potest, si ei soluendo non sit, data cautione soluendi, si ad pinguiorem fortunam deuenerit.*

87 *Clericus inops non cedit bonis.*

88 *Clericus ditior factus, cogi non potest ad soluendum debita, nisi deductis, quæ ei sunt necessaria alimenta.*

89 *Opprobrium est ecclesiastici status, clericum mendicare.*

90 *Minorum ordinum clericus, si à Tridentina synodo enumeratas qualitates habeat, ad satisfaciendum creditori non cogetur, nisi vt cæteri maiores clerici.*

91 *Praxis Romanæ curiæ de clerici beneficio creditoribus eius satisfacit, victus congrua ei portione relicta.*

92 *Scholares cogendi non sunt ad æs alienum dissoluendum, nisi quantum possunt, quemadmodum & clerici.*

93 *Iusiurandum non obligat vltra, quàm quis facere potest, quod iurauit.*

94 *Non peierat, qui ex causa, quod iurauit, non implet.*

95 *Clericus, quamuis iurauerit soluere pensionem, aut debitum, si non potest obseruare, nullo modo cogi potest, nisi ad dandam iuratoriam cautionem de soluendo, cùm poterit.*

96 *Clericus hæres laici, quamuis à suo testatore lis coram tribunali laico cœpta fuerit, non tenebitur ei iudicio stare, sed ecclesiastico.*

97 *In lite contestata coram iudice laico à laico, clericus, eius hæres factus, actionem actori aduersus defunctum competentem, sequitur corã iudice ecclesiastico.*

98 *Iulius Salinerius Sauonensis magnæ spei adolescens laudatur.*

99 *Iudex laicus obligationem testatoris laici ab hærede clerico excutere iure potest.*

100 *Instrumentum publicum aduersus clericum obligatum in foro ecclesiastico vim habet. ex Bart.*

101 *Lex cuiusuis Principis non tollit priuilegium clerici.*

102 *Legislator ciuilis nullam in clericos habet iurisdictionem.*

103 *Lex ciuilis non pariens damnum, nec peccatum, nec iuri pontificio detrahens, clericum etiam obligat.*

104 *Aliquando Papa lege ciuili vtitur.*

105 *Lex ciuilis ideo & clericum nonnumquã obligat, quia Papa ea de re nihil statuit, ac tacite approbat eam, tamquam iustitiæ consentaneam.*

106 *Clericus hæres laici, qui inuentarium non confecerit, vltra vires hæreditatis obligatur, coram tamen suo iudice conueniendus est.*

107 *Causæ examinatio aduersus clericũ, non, nisi ab ecclesiastico iudice, facienda est.*

108 *Ordinandi sunt arbitrio Episcoporum ad titulum patrimonij, qui vtiles, aut necessarij ecclesijs sint.*

109 *Bona patrimonialia, ad quorum titulum quis est ordinatus, habent immunitatẽ sicut ecclesiastica, ne ordinati mendicare cogantur, aut turpem quæstum facere.*

110. Cle-

Digitized by Google

110 *Clericus minor, aut læsus ad titulum patrimonij ordinatus coram suo iudice restitutionem in integrum iure petit: immo clericus quilibet minor.*

De multiplici clericorum immunitate. Cap. X V.

EXPLICITIS his, quæ ad multiplicem ecclesiasticam iurisdictionem apposite facere videbantur, recta instituti nostri ratio etiam postulare videtur, vt de clericorum exemptione, immunitatumq. beneficijs tractemus. Exemptio enim clericorum, quòd ad fori priuilegium attinet, passim probatur. Caius enim Papa ad Felicem Episcopum, *Nemo vmquam*, ait [a], *Episcopum, aut reliquos clericos apud iudicem secularem accusare præsumat.* Marcellus Primus Episcopis [b] Orientalibus. *Clericum cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad secularem iudicem trahere: nec laico quemlibet clericum liceat accusare.* Pelagius Sergio Cancellario. *Si quis laicus clericum cuiuscumque gradus duxerit esse pulsandum, ad Episcoporum iudicium in eadem ciuitate, vel territorio constitutorum proponat eas, quas se habere existimat actiones.* Innocentius Primus ad Victricium Rhotomagensem, vt Isidorus citat in præfatione canonum, *Si quæ*, inquit, *causæ, vel cõtentiones inter clericos, & laicos tam superioris ordinis, quàm etiam inferioris, fuerint exortæ, placuit, vt secundum Nicænam synodum, congregatis Prouinciæ Episcopis, iudicium terminetur.* Ex Concilio item Parisiensi [c]. *Nullus iudicum, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut ecclesiæ iuniores sine licentia Pontificis per se distinguat, aut condemnare præsumat.* Ex Concilio Matisconensi primo [d]. *Nullus clericus alium clericum ad iudicem secularem accusare, aut ad causam dicendam trahere quocumque modo præsumat, sed omne negotiũ clericorum, aut in Episcopi sui, aut presbyterorum in Archidiaconi præsentia finiatur.* Ex Concilio Agathensi [e]. *Clericum nullus præsumat ad secularem iudicem, Episcopo non permittente, pulsare.* Ex alijs item Concilijs, & Pontificum rescriptis exemptionem hanc probat [f] Gratianus, quod ex alijs Pontificalibus sanctionibus, & nos cõmode possumus ostendere. Nam Alexander [g] Tertius Salernitano Archiepiscopo. *Si clerici coram seculari iudice conuicti fuerint, vel cõfessi de crimine, nõ sunt propter hoc à suo Episcopo aliquatenus condemnandi: sicut enim sententia à non suo iudice lata non tenet, ita nec facta cõfessio coràm ipso.* Lucius Tertius [h]. *De omni crimine clericus debet corã ecclesia-*
3 *stico iudice conueniri.* Innocentius [i] III. Vercellensi Episcopo, *Ne clerici trahantur à laicis ad iudicium seculare, omnino prohibemus.* Iure item Cæsareo ita quoque constitutum esse nemo ex ijs, quæ in secundo [k] libro retulimus, dissimulare potest: quæ adeo ita vera, & perspecta sunt, vt etiam accedente consensu clerici, iurisiurandi religione robo-
4 rato, non posse magistratum laicum in caussis quamuis mere ciuilibus ipsum iudicare, rescripserit [l] Pisano Archiepiscopo Innocẽtius III. quod mirũ videtur, cùm cæteri homines, quantumuis priuati, iudicem incompetentem prorsus, & incongruum, nullo etiã accedente iuramento, competentem, & congruum facere valeant, si eum adierint, vt
5 Africanus [m] respondit, & Imperator [n] Antoninus rescripsit. Sed cur tam varie? Memini me aliàs [o] rationem huius diuersitatis illam reddidisse, quòd ex priuatorum consensu priuatus iudex nequeat constitui [p]:
6 quod & Beatus [q] Augustinus, qui prope omnia suo diuino ingenio assecutus est, te-
7 statur, dum ait. *Præfectus potest agere vicẽ Præfecti, & Prætor Prætoris, non tamen priuatus potest agere vicem potestatis alicuius.* At si priuatus priuatum iudicem sibi constituere nequit, iudex secularis à clerico constitui iudex non poterit, nec eius iurisdictionem prorogare, cùm in clericorũ causis ma-
8 gistratus ciuilis censeatur [r] priuatus. Quare
9 priuatus nullam habet in clericum iurisdictionem: & cùm res nulla extet, nec exten-
10 di potest [s]. Item priuatus mandato Prætoris, vel alterius potestatis, vice eius fungitur, te-
11 stimonio Pauli iurisconsulti [t] libro xviij. ad Plautium: sed laicus vice Episcopi, etiam ex eius mandato, non fungitur. Indecorum enim est (vt considerat Concilium [u] Hispalense) vicarium Episcopi laicum esse, & personas ecclesiasticas iudicare. Et Eugenius [x] Secundus. *Episcopi, Abbates, Archidiaconi, & alij ecclesiarum Prælati de negotijs ecclesiasticis laicorum iudicio non disponant.* Ad quem locum quærunt nostri iuris Pontificij
12 interpretes, an & ipse Rom. ac vniuersalis Ecclesiæ Princeps possit laicis hæc ecclesiastica committere negotia: & licet, quo ad tẽporalia, concludant posse, quo ad spiritualia tamen negant: & hanc communem esse sententiam tradit Philippus Decius [y], nimirum in ijs, quæ sunt ordinis, non autem in ijs, quæ sunt iurisdictionis: & quòd clerici

a c. 4. 11. q. 1
b epist. 2.
c cap. 10.
d cap. 8.
e cap. 32.
f 11 q. 1. per totum.
g cap. 4. de iudic.
h c. 8. eod.
i c. 17. eod.
k c. 15. item cap. & c. 6.
l c. 12 de foro comp.
m in l. 18. ff. de iurisd. om. iudic.
n in l. 1. C. eod & c. v. de for cõp.
o eod tit in fi in Paratit.
p ad l. 3 C. eod.
q in q. vet. testam.
r c. 2. de iudicijs.
s l. decẽ. ff de verb. sign l. 23 § vlt. ff. de ædil edic l. 5 ff. de iniust. rupt. c. 13 de despon. impub. c 20 de homicid.
t l vlt. ff de off. eius cui mand est iurisd.
u de quo in c 12. 16. q. 7.
x in d. c. 2. de iudic.
y ad d. c. 2. num. 55.

gaudeant fori priuilegio, latissime pertra- 11
ctant ad recitatas constitutiones [z] omnes
iuris canonici interpretes: & præter eos
Aufrerius [a], Gulielmus [b] Benedictus, Cas-
sanæus [c], Rupellanus [d], Nicolaus Boerius [e],
& Didacus Couarruuias [f]. Et quæ exêptio, 14
quo ad forum, clericis competit, eadem, quo 15
ad tributum, & censum competit ex consti-
tutione Concilij [g] Lateranensis: qua exco-
municationi subduntur omnes qui clericis,
bonisve eorũ aliquid grauaminis imponunt.
Quod & Bonifacius Octauus [h] alia sanctio-
ne roborauit: diffuseq. id ostendunt vtriusq;
que iuris [i] interpretes. Maior hæsitatio est,
an huiusmodi exemptiones sint iuris diuini,
an humani: videmus enim, dissentientes es-
se valde interpretes, quorum alij asserunt,
alij negant, alij neutrum affirmant. Glossa
ad illam Ioannis Papæ primi constitutionẽ [k]
(cuius hæc sunt verba. *Non à legibus publi-
cis, non à potestatibus seculi, sed à Pontifici-
bus, & sacerdotibus omnipotẽtis Dei Christia-
na religionis clericos, & sacerdotes voluit or-
dinari, & discuti, recipique de errore remean-*
16 *tes. Imperatores Christiani subdere debent*
executiones suas ecclesiasticis Præsulibus, non 17
præferre) scribit sacerdotes, seu clericos an-
te omnem humanam constitutionem fuis-
se, & esse à iurisdictione secularium Princi-
pum omnino exemptos. Constitutiones ve-
ro, quæ subsequutæ sunt, non ad exemptio-
nem pertinere, sed ad iuris diuini declara-
tionem. idem voluit glossa ad constitutio- 18
nem [l] Bonifacij Octaui, quam ibidem se-
quuntur omnes, & præsertim Cardinalis [m],
Abbas [n], Felinus [o], Decius [p], Rota [q], Aufre-
rius [r], quam esse communem testantur Feli-
nus [s], Rochus [t], Curtius, Rebuffus [u], & Iu-
lius Clarus [x]. Quæ opinio rationibus, ar- 19
gumentis, & auctoritatibus confirmari fa-
cile potest: nam cùm iure diuino sint Eccle-
siæ administri constituti, vt suo loco [y] latius
disputatum est, eidem iuri consentaneum
videtur, vt ad iudices seculares vocari non
possint, alioquin ecclesiasticis ministerijs
idonee nauare operam nequirent. Quam-
ob causam Paulus [z] Apostolus dicebat. *Ne-*
mo militans Deo, implicat se negotijs secula-
ribus. Qua enim ratione fieret, vt qui [a] se- 20
cularium magistratuum, ipsorumq. Regum,
& Imperatorum pastores sunt, tamquam
rei, ad eorum tribunalia sisterentur? Dein-
de, cùm ethnici iuris auctores [b] censuerint,
absurdum esse parem in parem aliquam ha-
bere auctoritatem, multò quidem absurdius
esset minorem, & inferiorem in maiorem, 21
& superiorem habere iurisdictionem. Quis 22

præterea nescit, ciuilem iurisdictionem ab
ecclesiastica esse [c] omnino seiunctam? si er-
go suos vtraque habet magistratus, suos
Præsides, suos Præfectos: quare, rogo, ad
ciuiles potius, quàm ad ecclesiasticos ma-
gistratus vocari debent? quod vetuerunt
ipsimet Imperatores, Honorius, Theodo-
sius, & Arcadius, dicentes [d]. *Habent cle-*
rici iudices suos, nec quidquam his publicis
commune cum legibus, quantum tamen ad
causas ecclesiasticas pertinet, quas decet Epis-
copali auctoritate decidi. Cui suffragantur
diuina quoque oracula, siue ex nouo, siue
ex veteri Testamento: ex hoc [e]. *Nolite tan-*
gere christos meos: per quæ Psalmistæ verba
videtur Deus omnipotens, suos christos,
hoc est sacerdotes exemisse terrenorum iu-
dicum potestate: ex illo stat pro clericis ille
23 Matthæi locus [f], in quo CHRISTVS, cùm
ab eo exigeretur census, ac Petrum interro-
gasset, dicens, *Reges terræ, à quibus acci-*
piunt tributum, à filijs suis, an ab alienis?
24 eique Petrus respondisset, *ab alienis*, CHRI-
STVS concludens, ait. *Filij ergo liberi sunt:*
vt autem non scandalizemus eos, vade, &
staterem, quem aperto ore piscis, inueneris,
da eis pro me, & te. Vnde colligitur, eum à
tributis Principum secularium clericos suos
filios, sub seipso, & Petro, orthodoxæ Ec-
clesiæ capite, & principe designatos omni-
no exemisse. Et quamquam nonnulli opi-
nantur, hunc Matthæi locum de CHRISTO
tantum, qui solus est naturalis æterni patris
filius, intelligendum, liquet tamen de om-
nibus clericis esse accipiendum, cùm om-
nes filij Dei simus: quod Apostolus ad Thes-
salonicenses [g] testatur, dicens. *Omnes vos*
filij lucis estis, & filij Dei. Et ad Roma-
nos [h]. *Quicumque spiritu Dei aguntur, ij*
sunt filij Dei: si autem filij, & hæredes, hæ-
redes quidem Dei, cohæredes autem CHRI-
25 *STI*. Quod sane Apostoli dictum, etsi re-
ferri etiam potest ad Christianos omnes,
præcipue tamen referri debet ad sacerdo-
tes, qui vere CHRISTI fratres sunt, & co-
hæredes, quia & Christiani sunt, & sacer-
dotes. Nec aduersantur hæc Petri, & Ioan-
nis Apostolorum verba [i]. *Fecisti nos Deo*
nostro regnum, & sacerdotes, &c. necnon [k].
Vos estis genus electum, regale sacerdotium:
pro quo CHRISTVS mortuus est: quia
non omnes, vti aliàs dictum [l] fuit, sunt sa-
cerdotes, sed ex Christianis aliqui: quod
Apostolus manifeste ostendit ad Hebræos
scribens [m]: ait enim. *Omnis Pontifex ex ho-*
minibus assumptus, pro hominibus constitui-
tur in ijs, quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona, &
sacrifi-

z præcipua ad c. 4. 8. & 17. eo de iudic. & ad c. 12. de foro compet.
a in repet. clemen. 1. de off. ord.
b ad c. Raynut. in verbo & vxorẽ. in 2. nu. 122.
c in cõsuet. Burg. rub. 1. § 5. vers. Archid. n. 44.
d li. 1. forensium institut. c. 34.
e decis. 49.
f pract. q. c. 31. n. 3. vers. tertia concl.
g cap. eo. de quo inc. 4. de immu. eccl.
h cap. 4. de censib. lib. 6.
i hic. & ad d. c. 4. de immun. eccl. ad c. si tributũ. 2. q. 2. ad l. placet & ad l. sancimus C. de sacrosan. eccl. Abbas ad c. vlt. vbi etiam Felin. n. 76. de vita & honest. cleric. & alij ad c. eccl. S. Mariæ de cõst. Cassanæ in d. rub. 1. § 4. nu. 27. Aufr. ad d. clem. 1. reg. 1. fallẽt. 2. Io. Maur. post Bar. in repetit. l. vnica C. vbi mulier. Didac. in d. vers. sic. 3. in fi.
k in c. 12. d. q. 11. & ibi glo.
l ad d. c. 4. de cens. li. 6.
m ad c. perpendimus 7. oppos. de sen. ten. excom.
n ad d. c. ecclesia S. Mariæ. & ad c. ac si clerici. n. 24.
o p ad d. c. ecclesia.
q in antiq. 10. de consue. r ad d. clem. 2. vers. ad q. de off. ord.
s ad c. 2. de maior. & obed.
t ad c. vlt. de consuet.
u in concor. rub. de protectione.
x in practica crim. § fin. q. 36. in princ.
y sup. c. 3.
z 2. ad Tim. 2. & c. 1. & 4. ne cler. vel monachi.
a c. 9. cum seqq. eod. d. 96. & c. 4. de maior. & ob.
b l. ille à quo § tempestiuum ff. ad Trebel. & l. 4. magistratus ff. d. arb.

c c. 10. cum seqq. eod. d. 96.
d l. vlt. C. Theod. de Episc. & cle.
e Psal. 104.
f Matth. 17.
g 1. Thess. 5.
h Rom. 8.
i Apoc. 5.
k epist. 1. c. 2.
l in Paratit. de temp. ord. & qualit. ordinand.
m Hebr. 5.

Digitized by Google

26 *sacrificia pro peccatis.* Præterea, si CHRISTVS
de seipso tantum intellexisset, quòd so-
lus naturalis æterni patris filius esset, quid
fuisset necesse dicere, *pro me, & te?* vult ta-
men pro se, & Petro censum persolui, ne
scandalizarenrur Iudæi. Præterea nonne
n 1.Cor.6. Paulus [n] interdicit sacerdotibus forū ethni-
27 corum, dicens. *Audet aliquis vestrum ha-
bens negotium aduersus alterū iudicari apud
iniquos, non apud sanctos? An nescitis, quo-
niam sancti de mundo iudicabunt?* Et paucis
interiectis. *Nescitis, quoniam Angelos iudi-
cabimus? quanto magis secularia?* Cui haud
o d.l vlt.C. Theod.de episc.& cler. dissimile est illud Theodosij [o], & Valentinia-
ni. *Fas non est, vt diuini muneris ministri,
temporalium potestatum subdantur arbitrio.*
28 Hinc est, quòd Ioannes Papa cõstanter de-
p in d.c.11. dist.96. fendit [p], clericos ex diuina institutione, non
à secularibus Principibus, sed ab ipso Roma-
no Ponrifice, & Ecclesiæ Prælatis esse iudi-
q in d.c.4. de cẽsib.li.6 candos: & Bonifacius [q] Octauus, ecclesias,
29 ecclesiasticas personas, resq. non solum iu-
re humano, quinimmo & diuino, à secula-
larium personarum exactionibus esse immu-
nes. Idque cum Constantinus, tum alij fe-
re omnes, quorum extant constitutiones,
adstruunt, quod persequi non est consilium,
r in cap.25. cum seqq. cùm in secundo [r] libro satis, ni fallor, id pro-
batum sit. Quare dubium esse non potest,
30 quin ista sacri ordinis exemptio ex diuino
tantum, non humano iure proueniat: etsi
libenter fateor, diuinum ius humanis & Põ-
tificum, & Cæsarum constitutionibus esse
31 declaratum, atque cùm lateret, palam fuis-
se positum, decretisq. & sanctionibus, quo
ab omnibus coleretur, vt ita dicam, illustra-
s ad c.2. de maior.& ob. tum. Et quamquam Innocentius [s], cuius
32 auctoriras apud me maxima semper fuit, cõ-
trarium verius esse opinetur, quem sequuti
t in prac ti. de confess.§. plenè erit 1. sunt Petrus Ferrariensis [t], Andræas Alcia-
u ad c. cum ab homine de iudic. tus [u], & Ioannes de Medina [x], rationibus
tamen, quibus ipse mouetur, vel moueri po-
x in tract. & cess q.15. tuit, me non moueri ingenue fateor: quarũ
prima fuit, nusquam constare expresse, aut
33 in veteri, aut in noua lege constitutum fuis-
se, ab huiusmodi Principum iudicijs, exem-
ptos esse clericos. Ad quem responderi pos-
34 set, quòd si hoc expresse, vt ipse vellet, con-
staret, esset impietatis, & temeritatis de eo,
quàm minimum dubitare: attamen, si non
per enunciationes, & sententias apertas, &
per verba expressa, certe per coniecturas
expressas, necessariò ex sacra pagina con-
cludentes, id elici opposite potest. Quare
constanter asseuerandum, citatas Psalmi-
y Psal.104. & Matth.17 stæ [y], & Matthæi auctoritates, ab vtrius-
que scilicet humani, & diuini iuris inter-

pretibus ad hunc sensum fuisse accommo-
datas, Apostoli etiam calculo adeo muni-
tas, vt clarum, manifestumque sit, cleri-
corum exemptionem non humani, sed di-
uini iuris omnino esse. Secundo mouetur
ex eo, quòd in primitiua Ecclesia clerico-
rum bona Regum, & Imperatorum subes-
rant iurisdictioni, vt ex multis constitu-
tionibus apparet, vel ex ijs, quæ claudun-
tur libro primo Codicis Iustinianæi, & vl-
timo Theodosiani. In quibus de fide ca-
tholica, de sanctissimis ecclesijs, de Epis-
copis, & clericis, de Episcopali audien-
tia, & huiusmodi agitur. Verum, si quod
in principio libri secundi huius volu nin is
ex probatis auctoribus retulimus, qu. con-
trarium asserunt, accurate librare, & per-
pendere cogitassent, facile hanc partem
ruendam haud suscepissent: quod etiam [z] z sup.lib.2. cap 11.
disputatum est iterum eodem libro, vide-
35 licet, Christianos Principes in ijs, quæ ad
religionem pertinent, nihil statuere, nisi
ex sacrorum canonum præscripto, vel san-
ctorum Patrum decretis: nec enim aliter
vim legis obrinere possunt eorum consti-
tutiones. Tertiò insurgunt Apostoli Pau-
li auctoritate, qui, cùm videret causam
suam male, & iniuste tractari, Cæsarem
appellauit [a], non Pontificem. Quid ergo? a Act.25.
Exceptio ideo clericorum non est iuris di-
uini? Parum subtiliter. Nonne CHRISTVS,
cùm esset æterni patris filius, & nemini
subiectus, sub Pontio Pilato pati voluit?
Paulus vero, cur gentis inimicæ sibi suspe-
ctum Pontificem appellaret? cuius appel-
lationem forsiran Festus Cæsareus Præses
non admitteret? Quarto, & vltimo ex
eiusdem Pauli, & Apostolorum Principis
verbis arguunt: quòd ille [b] quibus scri- b 1.Pet.2.
bit præcipiat, vt subditi sint omnibus crea-
turis, siue Regi, siue ducibus, hic vero [c], c Rom.13.
vt omnis anima sit sublimioribus potesta-
tibus subdita. Quæ, quo pacto accipi de-
beant, latius iam [d] explicatum est. At d sup.hoc libro.c.13.
vero Hispani duo, alter iuris vtriusque
accuratus interpres, Didacus Couarru-
36 uias [e], alter Theologus insignis, Domi- e pract.q c. 31.n.2.vers. prima cõcl.
nicus Soto [f] neutram opinionem sequun-
tur: sed illam adhibent distinctionem, f in 4 sent. par. 1. d.25. art.2.
vt in ijs, quæ spiritualia sunt, clerici exem-
pti censeantur, non item in ijs, quæ sunt
profana, & temporalia: quamuis conclu-
dant, summum Ecclesiæ Principem pos-
se clericos, ac eorum bona à iurisdictione
37 seculari eximere. Quod conueniens fuit
Christianæ Reipublicæ commodo, non tan-
tum in spiritualibus (quod iure diuino iam

fuerat institutum) sed etiam in temporalibus, prout eleganter doctissimus Innocentius [g] Papa censet, quem sequitur ipse Cardinalis [h], & post eum Stephanus Aufrerius [i]. Cuius rei præcipuam rationem esse dicerẽ, quòd Beatissimus Papa potestatẽ habet inter cætera ferendi leges in ijs, quæ Ecclesiæ regimini, & administrationi conueniũt: atqui plurimum expedit, vt Ecclesiæ ministri non implicent [k] se negotijs secularibus, nõ enim valerẽt commode diuino vacare ministerio, si trahi possent, & coram iudice seculari cõueniri. Atque dato, non item concesso, exẽ- 38
ptionem clericorum ab imperiali iurisdictione iure humano fuisse introductã, Princeps 39
tamen secularis, quantumcumque summus, non poterit huic immunitati, aut exemptioni contrarijs legibus, aut propria auctoritate derogare. Nam si ad sanctissimum Romanæ Ecclesiæ Præsulem, vti maximum catholicæ Reipubl. pastorem, iure attinet clericos eximere à potestate seculari, & ea exẽptio ab eo est ob publicam ecclesiasticæ vniuersitatis vtilitatẽ impetrata, & introducta, fit profectò, vt non possit ab alio, quàm ab eodem Pontifice reuocari, cùm omnes tem- 40
porales Principes sint maxime in spiritualibus, vt ostensum est [l], necnon ecclesiasticis rebus summo Pontifici inferiores, non autẽ superiores, aut æquales. Atque ideo legem superioris, potestatem eam ferendi habẽtis, tollere non possunt. Præterea, cùm tota 41
respublica Christiana, & ipsimet Principes temporales in hanc exemptionem consenserint, obedientiæ, non potestatis consensu, ea reuocari nequaquam poterit: quod constat ex ijs, quæ colligunt nostri ex Innocentiana constitutione [m]. Quæ cõclusio eò magis confirmatur, quo derogatio, siue reuocatio maxime redundaret in ecclesiasticæ libertatis diminutionem, ac detrimentum, vt nemo non videt: quare dissolui non potest à temporalibus Principibus, ex ijs, quæ magistri nostri [n] adnotarunt. Vnde exoritur non inelegans quæstio, an scilicet clerici primæ tonsuræ, ac in minoribus ordinibus constituti eodem iure censeantur, quo alij sacris, & maioribus initiati ordinibus. Cardinalis [o] (quem sequuntur Felinus [p], Bartholomæus [q] Cassanæus, & Aufrerius [r]) dicit, Pontificem Maximum ab Imperiali iurisdictione omnes clericos eximere non posse, nec quo ad causas in vniuersum, quãuis possit rectissime eam exemptionem, quo ad quosdam clericos, vel quo ad certas causas, in vniuersum abrogare. Ex quibus argumentatur Couarruuias [f], exemptionem clericorum non esse iuris diuini, sed humani. quæ consequentia non valet: siquidem lex, qua percutiens clericum excommuni-
42 catur ea excommunicatione, à qua non possit per alium, quàm per ipsum summum Pontificem absolui, est quidem humana, & Pontificia, manat attamen è iuris diuini fonte, cùm de iure diuino omnes sacerdotes hanc habeant potestatem, vt iam disputatum est [t]. Mihi tamen placet, quod idem Couarruuias [u] aduersus Cardinalem adstruit, quòd scilicet, quamquam summus
43 Ecclesiæ Princeps valeat cum Cardinalium consilio canonis illius [x] censuram tollere (quòd iure humano Pontificio fuisset indicta) attamen illius censuræ abrogatio non expediret Christianæ Reipublicæ, neque conueniret illi honori, qui clericorum ordini iure optimo debetur. Quocirca, si Papa sacri ordinis incolumitati parum consulens, hunc canonem abrogaret, ita vt percutiens clericum nexu excommunicationis liber putaretur, ipse tamen à culpa, & peccati rea-
44 tu minime excusaretur. Sicut enim mutatio legum humanarum, quæ vim cogendi ex Principis potestate habent, ex eiusdẽ Principis voluntate, & arbitrio pender, & manat, ita quidem contraria voluntate eiusdem le-
45 gislatoris legem reuocantis, cessat legis auctoritas: vt Princeps tamen ipse remaneat immunis à culpa, peccato, & iniuria, quæ reipublicæ infligitur, necessaria est omnino causa, quæ ipsam legis mutationem, seu
46 reuocationem iustificet. Cùm Princeps teneatur eas ferre leges, & veteres prorsus seruare illæsas, quæ maxime necessariæ sunt, vel vtiles ad optimum reipublicæ statum,
47 eiusq. tutelam, & conseruationem. Nam etsi quo ad vim cogendi, non subijcitur legibus, cùm nõ queat à sua potestate cogi, hoc est à semetipso: subijcitur tamen saltem, quo ad vim dirigendi, vt in libris Animaduersionum aliàs diximus [y]. Interest enim haud parum reipublicæ, vt Princeps, & qui scitcedarum legum potestatem habent, leges à se conditas obseruent, vt ab alijs obseruari volunt: nusquam etenim populus attentius in-
48 tuetur, quàm in Principẽ, eius vitam, ac mores obseruando, ac pro lege habendo. Sed redeamus, vnde digressi sumus. Dubitamus, an clerici in minoribus constituti ordinibus eiusdem gaudere possint priuilegijs, quibus gaudẽt hypodiaconi, diaconi, & presbyteri. Hodie quid faciendum sit, statuit sacrosan-
49 cta Tridentina synodus [z]: scilicet, vt ij fori priuilegio nõ gaudeant, nisi beneficiũ ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitũ, & tonsu-

g ad d. c. 2. de iudic.
h in repetit. c. perpendimus de sent. excom.
i in clem. 1 vers. adque[illegible] nem. de off. ordin.
k 2. Tim. 2.
l supr. c. 18. & 19.
m in c. 13. de iudic.
n ad c. noue sint. de sent. excom. ad c. eccles. S. Mariæ. de cõst. ad c. vlt. de reb. eccl. nõ alien. Soto in d. dist. 25. ar. 2 Didac. in d. c. 31. n. 1
o in repet. d. c. perpendimus oppo. 3. de senten. excomm.
p ad c. 2 de maio. & ob.
q in cõsuet. Burgun. rub. 1 § 5. versic.
Archid. n. 77
r ad d. cle. 1 de offic. ord. reg. 1.
f d. c. 31. n. 3 vers. primũ.
t sup. cap. 8. num. 14.
u d. vers. 3.
x can. si quis suadente. 17. q. 4.
y lib. 2. c. 1.
z c. 6. de reform. sess. 23

tonsuram deferendo, alicui ecclesiæ mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario clericorum, aut aliqua schola, vel vniuersitate, de eiusdem licentia, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos, versentur. Quibus 50
casibus, si apud magistratum ciuilem accusatus fuerit clericus, vti poterit fori præscriptione, & exceptionem declinatoriam opponere quocumq. tempore, etiam post sententiam, licet ad eum vsque diem tacuerit, ac se ipsum defenderit, & litigauerit coram ipso magistratu ciuili. Ratio illa videtur : 51
quia clericus [a] non potuit consentire iurisdictioni ciuilis magistratus, nec expresse, nec tacite, saltem in criminalibus causis, vbi agitur de correctione & punitione personali. Ratio rationis est, propterea quòd non po- 52
test clericus [b] renunciare iuri in fauorem totius ordinis sacri introducto. Quod & Cassanæus [c], & Nicolaus Boerius [d], & Ioannes Rupellanus [e] adnotarunt, & Philippus Decius [f] ita iudicatum fuisse testatur. Nam 53
declinatoria fori, quæ reddit iudicium ab initio nullum ex defectu iurisdictionis, quæ nec prorogari valet, nec prorogata censetur, potest quandocumque etiam post sententiam opponi, & impedit executionem illius sententiæ, à qua non potest alioquin appellari, sicuti tradunt Antonius [g], Abbas [h], & Imola [i], ac post eos Felinus [k]. Immo hæc exceptio impedit executionem trium conformium sententiarum, vt post glossam communiter [l] ibidem receptum, bis asseuerat 54
Couaruuias [m]. Sententia igitur per ciuilem iudicem lata, est penitus nulla, etsi clericus tacuit, nec vsus est fori præscriptione: quod etiam Socinus [n] respondit, & Petrus Auendanius [o] sequitur. Quinimmo Baldo [p], ac deinde Dominico [q], & Franco [r] placuit, vt 55
ipse ecclesiasticus iudex possit clericos repetere a magistratibus ciuilibus, etiam si ipsi clerici dixerint, se laicos esse, non clericos. Hinc oritur etiam quæstio, an scilicet pendente lite super fori præscriptione, & clericatu, clericus à magistratu seculari captus, ad magistratum ecclesiasticum sit statim remittendus, vel remanere debeat apud temporalem iudicem, donec causa cognita, fuerit decisum per sententiam, illum esse clericum, & gaudere posse fori priuilegio. Bonifacius octauus [f] rescripsit, esse statim 56
remittendum, quia de re agitur spirituali, vel ecclesiastica, videlicet de ordine, cuius secularis iudex est incapax, & consequenter eius cognitionis. Et ita obseruatum fuisse testatur Afflictus [t]: hoc est, vt cognitio hæc, & probatio, an aliquis sit clericus, vel ecclesiasticæ iurisdictionis, fieri debeat coram iudice ecclesiastico, veluti asserunt Doctores omnes testimonio [u] Ripæ. Hancq. communem esse sententiam scribit Didacus Coua-
57 ruuias [x], subijciens, ita in Hispaniæ tribunalibus, nullo prorsus contradicente, seruari: nec solum vbi de clericatu disceptatio est, sed etiam quoties de iurisdictione agitur: nam iudicis ecclesiastici est, propter maiorem auctoritatem cognoscere, an illa sit sua iurisdictio, adstipulantibus Antonio Butrio [y], Felino [z], Decio [a], & Iasone [b]. Et quanquam apud Gallos contrarium vsu receptum sit, auctoribus Guidone Papæ [c], & Ioanne Gallo [d], & in ducatu Mediolanensi, testimonio Iulij Clari [e], nempe vt huius controuersiæ cognitio non ad ecclesiasticum, sed ad ciuilem magistratum pertineat: attamen sentio
58 cum Didaco, vt Gallicana praxis sit omnino communi omnium sententiæ, ac denique ipsi pontificiæ [f] constitutioni contraria, cùm expresse iubeat, cognitionem status eius clerici, & eius quæstionis, (vtrum scilicet captus à iudice seculari gaudere debeat priuilegio fori, nec ne) relinqui ecclesiastico ma-
59 gistratui. Sed facilius admitterem, quam refert Guido praxim, quàm, quæ Mediolani seruatur, cùm penitus aduersetur libertati ecclesiasticæ: parciùs illa, quæ est, vt, si de clericatu agitur, cognitio sit ecclesiastici iudicis, si vero de vestibus clericalibus, an his fuerit vsus, qui apud iudicem accusatur, aut detinetur in carceribus, secus. Et hunc esse iudicialem in Gallia stylum, ijdem Guido, & Gallus tradunt. At vero, quem in Ducatu Mediolanensi obseruatum refert Clarus [g], non solum respicit cognitionem de vestibus clericalibus, sed etiam de ipso clerici statu: etenim, si quis in sacris ordinibus minime constitutus capiatur, neque deferat habitum, neque tonsuram, & clericatus, & beneficij exhibere titulum tenetur, & probare insuper, quòd sit in quasi possessione ipsius beneficij: alioqui non remittitur iudici ecclesiastico, licet tituli exhibitio Bonifacianæ [h] constitutioni conueniat, sicut iudicium de statu clericali vtcumque instituti à profano magistratu, eidem sanctioni aduersatur, nec non & rationi, & æquitati. Defendi igitur nequaquam potest illa Mediolanensis praxis, vel potius corruptela, vt scilicet magistratus ciuilis etiam de clericatu cogno-
60 scat, quam persuaderi non possum locum habuisse, quo tempore sanctissimus ille vir, Carolus Borromeus, tit. sanctæ Praxedis,
61 presbyter Cardinalis amplissimus, Mediolanensi præfuit ecclesiæ, vt qui pro ecclesia-

[a] cap 12. & 18. de foro comp. & c. 4. in prin. de iudic.
[b] dd. capp. 12. & 18.
[c] in cõsuet. Burgũ. rub 1. § 5. vers Archid. nu. 45.
[d] in cõsuet. Bituricens. tit. de iurisdict. § 26. in fine.
[e] lib 4. forens. instit. tit. cap. 6.
[f] cons. 241.
[g, h, i] ad c exceptionem de exceptionib.
[k] ibidem, num. 8.
[l] ad clem. 2. de re iud. & ad clem 2 de seque str. possess. & fruct.
[m] in d. cap. 25 num. 4. & 32 num 2. pract. quæst. con
[n] cons 12.
[o] in tract. de exequend. mandat. cap. 12. num 2
[p] ad l. si qua per calumniã col. 2. C. de episcop & cle.
[q, r] ad c si iudex de sent. excom. lib. 6.
[f] d. c. si iudex laicus.
[t] supra pri. ma par. cõstitu. regni, rub 3 n 19.
[u] ad c. decernimus n. 4. vers. sed coram quo. de iudic.
[x] in d. cap. 33. num. 2.
[y] ad c. ceterũ. col. 3. de iudic.
[z, a] ad c. pastoralis. in princ. de rescript.
[b] ad l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit col. 5.
[c] q. 38.
[d] quæst. 18.
[e] quæst. 36. vers. regulariter autem.
[f] d. c. si iudex laicus.
[g] d. q. 36. versic. regulariter autem.
[h] d. c. si iudex laicus. in fine.

Digitized by Google

ſtica libertate ac diſciplina tuenda, humanis omnibus contemptis, atque calcatis, eius Prouinciæ Regium Præfectum, ac ex ſenatoribus eos omnes, qui eccleſiaſticæ iuriſdictionis violandæ participes fuiſſent, non dubitauit excommunicationis laqueo obſtringere, vt parere Eccleſiæ, Deique miniſtris debitum honorem impartiri in poſterum ediſcerent, quemadmodum eum dicentem audiui; ac deinde, veluti alter Ambroſius in Theodoſium, abſolutionis beneficio eos dignos facere noluit, priuſquam ijdem, quidquid epiſcopali auctoritati, & clericali priuilegio decretis detraxiſſent, penitus non abrogaſſent. Non enim temere, vt quandoque fit, ſed iuxta ſacrorum canonum, & Romanorum Pontificum ſanctiones, & ipſius 62
Reipublicæ vtilitatem huiuſmodi negotia, abſque vlla animi intemperantia, aut affectione tractare, & expedire ſtuduit zelo quidem iuſtitiæ, non autem ambitione propagandæ iuriſdictionis, aut ſubducendi flagitioſos homines, ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures, adulteros, raptores, & alios Chriſtiani conſortij peſtem, atque perniciem, & vt ait Suetonius [i], vomicas, & carcinomata, iudicum ſecularium correctioni: erat enim Carolus Borromeus vitiorum hoſtis acerrimus, veruſq. CHRISTI ſeruus, in quo nec dolus, nec ruga, nec macula erat. Vtinam quàmplurimos eiuſmodi haberemus Eccleſiæ miniſtros, & libertatis eccleſiaſticæ defenſores. Non dubito tamen, quin Federicus Borromeus (quãdo eidem Carolo gen- 63
tili ſuo, bonis flagitantibus, ac plaudentibus, in Cardinalitia dignitate ſucceſſit, eamque etiam iunior, quàm ille eſt conſequutus, cùm vigeſimum tertium annum adbuc ageret, cum eſt, in eum ordinem cooptatus) ingenium eius, mores, ac rectam viuendi normam omnino aſſecuturus ſit. Ceterum (vt tandem reuertar, vnde 64
digreſſus ſum) non mihi diſplicet, quod eidem Iulio Claro [k] poſt Caſſanæum [l] placuit, videlicet, iudicem eccleſiaſticum debere ſtatim, atque ei innoteſcit clericum ſibi ſubditum à ſeculari iudice detineri, illum repetere: aliàs poſſit, vti negligens ab adminiſtratione deponi, & forte etiam criminaliter puniri. Nec ſe tueri poſſet, quòd longæua conſuetudine receptum ſit, vti clerici valeant coram magiſtratu ciuili conueniri: cùm talis conſuetudo iure pontificio [m] 65
improbetur, in cauſis præſertim criminalibus, vt vna eſt omnium ſententia, teſte eodem Claro [n] poſt Didacum [o], etiam ſi conſuetudo eſſet immemorabilis, vt Rota [p] re-

i e vita Augusti.

k d. verſ regulariter.
l conſ 58.

m d. c. clerici. de iudic. vbi glo. & alij omnes
n d. quæſt. 36. verſic. ſed reuerten.
o d. c. 31. num. 5.
p in antiquis deciſ. 30. tit. de conſuet. & deciſ. a eodem in antiquioribus.

ctiſſime iudicauit aduerſus Regem Angliæ, qui contendebat, poſſe cognoſcere, & habere iuriſdictionem in clericos ſolutos in actionibus ciuilibus, etiam mere perſonalibus, vel criminalibus, vbi ciuiliter agitur: quaſi inferre vellet, quo ad clericos coniu-
66 gatos, nullam eſſe dubitationem. Tametſi coniugati clerici, qui vnicam vxorem tantum, & virginem acceperint, tonſuramq. & veſtes honeſtas, ac clericis condecentes detulerint, & canonis, & fori priuilegio [q] gaudent. Sed aliud eſt, quod nobis facit dubitationem, an ſcilicet illa Bonifacij octaui [r] conſtitutio extendatur etiam ad cauſas ciuiles, aut reſtringatur tantummodo ad criminales. Iacobus à Bellouiſu [f], ſeu potius Iordanus Bretius, hoc eſt enim incertum, perperam exiſtimauit, clericos coniugatos, etiam ſi tonſi, & veſtibus induti honeſtis, & clericalibus incedant, quo ad omnia ſubditos eſſe iudicibus ſecularibus, non obſtante præcitata conſtitutione, quæ, ſicut ipſe ait, eſt tantum obſeruanda in Prouincijs, quo ad temporalem iuriſdictionem, Romano Pontifici ſubiectis. Ecquis hoc illi reuelauit? Alij, vt Ioannes Andreæ [t], Dominicus [u], Ancharanus [x], Banchelius [y], Lapus [z], item Cardinalis [a], & Imola [b] vbique locorum in criminalibus ſcilicet, non item in ciuilibus obſeruandam eſſe ſcribunt: alij, vt idem Lapus [c], & Francus [d], ac in vniuerſo Chriſtiano orbe, & quo ad omnes cauſas tam ciuiles, quàm criminales, debere obſeruari contendunt: cùm in ea expreſsim deciſum extet, clericum coniugatum cum vnica, & virgine, tonſuram, & veſtes clericales deferentem, non eſſe trahendum ad iudicem ſecularem, nec criminaliter, nec ciuiliter.
67 Quidquid ſit, mihi rectior, & verbis textus magis congruens videtur interpretatio eorum, qui putant, eam habere locum in criminalibus tantum, vt à iuriſdictione magiſtratus ciuilis clerici coniugati, quo ad cauſas ciuiles, non ſint exempti: pondero enim verba hæc in fine conſtitutionis appoſita. *In ceteris autem, vel niſi (vt præmittitur) tonſuram, vel veſtes deferant clericales, etiam in præmiſſis eos gaudere nolumus priuilegio clericali.* Bonifacius octauus voluit, clericos coniugatos non modo gaudere priuilegio canonis, quod in fauorem totius ſacri ordinis conceſſerat Innocentius ſecundus, ſed etiam fori prærogatiua, idq. quo ad cauſas criminales: ait enim. *Præſenti declaramus edicto, huiuſmodi clericos coniugatos pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis, trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium*

q c. vnico. de cler. coniug. lib. 6.
r c in d. cap. vnico.

f in reper. c. 1. § contrahentes. nu. 90 de foro comp. lib. 6.

t, u, x, y, ad d. c. vnicum.
z allegat. 118.
a, b, ad c. ex parte col. 1. de cler. coniug.
c olleg. 41.
d ad d cap. vnicum.

iudicium seculare: mox subiungit. *In ceteris autem ciuiliter, &c.* Est iuris tritissima regula [c]. *Qui vnum dicit, alterum excludit.* Nec aduersatur, quod ait, nec ciuiliter, nec criminaliter ad iudicium seculare esse clericos trahendos, quia verbum illud, *ciuiliter*, non accipi debet, vt Lapus [f], & Francus [g] opinantur, hoc est de ciuilibus causis, sed siue agatur ciuiliter, siue criminaliter, de flagitio, de crimine, de delicto, ad forum seculare trahi non possint. Nam actiones, 68 quæ ex delicto oriuntur, vti furti actio, vis bonorum raptorum, legis Aquiliæ, iniuria- 69 rum, & similes dicuntur ciuiles, & criminales. Ciuiles, quando [h] quis agit ad sui commodum, non ad publicam vindictam, vt cùm quis petit sibi restitui, quod furto sibi subtractum est. Criminales [i] dicuntur, quando ad publicam vindictam instituitur iudicium, licet eius rei gratia [k] plerumque pecuniam consequatur condemnatio. Sed an huiusmodi Bonifaciana constitutio æqua sit, & sacro ordini fauorabilis, dubitari posset. Siquidem Ioannes Monachus [l] queritur, hanc esse editam constitutionem, & Ioan. Andreæ [m] respondet, querelas Principum secularium eius editioni causam dedisse. Speculator [n] vero dicit, quòd eadem constitutio reuocanda esset à concilio vniuersali, quia fuerit aduersus libertatem ecclesiasticam promulgata, atque ideo magis expedire Christianæ Reipublicæ, vt clerici coniugati absque vlla distinctione immunitates habeant à veteribus canonibus, & legibus clericali ordini concessas. Sed vniuersale concilium [o] Tridentinum, non modo eam non 70 reuocauit, sed confirmauit, prohibendo etiam, ne clerici coniugati gaudere possint illis priuilegijs, nisi alicuius ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur. Visa est igitur sanctis illis patribus æquissima Bonifaciana constitutio: nam si libere, & indistincte clerici coniugati essent à potestate secu- 71 lari exempti, maiorem profectò, quàm alij clerici haberent exemptionem, melioremq. sortirentur conditionem, quàm sacerdotes, quia & immunitatem, & vxoriam libertatem haberent, & quod peius est, ex huiusmodi priuilegijs facile licentiam, atque audaciam 72 multa perpetrandi scelera, & delicta sibi sumerent, nec alia de causa plerumque in militia clericali nomina darent, nisi vt essent immunes à iurisdictione seculari, omninoq. liberi, & exempti, vnde possent tutò, & absque metu iustæ punitionis in quæcumque

prorumpere flagitia in Christianæ Reipublicæ perniciem, arma præterea, & secularem, laicalemq. deferre habitum inter secularia negotia. Quibus omnibus, ne Ecclesia fiat profligatissimis, & improbissimis hominibus asylum, quo ad eius fieri potest, occurrere debet legislator præsertim Apostolicus, cùm omnium sit parens, & dominus. Verum insurget aliquis, & dicet, hanc clericorum exemptionem non esse iuris diuini, vti asseruimus, sed humani tantum: nam si diuini esset, à Romano Pontifice tolli nequaquam posset, cùm ius diuinum immutabile sit, atque ideo à Principe humano nec in vniuersum, nec in vlla sui parte tolli queat. At respondendum est, ius quidem diuinum esse sui natura perinde, atque naturale, immutabile, non tamen sequi, quòd non possit per Romanum Pont. vtilitatis publicæ gratia adiuuari, & suppleri opportunis interpretationibus, sicut de Prætoribus respondit Papinianus [p], & Vlpianus libro primo Institutionum [q], quod ius ciuile, quòd neque totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit. Præterea quod Papa facit, non humanus Princeps facere videtur, 73 sed Deus ipse, quia Romanus Pontifex [r] non puri hominis, sed veri Dei vicem in terris gerit. Quare potuerunt beatissimi Romani Antistites declarare, exemptionem clericorum, quos à foro seculari, eiusq. potestate, ac iurisdictione diuino iure immunes esse diximus, ad sacerdotes, diaconos, ac subdiaconos pertinere, itemq. ad clericos primæ tonsuræ, quam dicunt, & coniugatos, qui alicuius ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem ecclesiæ actu ser- 74 uiunt, & ministrant. Etenim Christianæ Reipublicæ expedire visum est, vt huiusmodi exemptio coniugatis, & alijs primi characteris clericis non aliter competat, quàm, si tonsuram & vestes, quæ sunt clericorum insignia, deferant, quia prima tonsura potius est gradus quidã ad cæteros ordines, quàm 75 ordo mere ecclesiasticus: quod adnotauit Didacus Couarr. [s] etsi alij communiter Canonistæ [t] putant esse ordinem, & Barbarius [u] nouem esse ordines dixit, cui assentitur & 76 Ioan. Maioranus [x]. Nec ipse dissentio, si large, non æque, si stricte loquamur. Et ita accipi potest constitutio [y] concilij Maguntiensis, vbi legitur, eum, qui prima tonsura est insignitus, sine gradu dici: hoc est (vt bene notat glossa [z] ab omnibus recepta) sine gradu sacro. Hinc videmus ex communi Doctorum sententia, teste Didaco [a], clericos primæ tonsuræ vestibus, & corona in vertice

e l. eſi prætor. de iudic. l. 3. §. ſi quis. ff de ſepulchro violato.
f in d. allega.
g ad d. cap. vnicum.
h l. vlt. ff. de priuat. delict. l. vlt. ff. de furt. l. ... ff de incend. ruin. naufrag.
i c. quicumque. ibi ciuiliter, vel ... q. 3.
k l. locatio. §. quod illicite. ff. de publ. & vectigal.
l ad d cap. vnicum.
m ibid. col. ...
n in tract. de clericis ... c. 4.
o seſſ. 23. c. 6. de reform.

p in l. 7. §. ius prætorium. ff de iuſtit. & iure. & l. 7. ff. eodem.
r c. 2. & 3. de translat. episc. & notat cap 18
s ad c. quia nos. nu 4. de testam.
t ad c. cum contingat. per eundem textum de ætat & qualit. ordin.
u ad c. quæſito de consuet.
x in 4 sentent. dist. 24. quæst. ...
y de quo in c. 6 de vita & honest. cleric.
z ibidem.
a in c. 32 nu. 3. verſic. vtcumque tamen. pract. quæſt.

vertice carentes, absque ulla monitione à iudice seculari puniẽdos relinqui. Et quamquam hi solemnibus quibusdam cæremonijs sunt degradandi, ut in libro Pontificali nuncupato, habetur, usus tamen forensis obtinuit, ut hi clerici, si in veste laicali absque corona deprehendantur in criminibus, & conuincantur, absque ulla degradatione à magistratu ciuili valeant puniri. Tradit etiã ille[b], degradationem actualem, quæ ab Augustino[c], & Hieronymo[d] regradatio dicitur, moribus minime receptam esse in ijs clericis, qui in minoribus sunt constituti ordinibus, qui & large sacri vocantur, ut post glossam[e] voluit Abbas Panormitanus[f]: Hinc alia suboritur dubitatio, an is, qui aliquo commisso delicto, ordinem accepit ecclesiasticum, eisdem, quibus alij clerici, gaudeat exemptionibus ita, ut effugiat forum seculare. Qua in re nostri illam adhibent distinctionem, quòd, aut in fraudem fori suscepit ordinem, aut absque ulla fraude, & dolo in clericorum numerum adscriptus est: hoc casu eximitur omnino à temporali iurisdictione, uti communi interpretum[g] consensu traditum est: cui conclusioni argumentum præbet, quod responderunt Venuleius[h], & Ulpianus[i] Iurisconsulti: illo autem non item, sed remanet adhuc sub iurisdictione iudicis secularis, hoc est, quo ad mulctam, & bonorum amissionem, non æque, quo ad corporalem pœnam, ut est frequentior nostrorum sententia, testimonio eorundem[k] Aufrerij, Didaci, & Iulij Clari. Cuius sententiæ ratio illa esse potest, quòd imprimitur character, quo quisquis factus efficitur, & eximitur imperiali iurisdictione. Atque ideo, si tale commiserit crimen, pro quo mereatur mortem, aut membri mutilationem, erit per Episcopum deponendus, & degradandus, ac demum curiæ seculari tradendus, prout alij solent clerici, qui post susceptos ordines enorme committunt delictum, ut rectissime existimarunt Gulielmus de Cuneo[l], Iacobus Butrigarius[m], Bartolus[n], Baldus[o], Dynus[p], Iason[q], Ancharanus[r], & Aufrerius[f]: & si aliter iudices faciant seculares, eos male facere scribit Didacus Couartuuias[t] post Bartolum, & alios citatos[u]. Illud vero maiorem habet dubitationem, quo modo præsumi possit, huiusmodi delinquentem sine dolo & fraude ordines suscepisse, cùm hæc in animo consistant, ac consequenter occulta esse soleant. Iason[x] respondet, laicum alicuius criminis reum effugere tribunal magistratus ciuilis, eiusq. coercitionem, si ante perpetratum delictum

77 (beside "obtinuit") · 78 (beside "iurisdictione") · 79 (beside "Venuleius") · 80 (beside "respondet")

b ad d. cap. quia nos. c epist. ad Pamachiũ. d in li. 2. in Iouinianũ.

e in summa. dist. 32. f ad c. clericos. de cohab. cler. & mulier.

g Aufrer. ad clem. 1. de offic. ordin reg. 1. fall. 2. Didac. in cap 32. n. 4. vers secũda præct. quæstio. Iulius Clarus in d. q. 36. vers. sæpenumero contingit. h in l. 12. versic. item magistratũ. ff. de accus. i in l. 15. §. legis ff ad l. Iul. de adulteriis. k locis iam citatis.

l, m, n, ad l 1. ff. de pœnis. o ad leg. 2. num. 2. C. an seruus pro suo facto. p ad l. item Vlpianus ff. de accusat. q ad l. cum quidam. ff. de iurisdict. omn. iud. r ad reg. ea, quæ de reg. iur. lib. 6. quæst. 13. f in d. fall. 2. t d. cap. 32. num. 4. vers. tertia conclusio. u locis citatis. x ad d l. cũ quidã. n. 2.

religionis, vel sacri ordinis suscipiendi votum emiserit. Cui sane se subscripserunt Hippolytus[y], Gerardus[z], & Cassanæus[a], citaturque pro eodem Baldus[b] asseuerans, quòd qui ante delictum, votum emiserit, & post delictum efficiatur voti solutione clericus, aut religiosus, per iudicem secularem conueniri non potest, quasi maxima sit præsumptio bonæ fidei, & nulla subsit fraus mutationi status. Sed dubitari iterum potest, qua ratione dignosci poterit, votum fuisse conceptum, cùm & ipsum animo concipiatur. Responsio est in promptu, quòd scilicet in ijs, quæ in animo consistunt, probatio sufficiens iure censetur ea, quæ proprio fit iuramento, uti asserit glossa[c] ab omnibus recepta, quam sequuntur etiam ijdem Iason[d], & Hippolytus[e], necnon Alciatus[f], Bartolus[g], & Aretinus[h]. Quibus videtur mirifice conuenire constitutio Innocentij tertij[i], qua cauetur, ne dilatoriæ exceptiones intra certum tempus à iudice designatum propositæ, ulterius admittantur, nisi quæ forte de nouo emerserint, quas qui voluerit opponere, fidem faciat iuramento, ad suam notitiam antea non peruenisse. Didacus Couartuuias[k] hanc conclusionem non satis probat: quasi accipi debeat in ijs tantum, quæ sunt modici præiudicij, non item in ijs, in quibus agitur de maximo præiudicio: quo casu maior, & certior requiritur probatio, videlicet de graui, & enormi reipublicæ læsione, & (ut verbis Iurisconsultorum aliquando utar) de interesse secularis iurisdictionis: quasi inferre velit, non esse delinquenti votum emisisse asseueranti adhibendam fidem: propterea quòd multi peierarent facile, ut seculare effugerent forum, & in consequentiam grauiorem punitionem. Quidquid tamen dicat Didacus, mihi magis placet Iasonis opinio, & videtur rectior, & libertati ecclesiasticæ magis congruens: nihil enim interest reipublicæ, à quocumque flagitia puniantur, dummodo non transeant impunita: nec est verisimile magistratus ecclesiasticos velle delinquentes clericos impunitos dimitti: immo si degradatione digna commiserint, eos depposituros[l], & depositos magistratui seculari tradituros, ut condignæ delicto de eis pœnæ sumantur, uti notant nostri ad illam Cælestini tertij[m], vel (ut Contius legit) Clementis tertij constitutionem. Immo in ea sum sententia, ut existimem, quoquo modo constare possit, aliquem in fraudem non suscepisse ordines, vel ingressum fuisse religionem, semper admitti debere ad fori præscriptionem, esseq. apud iudicem

81 (beside "Responsio est in promptu")

y in singul. 84. z in singul. 41. a in consuet. Burgun. rubric. 1. §. 5. vers. Archidiaconus. n. 68. b ad d. l. 2. C. an seruus pro suo facto.

c ad cap. significasti. 2. de homicid. ubi omnes not. & ad c. si vero. 2. de sentent. excommun. d ad §. sed iste ubi etiã gloss. nu. 89. e ad rub. C. de probat. num. 122. f in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10. g ad l. inter omnes, §. recte. ff. de furtis. h ad l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquir. possess. i in c 4. de exception. k in d. cap. 32. circa fi. præct. quæst.

l cap. 2. de pœnis lib. 6.

m ad c. cũ ab homine. de iudic. & ad c. cum ab homine. de sent. excommun.

Digitized by Google

iudicem ecclesiasticum conueniendum, si ea
videlicet, quæ sacrosancta Tridentina syno-
dus [n] postulat in eo, concurrant, vt scilicet
beneficium ecclesiasticum habeat, aut cle-
ricalem habitum deferendo, alicui ecclesiæ
mandato Episcopi seruiat, vel in seminario
clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuer-
sitate de licentia eiusdem Episcopi, quasi in
via ad maiores ordines suscipiendos, verse-
tur. Si verò post commissum delictum, & an- 83
te susceptum ordinem fuisset accusatus, vel
denunciatus, aut sane infamatus, non absq.
dolo, & fraude ordines suscepisse præsume-
retur, argumento eius, quod Martianus [o],
& Paulus [p] Iurisconsulti, tradiderunt: & no-
stri ibidem notarunt [q]. Quinimmo hoc fori 84
priuilegium tale est, vt quamplurimi Anto-
nium à Prato [r] sequentes [s], existimauerint
cognitionem, & coercitionem criminis si-
mul à clerico, & laico commissi ad magistra-
tum ecclesiasticum spectare, non ad ciui-
lem, & temporalem, quo ad laicum, vt is sit
ab ecclesiastico, non à ciuili magistratu pu-
niendus: quia cùm laicus, & clericus com-
munem causam habeant, licet vterque non 85
gaudeat fori priuilegio, tamen propter cle-
ricum, eodem & laicus gaudet, ex eo, quod
Paulus Iurisconsultus [t] libro XV. ad Plau-
tium scribit: magis enim dignum trahit ad
se minus dignum, vt est communis regula,
teste Gomesio [v]. Et quamquam propositio
hæc in praxi non vbique obseruetur, vt post
Aymonem Crauetã tradunt Couarruuias [x],
& Clarus [y]: tamen si causa est communis,
& adeo indiuidua, vt nulla possit congrua
distinctio, nec diuisio fieri inter laicum, &
clericum, receptum est, cognitionem esse
iudicis ecclesiastici, non item secularis, vel
ipsis adstipulantibus Baldo [z], Bartholomæo
Socino [a], Angelo [b], Decio [c], Romano [d], &
ipso Didaco [e]. Atq. ita intelligi debet Pau-
li responsum [f]. Nec solum clerici gaudent 86
fori priuilegio, vt non possint pro quauis
causa à seculari magistratu conueniri, & pu-
niri, sed nec possint iussu ipsius ecclesiastici
ad creditorum instantiam capi, vel in carce-
rem trudi, vel in eo detineri, aut excommu-
nicari, si inopia, & egestate ita laborent, vt
nequeant creditoribus satisfacere, ex Gre-
gorij noni constitutione [g], ad quam nostri
omnes notant: etsi idem Gregorius voluit,
vt ij præstita idonea cautione, si ad pinguio-
rem fortunam deuenerint, promittant se de-
bita persoluturos. Et quamquam glossa [h],
quam sequuntur Hostiensis [i], Ioannes An-
dreæ, & Henricus, putat, clericum inopia,
& egestate laborantem teneri ad cessionem
bonorum, rectius tamen Abbas, Imola,
87 Anchar anus, & alij frequentius ad dictam
Gregorij constitutionem [k] dixerunt, non
teneri clericum inopem cedere bonis, alio-
quin non esset melioris conditionis, quàm
laicus cùm tamen clericus non possit conue-
88 niri, nisi quatenus satisfacere potest, dedu-
ctis necessarijs alimentis, prout Accursius,
Bartolus, & alij scribunt [l]: quibus adstipu-
lantur glossa [m], Capella Tholosana [n], Au-
frerius [o], & Felinus [p], hancq. communem
89 esse sententiam, fatentur Iason [q], & Ripa [r].
Horum opinio elegantem habet rationem,
ne in opprobrium ecclesiastici status clerici
mendicare cogantur. Et quia Albericus,
Paulus, & nonnulli alij existimarunt [s], con-
trarium in iure verius esse, Didacus Couat-
ruuias [t] contendit communem sententiam
habere locum in ijs duntaxat, qui sacris or-
dinibus sunt insigniti, non autem in ijs, qui
sunt in minoribus constituti: quos putat,
quo ad hoc priuilegium, pares esse laicis, &
90 secularibus viris. Ipse nihilominus sentio,
hos perinde, atque illos hoc gaudere priui-
legio, si illas, quas Tridentina synodus [u]
postulat, habuerint qualitates, quas supe-
rius retuli. Sic etiam intelligi poterit dicta
Gregorij IX. constitutio [x], vt locum habeat
in omnibus clericis, tam maioribus & sacris,
quàm minoribus ordinibus insignitis: quod
annuere etiam videntur Ioan. Staphilæus [y],
91 & Hieronymus Gigans [z]. Nec mihi displi-
cet praxis, quæ in Romana curia obseruatur,
vt scribit Collectar. [a] vt si clericus fuerit
ære alieno obnoxius, habueritq. ecclesiasti-
cum beneficium, & ad solutionem fuerit
conuentus, iudex ecclesiasticus, ne clericus
excommunicetur, reditus annuos illius be-
neficij adiudicet creditoribus pro ratione
quantitatis debitæ, relicta ipsi clerico ex eis,
portione congrua vnde possit alimenta per-
cipere. Quam praxim approbant & Rebuf-
fus [b], & Aufrerius [c], licet ille opinetur om-
nes, præsertim scholares, etiam si clerici non
sint, hoc habere priuilegium, vt non possint
conueniri, nisi quatenus satisfacere possint.
Didacus tamen asserit [d] numquam hoc se
vidisse, quo ad alios obseruatum, maxime in
Salmanticensi academia. Mihi vero magis
placet Rebuffi opinio, ac rectior, & æquior
videtur, vt quemadmodum clerici, ita &
92 scholares non cogantur ad faciendum plus
quàm eorum vires patiuntur: id enim &
æquitas suadet, & ciuilis disciplina. Quod
etiam Vlpianus [e] ad edictum scribit, & Pau-
lus [f] ad Plautium respondit: à quibus non
dissentit Iustinianus Imper. [g]. Quod autem
idem

n cap. 6. de reform. sess. 23.

o in l. vlt. in princ. ff. de bonis eorũ, qui sibi mort. consc. p in l. vlt. ff. de re mil. q & ad l. si quis postea. ff. de iudic. & ad l. si adulter. §. si eo tẽpore. ff. ad l. Iul. de adult. r ad l. 2. ff. quæ senten. sine appell. rescin. s Marian. Socinus cõs. 11. lib. 1. & ad cap. 4. col. 4. de cau. posse. & propr. Felin. ad c. 1. de praescript. Bart. Socin. ad l. si senatus ff. de rebus dub. & alij, quos citant Didac. in c. 34 n. 1. practic. quæst. t & Clarus in d. q. 36 versic. euenit. t leg. 10. ff. quemad. ser. amitt. v ad c. 1 n. 47. in fine. de rescript. in sex. x, y, locis citatis z ad l. præcipimus C. de appell. §. eadem obseruando a in consil. 83. lib. 2. b ad d. l. ie. c ad leg. 3. emancipat. num. 5. C. de collat. ad authen. casta, & strata. n. 9. C. de sacros. eccl. d in cons. 195. Iason in cõs. 218. e in d. cap. 34. num. 2. f in d. l. 10. g c. Odoardus, de solution. h ad d. c. 3. in verb. recognoscentem, & in verb. ad pinguiorem. i ibidem.

k d. cap. 3. l ad l. miles ff. de re iudic. m ad can. studeat. dist. 50. n, o, decis. 245. p ad c. cum ex officij. de præscrip. q, r, ad d. l. miles. n. 7. s ad d. leg. miles. t in lib. 2. variar. resolut. c. 1. n. 9. u d. cap. 6. sess. 23. x in d. cap. Odoardus. de solut. y de litteris Gratiæ, & iust. fol. 145. z de pensionibus q. 35 a ad d. c. 3. b ad auth. habita. C. ne filius pro patre prius leg. 112. c in d. capella Tholos. 245. d in d. c. 1. num. 9. vers. sed & quo. e l. qui bonis 4. ff. de cess. bonor. f l. in condemnatione. 173. ff. de reg. iuris. g in §. vlt. instit. de actionibus.

idem Didacus [h] aduersus Ludouicum Gomesium disputat, mihi non minimum satisfacit, videlicet parum interesse, an aliquis clericus simpliciter se æs alienum dissoluturum promittat: vel iurisiurandi religione se 93
obstringat. Namque iusiurandum non vltra, quàm quis facere potest, obligat: quod Vrbanus tertius [i], & Innocentius item III. [k] rescripserunt. Et Paulus Iurisconsultus [l] respondit, peieraturum non esse, qui ex iusta 94
causa deserit iuramentum. Si clericus igitur 95
iurauerit se æs alienum dissoluturum, vel consenserit constitutioni pensionis iuramento præstito, & præmissa obligatione in forma cameræ Apostolicæ, non obstante huiusmodi iureiurando, nec quòd tribus sententijs fuerit condemnatus, vti poterit beneficio, & priuilegio prædicto, & aduersus executionem opponere, & obijcere se inopem clericum esse, nec posse excommunicari, nec in vincula conijci, nec in eis detineri pro æris alieni dissolutione: præstita tamen iuramenti cautione, se satisfacturum si ad pinguiorem deuenerit fortunam [m]. Sed dicet aliquis: fateor clericos esse à seculari iurisdictione exemptos ratione actionis personalis, sed dubitatio est de mixta, & reali, vtpote si agitur de hæreditate alicuius laici, cuius hæres existit clericus: eo enim casu se tueri non poterit, quin conueniatur coràm iudice seculari, nec excusabitur quouis suo priuilegio. quod Vlpianus ad edictum scribens [n] ostendit, dicens. *Hæres absens ibi defendendus est, vbi defunctus debuit, & conueniendus, si ibi inueniatur, nulloq; suo priuilegio excusatur:* maxime, si lis fuerit à testatore cœpta, vt respondit Paulus [o] Iurisconsultus libro quarto responsorum. Circa quam quæstionem dicendum est, quòd, etsi in hac secunda conclusione videtur frequentiori calculo receptum, vt clericus hæres laici, qui apud seculare tribunal litem erat contestatus, apud idem tribunal ad diffinitionem vsque eamdem causam peragere teneatur, multi tamen viri docti, & de vtro- 96
que iure bene meriti, vt Antonius [p], Abbas [q], Felinus [r], Imola [s], & Rota [t], item Hieronymus Cagnolus [u], Lancellottus [x], Decius [y], Iacobinus [z], & Curt. iunior [a] assueuerant, clericum laici hæredem non teneri coràm magistratu ciuili litem iam contra laicum, cui ipse successit, cœptam prosequi. Et ita iudicatũ fuisse idem Iacobinus scribit [b], nec ab huiusmodi praxi esse recedendum, tradunt Aretinus [c], & Decius [d]. In illa tamen quæstione, si lis nondum fuerit cœpta, 97
conueniendus erit clericus apud iudicem

h in d. c. 8. num. 9. vers. quoties.
i in c. 10. de iureiur.
k in c. 17. eod.
l in l. vlt. ff. qui satisd. cog.
m d. c. Odoardus. de solution.
n l. hæres absens. ff. de iudicijs.
o l. venditor. ff. eod.
p, q, r, s, ad c. quia 5. de iudicijs.
t in antiquiorib. decis. 1. de foro comp. & eod. in antiq. decis. 5.
u ad l. 2. C. de pact. inter emptor. & vend. nu. 175.
x, y, z, a, ad l. hæres absens.
b ad d. l. hæres habens.
c, d, ad d. c. quia 5.

ecclesiasticum, si vt laici hæres ad iudicium vocetur, ea actione personali, vel mixta, quæ aduersus defunctum actori cõpetebat: quod receptum est post glossam ad regulam illam [e]. *Is, qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit:* cui adhærent Archidiacous, Dominicus, & Præpositus [f], necnon Rota [g], Abbas, Antonius, & alij [h] vno consensu, adeo vt Decius [i] dixerit, non esse de hoc dubitandum. Quemadmodum etiam Bartolus, Iacobus de Rauen. Angelus, Albericus, Cynus, Fulgosius, & alij [k] communiter, vt auctor est Curtius iunior [l]. Idem tenent [m] ijdem Cynus, & Fulgosius cum Baldo, & Iasone alibi: communemq; esse sententiam testatur Didacus Couarruu. [n] asserens etiam [o], Iurisconsulti responsum debere intelligi de priuilegio particulari ipsius hæredis, non de eo, quod est iure communi concessum, aut insertum intra ius commune, & generale, vt in casu nostro: quod & Accursius [p] nobis indicare voluit. Nec displicet, quod Fulgosius animaduertit, quòd scilicet Vlpianus loquatur, quando forum defuncti respectu loci in hærede mutatur: qui sensus hisce verbis textus conuenit: *defendendus est, vbi defunctus debuit, & conueniendus, si ibi inueniatur.* Fit itaque non intuitu personæ, sed respectu loci.
98 Quod etiam placuit Iulio Salinerio, Sauonensi magnæ spei adolescenti, vt qui, quasi alter Nerua, ætate iuuenis, & ingenio senex, litterisq; non vulgaribus eruditus, doctrinam ex puris iurisprudentiæ fontibus hauserit, vt eius scripta elegantissima, propediem in lucem edenda, luculenter testan-
99 tur. Eadem ratione, si laicus, cui successit clericus, virtute alicuius contractus, & instrumenti publici ad certam pecuniæ quantitatem, vel ad aliud simile fuerit obligatus, executio huiusmodi contractus, aut instrumenti petenda erit coràm magistratu ciuili aduersus clericum illius laici hæredem, prout aliàs viri doctissimi de Rota iudica-
100 runt [q]. Idem videtur dixisse Bartolus [r], dum existimat legem secularem, quæ statuit, instrumenta publica paratam habere executionem, habere quoque locum in publico instrumento, quo obligatus est clericus, scilicet, vt tale instrumentum aduersus clericum in ecclesiastico foro ipsum habeat priuilegium. Quare Bartoli ratio, etsi pro opinione nostra rectè facit, à communi tamen interpretum consensu improbatur, propterea quòd secularium Principum lex, quamtumuis generalis, nullam faciens mentionem clericorum, bonorumve ecclesiasticorum,

e regul. is, qui, de reg. iuris lib. 6.
f ad c. clericum nullus. 11. q. 1.
g in d. dec. 1.
h ad d. cap. quia 5.
i ibidem. n. 12.
k ad d. l. hæres absens. in princ.
l ibidem.
m ad auth. Quas actiones. n. 29. C. de sacros. eccles. item Bald. ad l. 1. C. vt possess. legat.
n in d. c. 8. nu. 4. pract. quæstion.
o in d. l. hæres absens.
p ibid. & ad l. 2. §. legatis ff. eod. de iudic.
q d. dec. 1. & d. dec. 5. de foro compet. in antiquis.
r ad l. cunctos populos n. 29. C. de sum. trin. & fide cathol. & in repet. l. de quibus. ff. de legib.

non

non est aduersus eos obseruanda, quãquam 101
non tollit [f] priuilegia, quæ clericis, vel Ec- 102
clesijs concessa sunt, cùm legislator ciuilis nullam habeat in clericos iurisdictionem. Hac de causa rationem Bartoli refellendam esse, ostendunt Decius [t], Felinus [u], & Rochus Curtius [x]: licet Imola [y], & Iason [z] post Hostiensem [a], & Ioannem Andreæ [b] opinati sint, veram esse eius sententiam, quam etiam tuetur idem Didacus [c], asserens, legem ab Imperatore, aut à Principe iura imperij habente latam, si sit generalis, nec damnum speciale inferat clericis, aut Ecclesijs, obseruandam esse erga clericos in foro Ecclesiastico, vt est regia lex in specie ab Hispaniarum Rege condita, qui apud suos subditos iura habet imperialia. Hancq. opinionem probat ex rescripto Lucij tertij [d] ad Paduanum Episcopum, quo Ecclesia post noui operis nunciationem ædificata, demolienda est, prout in iure ciuili cautum
existit. Didaci expositio mihi videtur re- 103
ctissima, si in ea lege, aut statuto expressa rei Ecclesiasticæ non sit facta mentio, nec eius obseruatio pariat peccatum, nec aduersetur sacris constitutionibus Pontificijs, præsertim si ea comprehendantur, quæ iure
Pontificio sancita non vtique fuerint. Nam- 104
que hisce casibus solent beatissimi Romanæ Ecclesiæ Principes in decidendis clericorũ controuersijs legum ciuilium præscripto vti, quemadmodum latius in scholis [e] docui, & in libris Animaduersionum comprobaui [f].
Ex eo enim, quòd nihil constituunt Roma- 105
ni Pontifices pro negotijs, quæ in dies inter homines contrahuntur, vel ex facto oriuntur, videntur velle leges, quæ æquitatis, & iustitiæ vestigia insistunt, approbare, causasq. clericorum ex legum præscripto deci-
dere. Idcirco aliàs dixi [g], post Bartolum [h], 106
Baldum [i], Abbatem [k], & Petrum de Anchatano [l], quòd si clericus hæres fuerit institutus, neque confecerit inuentarium, tenebitur vltra vires hæreditatis ex illa celebri Iustiniani [m] constitutione: conueniendus tamen erit coram magistratu Ecclesia-
stico; veluti etiam publicum instrumentum, 107
si aduersus clericum paratam habeat legem imperiali executionem, executio petenda est, & tractanda coram Ecclesiastico; non item seculari iudice. Huius rei elegans est ratio, quoniam necessaria est quædam causæ cognitio, atque examinatio, quæ cùm aduersus clericum fit, non est apud alium, quàm Ecclesiasticum iudicem expedienda. Restat in hoc axiomate discutienda quæstio illa: an bona clericorum patrimonialia eisdem gaudeant priuilegijs, & exemptionibus, quibus Ecclesiarum bona. Glossa [n] dicit, gaudere: quod verum esse post Abbatem [o], & Antonium de Butrio [p], asseuerat Decius [q] hisce videlicet casibus, in quibus id expresse à iure conceditur, vel maxime in his bonis, ad quorũ titulum clericus sacros ordines accepit, vt glossa [r], Baldus [s], & Decius [t] rectè adnotarunt, ne mendicare cogantur in ignominiam sacri ordinis. Vnde optime ab Alexandro Tertio [u] constitutum fuit, ne quis ad sacros ordines admittatur, nisi habeat, vnde condecenter possit viuere: alioquin Episcopus teneatur promoto necessaria subministrare, donec ei in aliqua
108 Ecclesia prouideatur. Quam constitutionẽ, cùm in desuetudinem abijsset, reuocauit sacra Tridentina synodus [x], addens, vt ad patrimonium admitti debeant illi rãtum, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum
109 suarum. Cùm igitur nemo possit ad sacros ordines promoueri, nisi habeat, aut beneficium, aut patrimonium, nec adhuc, nisi expedire iudicauerit Episcopus, quia non decet eos, qui diuino ministerio addicti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstũ exercere, fit profectò, vt huiusmodi patrimonialia bona gaudeant ea immunitate, qua gaudere solent alia Ec-
110 clesiastica, quidquid dicat Didacus [y]. In ea etiam sum sententia, vt si clericus iste fuerit minor, aut læsus, possit petere restitutionem in integrum coram iudice Ecclesiastico, cùm ex constitutione Gregorij Noni [z] quilibet minor clericus possit coram Ecclesiastico iudice petere hanc restitutionem, etsi in praxi difficile admitteretur: sed iure facile defendi posset. Nec refert, quod Imola [a] dicit, nempe dictam constitutionem militare in clerico aduersus clericum: quia hoc est diuinare, cùm de clerico nulla ibi fiat mentio: nec quod Didacus [b], vt intelligi debeat in terris, quo ad tẽporalia, Rom. Pont. subiectis. Namque locus Const. in quo fuerat orta controuersia, erat quoddam municipium, quod Patrosinense appellabatur, quod esse in Eccl. Rom. ditione non constat.

f c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. vbi notant omnes de constit.
t ibid n. 30.
u ibid n. 81.
x ad c. vlt. de consuet. q. 11. in prin.
y ad c. cũ teneatur. de his, quæ fiunt sine consens. cap.
z ad l. quoties. n. 34. C. de rei vend.
a b ad c. vlt. de solut.
c in d. c. 8. num. 5.
d c. 1. de noui oper. nunciat.
e ad d. c. ecclesia S. Mariæ.
f lib. 2. c. 12.
g in d. c. 12.
h ad l. 1. C. de sacrosan. Eccl.
i ad auth. si quæ alienat. eod.
k l ad d. c. Eccl. S. Mariæ.
m l. vlt. C. de iure delib.
n ad d. c. ecclesia S. Mariæ. & ad c. ex literis, de pignorib.
o ibid. & ad c. si diligẽti. de præscrip.
p ibidem.
q ad d. c. Ecclesia n. 65 & 176.
r ad d. c. Ecclesia. ad c. Episcopus, de præben.
s ad tit. de pa. Constan. col. 6 in prin. in verbo ex his apparet.
t ad d. c. Ecclesia n. 70.
u d. c. Episc.
x c. 2. de refor. sess. 21.
y in d. c. 4. n. 3. lib. 1. var. resolut.
z in c. 8 de integ. restit.
a ad d. c. 8.
b d. c. 3. n. 3

SVMMA EX CAPITE XVI.

1 *Confugientes ad Ecclesias, tanquam sacrosancti, capi non possunt.*
2 *Asyla apud antiquos fuerant religiosissima.*
3 *Deus homicidas casuales in ciuitate refugij tutos esse iussit.*

4 *Banaias à Ioab in tabernaculum Domini fugiente, abstinuit.*
5 *Ecclesiarũ immunitas de iure diuino est.*
6 *Lex veteris testamenti* CHRISTI *aduentu exspirauit.*
7 *Diuinum ius vtroque testamento comprehenditur.*
8 *Diuina lex homines ad Deum: humana homines ad homines mutuo ordinandos instituta est.*
9 *Homo & per exteriora ministeria ordinatur ad Deum: non tantum per interiorã.*
10 *Deum colere est actus virtutis, ad morale præceptum pertinens.*
11 *Ecclesiæ vis non infertur, quia est domus Dei.*
12 *Ceremonialia, & iudicialia, etiam in nouo Testamento non repetita, nec vetita eandem vim obtinent.*
13 *Præcepta, & mandata differunt inter se, quòd hæc respectum habeant maioris boni: illa præcisa, & absoluta sint.*
14 *Maximis adminiculis vndique fulcitur Ecclesiastica immunitas.*
15 *Perperam sentit Ioan. Ferrariensis, delinquentes ab Ecclesijs eijciendos, sicut eiecit* CHRISTVS *ementes, & vendentes, quòd immunitas non sit omnibus communis.*
16 *Commercium ementium, & vendentium vix potest esse sine peccato.*
17 *Licet contrahentibus de iure ciuili se inuicem decipere.*
18 *Vsurarius rem datam à Deo, non emptam vendit, tempus scilicet: ideo maledictus.*
19 *Nummularij proximi sunt vsurarijs.*
20 *Qui non peccauit in Ecclesia, immunitate Ecclesiastica priuari omnino non debet.*
21 *Laicus etiã iudex, de immunitate iuxta Pontificias sanctiones iudicium ferre debet, quia cura locorum sacrorum Pótificalis est. Opinio est plurimorum.*
32 *Ecclesiasticus iudex tantum, an confugiens immunitatẽ mereatur, iudicat.*
23 *Ecclesia etiam non consecrata, habet immunitatis priuilegia.*
24 *Ecclesia Episcopi auctoritate erecta, & si officijs diuinis adhuc non sanctificata, suam habet, vt cæteræ, immunitatem.*
25 *Consuetudo in immunitatibus est attendenda.*
26 *Laudabilis consuetudo videtur nonnullis, vbi sanctissima Eucharistia asseruatur, ibi tãtum militare immunitatem.*
27 *Hospitalia immunitatem habent.*
28 *Xenodochia iure etiam Imperiali priuilegia, quæ Ecclesiæ, habent.*
29 *Oratoria in priuatorum domibus Episcopi auctoritate constructa immunitate fruuntur.*
30 *Loca auctoritate Episcopi erecta aduersus profanos redire nequeunt.*
31 *Olim nullus in Ecclesia humabatur.*
32 *Athenienses locum sepulturæ intra vrbem nemini dabant.*
33 *Cœmeterium eodẽ priuilegio fulcitur, quo ipsa Ecclesia, aut coniunctum, aut diuisum ab ea sit.*
34 *Cœmeteria consecrantur.*
35 *Interdicta Ecclesia, interdictum cœmeterium intelligitur.*
36 *Mercatura, aut nundinæ, aut causæ criminales in cœmeterijs non tractãtur.*
37 *Pollutum, & interdictum est cœmeteriũ, cùm polluta, & interdicta est Ecclesia, si tamen sit ei coniunctum.*
38 *Ambitus extra Ecclesiam matricẽ quadraginta passuũ, & triginta alias extra Ecclesias immunitatis est capax.*
39 *Ecclesia maior dicitur, quæ ministrat sacramenta, præsertim baptismum: minor, capella, seu sacellum.*
40 *Immunitas ambitus in ciuitatibus, aut in castellis locum non habet.*
41 *Passus est quinque pedum mensura à passis manibus.*
42 *Pes ex quindecim, vel vt maior pars opinatur, sexdecim digitis conficitur.*
43 *Mensuram, sicut & pretium, loci consuetudo constituit.*
44 *Consuetudo legis vim obtinet.*
45 *Deficiente consuetudine circa immunitates, canones sunt inspiciendi.*
46 *Immunitas in domo clericorum intra quadraginta passus posita locũ habet.*
47 *Palatio quoque Episcopali, vel capellam habenti, vel non, vel intra quadraginta passus posito, vel extra, competit immunitas.*
48 *Fauorabilia extendi consueuerunt.*
49 *Episcopale hospitiũ proximũ esse debet Ecclesiæ: ex Concilij Carthagin. decreto.*
50 *Episcopo duo palatia habente, illud tantum in quo ipse habitat, immunitatem habet.*
51 *Pater filiam in adulterio deprehensam in domo, vbi habitat, occidere poterat, alibi non.*
52 *Odiosa restringenda sunt.*
53 *Confugiens ad sacerdotem, sanctissimam Eucharistiam deferentem, tutus est.*

54 Ob-

54 *Obuium habens, aut tangens Cardinalem, mortis pœnam effugit.*
55 *Seruus, qui confugit ad Ecclesiam, si eius dominus de eo impunitatem clericis promiserit, est ad seruitium remittendus, & compellendus.*
56 *Latrones, grassatores, agrorumq. depopulatores, quamuis liberi sint, ab Ecclesia iure extrahuntur.*
57 *Iure ciuili etiam virginum raptores, homicidæ, & adulteri in sacro loco tuti non sunt: quod tamen Pontificio est correctum, cui standum est.*
58 *Nec reum maiestatis Ecclesia abduci posse, censuit Mediolanensis Senatus.*
59 *Salomon iussit sicarium Ioab interfici ante tabernaculum Domini.*
60 *Proditor homicida immunitatem non habet in Ecclesia.*
61 *Percutiens proditorem, sed non interficiens, immunitatem habet.*
62 *Cum telo ambulans hominis necandi animo, sicut necans punitur, aiunt Diocletianus, & Maximianus Imperatores: quod tamen non obseruatur.*
63 *Proditorie perimit, qui veneno perimit, aut incautum, non inimicum.*
64 *Non est proditor, qui à tergo inimicum, vel quouis modo de medio tollit.*
65 *Qui alium occidit, postquam ira deferbuit, in Ecclesia tutus est: contra communem.*
66 *Homicidia simplex itidem tutus est in Ecclesia.*
67 *Tres casus immunitatis expertes ex Innocentiana constitutione ad alios minime extenduntur.*
68 *Assassinis denegata est immunitas.*
69 *Assassini fuerunt etiam infideles, & sunt inter fideles, qui necandis hominibus operas suas locant.*
70 *Non debet defendi ab Ecclesia, qui se Ecclesiæ non committit.*
71 *Hæreticus ab Ecclesia inuitus licite extrahitur.*
72 *Excommunicatus in Ecclesia se tuto recipit, quia reconciliationis non est expers.*
73 *Excommunicatus obstinatus immunitatis beneficio non vtitur.*
74 *Excommunicatus obstinatus prauitatis hæreticæ inquisitoribus examinandus permittitur, ex eo, quod fidei suæ suspicionem præbeat.*
75 *Fugiens ad Ecclesiam in actu fugæ intercipi licite potest à iudice.*
76 *Captus, & effugiẽs manus capientiũ, si in Ecclesia sese recipiat, est relinquẽdus.*
Germon. de Sacror. immunit.
77 *Carcere clausus, & eo fracto fugiens, in Ecclesia tutus est.*
78 *Iurans de redeundo in custodia, si redire nolit, & ad Ecclesiam confugiat, inde non est abducendus.*
79 *Qui Ecclesiam culpa violauit, in Ecclesia legitime violatur.*
80 *In vna Ecclesiâ delinquens, omnium Ecclesiarũ suffragio immunitatis caret.*
81 *Crimina leuia in Ecclesia perpetrata, perpetrantem Ecclesiæ priuilegio non priuant.*
82 *Peccans spe absolutionis litterarum Apostolicarum, earum vigore absolutionem non impetrat. Ex Lupo, & Couar.*
83 *Peccare spe veniæ præsumptio est.*
84 *Peccare spe veniæ quandoque consequendæ cũ bono proposito, præsumere nõ est.*
85 *Præsumptio leuior est, quam desperatio.*
86 *Magis proprium est Deo misereri, quàm punire.*
87 *Adæ peccatum leuius, quàm Euæ fuit, quia de pœnitentia, & Dei misericordia cogitauit.*
88 *Peccans spe indulgentiarum, si propositum abstinendi habeat in posterum, absoluitur.*
89 *Pœnitentia est dolor peccati præteriti cũ proposito nõ amplius illud committẽdi.*
90 *In reatu præsumptuose perpetrando duo sunt consideranda: actus turpitudo, et agentis fiducialis præsumptio.*
91 *Clerici Ecclesia abduci non possunt. Ex Innocentio, & Romano.*
92 *Clericus Ecclesia rite abducitur à iudice Ecclesiastico secundum Abbatem.*
93 *Si immunitas sit ambigua, inijci possunt compedes in Ecclesia ab vtroque iudice simul, Ecclesiastico scilicet, & temporali.*
94 *Ei, qui ad Ecclesiam confugit, non debent interdici alimenta, nec vestimenta, nec vlla res necessaria, ne videatur in Ecclesia obsideri.*
95 *Iudex laicus auctoritate propria reũ immunitate carentẽ, Ecclesiæ extrahit.*
96 *Non decet quemquã extrahi à loco sacro, nisi consentiente Superiore spirituali.*
97 *Adulter in Ecclesia capi non potest inconsulto Episcopo.*
98 *Prælatus extrahi facinorosos, qui immunitate careant, negantes, peccare videntur cum ipsis delinquentibus.*
99 *Debitor fugitiuus in Ecclesia capi potest. Ex Iasone Mayno.*
100 *Debitor fugitiuus capi potest die feriato ad honorem Dei, & Sanctorum.*

101 *Debitor fugitiuus etiam à iudice incompetenti capitur. Ex Ancharano.*

102 *Debitor Ecclesiæ abstrahitur, si consuetudo, vel statutum etiam adstipuletur. Ex Oldrado.*

103 *Traditur ad seruiendum certo modo debitor creditori in Hispania, si ei soluendo non sit.*

104 *Etiam armata manu seruos ecclesijs abduci posse statuerunt Theodosius & Valentinianus Imperatores.*

105 *Eutropius immunitatis Ecclesiæ infensus, lege; quam aduersus eam ferri suaserat, condemnatus, atque oppressus est.*

Alciatus hallucinatur.

106 *Lex de seruis Ecclesiæ abducendis, iusta est.*

107 *Seruis confugientibus ad Ecclesias, & restitutis dominis suis, si in eos domini durius agant, lege Antonini Imperatoris, eos vendere coguntur.*

108 *Expedit reipublicæ, ne quis re sua male vtatur.*

109 *Debitor fugitiuus, secundum veriorem sensum, ab Ecclesia non extrahitur.*

110 *Iustiniani Imperatoris sanctio de extrahendis ab Ecclesia debitoribus, vt iuri Pontificio contraria, nulla est.*

111 *Hodie, non obstante, de tradendis debitoribus in seruitutem, lege regia Hispaniensi, non abducuntur Ecclesijs.*

112 *Pro debito nemo debet seruire, etiam iure ciuili.*

113 *Mercatores, siue campsores, quos fallitos vocant, Ecclesijs abstrahi possunt: quia plerumque per fraudes, & vsuras artem exercent.*

114 *Pij Papæ Quinti constitutione, decoctores vltimi supplicij pœnæ plectēdi sunt.*

De priuilegijs Ecclesiarum, ad easq. confugientium securitate. Cap. XVI.

HABENT & Ecclesiarum ædificia, hoc est templa ipsa, immunitatum beneficia. Nā, qui ad eas confugiunt, quodāmodo sacrosancti effecti, nequeunt inde extrahi, nec capti, in vincula conijci, vltimovè affici supplicio, aut aliqua membrorum detruncatione plecti, sed veluti in tutissima arce positi, ab inquirentibus inuiolati remanent. Et cùm plurima essent à veteribus constituta asyla, quæ eò religionis, ac reuerentiæ processerant, vt inde quemquam abduci piaculum esset, vt superius [a] retulimus ex probatis auctoribus, hoc etiam refugium in sacris litteris commendabatur: ideò à Deo Optimo Maximo fuisse constitutum, traditur, auctore Moyse pluribus locis, ait enim in Exodo [b]. *Qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum, in quem fugere debeat.* Et in libro Numeri [c], *Decernite, quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint: in quibus cùm fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. De ipsis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt, &c.* Et alibi [d]. Quæ omnia confirmauit Deus, dum Iosue alloqueretur, dicens [e]. *Loquere filijs Israel, & dic eis: Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi, vt confugiat ad eas, quicumque animam percusserit nescius, & possit euadere iram proximi, qui vltor est sanguinis.* Christus quoque apud Matthæum cap. 10. *Cùm vos persequentur in ciuitate ista, fugite in aliam.* B. Athanasius in Apologia de fuga sua hæc prodidit. *In lege ciuitates refugiorum erant pro ijs, qui ad cædem quærebantur, vt aliquo modo persecutorem euaderent. In consummationem porrò seculorum, cùm aduenisset illud ipsum Verbum Patris, quod Moysi ante loquutum fuerat, rursus præceptum fugiendi tradidit, cùm vos, inquiens, persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam.* Ioab quoque, vt habetur 3. Regum 2. quò Salomonis iram effugeret, se in Domini tabernaculum recepit, & apprehendit cornu altaris: quem Banaias à Rege missus, vt eum occideret, attingere non est ausus, sciens id sibi religione vetitum. Ezechiel Propheta [f]: *Hoc fecerunt mihi, polluerunt sanctuarium tuum in die illa:* & in libris Regum [g]: *Domine altaria tua confregerunt.* Ioannes Chrysostomus [h] ad Antiochenum populum scribens: *Si quis*, inquit, *ignem sumens, & fossorium hanc destruxisset domum, & incendisset, & hoc suffodisset altare, nonne quilibet lapidibus obrueret, tamquam profanum, & impium? Quid enim est tam sacrilegiū* (ait Optatus Mileuitanus [i]) *quam altaria Dei; in quibus et vos aliquando obtulistis, frangere, radere, remouere?* Deinde subijcit:

a sup lib. 1. cap. 15.
b Exod. 21.
c Num. 35.
d Deut. 19.
e Iosue 20.
f cap. 23.
g cap. 19.
h Hom. 53. ad pop. Antioch.
i lib. 6. in princ.

Hoc

Hoc modo Iudæos eſtis imitati. Illi iniecerunt manus Chriſto in Cruce: à vobis percuſſus eſt in altari. Sufficeret inſaniæ veſtræ, quod membra laniaſtis Eccleſiæ, ſi inter hæc omnia, vel altaribus parceretis. Cur vota, & deſideria hominum cum ipſis altaribus euertiſtis? & in Concilio Aquiſgranēſi, ſeu Aquēſi [k]: *Quòd ſi Abraham pro eo, quod Dei altaria erexit, cultumq. eius veneratus eſt, tot à Deo meritorum prærogatiuis donatur, dubium non eſt, quin altarium Sanctorum euerſores, & Sanctarum rerum, quibus in eiſdem altaribus Deo famulandum eſt, ſubreptores damnentur*. & alibi [l]: *Et ſi Moyſes per hæc, quæ præmiſſa ſunt, Domino altare erexit, cauendum illis eſt, qui altaria Domini obruendo, dehoneſtant, & dehonorando, obruunt, ne, quādo ſe aduerſus hoſtes ſuos proripiunt, ſeipſos eiſdem triumphum exhibeant.* De huiuſmodi aſylo in oratione, quam ſcripſit in laudem Baſilij Magni, ſic loquitur Gregorius Nazianzenus [m], nobilis fœminæ viduæ egregium factum commemorans, quam iudicis cuiuſdam aſſeſſor ad nuptias inuitam pertrahebat: *Illa, cùm nulla ratione hanc vim effugere poſſet, conſilium capit, non minoris audaciæ, quàm prudentiæ plenum. Ad ſacram etenim menſam confugit, Deumq. aduerſus hanc iniuriam propugnatorem ſibi adſciſcit*. Aſylum altaris indicat etiam Sanctus [n] Ambroſius dum ait: *Vultis me in vincula rapere, vultis in mortem? Voluptati eſt mihi: non ego me vallabo circumfuſione populorum, nec altaria tenebo vitam obſecrans, ſed & pro altaribus gratiùs immolabor*. Ambroſ. in tractatu diei ait [o]. *Neque, ſi per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti eſt: quin etiam ipſius diuinæ legis oraculo, ſi quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem, refugij facultatem, vt poſſit euadere*.
Ex quibus noſtri aſſeuerant, præſertim gloſſa [p] Deciſionis Capellæ Toloſanæ, item Antonius de Butrio [q], Ioannes Lupus [r], & Ioannes Igneus [s] (qui in vtramque partem diſputat) hanc Eccleſiarum facultatem,
ſeu immunitatem eſſe de iure diuino. Vnus 5
Didacus Couarruuias [t] huic cōcluſioni aduerſatur, contendens, hanc exceptionem non eſſe iuris diuini, ſed humani, & poſitiui tantum: quia etſi in veteri lege de hac immunitate cautum eſſe videatur, vt ſcilicet ab altari nullus ad punitionem criminis abſtrahi poſſet, cùm tamen veteris Teſtamenti lex per CHRISTI aduentum ex-
pirauerit (vt ad Hebræos ait Paulus [u], & 6
ibidem ſcribit Auguſtinus [x], à quo non

k cap. 27.
l cap. 25.
m Orat. 20.
n Epiſt. 33.
o lib. 1. c. 8. de quo in can. 6. 15. q. 1.
p q. 432. in fine.
q ad c. cum ne eccleſia. de immu. eccl.
r In tract. de libert. eccl. q. 21. col. 4.
s ad l. 1. ff. ad S.C. Sylanianum.
t in c. 20 n. 3 verſ. ſecunda & tertia variar. reſolut. lib. 2.
u cap. 7.
x cap. 3. de conſtit.

diſſentit S.Thomas [y], nec Magiſter Sententiarum [z]) neque in lege Euangelica huiuſmodi immunitas ſtatuta reperiatur, ſequitur profectò, non eſſe eam iuris diuini. Mihi tamen magis placet contraria ſententia, cùm communis ſit, & verior videatur. Primum enim diuinum ius dicitur, quidquid in
7 nouo, veteriq. Teſtamento habetur conſtitutum: quod aliàs oſtendimus [a]: hanc vero Eccleſiarum immunitatem à Deo cōceſſam
8 eſſe, ſatis probatum eſt. Deinde lex diuina principaliter inſtituitur, auctore eodē Thoma [b], ad ordinandum homines ad Deū: lex autem humana principaliter ad ordinandū
9 homines ad inuicem. Ordinatur vero homo ad Deū, non modò per interiores actus mentis, qui ſunt credere, ſperare, & amare, verum etiam per quædam exteriora opera, quibus homo diuinam ſeruitutem profite-
10 tur. Conſtituta autem ſunt templa, vt in his coleretur Deus: Deum colere eſt actus virtutis, ad præceptum morale [c] pertinens. Vnde CHRISTVS apud Matthæum dicit [d]. *Domus mea, domus orationis vocabi-*
11 *tur*. Cùm igitur Eccleſia ſit domus CHRISTI, eiuſque habitaculum, nemini licebit ibidem violentiæ aliquid perpetrare: quod procul dubio fieret, quotieſcumque quis in eius gremium fugiens, inde per vim extraheretur. Quibus rationibus ſuademur, hanc
12 immunitatem eſſe prorſus iuris diuini. Præterea ipſe in ea ſum ſententia, vt exiſtimem iuxta Eccleſiæ Romanæ cenſuram, quæ in veteri continentur Teſtamento, etiamſi in nouo repetita non ſint, pro repetitis habenda eſſe, niſi nominatim, & expreſſe contra de eis cautum ſit: ea ſcilicet, quæ cæremonialia omnino, aut iudicialia non
13 ſunt. Nam bene S. Thomas ſcribit [e], quædam eſſe, quæ præciſe præcipiuntur, vel prohibentur in lege, ſicut: *Non occides: non furtum facies*: & hæc proprie præcepta dicuntur. Quædam vero præcipiuntur, vel prohibentur, non quaſi præciſe debita, aut illicita, ſed propter maius bonum: & iſta poſſunt dici mandata, quia quamdam indu-
14 ctionem habent, & perſuaſionem. Nec vniuerſalis Eccleſia aliàs hanc immunitatem tot conſtitutionibus muniſſet, mulctis etiam indictis, nec tanto eſſet fauore ſemper proſecuta, quantum fuiſſe perſpicimus: ſiquidem confirmatam eſſe Sanctorum Patrum auctoritate [f], Conciliorum decretis [g], Pontificum ſpecialibus conſtitutionibus [h], Imperatorum, etiam ad coercendos violatores, ſanctionibus corroboratam, vt pluribus ſuo loco oſtenſum fuit [i], plane videmus.

y 1. 2. q. 98. art. 1. & q. 104. art. 3.
z in 4. Sent. diſt. 3.
a ſupr. eod. c. 15.
b S.Tho. 1. 2. q. 99. ar. 1. & 2. & q. 100 ar. 6.
c Tho. in d. art. 3. ad ſecundum.
d Matth. 21
e in d. q. 99. art. 5. in reſponſione.
f can. 9. 17. q. 4.
g can. 19. 29 34 cum ſeq. ead q. 4.
h c. 10. 10. cū ſeq. ead. q. 4 & c. 6. 9. & 10. de immun. eccl.
i ſup. lib. 2. cap. 16.

k tit. de forma inquisit. vers. ex his potest.

Quod autem Ioannes Ferrariensis[k] in sua 15 praxi comminiscitur, parui momenti est, dũ ait, CHRISTVM ementes & vendentes eiecisse de templo: quo exemplo multo magis eijciendos esse latrones, homicidas, & his similes, ne domus Dei efficiatur spelunca latronum. Quo argumento nostra, nihilum quidem, concutitur conclusio: cùm non omnes recipiantur in Ecclesijs, nec hac immunitate promiscue gaudeant, vt fusius dicetur: non enim valet consequentia: eiecti sunt ementes, & vendentes, ergo eijci debent & qui ad Ecclesiam cõfugiunt. Difficile quidem est (scribit Leo Papa[l]) inter ementis, vendentisq. commercium non interuenire peccatum: non quòd negotiatio, vt ait B. Augustinus[m], me faciat malum, 16 sed iniquitas mea, & mendacium meum. Et Cassiodorus[n]. *Negotiatores illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces suas, plus periurijs onerando, quam pretijs. Tales eiecit Dominus de templo, dicens. Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Quid est aliud negotium*, idem ait Cassiodorus[o], *nisi, quæ possunt vilius comparari, carius velle distrahere?* & hoc est quod Iurisconsul.[p] tradit, nempe licere contrahentibus se inuicem decipere. Sed super omnes mercatores, testi- 17 monio Ioannis Chrysostomi[q] in Matthæũ, maledictus est vsurarius. Ipse namque rem datam à Deo, tempus scilicet vendit, non comparatam, vt mercator: post fœnus rem suam reperit, tollens aliena cum suis; mercator autem non repetit rem venditam. Atqui nummularij, mensarij, trapezitæ, & 18 huiusmodi proximi sunt vsurarijs: ideo & CHRISTVS eiecit eos de templo. Homi- 19 cida licet peccauerit, & peccator sit ex eo, quòd homicidium commisit, immunitatis tamen huius non est omnino incapax, quia non peccauit, sicut vsurarius in Ecclesia, ad quam, veluti ad tutissimum portum confugit, quæ nemini claudit gremium[r], sed om- 20 nibus se præbet liberalem, ac matrem, prout sedes ipsa Apostolica, vt ait Innocentius[s] secundus. Hinc fortasse est, quòd nostri (vti glossa[t], Oldradus[u], Abbas[x], Imola[y], Cardinalis[z], Bonifacius de Vitalinis[a], Ioannes Faber[b], Fulgosius[c], Alexander[d], Cassanæus[e], Alciatus[f], & alij, quos refert, & sequitur Didacus Couarruuias[g]) vno ore di- 21 xerunt, in tractatu, & materia immunitatis Ecclesiarum etiam penes magistratus ciuiles standum esse potius iuris Pontificij decretis, & sanctionibus, quàm Cæsarei iuris dispositioni. Cuius opinionis ratio est: quia hoc spectat ad honorem, & reuerentiam exhibendam locis sacris, quorum curam ad Pontifices maximos, & alios Ecclesiasticos Prælatos pertinere, ignorat prope nemo: atque ideo eorum leges hac in re, vt in multis alijs, sunt secularibus anteponendæ: quod & idem ipse Didacus[h] fatetur. Ex quibus arbitror veram esse opinionem Petri de Belluga[i] Valentini, & Remigij Gonni Nauarræi[k]: quorum prior censuit, si dubium sit, an delinquens gaudere debeat Ecclesiarum immunitate, vtrumque iudicem secularem, & Ecclesiasticũ cognoscere debere ad diuersos effectus, sed diuisim, & separatim: hunc ad effectum tuendæ immunitatis Ecclesiæ: illum ad delinquentem extrahendum, & puniendum pro delicti qualitate. Remigius vero putauit, cognitionem vtriusque fori propriam, sed simul, hoc est, an delinquens valeat illa Ecclesiæ 22 immunitate gaudere. Existimo ego, solum iudicem Ecclesiasticum posse cognoscere, an confugiens dignus sit eius beneficio immunitatis. Nam, concesso hanc immunitatem esse iuris diuini, prout est, & hoc pertinere ad honorem, & reuerentiam sacris ædibus exhibendam, dicendum quoque erit ad iudices Ecclesiasticos spectare talem cognitionem, non æque ad seculares, qui sunt huiusmodi rerum incapaces[l]. Nec aduersatur doctrina Bartoli[m] (quam sequuti sunt Antonius de Butrio[n], Panormitanus[o], Felinus[p], Aufrerius[q], & alij[r]) cùm dicit, quoties de re Ecclesiastica controuertitur sola facti quæstio, secularem iudicem esse competentem. Quia respondendum est hoc verum esse, quando iudex Ecclesiasticus cõsentit, vt secularis cognoscat. Præterea cognoscere, an fugiens ad Ecclesiam dignus sit protectione, ac fauore Ecclesiastico, non est facti quæstio, sed iuris: quæstio facti quidem est illa, an commiserit delictum, necne: sed constante delicto, an gaudeat immunitate delinquens, est iuris, vt nemo non videt. Cognitio igitur erit solius Ecclesiastici iudicis. Nec dicendum est iudices Ecclesiasticos faciliores esse secularibus, atque ideo esse pronunciaturos pro immunitate Ecclesiæ: quia respondemus, esse pro iudicibus præsumendum, nec quidquam velle, quod iustum non sit, & à sacris canonibus statutum. Hic opportune dubitatio occurrit, solumne Ecclesiæ ædificium, parietesq. ac solum Ecclesia consecrata præstet ad ipsam confugientibus securitatem, an etiam cœmeterium, & murorum ambitus, nondũ ab Epi-

l in epist. 90 ad Rusticum Episcopum Narbon. de qua in c. 2. & pœn. § dist.
m ad Ps. 70. vers. quoniã nõ cognoui & quo in c. 9 § quoniam dist. 89.
n ad Ps. 70. vers. quoniã.
o ibidem.
p in l. 17. §. item Pompon. mus. ff. & min. nor. & l. 5. § fi ff. locati
q homil. 38. ad c. Matth. 21.
r c. 4. de heret. lib. 6.
s in c. 15 de rescript.
t ad c. inter alia. de immunit. eccl. & ad c. sicut antiquitus. 17. q. 4.
u cons. 154.
x ad d. c. inter alia. n. 24
y ad clem. 1 in fi. de pœnit. & remis.
z a ibid.
b ad § sed hoc tẽpore. Instit. de his qui sunt sui, vel al. iur.
c ad l. fidelis C. de his qui ad eccl. con fug.
d cons. 143. lib. 7.
e in cõsuet. Burgun rub. 9. § 3. vers. Arch. n. 11.
f regul. 3 de præsum. 18
g variar. resolut. lib. 2. c. 20. n. 3.
h ibid in fi.
i in suo tract. qui inscribitur Speculum Principis in rub. 12. in §. sed quia loquitur, n. 19.
k in tract. de immun. eccl. in sum. 2. q. n. 5 vers. D. Petrus.
l c. 1. vbi notant omnes. de iudic.
m ad l. Titia ff. solut. matrim.
n o ad cap. tuã de ord. cognit.
p ad c. cum sit generale vers. tertia. opinio de foro compet.
q ad clem. 1 de offi. ord. reg. 10 fall. 8 & seq. & fal. 30.
r ad d. c. cul.

ab Epiſcopo conſecratus, aut Eccleſia, intra quam diuina non celebrantur officia. Ex conſtitutione itaque Gregorij noni [s] rece- 23
ptum eſt, Eccleſiam cultui, & miniſterio diuino dicatam, & in qua diuina officia celebrantur, etſi conſecrata non eſt, habere immunitatis priuilegium. Sed quid, ſi Eccleſia eſt dicata cultui diuino, nõ eſt tamen conſecrata, nec in ea diuina hactenus celebrata ſunt officia? Gloſſa [t] requirit diuinorum officiorum celebrationẽ, nec aliter putat eam habere poſſe immunitatis beneficium. Communi attamen noſtrorum conſenſu concludimus, Eccleſiam Epiſcopi au- 24
ctoritate erectam tali gaudere beneficio, licet nec conſecrata, nec in ea adhuc diuina officia fuerint celebrata, prout tradidere Hoſtienſis, Ioannes Andreæ, Henricus, Antonius de Butrio, Ancharanus, Cardinalis, Abbas, & alij [u]. Item Gulielmus de Monte Landino, Imola, iidem Ancharanus, & Cardinalis, ac Bonifacius de Vitalinis [x]: quod & opinati ſunt Marianus Socinus [y], & Sylueſter Prierienſis [z]. Quã in re, nihilominus 25
plurimum valere conſuetudinẽ ſcribũt Abbas [a], Ioannes Faber [b], & Gulielmus Maynerius [c], quam eſſe omnino inſpiciendam aſſerit Didacus [d]: monetq. præcauendum eſſe, ne hiſce temporibus canones ipſos extendamus, cum oporteat audaciã reprimere eorum, qui paſſim crimina, hac immunitate freti, committunt. Hinc laudat Eccleſiarum 26
Præſides, qui in ſuis ciuitatibus immunitatẽ hanc tantũ admittunt, & tutantur aduerſus iudices ſeculares in his Eccleſijs, in quibus ſanctiſſima Euchariſtia ad publicam venerationem, & adorationem continuo aſſeruatur. Idem tamen Didacus poſt Archidiaconum [e], Baldum [f], Alexandrum [g], Felinum [h], & Gulielmum Maynerium [i] ſcribit, 27
idem immunitatis ius hoſpitalibus Epiſcopi auctoritate conſtructis competere. Cui con- 28
uenit mirifice Leonis, & Anthemij Imperatorum [k] conſtitutio: vt omnia priuilegia, 29
quæ ſacroſanctis competunt Eccleſijs, eadem & hoſpitalibus competant. Immo Remigius [l] probat, oratoria ipſa in domibus etiam priuatorum conſtructa gaudere hac immunitate, ſi Epiſcopi auctoritate fuerint ædificata: hoc enim caſu ceſſat ratio, ob 30
quam Hoſtienſis, Ioannes Andreæ, Henricus [m], Ancharanus [n], & alij [o] dicunt, gaudere non debere, propterea quòd loca illa poſſunt reuocari, & reduci ad priores vſus profanos auctoritate dominorum, vt per Innocentium [p], & Archidiaconum [q]: non enim poſſunt, ſi auctoritate, & conſenſu

[s] in c. penul. ſ. immu. eccl.
[t] ibidem.
[u] omnes ad d. c. penult.
[x] omnes ad ſ. clem. de pœn. & remiſſ.
[y] in ſuo tractat. de eiſ. art. 17. q. 5.
[z] in ſum. in verb. immunitas. 1. q. 7.
[a] ad d. cap. pen.
[b] ad l. 3. C. de his qui ad eccl. confug.
[c] ad l. nemo. de con n. 3 & ff. d. reg. iur.
[d] in d. c. 30. num. 4.
[e] ad c. definimus. 17. q. 4. ſ. l. ſi quis ad decimam dñ. §. in omnibus. n. 210. C. de Epiſc. & cler.
[g] in conſ. 19. lib. ...
[h] ad cap. de quarta de præſcript.
[i] ad d. ſummo. nu. 21.
[k] in l. 14. C. de Epiſc. & cler.
[l] in tract. de immu. eccl. in l. 5. in 2. ampl. n. 11.
[m] 13 omnes ad c. penult. eod.
[n] ad c. auctoritate. de priui. leg. lib. 6.
[o] Io. Faber ad §. fin. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & ad l. 3. C. de his qui ad eccl. confug. Abbas ad c. fin. de cenſib.
[p] ad c. inter dilectos. de donat.
[q] ad c. vxor legitimam. 27. q. 4.

Epiſcopi fuerint erecta, quia tunc locus ille deſinit eſſe priuatus, ſed publicus, ſacer, & religioſus fit, & in nullius bonis eſſe incipit; (vt ait Iuriſconſultus [r]) atque ideo ad profanos vſus redire amplius non poteſt. quod Panormitano [s] etiam placuit, & Syluestro [t] non diſplicuit. De cœmeterio diuerſæ fuerunt opiniones, maxime quando eſt omnino ſeiunctum, & ſeparatum ab eccleſia, ab eoq. longe diſtat. Nam cœmeterium & cõiungi, & ſeparari poſſe, nemo non neſcit: cũ pluribus in locis ita ſit vſu receptum, in Gallia præſertim, teſte Hoſtienſi [u], quod etiam conſtat ex Bonifaciana [x] conſtitutione.
31 Nec enim olim in Eccleſia vllus ſepeliebatur [y], exemplo fortaſſe Athenienſium, qui
32 locum ſepulturæ intra vrbem non dabant, quòd religione ſe impediri dicerent, vt Seruius Sulpitius [z] apud Ciceronem tradit. Quod & apud ipſos Romanos lege duodecim tabularum cautum fuit. *Hominem mortuum in vrbe ſepelito, neuè vrito.* Vbi vero hodie cœmeterium ab Eccleſia ſeiungitur, non eſt, quòd religione id vetitum ſit, ſed propter fœtorem, vt aiunt [a] Innocentius, &
33 Cardinalis. Sed ſiue ſit coniunctum, ſiue
34 ſeparatum, communis interpretum [b] ſentẽ-
35 tia eſt, vt gaudeat eodẽ priuilegio, quo Ec-
36 cleſia: nec ab re: ſiquidem cœmeteria conſecrantur, ita quòd religioſa ſint, non modo per mortuorum illationem, ſed & per conſecrationem [c]: vnde interdicta Eccleſia, & cœmeterium interdictum intelligitur [d].
37 Et quemadmodum in Eccleſia negotiationes, vel nundinæ fieri, vel cauſæ præſertim criminales, tractari per iudices ſeculares nequeunt, ſic neque in cœmeterio [e]. Nec vlla conſtituitur differentia, an ſit coniunctũ, aut diuiſum, licet libenter fatear & adhibẽdam eſſe aliquando diſtinctionem: vt ſi pollutam eſſe Eccleſiam dicimus, pollutum cœmeterium ei coniunctum, dicamus, non item ſi remotum [f]: ſic interdicta Eccleſia, interdictum cenſetur cœmeterium adiunctum, non æque [g] ſeparatum: id enim odioſum eſt, atque ideo extendi non debet: alioquin dura nimis videretur [h] extenſio. At vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere
38 debemus [i]. Concluſio ergo erit, quod cœmeterium eodem gaudebit immunitatis beneficio, quo gaudet Eccleſia. Et non ſolum Eccleſijs, & cœmeterijs immunitas hæc cõceditur, verum etiam ei loci ſpatio, quod per quadraginta paſſus circumcirca, Eccleſiam [k] matricem, ſeu maiorem ambit, & per triginta, alias Eccleſias [l]: quod annotarunt etiam Abbas, Henricus, & alij omnes ad

[r] l. 2. §. quod autem. ff. de rer. diuiſ.
[s] ad c. penul.
[t] in verb. immunit. 1. q. 5.
[u] ad d. cap. penult.
[x] c. vnico. de cõſecr. eccl. vel altar. li. 6.
[y] c. 15. 13. q. 2.
[z] li. 4. epiſt. 14.
[a] ad c. pen. in ſi. de ſepul.
[b] Alber. de Roſat ad l. in tantum §. religioſum. ff. de rer. diuiſ. Felin ad c. cum pro cauſa. de ſent. excom. Anchar. ad c. eſt in Eccl.
[c] d. c. vnico.
[d] cap. 17 de ſent. excom. lib. 6.
[e] c. 5. de immun. eccl. & c. 2. eod. lib. 6.
[f] d. c. vnico.
[g] d. c. 17.
[h] Abbas ad c. ſi de iure patr. Bal. ad Authent. ex teſtam. C. de ſecund nup. Dec. ad rub. de iud. lect. 3 facit & l. 14. in § diuus. ff. de relig. & ſump. fun.
[i] l. 10. ff. de publ. in rem actione.
[k] c. 6. 17. q. 4.
[l] c. 21. & c. 35. ead. q. 4.

allegatam Gregorij Noni cõstitutionem m. Oldradus n quoque, Syluester o, & Remigius p idem probant. Sed antequam vlterius progrediamur, explicemus, quæ sit Ecclesia matrix, seu maior, de qua mihi videntur dixisse, quod oportuit, Archidiaconus q,
39 Ioannes à Turrecremata r, & Hostiensis s, vt scilicet Ecclesia maior ea dicatur, in qua administrantur sacramenta, maxime baptismus, & ita dicitur ad differentiam sacellorum, seu capellarum. Vnde iam olim constitutum fuit t, ne plures essent baptismales Ecclesiæ in vna terminatione (vt cum Cõcilio Toletano u loquar), sed vna tantummodo cum suis capellis, & hæ viginti passuum in circuitu immunitatem haberent, illa vero quadraginta: etsi Ioannes Ignæus x
40 scribit, hoc moribus receptum nõ esse: quod videtur dixisse Archidiaconus y, videlicet in Ecclesijs intra muros ciuitatum constructis: idque ad consuetudinem maxime accedit. Sed intelligi debet, prout Ioannes z Papa Octauus Episcopis omnibus scripsit, vt capellæ, quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non ponantur in hac triginta passuum obseruatione. Qualis, qualis vero fuerit consuetudo, non mihi displicet opinio Ioannis Bichis a, quam refert, & sequi videtur Remigius b, vt quando quis ad Ecclesiam confugit, si postea egressus fuerit intra spatium triginta, vel quadraginta passuum, gaudeat hoc immunitatis beneficio. Passus autem est quinque pedum men-
41 sura, vt post Isidorum c notat glossa d, & alij communiter: sic dictus, quòd passis, seu extensis brachijs, hanc mensuram conficiamus, teste Alciaro e, à quo non dissentit Corasius f. Maior dubitatio est de pede. Glossa g existimat, pedem esse spatiũ quindecim digitorum: glossam fere sequuntur
42 omnes veteres iuris ciuilis interpretes h. Isidorus i tamen dicit, pedem sexdecim constare digitis: quod magis probant recentiores, vtpote Alciatus k, & Corasius l, Constantinus Harmenopolus m, Budæus n, Nebrissius o, & Couarruuias p, qui asserit, glossam, & alios deceptos esse errore numeri, vt cùm notis scriberetur sexdecim, facile potuerit contingere, vt notaretur tantum quin-
43 decim. In qua sane quæstione non improbo Alexandri q dictum, qui post Bartolum r
44 opinatur, pedes esse intelligendos secundũ ciuitatis vsum: nam & mensuræ, quemadmodum & pretia s rerum, variantur fere in vnaquaque ciuitate. Inueterata consuetudo non immerito pro lege custoditur t. Id igitur custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine introductum est: qua deficiente, est obseruandum, quod Pontificijs con-
45 stitutionibus u cauetur. De Episcopi palatio non vna est omnium sententia: in hoc vnum cõueniunt omnes, quòd si intra prædictos quadraginta passus contineatur, vtique gaudeat hac immunitate: quo casu omne dubium tollitur: sed quæstio de re dubia
46 est. Explorati autem iuris est x, si intra quadraginta passus domus clericorũ fuerit posita, inde reum abstrahi non posse. At dubitamus, quando extra quadraginta passus consistit: in hac etiam varia fuit interpretũ opinio. Ex communi tamen y colligitur, vbicumque palatium Episcopale plantatum sit, gaudere immunitate, quod Oldrad z. negat, eiusq. opinionem in praxi frequentiori consensu receptam esse, scribit Couarruuias a. Hugo, prout refert Ioannes à Turrecremata b, neutram probat, & vtramque amplectitur: videlicet, si in palatio Episcopi fuerit capella, eo casu, etiam si palatium vltra limites quadraginta passuum existat, gaudeat immunitatis beneficio: non item, si desit capella. Hæc Hugonis expositio, licet videatur esse communi similis, quia pauca, aut nulla admodum Episcopalia palatia inueniri poterunt, quæ careant capella: si tamen contingeret, ex constitutione Concilij Aurelianẽsis c primi palatium sua gau-
47 deret immunitate. Nam cùm Concilium non distinguat, an sit intra, vel extra quadraginta passus, nec nos debemus distin-
48 guere. Immo, cùm agatur de re fauorabili, fauor extendi debet, vt rectissime admonuit Gulielmus de Monte Land. d quem
49 sequutus est & Imola e. Et quanquam Carthaginense Concilium f quartum statuit, vt Episcopus hospitium non longe ab Ecclesia habeat, non imponit tamen habendi necessitatem. Et si forte fortuna cõtingat, vt longe habeat, vel propter aëris salubritatem, vel propter ciuium commoditatem, vel ad euitanda pericula, vel propter artium propinquitatem, & similibus de causis, vt sæpius euenit: non est tamen dicendum, illud priuandum esse priuilegio ei à iure cõcesso. Vnde in eodem Aurelianensi Cõcilio g decretum fuit, vt Episcopus infirmitate non impeditus, Ecclesiæ, cui proxime fuerit, die dominico deesse non debeat: qui enim distat quadraginta passibus, non vtique dicitur non esse proximus, aut longo abesse.
50 Vbicumque igitur fuerit Episcopale palatium, immunitate gaudebit: (Episcopale intelligo, in quo habitat Episcopus) si vero duo habuerit, vnũ intra præfatos limites, alterum

m d.c. Ecclesiæ de immunit. Eccl.
n cons. 55.
o in verb. immun. in prin.
p in d. tract. in verb. passus.
q r ad c. sicut antiquitus. ead. q. 4.
s in summa tit. de immunitat. Ecclesiarum. §. in quantum.
t In c. plures. 54. 16 q. 1.
u ibidem.
x ad l. 1. in princ. 38 ff. ad Syllania.
y ad c. quisquis. ea. q. 4.
z in d. cap. quisquis.
a ad c. definiuit. 17 q. 4.
b in d. verb. passus. n. 4.
c lib. etym. 15. c. 15.
d ad l. 5. ff. de verb. signif. & ad d. c. dicunt antiqui. 17. q. 4.
e lib. d. 5. pe dem præscriptione et ad l. mille passus. ff. de verb. signific.
f ad l. 1. nu. 7 de seru.
g ad d. c. sicut antiquitus.
h ad l. 1. ff. si quis cautio.
i in d. c. 15.
k l vt supr. in lib. 1. tit. 2. epit. iuris ciuilis.
m lib. 1. de Asse.
o in lexicó iuris in verb. digitus.
p in c. 20. n. 5. lib. 2. var. resolut.
q r ad d. l. 1. ff. si quis caution.
s l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid.
t l. de quib. vbi notat com. ff. de legibus.

a ad c. sicut antiquitus. & can. definiuit. q. 4.
x d. can. definiuit.
y Innoc. Hostien. & Anton. ad c. inter alia in princip. vbi etiam Card. de immunit. Eccl. Abbas ad c. penult. Ancha. ad c. si eod. Card. & Imola ad 1. clem. q. 2. eod. Io. Faber ad l. 1. C. de his qui ad Eccl. confug. Angel. in sum. in ver. immun. vers. 25 & Syluester in uerb. immun. uers. 1 Floren. in 3 p. tit. 12. c. 3. §. 1. Barth. Socin. ad l. plerique. q. 22 ff. de in ius uocãdo.
z consil. 35.
a in d. c. 20.
b ad cap. d. cõstituimus. ead. q. 4.
c cap. 3. & 5 de quibus in d. c. id constituimus.
d ad clem. 1 de pœnit. & remiss.
e ad d. clem. 1 in princip. colum. 2. de immun. Eccl.
f c. 15. d. quo in c. 6. d. 41.
g cap. 13. de quo in c. 4. d. consec. d. 3.

alterum extra, in quo non habitat,non gau-
debir, ad ſimilitudinem eius,quod de adul-
terijs ſcribit Vlpianus [h]: quòd ſcilicet, ſi pa- 51
ter filiam in adulterio deprehenderit in do-
mo, in qua non habitat, eam occidere non
poſſit: ſecus ſi in ea babitat. quòd maiorem
iniuriam putauerit legiſlator, quòd in do-
mum patris auſa fuerit filia adulterium in-
ducere. Etſi dici poteſt, hoc eſſe odioſum, 52
illud vero fauorabile, ideo extendendum,
odioſum vero reſtringẽdum. Quæritur etiã,
an confugiens ad ſacerdotem Euchariſtiam
manibus portantem, dignus ſit boc immu-
nitatis beneficio. Et communis eſt opinio
Didaci [i] teſtimonio, dignum eſſe: etſi non-
nibil dubitat, an ita tenendum ſit, cùm id
ſacris canonibus minime caueatur: nullibi
enim, quo ad immunitatem hanc, Euchari-
ſtiæ mentio fit. Ipſe tamen communi me li- 53
benter ſubſcribo: cùm maiorem honorem,
maioremq. reuerentiam ſacroſanctę Eucha-
riſtiæ exhibendam eſſe certo ſciam, quàm
Eccleſijs: quibus fere omnia ipſius Eucha-
riſtiæ contemplatione priuilegia conceduntur.
Prætera ſi Cardinalitiæ dignitati tan-
tum defertur: vt ſi quis ad ſupplicium du-
ctus Cardinalem obuium habeus, aut tan- 54
gens, poteſt mortis pœnam effugere, vt pla-
ne ſuo loco oſtenſum fuit [k]: quantò magis,
ſi ad gremium ipſius Redemptoris noſtri cõ-
fugerit? His ita cõſideratis, videamus, num
generaliter omnibus delinquentibus, qui ad
Eccleſias confugiunt, hac ſit immunitate
ſubueniendum, ita vt inuiti extrahi nequa-
quam inde poſſint. Hac de re interroganti
Regi Scotiæ, vel vt in Vaticanis exemplari-
bus legitur, Conariæ, reſpondit Innocen-
tius [l] Tertius, adhibendam eſſe diſtinctio-
nem: aut enim confugiens liber eſt, aut ſer-
uus: ſi liber, quantumcumque grauia per-
petrauerit maleficia, non eſt ab Eccleſia
violenter extrahendus, nec damnandus ad
mortem, aliamvè pœnam: ſi ſeruus, & do- 55
minus eius clericis de non puniendo ipſum
iureiurando promiſerit, ad ſeruitium domi-
ni redire compellitur, etiam inuitus: alio-
quin à domino poterit per vim vendicari.
Prima tamen regula illam patitur exceptio- 56
nem, vti publici latrones, & graſſatores,
nocturniq. agrorum depopulatores, & qui
frequentata itinera, viaſque publicas obſi-
dent, inſidijsq. ac cædibus inuias faciunt,
ac infeſtant, ab Eccleſia extrahi queant in-
uiti. Iſti igitur dumtaxat tanto beneficio
redduntur indigni, non item alij, prout te-
nuere communiter ſacrorum canonum in-
terpretes, teſtimonio Ioannis Ignæi [m]: quod

h l. 27. § ſed ſi pater ff. ad l. Iul. de adul.
i in d. c. 20. n. 6.
k ſup. c. 6.
l in d. c. inter alia. de immu. Eccl.
m ad l. 1. §. ſubueniatur. n. 107 & 117 ff. ad S. C. Sylleian.

nullam iure Pontificio habere difficultatem
57 teſtatur & Iulius Clarus [n]. Iure autem ciui-
li [o] virginum raptores, homicidæ, & adulte-
ri hiſce adiungantur, vti in ſecundo huius
operis [p] libro tradidimus: ſed ius ciuile per
per Pontificium hac in parte correctum eſſe,
ideo ſtandum eſſe huius diſpoſitioni, aucto-
tes ſunt Summiſtæ, præſertim, qui Angeli-
cam [q], & Syluestrinam [r] compilarunt, ambo
Subalpini: hic Prietij Marcbionatus Ceuæ,
ille Clauaxij. quod adeo verum eſt, vt hanc
iuris Pontificij diſpoſitionem eſſe conſuetu-
dine approbatam ſcribat Ioannes Faber [ſ]:
prout refert, & ſequitur Alexander [t], quip-
pe qui in facti contingentia conſultus, ita
reſpondit, ac eſſe communem hanc opinio-
nem expreſſe profitetur [u]: dicitq. Boſſius [x]
58 concluſum fuiſſe in Mediolanenſi Senatu,
quòd de iure, neque etiam pro crimine læſæ
maieſtatis reus in Eccleſia capi poſſet. Du-
bitatio alia eſt de homicida: ſiquidẽ Deus
ipſe Optimus Maximus [y] præcepit: vt ſi
quis per induſtriam occiderit proximum
ſuum, & per inſidias; ab altari euellatur, &
59 moriatur. Quare, cùm Ioab duos Principes
inſidioſe necaſſet, ad altareq. confugiſſet,
iuſſu Salomonis apud ipſum altare occiſus
eſt, vt teſtatur Regum biſtoria [z], cuius etiã
meminit Ioſephus [a] in libris Antiquitatum.
60 Quocirca noſtri communiter [b] dixerunt, ho-
micidam proditorem, quique alium inſidio-
ſe occiderit, ab Eccleſia inuitum, & publica
vi ad condignam criminis punitionem ab-
duci poſſe: quam opinionem apud Gallos
locum habuiſſe, Nicolaus Boerius [c], & con-
ſuetudine Chriſtiani orbis admodum rece-
ptam, Didacus [d] aſſeuerant. Immo Ignæus [e]
putat hanc concluſionem habere quoque
locum in eo, qui alterum proditorie occidẽ-
di animo percuſſerit, licet ex percuſſione
buiuſmodi mors ſequuta minime fuerit: at-
que ita iudicatum fuiſſe affirmat: etſi Boe-
rius [f], & Rebuffus [g], viri excellentis inge-
nij, negant ſimplicem percuſſorem ex pro-
ditione, morte haud ſequuta, Eccleſiarum
61 immunitate priuandum: quorum ſententia
mihi pia, & recta videtur. Quamuis enim
62 conſtitutione [h] Imperatorum Diocletiani,
& Maximiani caueatur, vt is, qui cum telo
ambulauerit hominis necandi cauſa, ſicut is,
qui hominem occiderit, legis Corneliæ de
ſicarijs pœna coerceatur: tamen ea nec vſu
fuit recepta, nec illatio inde fieri debet in
præiudicium immunitatis Eccleſiaſticæ, ma-
xime cùm de eo, qui percuſſit, & ex percuſ-
ſione percuſſus non obijt, in iure noſtro
nihil extat conſtitutum, vt & Abbas Panor-
mitanus

n in prax. crim. q. 30. verſic. quæro nunquid.
o in § quod ſi delinquentes. Auth. de mand. princ.
p lib. 2. c. 16.
q in d. verb. immun. n. 19
r in verb. immunitas. tertio. in prima q. n. 2.
ſ ad §. hoc tẽpore. n. 2. Inſtit. de his q. ſūt ſui, vel alieni iur.
t conſil. 148 n. 4 in fi li. 7
u ibid n. 11.
x in tit. de captura. n. 32.
y in Exodo c. 21. de quo etiam in c. 1 de homicid.
z 1. Reg. 2.
a Ioſeph li. 8.
b gloſ. Anan. Felin. & alij. ad d. cap. 6. Guid. Papa. deciſ. 120. pract. Petr. in tit. de forma inqu ſit. Alcia. § præſum. reg. 3. præſum. 35. & lib. 7. parerg. cap. 6. Caſſan in cõſuetu. Burg. rubr. 1. § 5. verſic. Archinu 115.
c deciſ. 119.
d d c. 20. n. 7
e ad d. l. 1. §. ſi dominus. n. 7 ff. ad S. C. Syllan.
f in d. deciſ. 119.
g tom. 2. re pract. conſt. tract. de immun. art. 2. q. 5.
h l. 7. C. ad l. Cornel. de ſicarijs.

mitanus [i] eleganter adnotauit: hic enim probare conatur, etiam proditorium homicidam ab Ecclesia inuitum extrahi non posse: ex eo, quòd inter casus à regula exceptos minime comprehendatur. Cui consentiunt Henricus [k], & Albericus [l]. Communis attamen est sententia [m], posse abduci, quæ in practica obseruatur, auctore Remigio [n]: ac ita fuisse obseruatum Milleus scribit [o]. Sed ad faciliorem huius quæstionis intelligentiam quæri commode posset, quis dicatur proditorius homicida. Baldus [p], quem
61 Ananias [q], & Felinus [r] sequi videntur, dicit eum videri proditorium homicidam, qui alterum veneno necauerit; atque eum [s], qui occiderit illum, cum quo nullæ sibi erant inimicitiæ, ideo nihil tale sibi præcauentem, cùm nulla esset præcauendi causa. Quam expositioné probant glossa [t], Bartolus [u], Felinus [x], & Iason [y], & côuenit verbis textus [z], qui eum proditorem vocat, qui per industriam, & insidias proximû occiderit. Quam-
64 obrem mihi placet Didaci opinio aduersus Bartolum [a] existimantem, eum, qui propriû inimicum, etiam à tergo, & incautum occiderit, non esse proditorium homicidam. Huius rei rationem illam reddit, quòd inimicus ab inimico sibi debeat præcauere. Quod licet verum sit, tamen non sequitur, quin sit proditorius homicida, qui per insidiosam industriam eum gladio feriat. Maiorem vero difficultatem habet, quãdo quis absque vlla proditione, consultò tamen, & præuia deliberatione, post repentinum iræ motum alium occiderit, an scilicet Ecclesia abstrahi possit. Communis interpretum sententia est, adstipulante Didaco [b], talem homicidam e sacris ædibus abduci posse, ac ita obseruari per vniuersam Italiam tradit practica Papiensis [c], prout refert Remigius [d], & Alciatus [e], atque etiam ita fuisse pluries in Mediolanensi Senatu iudicatum, & exequutum, testatur Iulius Clarus [f]. Contra-
65 ria tamen sententia iure verior est, quod & Didacus fatetur [g]. Nam cùm hoc homicidium à proditorio manifeste distinguatur, quoad immunitatem etiam distingui debet: vt saltem iste patrocinio Ecclesiæ se tueri valeat. Ex quibus dilucide apparet, simplicem homicidam, etiam si scienter, non for-
66 tuito, iniuriose aliquem occiderit, non esse per vim ab Ecclesia extrahendum. Is siquidem Pôtificio iure Ecclesiastica gaudet immunitate, vti colligi potest facile ex constitutionibus Innocentij Tertij [h], & Gregorij Noni [i], necnon interpretum [k] consensu, quê frequentissimum esse, respondit Alexander [l]

[i] ad d. c. 1.
[k] ad c. vlt. de immunit.
[l] ad c. 1. q. 21 n. 69. de hæretic. lib. 6.
[m] Didac. in d. c. 20. n. 7. versic in his profecto.
[n] in tract. de immun. in 13 fallent.
[o] in pract. etiam n. 19.
[p] ad l. nemo & l. 3. C. de sum. Trinit.
[q] 2 ad d. c. 2. de homic.
[r] ad d. c. 1. col. 2. quib. mod. feud. amittit.
[t] ad c. cler. dist. 46.
[u] ad l. reprimendæ §. de reliquerunt. ff. de pœnis
[x] ad d. c. 1. de homicid.
[y] ad leg. 1. in princ. ff. de pact. in verbo placuit.
[z] in d. c. 1.
[a] ad d. §. de reliquerit.
[b] in d. c. 20 versic in his profecto casibus.
[c] in forma inquisitionis in verbo hęc est quædam inquisit. nu. 21. in fine.
[d] d. c. 15. fall.
[e] ad præsum. reg. 3. præs. 31. n. 4.
[f] in d. q. 30. versic. punctus est in fi.
[g] in d. vers. in his profecto in fi.
[h] d. c. inter alia.
[i] in c. vl. eo. de immun.
[k] ibid & ad cap. 1. de homicid.
[l] cons. 145. lib. 7.

Iurisconsultorum consultissimus. De raptoribus etiam quæstio est. Iure quidem ciuili non gaudent Ecclesiæ immunitate, immo inde abduci possunt [m] vel inuiti, vt diximus. Iure autem Pontificio nequaquam possunt, quod omnium consensu receptum esse Henricus [n], & Petrus Belluga [o] testantur. Quibus suffragatur textus [p] ex Concilio Aurelianensi, in quo expresse elicitur, raptori ad Ecclesiam confugienti, mortis, & pœnatum immunitatem concedi. Vnus Didacus Couarruuias [q] existimat, raptorem etiam iure canonico posse per vim Ecclesia abduci: moueturq. ex ijs, quòd raptus virginû est grauissimum crimen, & Reipublicæ admodum perniciosum, ac simillimum his, quæ in citata Innocentij Tertij [r] constitutione excipiûtur. Præterea (ait) iura Pontificia post veterum patrum decreta non concedunt Ecclesijs indistinctè hanc immunitatem, immo denegant eam aliquot casibus: non alia ratione, quàm quòd ea grauissima sint, & reipublicæ maxime incommoda. Quæ quidem ratio virginum raptui omnino conuenit, atque ideo virginum raptores ab Ecclesia, & loco quouis sacro extrahi posse arbitratur: quod & Hyppolito placuit [s]. Ad constitutionem vero illam Aurelianensis Concilij [t] respondet Didacus, ad ius vetus eam pertinere, quod immunitatem hanc licêtius largiebatur, quasi iure nouissimo aliter cautum sit: quod tantum à vero abest, vt nihil ma-
67 gis. Nam licet ex constitutione Innocentiana [u] tribus casibus quis ab Ecclesia extrahi possit, non sequitur tamen, vt alijs in eadem constitutione minime comprehensis abduci queant: quia, vt bis dictum est, odiosa non sunt extendenda, sed restringenda. Vnde ipse in ea sum sententia, vt existimem, non esse faciendam extensionem ex illis tribus casibus ad alios, nisi ad eos, qui sunt iure expressi: vt de proditorio homicida diximus, quemadmodum de assassinis (vox est in iuris praxi valde frequens, estq. nomen gentis, quæ vias obsidebat, & in viatores crudelissime olim grassabatur) receptum est [x] ex constitutione Lugdunensis Côcilij sub Innocentio Quarto celebrati: etsi ibidê assassini aliter accipi debent, atque putarût
68 vulgò interpretes, nempe assassinos appellari quoscumque, qui pecunia, aliovè pretio côducti, homines occidunt, percutiûtvè, nihil tale sibi ab eis præcauêntes, veluti exponunt [y] Dominicus, Ancharanus, Imola, Banchelius, & Philippus Probus: quam expositionem admittût Bartolus [z], Paulus de Castro [a], Baldus, & Salicetus [b], Alexander [c] quoque,

[m] auth. de mand. prin. §. neque autem homic.
[n] ad c. Eccl. de immunit. eccl. col. 3.
[o] in speculo principis §. sed qa n. 12.
[p] c. 3. 36. q. 1.
[q] in d. c. 20. nu. 8.
[r] in d. c. inter alia.
[s] ad l. vnicâ n. 208. C. de raptu virg.
[t] in d. c. 3.
[u] de qua in d. cap. inter alia.
[x] ex c. 1. vbi notant oes. de homic. li. 6
[y] ad d. c. 1.
[z] ad l. nô solû. §. si mandato ff. de iniur. nu. 14. & ad l. Cicero. ff. de pœn.
[a] ad l. 1. §. vlt. ff. de eo per quê fact. erit.
[b] ad l. nô minus col pen. C. de accus.
[c] cons. 160. lib. 7.

quoque, & Angelus [d]: hancq. esse communem nostrorum sententiam edocet Aretinus [e]. Archidiaconus [f] tamen, Ioannes Andreæ [g], Albericus [h], Syluester [i], & alij, quos 69
citat, & sequitur Didacus [k], tradunt ibidem vere, ac proprie assassinos dici quosdam infideles, qui subiecti sunt Principi itidem infideli, qui ita edocti, & instructi à pueritia sunt, vt quos ille occidi iusserit, facillime occidant, atque arbitrētur, mortem ex hoc non esse timendam, nec vllam pœnam ob crimen istud sese post obitum daturos, immo se obsequium præstare Deo opinantur. Ipse licet libenter sentiam, Innocentianam illam constitutionem intelligi oportere de assassinis infidelibus, non dubito tamen, quin hodie assassinorum verbo comprehendantur illi, quos vulgò codē vocabulo nuncupamus, eos videlicet, qui pecuniæ, alteriusvè mercedis gratia operas suas ad homines occidendos locant: neque isti perinde, atque illi gaudere [l] debent Ecclesiarum immunitate. Isti, quia & proditionis, & sceleris rei: vnde bene censuit Speculator [m], Christianæ Reipublicæ expedire dicens, vt lege lata declararetur, assassinos posse ab Ecclesijs, & remplis ad punitionem abduci. Illi, quia infidelitatis, & atrocissimi criminis: nec enim ratio vlla suadet, vt is ab Ecclesia defendi debeat, qui eius gremio, tutelæ, & fidei cōmittere seipsum recusat. Et quamquam ex 70
nostris quamplurimi [n] sunt, adeo vt maior pars dici possint, qui contrarium verius esse opinentur: glossa [o] tamen, Abbas [p], Henricus [q], Boerius [r], Ananias [s], Oldradus [t], Salicetus [u], Cynus [x], Hyppolitus [y], atque Didacus [z] rectè scripserunt, dandam non esse huiusmodi assassinis immunitatē: sicut concedendam non esse hæreticis dixere Gonsalus Villadiego [a], Hyppolitus [b], & Boerius [c], 71
cùm possit hæreticus ad supplicium, & pœnam ab Ecclesijs ipsis abstrahi inuitus. Nec 72
obstat, quòd excommunicatus abduci nequeat, vt voluere Hostiensis, Gulielmus, & Imola; item Henricus, & Boerius, quamuis & ipse extra Ecclesiæ gremium sit: quia excommunicatus, quamuis suffragijs Ecclesiæ, & sacramentorū participatione sit omnino priuatus, est tamen absolutionis, & reconciliationis cum Ecclesia, cui se committit, capax: nec verisimile est, velle ipsum in excommunicatione diutius marcescere, quod de hæreticis, & infidelibus non est præsumendum, quippe qui sunt prorsus à fide alieni, & vt plurimum erroris densa caligine obcæcati. Si vero excommunicatus 73
se ab Ecclesiæ sacramentis diu separatum pateretur, hac immunitate ipsum incapacē iudicarem, de cuius fidei constantia, & puritate esset nonnihil dubitandum, sicut dubitat passim Ecclesia, quæ negligentes excommunicatos solet post annum hæreticæ prauitatis inquisitoribus ventilandos trade-
74 re. Et ita intelligi forte oportet Felinum [d], & Summam confessorum [e], dum existimāt, excommunicatos perinde, atque infideles indignos esse Ecclesiasticæ immunitatis beneficio: etsi Iudæus ad Ecclesiam confugiens, si modo simulatio absit, dicitur gaudere immunitate Ecclesiastica, vt post glossa [f], & alios, tradit Tiraquellus [g] in suo de iure primigeniorum tractatu. Mihi etiam placet communis interpretum consensus [h] aduersus Cynum [i], cuius sententia fuit, cō-
75 fugientem ob crimen ad Ecclesiam, quem iudex in fuga ante oculos habeat, & cursu persequatur, posse ab ipso iudice ab Eccle-
76 sia retrahi, & ad punitionem reuocari. Et Ignæus [k], & Boerius [l], excellenter asserunt, de eo, qui à iudicis familia est captus, si eius manus effugiat, ac liber se in Ecclesiam recipiat, non esse vlterius inquirendum: quod & vsus admittit, quotidieq. videmus, & ex-
77 perimur. Quinimmo Boerius [m] rectissime scribit, captum, & in carceribus detentum, si carcerem confregerit, & in Ecclesiam se abdiderit, non posse inde inuitum abduci: quod accipe intra suos terminos: nempe, si ex delicto non est immunitatis incapax, idq.
78 probat Cassanæus [n]. Quam conclusionem Bartholomæus Brixianus [o], Albericus [p], & alij [q], constanter affirmant locum habere, in eo etiam, qui existens in vinculis, seu carceribus, & præstito iuramento de redeundo
79 exierit habita à Superiore licentia, si ad Ecclesiam confugerit. Dubitari tamen posset, an ei, qui in Ecclesia deliquit, Ecclesiastica immunitas suffragetur. Gregorius Nonus [r] Toletano, & Compostellano Archiepiscopis rescripsit, non suffragari, idq. consulto, ac optima ratione. Indignum siquidem est auxilium exhibere Ecclesiam ei, qui intra ipsam delinquens iniuriam templis intulit, argumento eius, quod Innocentius Tertius [s] rescripsit, *Frustra legis auxilium implorat, qui committit in legem*. Et præsertim, quia sacras ædes delicto contaminans, ea spe, & fiducia deliquisse præsumitur, vt ab ipsa Ecclesia defenderetur, cùm alioquin forte non deliquisset: iniuria itaque Ecclesiæ fit, quæ ansam, & delinquendi occasionem ei dedisse putaretur. Immo Panormitanus [t], quem sequitur Aufferius [u], dicit, delinquentem in Ecclesia, etiam sine spe, & absque fiducia vlla

d ad l. vnic. C. de sepul. viol.
e conf. 155. col. 11.
f g ad d. c. i
h in distinc. par. in verbo assassinus.
i etiam in verbo assas.
k in d. c. 20. nu. 10.
l d. cap. 1. de homicid.
m par. 2. de conf. c. 44.
n glos. ad d. c. inter alia. & ibi Host. Io. Andr. & Car. q. 1. Tiraq. in tract. de primogenijs. q. 66. n. 8 Felin ad c. Iudæi. 1. de Iudæis. Imola post alios ad clem. 1 de pœnis. Sylu. in verbo immunitas. 3 §. 3. Hypol. ad l. vnic. C. de rapt. virg. n. 114.
o ad l. 1. C. his, qui ad ecc. confug. & ad authent. d mand. princ. § subiectorum.
p ad c. inter alia. n. 6.
q ad c. vlt. de immu. ecl.
r decis. 110.
s ad d. c. Iudæi.
t conf. 94.
u ad d. l. 1.
x ad l. præsenti. 1. q. C. eodem.
y qui commune esse fatetur. ad l. ex S.C. n. 10. ff. d sicarijs.
z d cap. 20.
a in tract. d hæret. q. 10. num. 15.
b ad d. l. ex S.C.
c in d. dec. 110.

d ad cap. 2. col. 2. de excep.
e tit. de immunit. eccl. q. 1.
f ad c. inter alia ver. extrahendus. vbi Host. Vincen. Io. And. Anto. Card. Floren. q. 1. ext. de immun. Eccl.
g q. 66. n. 9.
h Bal. Rom. Alex. & Iason ad l. plerique ff. de in ius vocan do.
i ad auth. si quis ei C. de adulterijs.
k ad l. 1. in princ. ff. ad S.C. Syllan.
l in d. decis. 110.
m in d. dec. 110.
n ad cōsuet. Burg. rub. 1. § 5 vers. Archid. n. 16.
o q. dominicali. 38.
p ad l. si leg. C. de his qui ad Eccl. confug.
q Henricus ad d. c. Eccl. in fi. de immunit. Eccl.
r Præposit. ad can. ius gentium. nu. 10. dist. 1.
s in d. c. vlt. de immunit. Eccl.
s cap. 14. de iniuris.
t ad d. c. vlt.
u in capel. Tholos. dec. 400.

vlla consequendæ immunitatis, ab eadem Ecclesia adhuc iure extrahi posse. 80 Et Henricus [x] post veteres iuris interpretes haud male existimauit, eum, qui in Ecclesia delictum commisit, non modo priuandum esse illius Ecclesiæ immunitate, & ab ea abstrahendum, sed à quacumque alia ob crimen in Ecclesia perpetratum. 81 Sed hisce casibus non mihi displicet, quod admonuit Didacus [y], vt hæc intelligatur vera, cùm crimen, quod in Ecclesia cõmissum esse dicitur, graue est, non item, cùm leue: quo casu non est delinquens abducendus, quod & Abbas [z] post Hostiensem [a], & alios adnotauerat, & post Abbatem Henricus [b], Aufrerius [c], Syluester *in verb. immunitas*. 3. §. 2. atque hanc communem sententiam esse tradit Angelus Castrensis [d], Pauli filius. Quæritur hinc, an qui prope Ecclesiam eo proposito delictum commisit, vt ab Ecclesia facilius protegeretur, vnde non deliquisset, vt conijci potest, nisi spem consequendæ immunitatis Ecclesiasticæ habuisset, possit ab Ecclesia, in quã confugit, extrahi, & ad criminis punitionẽ trahi. Ancharanus [e], Henricus [f], & Andreas Alciatus [g] putant, posse. 82 Vnde Ioannes Lupus [h], cuius opinioni se subscribit Didacus [i], argumentatur, peccantem spe consequendæ absolutionis, auctoritate indulgentiarum, & Apostolicarum litterarum, non vtique posse ipsarum virtute absolutionis beneficium obtinere: quod videtur innuisse Ioãnes Chrysostomus [k] in Epistolam ad Hebræos. *Quando quis*, ait, *propterea peccat, vt sanctum baptisma in nouissima sua expiratione suscipiat, fortassis non adipiscitur*. Et quæ sequuntur [l]: & Innocentius [m] Tertius Herbipolensi capitulo. *Illud autem quod sub spe veniæ diuina sibi fecit celebrari, & communioni fideliũ ingessit se, potius contra eum facere credimus, quàm pro eo, cùm sua fiducia pœnitentiæ non debuerat deliquisse, & excommunicato non vitare multò magis, quàm non vitari periculosum existat*. Paulò apertius Lactantius Firmianus [n] sic. *Circumspice conscientiam tuam, & quantum potes medere vulneribus: nec tamen, quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes: abolentur enim, si Deo largiare, quia peccaueris: nam si fiducia largiendi pecces, non abolentur*. 83 Caietanus [o] tamen scribit, esse vulgarem errorẽ putantium, peccantem sub prætexru confessionis, & pœnitentiæ faciendæ peius facere. Siquidem S. Thomas [p] Aquinas perite, vt sui moris est, dicit, peccare cum proposito perseuerandi in peccato spe veniæ, ad præsumptionẽ pertinere. 84 Et hoc non diminuit, sed auget peccatum: peccare autem sub spe veniæ quandoque percipiendæ, cum proposito abstinendi à peccato, & pœnitendi, non est præsumptionis, & peccatum diminuit, quia per hæc viderur habere voluntatem
85 minus firmatam ad peccandum: nam præsumptio est magnum peccatũ, minus tamen
86 quàm desperatio: quoniam magis proprium est Deo misereri, & parcere propter eius infinitam erga homines bonitatem, quàm pu-
87 nire. Vnde Magister Sententiarum [q] affirmat, Adam minus peccasse, quàm peccauerit Eua, quia de pœnitentia, & Dei miseri-
88 cordia cogitauit. Putarem itaque, ex hoc axiomate esse concludendum, spe indulgentiarum peccantem, earumdem virtute consequi posse absolutionis beneficium, si habuerit propositũ abstinendi deinceps à peccato: quia tale propositum non auget, sed minuit peccatum, & est, vt ait Caietanus [r], voluntatis transitoriæ, non pertinacis in malo. Nec aduersatur Chrysostomus [s], qui ait [t]. *Fortassis non adipiscitur*: nam qui peccat ea intentione, vt sanctum baptisma in vltimo vitæ exitu suscipiat, non fortassis adipiscitur: quasi inferre velit, mors erit ita fortassis repentina, vt baptizari minus valeat. Vnde subiungit [u]. *Multos noui, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabãt, circa diem autem mortis discesserunt vacui*. Illud vero Innocentij Tertij [x] intelligitur, quòd non bene facit, qui sub fiducia veniæ deliquit, sed grauiter peccat, non sequitur tamen, quin consequi possit veniam, si intentionem habet non peccandi de cætero. Lactantius [y] autem de eo loquitur, qui fiducia eleemosynæ peccat, cùm proposito perseuerandi in peccato sub spe veniæ: & ista est præsumptio, quæ non minuit, vt ait S. Thomas [z], sed auget peccatum. Quod subijcit. *Ignoscitur ijs, qui ad peccatum imprudenter, incauteq. labuntur: veniam non habet, qui sciens peccat*. Sed ignoscat Lactantius: mihi hoc non probatur. Raro enim euenit, vt ex malitia non peccemus, numquam ergo aboletentur peccata? Væ nobis, & tibi Lactanti: hoc enim esset Dei virtutẽ exinanire. Defendi etiam posset Lactãtius, vt intelligat de eo, qui in peccato perseuerat, nec de præteritis agit pœnitentiam: Deus enim purgari homines à peccatis maxime cupit, ideoque agere eos pœnitentiam vult: agere autem pœnitentiam, nihil aliud est, quàm dolere de peccato præterito, ac profiteri, & affirmare se vlterius non peccaturum, eiusdem Lactantij [a] testimonio, qui cùm eruditus, ac pius fuerit, de rebus diuinis eloquen-

x ad d. c. Ecclesiæ. col. 3.
y d. c. 22. n. 25. vers. 25.
z a b add. c. vlt.
c d. dec. 423.
d in cõs. 419 par. 2. col. 1.
e ad d. c. vl.
f ad d. c. Ecclesiæ col. 1.
g in reg. 3. de præs. c. 32.
h ad c. veniens § 14. de donat. inter vir. & vxor.
i d. c. 10 nu. 25. vers. 26.
k Hom. 13. cap. 7.
l in c. quisto 28. de consecr. dist. 4.
m in c. 5. de excomm. vel. inter. celeb.
n li. 6. c. 13.
o 2. 2. q. 21. art. 2. ad 3.
p ibid.
q lib. 2. dist. 22. §. 2.
r d. art. 2. ad tertium.
s d. Hom. 13.
t d. c. quisto.
u ibidem.
x d. c. 5. de cler. excom.
y d. c. 13.
z d. q. 21. ad 3.
a d. cap. 13.

eloquentiæ nomine præterea bene meritus, qua adeo excelluit vt Christianorum Cicero vocetur, eius verba exactus expendendo, dicerem, peccantem scienter veniam non habere, vt ipse ait; scilicet opus esse, vt peccantem eius scientiæ, hoc est fiduciæ, & præsumptionis, præcise, ac nominatim pœniteat, nec esse considerandum reatum tantum, vt
suapte natura letalem, ac Deo odiosum, sed 90
etiam, vt à peccante cognitum, & animaduersum, ac spe veniæ, & vt ita dicam, in fraudem diuinæ misericordiæ perpetratum. Sed ad rem nostram redeundo, quæri potest, num clerici eadem, qua laici, gaudeant immunitate. In hac valde dissentire videntur
interpretes. Innocentius, & post eum alij [b] 91
asseuerant, clericos abduci non posse: quod & Romanus bis respondit [c]. Abbas tamen
Panormitanus [d] contrarium verius putat, 92
videlicet ecclesiasticum iudicem posse clericum ab ecclesia inuitum abducere ad criminis punitionem: quam opinionem consuetudine, & moribus receptam esse scriptum reliquit Ioannes Bernardus [e]. Ipse tamen dicit, Innocentij sententiam frequentiori calculo receptam, ac vbique seruandam esse, si crimen meretur delinquentem tradi curiæ seculari, & degradari: hoc enim casu, vel clericum extrahi non oportere, vel extractum non esse tradendum curiæ seculari. Expositionem hanc reprobat Didacus [f], nimirum existimans, licere iudici ecclesiastico clericum criminis reum, ex quo degradari, & seculari potestati tradi mereatur, eclesia abduci, atque degradari, & relinqui arbitrio magistratus laici posse. Mihi Ioanis Bernardi resolutio videtur meti, ac verbis ipsius Panormitani conuenire, cum loquitur dumtaxat de ijs criminibus, quæ à proprijs Superioribus puniri queunt: vt est verberatio, incarceratio perpetua, & ad tempus eiectio à monasterio,
& his similia. In his etiam, vt idem ait, 93
attendi debet, quod fert consuetudo. Cum igitur delinquentes ad ecclesiam fugiendo, abduci inde nequeant, in ecclesia compedibus, seu catenis vinciri, ligariue non debent, sed solutos, ac liberos esse eos oportet, vt quò voluerint, se conferre valeant [g]. Et licet Guido Papæ [h] contrarium moribus esse receptum contendat, Didacus [i] tamen eleganter dixit, id permitti posse, vbi ambiguum sit, debeatne gaudere ecclesiæ immunitate delinquens, modo vincula ab vtroque iudice ecclesiastico, & seculari reo simul injiciantur, vt voluit etiam Belluga [k].
Immunitas insuper ecclesiastica postulat, 94

b cōs ad d. c. inter alia.
c in cōs. 227 & 234.
d ad d c. inter alia. n. 31
e in sua practic crimin. c. 115.
f d c. 20. nu. 16.
g c. definimus. 17 q. 4. l. præsenti. C. de his qui ad eccl. cōfug.
h in decis. 221.
i in d. c. 20. num. 17.
k in speculo Princ. rubr. 32. sed quia n. 21.

vti nemici liceat, ecclesiam ipsam quodammodo obsidere, nec ad eam fugientibus alimentis, ac vestimentis interdicere, nec prohibere, quominus eis huiusmodi necessaria ministrentur, vti probant Hostiensis, Abbas, & alij [l], necnon idem Guido Papæ [m], etiam si contrario vsu receptum crederetur, prout Ioannes Ignæus [n] dilucide demon-
95 strat. Quibus autem casibus ecclesia fugientibus securitatem præbet nullam (etsi praxis totius Christiani fori, testimonio Guidonis Papæ [o], & Gulielmi Benedicti [p], obseruat, vt iudex laicus auctoritate propria valeat delinquentem ab ecclesia extrahere, etiam absque licentia Episcopi) mihi tamen longe magis placet Cyni [q], & Salicceti [r]
96 sententia, quam & Belluga [s] sequitur: vt exigenda sit licentia ab eo ecclesiastico magistratu, qui eam potest concedere: quod Iustinianus videtur constituisse, dum ait [t]. *Si in sacro oratorio colloqui inueniantur, post tres denunciationes, liceat marito vtrasque personas defensori ecclesiæ tradere, aut alijs clericis, vt ad eorum periculum diuisim isti seruentur, donec iudex cognoscens hoc, mittat Episcopo ciuitatis, quatenus ei isti tradantur.* Sed erit, qui objciet, hunc casum inter grauiora crimina, & atrocia referri, quod probatum fuit libro secundo [u]. At si iure Cæsareo
97 adulteri immunitate non gaudēt, capi tamen in ecclesia, inconsulto, & non permittente Episcopo, non possunt: idem profecto dici debet de ijs criminibus, propter quæ delinquentes iure Pontificio non gaudent templorum immunitate. Atqui eccle-
98 siarum Prælati difficiles in danda licentia se reddere non debent, alioquin ipsi delinquere dicerentur, vt notat Abbas [x], & Hostiensis [y] ait, eosdem suis limitibus contentos esse oportere, quemadmodum & Principes, vel eorum magistratus, suis. His peractis, quæ ad delinquentes, & criminosos attinent, reliquum est, vt videamus de ijs, qui ære alieno grauati in ecclesiam se conferunt. Iason ad celebre illud Iulia-
99 ni responsum [z] scribit, debitorem fugitiuum ab ecclesia inuitum extrahi posse, propterea quòd capi possit die feriato, etiam in Dei, eiusque Sanctorum honorem constituto, prout Accursius [a] tradit, quem sequitur Baldus [b], & esse singularem dicit Baptista [c] de sancto Seuerino: nec dissentiunt Bartolus [d], Angelus Aretinus [e], & Alberticus [f], qui asseuerat ita communiter obser-
100 uari. Quibus accedit, quod Ancharanus [g] scriptis mandauit, nempe debitorem fugitiuum, etiam à iudice incompetenti capi posse,

l ad d c. inter alia.
m in d. decis. 221.
n ad l. 1 in princ. ff ad S C. Syllan.
o in d. decis. 221.
p ad c. Raynut. in verb. vxoré n. 444 de testam.
q r ad auth. si quis et C. ad l. Iul. de adult.
s c. rubr. 22. num. 27.
t in d auth. si quis et.
u cap. 16.
x ad d. c. inter alia n. 13 in fine.
y ibidem.
z l. vinū. n. 9 de reb. cred. si cert. petat.
a ad l. vl. C. de ferijs.
b ad c. si, eo. c in tract. d debit. suspe. & fugit. q. 8.
d ad d. l. vlt. & ad l. ait prætor. §. si debitorē ff. si quid in fraud.
e in princ. tit. de act. n.
f ad l feriatis. ff. d ferijs.
g in cōs. 19a

posse, cui adstipulantur Socinus [h], & Idem
Iason [i]. Quòd, si debitor ab incompetenti, 101
& non suo iudice capi potest, ac etiam à cō-
petenti, die ad Dei honorem feriato, conse-
quentia esse videtur, vt & in loco sacro im-
pune capi valeat. Hac in re Oldradus [k], 102
quem Abbas [l] Panormitanus, Albericus [m],
Aufrerius [n], & Nicolaus [o] Boerius indiscri-
minatim sequuntur, ait, debitorem ad Ec-
clesiam fugientē inde abstrahi posse, si con-
suetudine receptum sit, vel municipali sta-
tuto cautum, vt in Hispaniarum regnis, vbi
teste [p] Didaco, debitores, si satisfacere
nequeunt suis creditoribus, ab eisdem in
seruitutem quandam trahi posse constitutū
est. Namque seruus ad ecclesiam confu- 103
giens & iure ciuili [q], & pontificio [r] abduci
inde potest, vt domino seruiat. Multi enim
serui freti hac ecclesiæ immunitate, vti do-
minorum seruitium effugerent, in loca sa-
cra se conferebant. Cuius rei certiores fa-
cti Imperatores, Theodosius, & Valentinia- 104
nus dominis consulere lege voluerunt [s], vt si
serui ad sacras ædes confugerent, ab ipsis
per clericos eijcerentur: quod si nō possent,
dominis nunciarent, data eis facultate suos
seruos extrahendi, etiam armata manu.
Hinc Andræas [t] Alciatus, vir alioquin do-
ctissimus, & in veterum monumentis per-
quam versatus, existimauit, hanc eandem
constitutionem esse, quam Honorius, & Ar-
cadius Imperatores tulerunt, Eutropij Eu-
nuchi (qui plurimum apud Honorium gra-
tia, & auctoritate pollebat) consilio, & ius-
su, quam periniquo animo Beatus Ioannes
Chrysostomus tulit, eoque nomine graues
inimicitias cum Eutropio exercuit. Verum, 105
cum diuina bonitas falli non queat, Eutro-
pio in iram Cæsaris incidente, quòd Augu-
stam, si Sozomeno [u] credimus, contume-
liose tractasset, Dei iudicio factum fuit, vt
eo auxilio, quod ad ecclesiam fugientibus
abstulerat, ipse indigeret: prout memo-
riæ mandarunt idem Sozomenus [x], Socra-
tes [y], Nicephorus [z], Cassiodorus [a], &
Otho [b] libro Chronicorum quarto. Qui
etiam scribunt, eundem ecclesia abductum,
ad quam e palatio confugerat, ac capite
truncatum, audaciæ suæ pœnas dedisse, le-
gemq. ipso auctore latam ex publicis com-
mentarijs erasam. Vnde colligi potest, ve-
rum non esse, quod Alciatus censuit, vide-
licet cōstitutionem illam Theodosij, & Va-
lentiniani [c] esse, quæ persuasione Eutropij
edita fuerit: quod Didacus [d] etiam recte
adnotauit. Nam constitutio ista ad seruos
duntaxat pertinet, qui & iure Pontificio,

h i. ad l. 2. ff de iurisd. omn. iudic.
k in cōs. 54.
l ad d. c. inter alia. nu. 24.
m in 1. par. stat. q. 19.
n in Capella Tholos. 422.
o in dec. 215 num. 7.
p lib. 2. c. 1. variar. resol.
q in l. si seruus. C. de his, qui ad eccl. confug.
r ad d. c. inter alia.
s d. l. si seruus.
t in l. 2. parerg. c. 44.
u lib. 8. c. 7.
x d. cap. 7.
y lib. 6. c. 5.
z Hist. eccl. lib. 13. c. 4.
a lib. 10. Tri part. c. 4.
b cap. 19.
c d. l. si seruus.
d d. c. 10. n. 14.

vti dixi, extrahi ab ecclesijs possunt, dum-
modo [e] domini de impunitate clericis iu-
ramentum præstiterint; & illa æqua, iustaq.
est, nec Chrysostomus, vir iustus, iniquo
106 animo huiusmodi legem tulisset. Argumen-
to est etiam, quòd eadem constitutio sit
Imperatorum, Theodosij, & Valentiniani,
ad Imperium Præfectum prætorio directa,
vt eius inscriptio ostendit manifeste; illa
vero, quam Eutropio auctore latam esse
scribunt historici, fuerit Honorij, & gene-
ralis, ac ad omnes pertinuerit, omnesque
comprehenderit. namque Eutropio Con-
sule Imperio præerant Arcadius, & Hono-
rius: hic in Occidente, ille in Oriente,
quod & Socrates [f] scribit. Deinde impera-
runt Theodosius iunior, & Valentinianus
Tertius, quibus auctoribus lata est lex, vt
liceret [g] seruos ab ecclesia abstrahi, non
107 item alios. Dominis autem durius, quàm
æquum est, se habentibus aduersus seruos,
qui ad ædem sacram, aut ad statuas Princi-
pum confugissent, Antoninus Imperator
præcepit, vt cogerentur seruos vendere
iustis conditionibus, & pretium eorum
recipere possent, ita vt in potestatem do-
108 minorum non reuerterentur. Nec immeri-
to: expedit enim reipublicæ, ne re sua quis
male vtatur. Huius rescripti Antonini ad
Aelium Martianum missi, meminere Vlpia-
109 nus [h], & Iustinianus [i]. Sed vt ad debitores
redeamus, hisce non obstantibus, conclu-
dendum est, debitorem fugitiuum ab ec-
clesia minime abduci posse, sed sacrarum
ædium immunitate plenè gaudere. Nec
vnquam cauetur in hac specie, ecclesiarum
immunitatem non prodesse his, qui ad sa-
cras ædes confugiunt: atque ideo, standum
esse huic regulæ asseuerant iuris vtriusque
110 interpretes, ipsius [k] Didaci testimonio, qui
etiam eleganter tradit, Iustiniani [l] sanctio-
nem, qua cauetur, vti debitoris ab sacris
ædibus extrahi possint, vti iuri canonico
contrariam, nullius esse roboris, aut mo-
menti, scribitq. recte, in Hispaniarum re-
gnis, non obstante lege regia de trahendis
in seruitutem creditori debitoribus, eosdem
111 non posse ab ecclesia extrahi. Cuius sa-
ne sententia mihi videtur optima, cum hu-
iusmodi regia lex communi iuri aduersetur:
rescripserunt enim Imperatores [m], pro de-
bito liberum hominem in seruitutem da-
112 ri minus posse. Quod autem Iason argu-
mentatur de tempore ad locum, parum
subtiliter: non enim eadem est ratio, si-
quidem die etiam in Dei honorem feria-
to permissum est magistratibus homicidas,
aliosq.

e d. c. inter alia. in fine.
f d. lib. 6. c. 1
g d. l. si seruus.
h in l. 2. ff de his, qui sunt sui, vel alieni iur.
i in § vl. Inst. eod.
k d. c. 10. n. 14.
l in Auth. de man. princ. § publicorū.
m l. 10. C. de oblig. et action.

aliosq. delictorum reos capere,& in vincula
conijcere, quod & Imperiali constitutione
cauetur [n] expresse: nec inficiari potest Ia-
son. Qua de causa ab eius opinione recesse-
runt Decius [o], Purpuratus [p], & Alciatus [q],
qui omnes Panormitanum [r],& communem
conclusionem sequuntur. Non mihi tamen 113
displicer moderatione adhibita, quod &
Didaco [s],& Boerio [t] placuit, vt Iasonis sen-
tentia habere locum possit in mercatoribus,
& campsoribus, qui maximo reipublicæ di-
spendio, ex pecunijs, & rebus alienis dum
quæstum exercent operam vsuris quodam-
modo, & fænoribus dantes, ac per negli-
gentiam, prodigalitatem, & luxum, libidini
intemperanter, ac voluptatibus indulgen-
do, decoquant, ad templaque fugiendo,
creditores omnes suos miserrime fraudant:
putarem enim ecclesiarum Prælatos, iudici-
bus secularibus libere huiusmodi homines,
quos vulgo fallitos vocamus, & proprie
(fallunt enim) extrahendos concedere de- 114
bere: siquidem Pius Papa Quintus [u] decre-
uit, decoctores vltimi supplicij,& ea, quæ
fures ipsi iure, vel consuetudine, vel parti-
culari, vel municipali statuto plecti solent,
pœna puniendos esse.

n in l. pro-
ncuratri. C.
de seruis.

o ad d.l vi-
dum n. 8.
p ibidem n. 10.
q ibidem.
r ad d. c. in-
teralia. n. 2 a

s in d. c. 20.
n 14. versic.
nec Iasonis.
t in dec. 215
num. 7.

u in bulla.
contra frau-
dulentos, &
dolosos de-
coctores.

SVMMA EX CAPITE XVII.

1 *Immunitas ad bona, sicut ad ædes sacras, extenditur.*
2 *Bona sacra ex decimis, & legatis constant.*
3 *Decimæ à mũdi ortu exiſtũt diuina lege.*
4 *In primitiua Ecclesia omnia bona fuerunt omnibus communia.*
5 *Bonorum communio clericorum multitudine dissoluta est.*
6 *Aegre probauit S. Augustinus proprietatem bonorum inter clericos.*
7 *Votum paupertatis non est clericatui annexum.*
8 *Bona clericorũ quadripartita sunt: scilicet Episcopo, clero, fabricæ, pauperibus.*
9 *Abhinc mille centum viginti annis circiter, hoc est anno* CHRISTI *470 bonorum partitio inter clericos facta est.*
10 *Clericos post diuisionem dominos fructuũ esse, nec ad restitutionem consumptorum in profanos vsus teneri communis est sententia, præsertim S. Thomæ.*
11 *Prædia, & fundi ecclesiarum stabiles non sunt in dominio alicuius, nisi* IESV CHRISTI.
12 *Ecclesiastici prouentus* CHRISTI *patrimonium rectè dicuntur.*
13 *Qui possidet beneficium, naturaliter possidet.*
14 *Qui rei insistit, naturaliter possidet.*
15 *Sub apostolica communione non erat, qui alicuius rei indigeret.*
16 *Primum prædia fideles vendebant, et eorum pretia tradebant Apostolis, postea tradita sunt matricibus ecclesijs.*
17 *Pietantia est portio cibi, quæ viris claustralibus in communi refectorio quotidie bis datur.*
18 *Pharao, cæteris seruire coactis, à sacerdotibus temperauit, quamuis legis diuinæ ignarus.*
19 *Bonorum ecclesiasticorum immunitas diuinis e fontibus manat.*
20 *Non tenetur ecclesia ad onera pro aduentu Principis, seu ingressu subeunda.*
21 *Princeps nihil in ecclesiæ præiudicium statuere potest.*
22 *Embola, Græca vox, est itineris ingressus.*
23 *Honorius, & Theodosius bona ecclesiastica ab oneribus extraordinarijs exemerunt: ab ordinarijs secus, vt sunt pontium, viarumq. extructiones.*
24 *Bonifacij octaui constitutione cautum est res ecclesiasticas obligari non posse absque sedis Apostolicæ auctoritate, sub pœna excommunicationis.*
25 *Hanc Benedictus Duodecimus voluit ad sponte soluentes, aut à sponte soluentibus accipientes non extendi.*
26 *Eandẽ omnino abrogauit Clemens Quintus, ipsam ad præscriptum Concil. Lateranen. reuocando.*
27 *Bona ecclesiastica id soluere debent, quod soluebant, antequam ad ecclesiam peruenissent.*
28 *Clerici, cùm de communi bono agitur, debent, sicut & laici, onera non recusare.*
29 *Neque mel, neque apes: aphotegma ad ostendendam commodi cum incommodo reciprocam esse communionem.*
30 *Gregorius Magnus etiam clericos excubijs murorum obligauit. Vide nu. 41.*
31 *Plena iustitia est patriam, & pauperes, & imbecilles defendere.*
32 *Pacis causa voluit Vrbanus pendi tributa Imperatoribus.*
33 *Concluditur, res ecclesiasticas absque summi Pontificis licentia oneri submittendas non esse.*
34 *Ideo neque viarum, neque pontium grauamina sentire debent.*
35 *Etiam à muneribus publicæ vtilitate fultis, Ecclesia immunis est.*
36 *Lex ciuilis potest obseruari à clericis, si ecclesia*

ecclesiæ non meminerit, si absit peccatum, si sacris canonibus non obstet, si ea de re à iure pontificio nihil sit dispositum.

37 *Summi Pontifices nonnunquam ciuilibus legibus vtuntur.*

38 *Lex ciuilis, in qua de rebus ecclesiasticis mentio fiat, est nulla ex defectu potestatis.*

39 *Legem fert, qui iurisdictionem habet.*

40 *Quiuis secularis Princeps, quantum ad res ecclesiasticas, vti priuatus est.*

41 *Obligantur clerici ad vigilias murorum à Gregorio, vti nu. 30. sed cum improuisum imminet periculum.*

42 *Tempore necessitatis nec Episcopi à vigilijs excusantur.*

43 *Etiam sum. Pontif. hostium audaciam sua præsentia refrenare conatus est, vt suos seruaret.*

44 *Leo quartus Sarracenis occurrit, vt Romam defenderet.*

45 *Episcopi possunt bellis interesse, gregem scilicet defendendo.*

46 *Concilium Lateranense, clericos laicis subsidia præstare non abnuit, si necessitas exigat, Episcopusq. ac clerus expedire cognoscant.*

47 *Si tutor inuentarium non faciat, doli suspicionem inijcit, nisi necessitas aliud suadeat.*

48 *Alienatio bonorum ecclesiasticorum, etiã in casibus à iure permissis, absque Episcopi consensu non tenet.*

49 *Necessitas alienationem, aliàs inualidam validam facit.*

50 *Recognoscens superiorem iuramentum non remittit, nisi in casu necessitatis.*

51 *Ieiunium licite frangitur imminente periculo, si longe absit Superior.*

52 *Tempore ineuitabilis necessitatis, si non detur accessus ad summum Pötificem, Episcopus, & clerus poterunt de rebus ecclesiasticis disponere pro laicorum subsidio.*

53 *Cùm ecclesia tenetur de euidenti necessitate subuenire laicis, exactio, & executio per ecclesiasticum ministrum fieri debet.*

54 *Clerici ad nulla prorsus, numquam, nusquam munera tenentur.*

55 *Ecclesia in prædio libero, cui innititur, libera est.*

56 *Prædia tributaria ecclesiæ facta, cum suo onere facta intelliguntur.*

57 *Res ad clericos cum sua causa, suisq. vitijs transit.* Ex Baldo.

58 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipse habet.*

59 *Ecclesia rem oneri annexam possidens onus præstare ex ea annexione debet.* Ex Innocentio.

60 *Possessio ad collectas, prius quàm ab ecclesia acquireretur, obligata, collectas soluet.* Ex Ioanne Andræa.

61 *Pactum de remittendo onere inter contrahentes factum non valet.*

62 *Scienti, & consentienti non fit iniuria.*

63 *Res fisco obnoxia, nec in ecclesiam recte alienatur, sed ad fiscum redit iure ciuili.*

64 *Ecclesia non tenetur pro bonis emptis collectas soluere, nec aliud onus portare, quia collecta imponitur subiectis.*

65 *Collecta est munus indictum pro patrimonio.*

66 *Imponentes collectas clericis, nisi desistant, excommunicantur, cum scriptoribus, & fautoribus.*

67 *Ciuitas, in qua collecta imponitur clero, est ipso iure interdicta, & in duplicem restituit, quod exegit ab ecclesia.*

68 *Nemo debet soluere alienum debitum.*

69 *Honorem non sustinenti non imponitur munus.*

70 *Sacerdotium omni terreno honore maius est.*

71 *Sacerdotij nostri character cælestis, ac indelebilis est.*

72 *Mutata persona, mutatur & rei status.*

73 *Res onerata perueniens ad clericum priuilegiatum de manu non priuilegiati laici, priuilegium acquirit.*

74 *Melioris conditionis est ecclesia, quàm fiscus.*

75 *Fiscus, vbi in priuati iüs successit, suum priuilegium habet, vt scilicet exoneretur.*

76 *Ecclesia, non vt patronus laicus, sed vt ecclesiasticus, debet censeri.*

77 *Summa ratio est, quæ pro religione facit.*

78 *Cardinalis, & Præpositus concludunt, ecclesiam rei, quæ tributaria fuerit, ante quàm ab ea acquireretur, tributum vitari nõ posse, quominus soluatur, hæret enim rei, non personis sacris.*

79 *Res ad ecclesiam transiens, cum onere transit, si onus sit semper vniforme, & perpetuum.*

80 *In rebus spirituali iure ad ecclesiam pertinentibus, ipsa nullum omnino onus sentit.*

81 *Mansus est ecclesiæ dos.*

82 *Mansus, cœmeterium, locus, vbi est plantata*

Digitized by Google

tata ecclesia, atrium, & hortus eius, & huiusmodi nullum penitus grauamen subeunt.

83 *Ecclesia fundata in agro tributario mala fide, tenetur tantùm ad æstimationem rei.*

84 *Locus, vbi plantatur ecclesia, esse liber debet.*

85 *Italia iure ciuili Imperiali non est tributaria.*

86 *Ecclesia non soluente tributum, aut censum, eius bona non confiscantur, etiam Imperatorum constitutione.*

87 *Ecclesia in feudis, & emphyteusi non est priuilegiata, nisi vt priuatus. Ex Bartolo: ideo amittit feudum. Ex Baldo.*

88 *Alienationis verbum circa rem ecclesiasticam est latissimum, sicut & statuti.*

89 *Alienare quandoque est, non vtendo, seruitutem amittere.*

90 *Alienare est pati rem vsucapi.*

91 *Alienatio complectitur large seruorum manumissionem, vsusfructus dationẽ, hypothecam, pignus, emphytheusim, & seruitutum impositiones, & huiusmodi.*

92 *Alienare proprie, & stricte, est directum dominium transferre.*

93 *Et perpetua locatio, alienatio est.*

94 *Bona ecclesiastica alienari non possunt, nisi quibusdam casibus.*

95 *Præsumendum, constitutionem, de qua loquitur cap. Nulli de rebus ecclesiast. alien. vel non, intelligi, fuisse potius Leonis IV. Papæ, quàm Leonis Imperatoris, rationibus, in textu deductis.*

96 *Consonum est, potius in Decretalibus cõpilandis, & decretis in concilio faciendis rationem constitutionis Pontificiæ, quàm Imperialis rationem habitam.*

97 *Innocentius vocat prædium conditionale, quòd liberum cum esset, tributariũ fit.*

98 *Conditio nihil disponit.*

99 *Qui testamentum condit, alienat.*

100 *Clericus de proprijs rebus rite testatur, de rebus ecclesiæ secus.*

101 *Apposite emendatur locus in cap. Nulli. De rebus eccles. alien. vel non.*

102 *Venditio large sumpta omnem contractum comprehendit, per quem dominiũ trasferatur, etiam vtile tantùm.*

103 *Itidem donatio.*

104 *Bona mobilia donata intuitu obsequij præstiti ecclesiæ, remanent apud donatarium iure canonico, secus ex imperiali decreto.*

105 *Immobilia bona ecclesiarum numquam alienantur.*

106 *Permutatio est, quo res vna datur, vt alia accipiatur.*

107 *Emptio est mutatio pretij cum merce.*

108 *Facilior est compensatio è re ad rem, quàm e quantitate ad rem.*

109 *Prohibita venditione, vel alienatione, non censetur prohibita permutatio.*

110 *Decuriones sine decreto vendere non possunt, permutare possunt.*

111 *Et permutare alienare est.*

112 *Ecclesia permutat seruata iuris solemnitate, & accedente partium consensu.*

113 *Emphyteusis latine insitio, seu plantatio est.*

114 *Emponema melioratio est, nempe ius emphyteutæ.*

115 *Emphyteutice contrahere, est dare, seu accipere fundum, vt is melior, & fertilior fiat.*

116 *Emphyteusis est de iure gentium, sicut emptio, & venditio.*

117 *Zeno emphyteusi nomen primus dedit, cum tamen contractus innominatus ante eum esset.*

118 *Lex duodecim tabularũ emptionis verbo omnem alienationem complectitur.*

119 *Emphyteusis contrahitur, vt soluatur annua pensio, cum translatione dominij vtilis, salua domino directo rei substantia.*

120 *Duo ablatiui absoluti important caussam finalem.*

121 *Consuetudo est optima legum interpres.*

122 *Scriptura in emphyteuticu contractu nõ est necessaria, quo ad substantiam contractus, sed quo ad eius probationẽ.*

123 *Ad scripturam in contractu emphyteutico nulla lex contrahentes obligat.*

124 *Testes recipiuntur, etiam lite non contestata, si de eorum morte, aut absentia dubium sit.*

125 *Lex, quamuis non scribatur, subditos ligat, nisi de legislatoris mente dubium emergat, quo casu expectanda est promulgatio.*

126 *Scriptura in emptione est necessaria non per se, sed ex dubio mentis contrahentium.*

127 *Sola Principis voluntate lex perficitur.*

128 *Iustinianus ad nouarum legum obseruantiam edixit, subditos non ligatos iri, nisi duobus mensibus elapsis post publicationem.*

129 *Cõtractus emphyteuticus fieri debet corã*

Epiſcopo cum iuramento rem dantis, facta etiam æſtimatione à peritis.

130 Remittitur emphyteutæ accipienti ſexta pars canonis ſoluẽdi ob caſus fortuitos.

131 Non valet cõtractus emphyteuticarius, niſi ſeruatis, quæ ſunt conſuetudinis.

132 Clericus, qui inconſulto ſuperiore alienat, puniendus eſt.

133 Priuatus poteſt rem dare in perpetuam emphyteuſim.

134 Idem valet & ciuitas.

135 Eccleſia dare nequit rem ſuam in perpetuam emphyteuſim.

136 Emphyteuſis non extenditur vltra perſonam contrahentis, filios, nepotes, ac eius coniugem, ſi de ea mentio facta ſit in contractu.

137 Iuſtinianus eccleſijs ſui dominij emphyteuſim perpetuam permiſit. Idq. in corpus canonum redactum eſt.

138 Prædia pupillaria, etſi infructuoſa, non alienantur abſque iudicis decreto.

139 Prædia ruinoſa eccleſiæ in perpetuam emphyteuſim dantur.

140 Prædia integra eccleſiæ non poſſunt dari vltra perſonam emphyteuticarij, filios, nepotes, & coniugem, ſi ſit nominata.

141 Prædia pretioſa, & bona non dantur in emphyteuſim, niſi penſio ſoluatur, quãti ſunt annui redditus, detracta tamen ſexta parte ob caſus fortuitos.

142 Si pars rei emphyteuticariæ aliquo caſu pereat, emphyteuta attamen integrum canonem ſoluet, niſi pactum aliud ſuadeat: ſi res erit integra, directus dominus damnum ſentiet.

143 Si vniuerſi fructus ex agro conducto perierint quouis caſu, conductor erit ab omni damno immunis: quod habet locum etiam, ſi damnum agro illatum fuerit plus, quàm tolerabile.

144 Per locationem nullum transfertur in conductorem dominium.

145 Conductor dicitur conducere potius fructus, quàm prædia.

146 Fructibus deperditis tempore belli, emphyteuta tenetur canonem recognitionis ſoluere, non recompenſationis fructuum, quia bellum & fructum, & ſpem fructus intercipit.

147 Propter ſterilitatem non remittitur canon debitus ex contractu emphyteutico, quia emphyteuta agrum colit, & modicos fructus colligit.

148 Emphyteuta, qui per triennium canonem non ſoluit, cadit à iure ſuo abſque iudicis decreto, ſi dominus caducam rem eſſe declarauerit.

149 Caducitas remiſſa videtur, domino recipiente penſionem abſque vlla proteſtatione.

150 Recipiente Prælato penſionem poſt caducitatem abſque proteſtatione, non operatur quominus res eccleſiæ caduca facta ſit: nec refert, an ſit collegiata, nec ne.

151 Prælatus eccleſiæ non poteſt præiudicium inferre.

152 Emphyteuta eccleſiæ canonem per biennium non ſoluens, amittit ius ſuum.

153 Nec error in iuris ſolemnitatibus commiſſus ab eccleſia emphyteutam à canonis ſolutione abſoluit.

154 Emphyteuta, qui pactum fregit, aliud pactum ſibi ab eccleſia obſeruari, ſi ea nolit, non obtinebit.

155 In dubio emphyteuſis præſumitur perpetua.

156 Emphyteuſis eſt perpetua natura propria.

157 Decennalis debet eſſe ad ſummum, non perpetua emphyteuſis.

158 Emphyteuſis cenſetur perpetua, vbi generationis non eſt facta vlla mentio. Aperitur ſenſus l. fine. ff. de pœnis.

159 Iudices leuiora lenius, grauiora ſeuerius tractare debent.

160 M. Aurelius Philoſophus Imp. clemens fuit erga contumaces.

161 Emphyteuſis eccleſiaſtica non præſumitur in dubio conceſſa vltra tertiam generationem, ſicut priuati perpetua.

162 Emphyteuſis eccleſiæ ad extraneos hæredes non extenditur: priuati ſecus.

163 Diſpoſitionem Principis ſecularis de rebus eccleſiaſticis, etiam fauorabilem, non eſſe attendendam, ait Iulius Clarus.

164 Canon, Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitution. intelligitur, ſed torquetur à Doctoribus.

165 Male Clarus ſenſit, emphyteuſim eccleſiæ ad extraneos extendi.

166 Emphyteuſis temporaria abſque ſolemnitatibus celebrata reuocari poteſt.

167 Qualibet alienatio de rebus eccleſiæ, niſi reſpiciat melius, irrita eſt.

168 Princeps laicus clericis obſequi, non imperare debet.

169 Lex ſecularis nõ faciens de re eccleſiaſtica mentionem, non pariens peccatum, nec ſacris canonibus aduerſa, à clero obſeruari poteſt.

170 Emphyteusi ad filios naturales legitimatos non extenditur.

171 Naturales liberi non supplent numerū liberorum a tutela excusantem.

172 Sine filijs decessisse videtur, qui sine iusta sobole decessit.

173 Pactum de filijs, naturales non amplectitur.

174 Legatum vxori relictum valet, si ea sit legitima.

175 Patris appellatione legitimus in causa adulterij venit.

176 In defectu conditionis filiorum appellatio ad naturales extenditur.

177 Rogatus restituere fundum suis filijs, iure & naturalibus tenetur.

178 Indefinita propositio æquipollet vniuersali.

179 Pater filios legitimos non habens naturalibus bona sua relinquere potest.

180 In re priuati ius ciuile attenditur: in re ecclesiastica Pontificium, quo res ecclesiæ cum eius bonis regulantur.

181 Apud ecclesiam filij illegitimi infames sunt.

182 Naturales liberi in feudis non includuntur.

183 Nec legitimati filij naturales emphyteutico beneficio apti sunt.

184 Non est verisimile ecclesiam de filijs naturalibus cogitare in contractibus.

185 Omnis concubinatus iure diuino prohibitus est.

186 Contractus emphyteuticus adoptatis filijs non prodest.

187 Naturales filij patrem in ius vocare nequeunt: adoptiui possunt.

188 Filij adoptiui fideicommissi beneficio nō gaudent.

189 In emphyteusi ius accrescendi locum non habet, quia quod fieret in parte, congruum est, vt fiat & in toto.

190 Ius accrescendi non habet locum in contractibus, nec in vltimis volūtatibus.

191 Emphyteusis ecclesiastica in confiscatione bonorum non acquiritur fisco, ac si transiuerit, repeti potest ab ecclesia

192 Fiscus est loco extranei hæredis.

193 Emphyteutica bona ecclesiæ non rediguntur in fiscum, ne ecclesia, cum ipse nunquam moriatur, caducitatis spe priuetur.

194 Immobilia ecclesiæ, quæ conseruari minime possunt, rite alienantur.

195 Quæ Dei ministerio destinata sunt, vt vestes, vasa, & huiusmodi, non alienantur.

196 Actiones non comprehenduntur nomine rerum mobilium, aut immobilium.

197 Principe legante in testamento sua bona mobilia, non veniunt pœnæ nondum exactæ mobilium nomine.

198 Actio nonnumquam, prout rei mobili, aut immobili adhæret, mobilis, & immobilis vocatur.

199 Minor sine iudicis decreto non vendit.

200 Prælatus, & clericus actionem, licet rerum immobilium, ecclesiæ non potest cedere.

201 Seruitutes, quia res incorporales sunt, non possunt vsucapi.

202 Vsus in seruitute loco possessionis est.

203 Tempus vsus seruitutis, quo vsucapio, seu vsurpatio fit, decem annorū inter præsentes, viginti inter absentes est.

204 Sine prædio seruitus non constituitur.

205 Seruitus quia inter res immobiles adnumerari debet, alienari ab ecclesia non potest.

206 Vrgente ære alieno, potest res ab ecclesia alienari, vt satisfiat creditori.

207 Aeris alieni causa, etiam prædia minorum distrahuntur.

108 Maioris vtilitatis gratia res minus vtilis ab ecclesia alienatur.

209 Pietatis causa bonorum ecclesiasticorum alienatio non interdicitur.

210 Ornatus sacrorum redemptio captiuorum est.

211 Acatius, & Cyrillus sacra vasa, & thesauros ecclesiæ alendis pauperibus insumpserunt.

212 Res damnosa ecclesiæ potest alienari.

213 Requiruntur ad legitimam rerum ecclesiæ alienationem, diligens tractatus, cleri deliberatio, maioris scilicet partis, subscriptio, Prælati consensus, causa legitima, & iuris solemnitas.

214 Solemnitas iuris in alienatione non est necessaria in contractu emphyteuseos, quia id Episcopus supplet de consuetudine, & cum agitur de re mobili corruptioni proxima.

215 Alienatio bonorum ecclesiasticorum tenet, nisi noceat. Ex Innocentio, & Ioan. Fabro.

216 Ex concilio Agathensi exiguorum locorum tantùm alienatio absque Episcoporum conuentu conceditur: hodie secus, quia difficulter coeunt.

De immunitate bonorum ecclesiasticorum. Cap. XVII.

NON tantum personæ ecclesiasticæ, & ecclesiæ ipsæ, 1
hoc est, sacræ ædes, sed
etiam bona ipsarum gaudēt 2
peculiari immunitate: bona
autem ecclesiastica duabus ex rebus potissimum constare, decimis videlicet, & pijs 3
legatis, elegantet notauit [a] Marcus Antonius Marsilius Columna, Salernitanus Archiepiscopus. Decimas, nemo est adeo imperitus, & nescius, qui non sciat, iam ab origine mundi diuina lege [b] constitutas fuisse, & ad sacerdotum vsus introductas, vti suo loco [c] copiosius dicemus. Itemque legata pia, ex quibus, veluti ex altero fonte, ecclesiastica emanare bona ostensu per quam facile est, siue priora, siue posteriora inspiciamus tempora, siue, inquam, de ijs loquamur, quibus distincta non erant beneficia, sed omnia inter Christianos erāt communia, vel inter ipsos Ecclesiæ Dei ministros, siue ad altera respiciamus, quibus diuisio bonorum ecclesiasticorum facta fuit inter ecclesiam, & Episcopum, ac sacerdotes ecclesiæ ministros. Nam ab initio nascentis Ecclesiæ omnia, vti ostensum
est [d], erant communia, deinde crescente 4
mirum in modum Christianorum multitudine, concessum est, vt vnusquisque Christianus suas posset retinere facultates [e]. Sa- 5
cerdotes tamen, & alij Ecclesiæ ministri per aliquod tempus simul conuenerunt, omniaque inter se communia esse professi sunt: sed aucto postea clericorum numero, vix illa communis vita tolerari potuit. Vnde florente Beato Augustino adhuc sub iudice lis erat, an deberent sacerdotes initiari, nisi, qui vellent in communi viuere. 6
Quare ipse in sermone [f] de communi vita clericorum, licet videatur prohibere clericos aliquid proprij habere, tamen ita concludit. *Qui non vult mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatem.* Demum addit. *Sed ecce in conspectu Dei, & vestro muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus, & ecclesia, maneant vbi volunt, & vbi possunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas.* Nec immeritò ita respondit Augustinus, quippe qui animaduertit, huiusmodi clericos non habere votum paupertatis, neque vero obedientiæ, quam nō quisque in domo sua præstare Episcopo possit: quod & Dominicus Soto [g] rectè ani-
7 maduertit. Vnde cùm ipsi Romani Pontifices viderent, non esse votum paupertatis clericatui annexum, nec posse vitam retineri communem, existimarunt licitam de
8 bonis ecclesiæ partitionem, eaq. quadrifariam diuisa, singulam portionem singulis addixerunt: Episcopo scilicet vnam, clero alteram, fabricæ, necessitatique ecclesiæ
9 tertiam, quartam pauperibus. Hæc autem diuisio fieri cœpit anno circiter natiuitatis dominicæ quadringentesimo septuagesimo circa Augustini, & Hieronymi tempora, quibus Romanæ præsidebat Ecclesiæ Simplicius, qui de huiusmodi partitione ad Florentinum, & Equitium Episcopos scribit, vti videre est apud Gratianum [h]. Post viginti annos sedit Gelasius Papa, qui etiam huiusce diuisionis meminit, Iustino [i] Archidiacono, & Faustino defensori scribens: meminit & Gregorius Magnus [k], qui sedit anno Sal. sexcentesimo. Qua facta diuisione, etsi Soto [l], cui adstipulatur Didacus
10 Couarruuias [m], eleganter putat, Episcopum, sacerdotes, & alios ecclesiarum administros vere esse dominos fructuum eius portionis, quæ sibi ex partitione contigit, adeo vt non teneantur ad restitutionem consumptorum in profanos vsus vltra necessaria, vt placuit etiam S. Thomæ [n], Caietano [o], Præposito [p], Syluestro [q], Adriano [r], & alijs, quos citat, & sequitur idem
11 Couarruuias [s], quod probat etiam Marcus Antonius Marsilius Columna *in tract. de eccles. reddit. orig. & iure cap. 26.* prædia tamen castra, & vniuersæ possessiones, ac fundi, & proprietates quælibet, siue episcopali mensæ, siue canonicorum collegio, siue cuiuis clerico sub præbendæ ecclesiasticæ nomine annexa, non transeunt in absolutum dominium Episcopi, neque præbendam possidentium, qui tantummodo earumdem possessionum administratores censentur. Dominium enim penes mortalium quemquam existere non potest, sed
12 penes CHRISTVM dumtaxar, atque ideo ecclesiastici prouentus CHRISTI patrimonium [t] dicuntur. Vnde Prosper ait [u]. *Non enim propriæ sunt, sed communes ecclesiæ facultates: & ideo quisquis omnibus, quæ habuit dimissis, aut venditis, fit rei suæ contēptor, cùm præpositus factus fuerit ecclesiæ, omnium, quæ habuit ecclesia, efficitur dispēsator.* Mirum ergo non est, si bona ecclesiastica, tot fauores, tot priuilegia, tot denique immunitates sortita sint. Bonifacius Papa primus [x]. *Nulli*, inquit, *liceat ignorare*

a in tract. de eccl. red. orig. & iure part. 3. c. 27
b Num. 18. Deuter. 14. & passim alibi, & tot. tit. de dec. c. ios c. 19.
d sup. c. 21. lib. 2 & c 3. sup. hoc. lib.
e vt suprad c 1 num. 43 Abb qu 4 quæ incipit Tu ut cle ... 14. vers. sed ego.
f serm. 32. ad fratres in eremo de quo in c. 10 32. q. 4.
g lib. 10. de iustit. & iur. q. 4. art. 4. & 5.
h c. 28. 12 q. 2.
i c 23. & 27. 12 q. 2.
k cap 29. et seq. ead. q. 2
l d. art 3 & seq
m ad c. cum in offic. n. 3. de testam.
n, o, 2. 2. q. 35. art. 7. p in sum 44 dist col 4. q in verb. cler. 4. q. 20 & verbo restitut. 1 q 5. r 4 Sement. incipiente. Pro clariori 4. conclus. s ad d c. cū in offic. n 3. vers. 4.
t in c. 14. de elect lib. 6.
u lib. 3. de vita contēp. c 9. de quo in c. 13. 12. q. 1.
x c. 3. ead. q. 2.

rare omne, quod Domino consecratur: siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino: & ad ius pertinet sacerdotum. propter quod inexcusabilis erit omnis, qui, quæ a Domino, & ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, & inuadit, vel eripit. Nec displicet assertio Innocentij y,
11 quam refert, & sequitur Baldus z, cui assentitur Abbas a, atque adstipulatur Decius b, vt saltem beneficiati naturalem possessionem possidere dicantur. Nam Paulus
14 Iurisconsultus c scribit, eum, qui rei insistit, naturaliter possidere. Huiusmodi autem bona ex duabus potissimum rebus, vt ab initio dixi, constant: quamuis Dominicus Soto d, ex quattuor generibus esse non male opinetur, quæ tamen illis duobus insunt, sicut in istis quattuor illæ duæ agnoscuntur. Aut enim decimæ sunt, aut pia legata: cum quidquid ecclesiæ, ac eius ministris obuenit, aut decimarum iure detur, aut iustis piorum hominum largitionibus. Nam in primordijs ecclesiæ, vti iam dictum est, CHRISTI fideles omnia in commune conferebant, vt inde tam clerici, quàm pauperes alerentur. Legitur in Acti- 15
16 bus Apostolorũ e neminem inter eos egētē fuisse: quotquot enim possessiones agrorum, aut domorum habebant, vendentes offerebant pretia eorum, quæ distrahebãt, & ponebant ante pedes Apostolorum. Postea videntes summi sacerdotes plus vtilitatis posse percipi, si hæreditates, & agri, quos vendebant, ecclesijs, quibus præsidebant Episcopi, traderentur, quòd ex redditibus eorum tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora ministrari possent fidelibus communem vitam ducentibus, quàm ex pretio ipsorum, cœperunt prædia rustica, & vrbana, quæ distrahi solebant, matricibus ecclesijs tradere, & ex redditibus earum viuere: quod & Vrbanus Papa f testatur. Atque hoc est Dominico Soto primum bonorum ecclesiasticorum genus: alterum est bonorum, quæ postmodum offerri etiam ecclesiæ cœperunt, non solum in fabricæ, ac pauperum subsidium, sed tamquam stipendium alicuius perpetuæ (vt vocant) capellaniæ: tertium genus bonorum ecclesiasticorum constat ex quotidianis pietantijs, vt ait Soto, quas nos stipes, & quotidianas distri-
17 butiones appellamus; est enim pietantia hodie portio quædam cibi, quæ viris claustralibus in publico triclinio, quod refectorium vocatur, bis in die, mane scilicet, &

y ad c. in litteris de restit. spoliat.
z ad leg. 2. in verbo itē quæritur C. de seruit. & aqua. & ad auth. licentiā col. pen. C. de Episc. & cleric.
a ad cap. cū super col. pen. de caus. poss. & propriet. ad c. litteræ, col. 2. de dilat.
b ad c. ex litteris per eundē cextum. 8. de probat.
c in l. 1 ff de acq. possess.
d d. q. art 3.
e Act. 4.
f cap. 16. cad. q. 1.

vespere simul comedentibus datur; necnon oblationibus, quæ vel pro sacris celebrandis fiunt, quæ ad pedem altaris ponuntur: quartum denique est decimarum quota iure clericis debita. Itaque videmus hæc quattuor genera illis duobus comprehendi & contineri: quorum administrationem, & procurationem habent. Sacerdotes, fructuumque illius portionis, quæ sibi contigit, vere sunt domini, proprietatis non item, cuius penes CHRISTVM extet tantummodo dominium. Hinc fit, vt bona ipsa ecclesiastica perinde, atque personæ ipsæ immunitatum gaudeant beneficio:
18 quod & sacra testantur eloquia. Nam Pharao, qui licet legis diuinæ notitiam non haberet, vt in Concilio Lateranensi g, sub Alexandro tertio habetur, diuino tamen quodam spiritu ductus, alijs seruituti mancipatis, sacerdotes, eorumq. possessiones in sua libertate reliquit. Sic legitur in libro Geneseos h. *Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti Regibus quinta pars soluitur, & factum est, quasi in legem, absque sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.* Et in libro Esdræ i scribitur. *Vobis quoque* (loquitur Artaxerxes Persarum Rex, cùm Iudæorum potiretur regno) *notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus Nathinæis, & ministris Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatē imponendi super eos.* Hinc glossa k, quam communi doctorum consensu sequutā esse, testantur Felinus l, Decius m, Rochus n, Curtius o, Rebuffus p, & Iulius
19 Clarus q (quod & ipse aliàs ostendi r) tradit, hanc immunitatem iuris esse diuini: idque quod sit certo certius, sua sanctione confirmauit Bonifacius octauus s. Idcoque Abbas Panormitanus t recte, vt ego existimo, Innocentium non sequitur existimātem, ecclesiam teneri ad subeunda onera
20 pro aduentu Principis, & felicis embolæ,
21 quia secularis Princeps non potest quidquam statuere in ecclesiæ præiudicium, & contra Dei legem u. Embolicum à veteribus dicebatur argumentum, & ingressus scænicus. Cicero ad Atticum. *Embolicum*
22 *nouum cogito.* Sic per translationem embola, græca vox, inter cetera itineris ingressum significat, qui felix dicitur propter imperatoriam maiestatem. Accursius, quique eum sequuti sunt, quædam nescio ridicula excogitarunt: sed videnda sunt, quæ vir summe doctus Andræas Alciatus x notauit. Hinc quæri opportune posset, an ecclesia, vel

g c. 19 de quo in c. 4. de immunit. eccles.
h Genes. 47.
i 1. Esdræ 7.
k ad c. 4. de censib. lib. 6
l ad c. 2. de maior. & obed.
m ad c. ecclesia S. Mariæ de cōst.
n ad c. vlt. de consuet.
o p in concord. rubr. de protest.
q in pract. crim § fin. quæst. 36. in princ.
r supra c. 15
s d c. 4. de censib.
t ad c. non minus nu 36 in fine.
u c. sunt qui dam 23. q. 1
x ad l. iubemus, C. de sacrosanct. eccles.

vel eius bona a feculari Principe imposita
onera subire teneantur: aut an libera sint,
& penitus à quouis grauamine immunia.
De hac re iam olim Melitio Præfecto Præ-
torio interroganti rescripserunt y Impera-
tores, Honorius & Theodosius, sibi pla- 21
cuisse prædia vsibus cælestium secretorum
dedicata, nulla sordidorum munerum fæce
vexanda esse: ita vt nihil extraordinarium,
superindictumve ab eis esset flagitandum:
quæ sane lex inter sacros canones à Gratia-
no z relata fuit, eamque Cynus a, Barto-
lus a, Iason b, & alij magistri c nostri ex-
plicant, vt ecclesiæ sint immunes a sordi-
dis, & superindictis, & quibuscumque extra-
ordinaris muneribus, non item ab ordina-
rijs & ab alijs, quæ propter subitum Prin-
cipis aduentum imponuntur. Ijdem Prin-
cipes ad instructiones itinerum, pontiumq.
sacrosanctas ecclesias teneri lege d manda-
runt, quòd hæc inter sordida munera non
adscribantur, quemadmodum & Anasta-
sius e Imperator: quippe, qui voluit, ne-
minem penitus, cuiuscumque ordinis, seu
dignitatis, vel sacrosanctam ipsam eccle-
siam expeditionis tempore excusationem
angariarum, seu parangariarum habere.
Quod constituisse videntur f Theodosius,
& Valentinus ad Taurinum Præfectum
Prætorio scribentes. Vnde Innocent. g vt
dixi, arbitratus est, ecclesiam ob Princi-
pis aduentum teneri ad onera subcunda,
item ad refectionem pontium, viarumque,
& ædificationem, & restaurationem vrbiũ,
& murorum earum. Idẽ quoque glossa h,
Vincentius i, & Hostiensis putarunt. Alij,
vt Philippus, negant, nisi, vbi laicorum
necessitas postulat, aut vbi eorum deficiũt
facultates, eoq. casu l consulto prius Ro-
mano Pontifice, cuius interest communi-
bus vtilitatibus prouidere. Quod cum an-
sam quodammodo laicis Principibus obtu-
lisset, clericos, ecclesiasq. expilandi, Bo-
nifacius m octauus edixit, vt quicumque 24
ecclesiasticus, cuiusuis nominis, vel gene-
ris tributum laicis solueret, aut promitteret
absque sedis Apostolicæ auctoritate, sen-
tentiam excommunicationis incurrerer.
Quam Bonifacij sanctionem cum Benedi- 25
ctus vndecimus n declarasset, ad eos non 26
extendi, qui sponte, ac nemine cogente
soluissent, vel qui à sponte soluentibus ac-
cepissent, Clemens o Papa quintus decre-
uit, eamdem Bonifacij constitutionem, vna
cum suis ipsis declarationibus, & quidquid
earum causa exequutum esset, reuocari
oportere, & pro nulla, & infecta habendã

y in l. placet C. eod.
z in c. generaliter, 40. §. placet 16. q. 1.
a ad d. l. placet num. 4
a num. 18.
b num. 8.
c vt Archid. ad d. § plac.
d l. ad instruct. C. eo
e l nulli ut C. de cursu pub. lib. 12.
f l. iubemus 10 C. de sacrosanct. eccles.
g ad c. non minus de eccles. immun.
h i k omnes ad c. non minus ad verb. releuandas.
l in c. 7. eod
m in c. 1. §. non igitur eod.
n in extrauag. vnic. eod.
o in clem. vnica eod.

esse, vtq. omnino Lateranense, & genera-
le Concilium seruatetur in ijs, quæ de hac
materia decreuerunt. Idcirco Ioannes An-
dræa p asserebat, non videre, qua ratione
Digestorum, & Codicis constitutiones ob-
stringere possent ecclesias ad huiusmodi
onera subcunda. quod sentit & Antonius
de Butrio q, nec dissentit Bartolus r Accur-
sium sequutus per nouam illam Federici
Imperatoris s constitutionem: & hanc esse
communem vtriusque iuris interpretum
opinionẽ, testatur Abbas Panormitanus t,
eamque confirmat iuribus, rationibus, &
grauissimorum doctorum auctoritatibus,
27 atque etiam ita Senis pro monasterio Mon-
tis Oliueti se consuluisse, victoriamq. re-
portasse scribit: ac post multa concludit,
bona ecclesiastica nõ teneri ad aliqua one-
ra, vt ipse loquitur, mundana, nisi prius
fuissent censualia, aut tributaria, antequã
peruenissent ad ecclesiam, ita quòd soluis-
sent certum tributum, seu censum. Nec
aliter vult teneri, etsi illa bona prius sol-
uissent tempore necessitatis, vel publicæ
vtilitatis collectas, aliave huiusmodi onera.
Hinc dubitari posset, num ecclesia tenea-
tur aliquid conferre pro ijs, quæ commu-
nem respiciunt vtilitatem, & pro ijs, quæ
ecclesijs, necnon clericis perinde, atque
laicis imminent necessitates. Petrus de
Ancharano u, quem sequutus est Barto-
28 lus x, Iason y, & alij z, asserit, dari posse
generalem regulam, vt scilicet vbicumque
tractatur de generali vtilitate, cum clerico-
rum, tum laicorum, aut de vtrisque pro-
miscue, clerici teneantur vnà cum laicis
contribuere, vt pote cùm agitur de repa-
randis aggeribus, iuxta mare & flumina,
ad euitandas inundationes, quæ facile præ-
dia absorbere possent. Item ad euitandas
rapinas, incendia, captiuitates, & huius-
modi alia pericula, quæ non minus clericis,
quàm laicis esse possunt nocumento, idque
& ciuilis, & naturalis ratio suadet: vt qui
sentit a commodum, sentiat & incommo-
dum. Quod & Clemens quintus b his ver-
bis exprimit. *Cùm sit naturæ consonum, il-*
los non recusare onera, qui rerum commoda
29 *complectuntur*, &c. Vnde prodijt adagium.
Neque mel, neque apes. Quod etiam pluri-
bus ostendit idem c Petrus de Ancharano,
& alij d, qui eum sequuti sunt recentiores.
30 Nec aliter sensisse videtur Gregorius Pa-
pa e primus, dum Agnello, Tetracinensi
Episcopo scribens, præcipit, ne quis etiam
ecclesiæ nomine à murorum vigilijs se ex-
cusare valeat: *Quia*, inquit, *cunctis vigi-*
lanti-

p ad c. non minus & ad c. constitutus de religiosis dom.
q ad d. c. nõ minus n. 10.
r ad d. l. ad instruction.
s in Auth. item nulla communit. C. de Episc. & cler
t ad d. c. non minus n. 18.
u ad d. c. nõ minus.
x ad l. nullus C. de cursu pub. li. 12
y ad d. l. placet num. 14.
z alij ibid.
a l. 10. ff. de regul. iur.
b clem. 1. de censib.
c in cons. 96
d ad l. si ex tot in princ. ff. de l. 1.
d in c. 4. de immu. eccl.
e lib. 1. c. 17 de officijs de quo in c. 3. 21. q. 3.

lantibus, melius valet ciuitatis custodia
procurari. Nec enim vlla videtur maior 31
pietas, quam defendere patriam, pupillos,
viduas, senes, debiles, & pauperes ab ho-
stibus tueri, testimonio S. Ambrosij [f] ita as-
serentis. *Fortitudo, quæ bello tuetur a bar-*
baris patriam, vel domi defendit infirmos,
vel à latronibus socios, plena iustitia est. &
alibi. *Non in ferenda, sed in depellenda in-*
iuria, lex virtutis est. Nam Moyses [g], cũ
vidisset Hebræum quendam ab Aegyptio
iniuriam accipientem defendit, ita vt Ae-
gyptium prosterneret, atque in arena ab-
sconderet. Et B. Hieronymus [h]. *Siquis*
fortitudinem latronis, vel piratæ eneruat,
& infirmos reddit, prodest illis sua infirmi-
tas: debilitata enim membra, quibus prius
non bene vtebantur, à malo opere cessabunt.
Idq. pacis, ac quietis causa, qua terreni
Principes ecclesiam tueri, & defensare de-
bent: ideo Imperatoribus persoluendum 32
esse tributum edixit [i] Vrbanus Papa. Quæ 33
omnia, licet per se vera sint, verius tamen
est ecclesiam, inconsulto Romano [k] Pon-
tifice, ex quauis causa nequaquam posse,
nec debere onera subire, quod pluribus
ostendit duobus locis [l] Abbas, cui assenti-
ri videtur & Iason [m], nec dissentit Barto-
lus: quippe, qui scriptum nobis reliquit [n], 34
ecclesiam neque ad viarum, neque ad pō-
tium restaurationem teneri, nisi tributaria
sint prædia. Immo Hostiensis, etsi aliquã-
do [o] perperam arbitratus est, hisce subue-
nire ecclesiam opottere, postea [p] tamen in
melius sententiam commutauit, expresseq. 35
fassus est, ecclesias hodie immunes esse etiã
ab hisce muneribus, quæ publicam respi-
ciunt vtilitatem. Nec aduersatur Philippi,
& Cardinalis obiectio, quòd standum [q] sit
legibus, & principalibus constitutionibus,
si in sacris canonibus contrarium non repe-
riatur dispositum. Ad id enim dixit, quod
oportuit Abbas [r], vt principalis constitutio
vim habeat, quando non est ecclesijs, &
eorum ministris damnosa. Legem vero, in 36
qua expressa rei ecclesiasticæ, personæque
non sit facta mentio, cuiusque obseruatio
non pariat peccatum, nec aduersetur sacris
constitutionibus Pontificijs, etiam à cleri-
cis obseruari posse non dubito, cum præser-
tim contineat ea, quæ iure Pontificio antea 37
deliberata non fuerint. Quibus casibus so-
lent Beatissimi Romanæ Ecclesiæ Principes
in decidendis ecclesiarum, clericorumque
controuersijs legum præscripto vti, prout
ipse latius demonstraui in meis [f] Animad-
uersionum libris, ad quos, ob faciliorem
38 intelligentiam, lectorem remitto. Si vero
personarum, rerumq. ecclesiasticarum in
ea mentio sit, nulla est lex ex defectu [t] po-
39 testatis. Potestas enim legum ferendarum
à iurisdictione pendet omnino, vt quisque
40 scit: atqui secularis Princeps nullam habet
iurisdictionem, quantum ad clericos, resq.
ecclesiasticas pertinet, sed censetur loco
priuati, quia cum manet [u] obsequendi ne-
cessitas, non auctoritas imperandi. Nec
41 quicquam facit constitutio [x] illa Gregorij,
vt in communibus periculis clerici non am-
plius, quàm laici excusentur à murorum
vigilijs: quia etsi varios, ac diuersos pati-
tur intellectus, mihi tamen germanus vi-
detur ille Innocentij, Hostiensis, & Anto-
nij de Butrio [y], vt accipi debeat de his lo-
cis, quibus improuisum imminet periculũ:
vti est Terracina, quæ cùm prope mare sita
sit, multis Turcarum impressionibus, & di-
reptionibus patet: quo casu non clerici so-
lum, sed & ipsi Episcopi pro mœnibus de-
42 bent vigilare. Hoc verò non cuiuspiam
muneris Imperialis obeundi, sed populi se-
curitati consulendi gratia, id charitate pa-
storali suadente. Quandoquidem ipse Ro-
43 manus Pontifex, vt auxilio suis esset, ho-
stibus per se ipsum aliquando occurrit.
44 Quod Leo quartus se fecisse testatur hisce
verbis [z]. *Cum sæpe aduersa a Sarracenorũ*
partibus perueniãt nuncia, quidam in Roma-
num portum Sarracenos clam, furtiueque
venturos esse dicebant: pro quo nostrum con-
gregari præcepimus populum, maritimumq.
ad littus descendere decreuimus, & egressi
sumus Roma. Et idem Leo alibi [a]. *Quia*
nostri gregis in omnibus vltores esse debemus
& præcipui adiutores, &c. nec ab re glossa
dixit [b], Episcopos posse bellis interesse,
45 gregem scilicet suum defendendo. Atque
ita etiam intelligi posset constitutio [c] La-
46 teranensis Concilij, qua permissum est ad
releuandas communes vtilitates, & necessi-
tates, vbi laicorum non suppetunt faculta-
tes, clericos posse subsidia præstare, si ita
Episcopus, & clerus expedire iudicauerint:
videlicet si tanta immineret necessitas, vt
non nisi magno cum periculo, seu scandalo
haberi posset ad beatissimum Papam recur-
sus, quod & Abbati [d] placuit. Multa enim
permittuntur ob vrgentem necessitatem,
quæ alioquin censentur prohibita, ipsius
47 Iuliani Iurisconsulti testimonio, qui respon-
dit, tutorem [e] qui repertorium non fecit,
quod vulgò inuentarium appellatur, dolo
fecisse videri: nisi forte aliqua necessaria,
& iustissima causa allegari possit, cur id fa-
ctum

f 23. q. can. 7.
g Exod. 2.
h ad c. 1. Sophon. commẽt. de quo in c. 6. ead. q. 3.
i in c. 22. in fin. princ. 23. q. 8.
k d. c. aduersus de imm. eccles.
l ad d. c. non minus n. 18.
m ad d. leg. placet n. 14.
n ad d. l. ad instructiones in fine.
o ad d. c. nõ minus.
p in summa eiusdem tit. § in quibus vers. ad extraordin.
q c. 1. de no. op. nũc.
r ad d. c. nõ minus n. 18. vers. Dico.
f lib. 1. c. 12.
t vt omnes notant ad c. ecclef. S. Mariæ de cõstit.
u d. c. Eccl. S. Mariæ & c. 1. § ista scriptura 99 dist. & c. 4. dist. 10.
x d. c. 2. de imm. eccl.
y omnes ad d. c. 2.
z in c. 6. 23. quæst. 8.
a in c. 7. ead. q. 8.
b ad d. c. 7. in verbo & egressi.
c d. c. nõ minus § quicirca.
d ad d. c. nõ minus n. 19. & ad c. fin. n. 8 de eccl. ædif. & in conf. 3.
e in l. 8. in princ. ff de admin. & peric. tut.

ctum non sit. Nihil itaque gerere ante in-
uentarium factum eum oportet, nisi id,
quod nec modicam dilationem expectare
possit. Eiusdem sententiæ fuit Hugo, quem
citat, & sequitur Archidiaconus [f], vt si
48 omissis iuris solemnitatibus, bona ecclesiæ
alienentur, etiam in casibus à iure permis-
sis sine consensu Episcopi, non teneat alie-
natio; non item si tanta esset necessitas, vt
49 expectari non posset Episcopi assensus. Sic
& Ioannes de Fan. dicit [g] in casu clemen-
tinæ, *De rebus eccles. non alienandis*, fieri
alienationem impune, illa etiam solemni-
tate omissa, si necessitas tantam dilationē
non patiatur, vt solemnitas adhiberi pos-
50 sit. Memini me interdum quoque dixis-
se [h], neminem, qui superiorem recognoscit,
posse iuramentum remittere, etiam si turpe
sit, & penitus illicitum: secus vero, si im-
minet periculum, ac vrgeat necessitas, vt
superior adiri haud queat, a quo remissio
impetretur: tunc enim non modo turpe, &
illicitum, sed etiam licitum propria aucto-
ritate cuique remittere potest [i]. Neque
51 dissentio a Sancto Thoma [k], qui ait, ratio-
ne imminentis periculi licitum esse trans-
gredi ieiunium, si superioris copia haberi
non possit. Multa igitur conceduntur ne-
cessitatis ergò, quæ alioquin prohibentur,
maxime cū Superioris copia haberi nequit,
vel ipso adstipulante Vlpiano [l], cui con-
gruit, & Lateranensis Concilij generalis
constitutio [m], & nostrorum vnanimis sen-
tentia [n]. Inconsulto itaque Romano Pon-
52 tifice non possunt clerici, etiam si laicorum
non suppetant facultates, etiam vbi com-
munis appareat vtilitas, & necessitas, ali-
quid contribuere, nec à clericis laici quid-
quam exigere. Et hoc est, quod voluit
Innocentius tertius in Concilio generali [o]
Lateranensi. Si vero ita imminet pericu-
lum, & vrget necessitas, vt euitari non
possit, nec de facili haberi recursus ad Pon-
tificem possit, tunc, & eo casu Episcopus
vnà cum clero ad releuandas communes
vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum nō
suppetunt facultates, ordinare poterit, vt
ecclesia subsidia præstet. Et hoc nimirum
est, quod constituere voluit Alexander ter-
tius in Concilio Lateranensi [p]. Qua in re
53 mihi placet opinio Petri de Ancharano [q],
quæ Baldo [r] etiam recta visa est, vt quando
tanta est necessitas, vt ecclesia teneatur
subuenire, exactio, & interpellatio à iudi-
ce ecclesiastico, non autem a laico fieri de-
54 beat. Ex quibus omnibus putarem, conclu-
dendum esse, ecclesiam, necnon clericos

f ad c. Abbatibus nu. 4. 24. q. 2.
g clem. 1. de rebus eccl. alien. vel nō
h in Paratit. tit. de iur iu.
i d. c. vlt. & c. 6. de pœn. & remiss. & c. Antecess. 30. q. 11. q. 1.
k 2. 2. q. 88. art. 2. ad fin. & q. 147. ar. 4. in resp. in fin.
l in l. 18 de iudic.
m ad de que in c. 46 §. ceterum de elect.
n ad c. ex literis. instit. in verf. di flamis de re sti. in integ. Ioan. de Lygn. ad clem. ne in agro. de statu monach. Abbas ad d. c. fin.
n 8. de eccl. ædific.
o d. c. aduersus.
p d. c. 19 de de quo d. c. non minus
q ad d. c. nō minus.
r ad d. l. ad instruct. C. de sacros. eccl.

ad quæuis munera haud teneri, siue sint ho-
nesta, siue sordida, siue realia, siue perso-
nalia, siue mixta, vel sint ordinaria, vel
extraordinaria, superindictave. Quæ om-
nia, quo modo intelligi debeant, explicāt
peritè tum veteres, tum recentiores vtrius-
que iuris interpretes [f], ita vt eadem hic re
petere minus necessarium arbitrer. Sed mi-
hi videtur dixisse, quod oportuit, Barto-
lus [t]: nam cùm eleganter quæreret, num
omnes teneantur ad tributa, respondit te-
neri, excepta ecclesia: in qua distinguitur,
aut cœpit possidere prædium liberum, &
hoc casu non tenetur; aut tributarium, &
tenetur. aut dubitatur, liberumnè, an tri-
butarium sit, & tunc pro possessore est præ-
sumendum: quo casu tamen videtur magis
fisco, quàm ecclesiæ fauere. Quo ad pri-
55 mum caput, nulli dubium est, quin eccle-
sia sit libera: quo ad secundum, sunt hinc
inde non contemnendæ rationes, sunt &
grauissimorum interpretum auctoritates.
56 Nam ex quo prædia ecclesijs, seu clericis
vendita erant prius tributaria, & onere tri-
buti, & collectarum affecta, ad ecclesiam,
eiusvè clericos cum suo onere transeunt, &
ita sæpius à summis Pontificibus rescriptum
fuit [u]: cui & ciuilis legislator assentitur, im-
mo Pomponius Iurisconsultus. *Alienatio*,
inquit [x], *cùm fit, cum sua causa dominium
ad alium transferimus, quæ esset futura, si
57 apud nos ea res mansisset*. Vnde Baldus [y]
respondit, res ad clericos transire cum sua
causa, suisq. vitijs [z]. Item vendens, seu
concedens rem obligaram, & annexam
oneri tributorum, intelligitur vendidisse,
vel concessisse ius tantùm, quod vtique ha-
58 bebat in re [a], quia & ratio naturalis suadet
neminem plus iuris in alium transferre
posse, quàm ipse habeat [b]. Atqui laicus
huiusmodi res habebat pro sanctionibus fi-
scalibus obligatas, liberas igitur ab illa
obligatione transferre nō potuit, sed prout
ipse habebat: etenim qui in alterius ius suc-
cedit, eo, quo ille, iure vtitur: quod & re-
gula pontificia [c] haud obscure ostendit.
59 Quibus suffragatur Innocentius [d], dicens,
quòd si possessio, cuius ratione debet quis
præstare personale munus, seu militare, vt
puta exercitium, vel hospitium, per eccle-
siam acquiratur, ecclesia ad illud tenetur,
veluti possidens rem oneri annexam. Cui
60 consentit & Ioannes Andreæ [e], existiman-
do, quòd si possessio per ecclesiam acquisi-
ta sit affecta pro solido, & libra ad collectas,
quia interdum patrimonialia munera pos-
61 sessionibus [f] adiunguntur, tunc possessio
illa

s ad d. l. placet. ad d. l. ad instruct. ad auth. itē nulla communitas. ad tit. C. lib. 10. de superind. ad c. 1. & rubr. de offic. ad rubr. & ad d. c. nō minus ad d. c. generaliter § placet 16 q. 1. & ad can. si tributum 11. q. 1.
t ad d. l. placet num. 59.
u can. 44 16 q. 1 c. 28. & 13 de decimis c. 5 in fin. de pignor. vbi glo. & alij.
x l. 67. ff de contr. empt.
y in cōs 148 incipit præmisso statut.
z l. 13. §. 1. de acquir. possess.
a l. 31. ff. de contrah. empt. c. 8. § si vero de hæret. lib. 6.
b l. 20 ff de acqui. rer. dom.
c reg. si quis successit de reg. iur in 6.
d ad d. c. nō minus
e ad c. 1. de immun. eccles. lib. 6.
f l. 6. § quæ munera & l. vlt. § patrimoniorū ff de muner. & honor.

illa cum onere suo suo transeat ad ecclesiã:
Quod adeo verum est, vt non valeat pactũ
inter emptorem, & venditorem, vel inter
donatarium, & donantem initum, vti pos-
sessio sit libera, & collationis sarcina apud
venditorem, aut donatorẽ remaneat, idq.
imperiali rescripto [g] cauetur manifeste.
62 Nec vlla ecclesiæ fit iniuria, si sciebat rem
illam, quam emebat esse oneratam fiscali-
bus functionibus: nam si oneratam acce-
pit, sibi debet imputare, quia scienti, &
consentienti non fit iniuria [h]: si vero igno-
rauit, potest agere ad id, quod sua inter-
est, & id à venditore [i] consequetur. Immo
Theodosius, & Valentinianus rescripse-
runt [k], quòd si prædia fiscalibus functio-
63 nibus obnoxia distrahantur etiam imperiali
domui, vel ecclesiæ, vel alijs prærogatiua
munitis locis, aut personis, auferri debeãt,
& publico vænire, vti tributarijs functio-
nibus consulatur. Possent & aliæ huisce
similes in medium afferri rationes, quibus
probaretur, possessiones cum sua causa,
64 suisq. vitijs ad ecclesiam transire. In fauo-
rem tamen ecclesiæ adducuntur & aliæ
maximi momenti rationes: quarum prima
erit illa, quòd clerici, & ecclesia non te-
nentur pro bonis emptis soluere collectas,
nec quidquam aliud oneris: siquidem ec-
clesia, & clerici, ipso adstipulante Barto-
lo [l], laicis subiecti non sunt, sed collecta
non imponitur, nisi subiectis, hoc est ciui-
65 bus, & incolis [m], quia collecta est munus
quoddam, quod indicitur personis pro pa-
trimonio, atque ideo iniungi non debet,
nisi subiectis. Immo clerici, & ecclesiæ re-
66 gulariter sunt immunes ab omnibus laico-
rum collectis, & impositionibus; & qui
imponunt, nisi desistant, cùm sint moniti,
vnà cum suis fautoribus [n], excommuni-
cantur: quod pluribus ostẽdit Alexander [o].
Neque ipsi modo imponentes, sed scripto-
res etiam, & præbentes consilium, auxiliũ,
67 ac fauorem, ipso facto incidunt in canonẽ [p],
& ciuitas incurrit [q] pœnam interdicti, & in
duplum tenetur restituere, quod à clericis,
& ab ecclesia accepit, vti asserunt Archi-
diac. [r] & Nicolaus de Neapoli [s]. Ratio hu-
ius rei illa esse posset, quia clerici etiam de
iure ciuili hodie ad nulla munera tenẽtur [t].
Vnde si soluerent, aut si soluere cogerẽtur,
alienum debitum soluere viderentur, quia
soluere collectas, gabellas, ac huiusmodi
Vniuersitatis est, non Ecclesiæ. Iuris tamen
manifestissimi est, neminẽ [u] vrgeri ad solu-
68 tionẽ alieni debiti. Neque dubium est ex
Modestini responso [x], quin honorẽ sustinẽti

g l. vlt. C. sine censu, vel reliquis fundum compa rari nõ posse.
h reg. scienti, de regul. iur. lib. 6.
i l. vnic. §. res vero. C. de imponẽd. lucr. descriptione, li. 10. & §. si vero quid., auth. ne alien. & emphyt.
k l. vlt. C. de exactoribus tribut. li. 10.
l ad l. vna, C. de mulier. & in quo lo co, lib. 10.
m in d. l. 6. §. vlt. ff. de muner. & hon. vbi gloss. & ad rub. C. de ann. & trib. lib. 10.
n d. c. non minus d im mun. eccles. vbi Abbas, & c. quamq. de censib. lib. 6. & c. 1. eod. lib. de immu. eccl.
o cons. 68. vol. 2.
p in cle. n. 1. eod. de immun. eccl.
q c. clericis, eod. in 6.
r ad c. vni. d bigam. li. 6.
s in constit. regni, sub rubr. quòd clerici clerical. ser. vi uentes.
t auth. item nulla communitas, C. de Epis. & cler. gloss. ad l. da. 5. in eod.
u l. fin. C. ne vxor pro marit. & tot. tit. C. ne fil. pro patre.
x l. 10. ff. de muner. & hon.

69 munus imponi non possit: sed sacerdotium
esse omni terreno honore maius, & excel-
70 lentius, ignorat [y] nemo, quod & ethnici
fatentur, Plinius enim [z] iunior ait. *Cetera
quamquam dignitate propemodum paria, vt
tribuuntur, sic auferuntur, in hoc*, videlicet
sacerdotio, *fortunæ hactenus licet, vt dari
possit*: quia publicum est, & perpetuum, vt
& Liuius [a] de Augure scribit; quanto ma-
gis sacerdotium nostrũ: quod cum diuinũ,
& religiosum sit, tum quoque sacrum, & in-
71 signe, quia imprimitur cælestis, ac indele-
bilis character, nec adimitur viuenti. Qua-
72
73 re mutata persona, mutatur [b] & rei status:
quod optime cum Scæuolæ iurisconsulti re-
sponso concordat, *l. cum quidam, §. si debi-
tores ff. de vsuris*. Nam si res oneribus ob-
noxia peruenit à non priuilegiato laico ad
clericum priuilegiatum, eadem res efficitur
priuilegiata, & exempta ab omni exactione,
vt elegãter disputat Petrus de Anchar. [c]
Cui suffragatur illud, quòd fiscus, & eccle-
74 sia à pari procedunt [d], nec ecclesia esse de-
bet deterioris conditionis, quàm fiscus, im-
mo melioris, cum ecclesiæ caput sit CHRI-
75 STVS. Atqui fiscus, auctore Vlpiano [e],
cum in priuati ius succedit, priuati iure pro
anterioribus suæ successionis temporibus
vtitur: ceterùm posteaquam successit, habet
priuilegiũ suum, quod tale est, vt nulli sub-
jiciatur oneri. nec igitur ecclesia. Quibus
mirifice congruit constitutio pontificia [f],
qua expresse cauetur, quòd si laicus confert
alicui ecclesiæ iuspatronatus, cum ipse ha-
beat quattuor menses tantùm ad præsenta-
tionem faciendam, ecclesia tamen habebit
76 sex. Rationem ibidem reddit sum. Pontifex,
quia ecclesia non, vt laicus patronus, sed
vt patronus ecclesiasticus debet reputari.
Afferuntur & aliæ huiusmodi rationes ab
interpretibus nostris, quorum aliqui hanc
partem [g], vt tutiorem, veriorem, & magis
ecclesiæ fauorabilem tuentur, quia pro re-
77 ligione, proq. ecclesiastica libertate stat:
summa enim ratio est, quæ pro religione
facit, vt excellentissimus Iurisconsultorum
Papinianus [h] in suis Quæstionum libris pul-
chre ostendit. Sunt itaque hinc inde ra-
tiones, sunt argumenta, adsunt interpre-
tum auctoritates, vt quò te vertas, fere ne-
scias. Nec displicet Caldilini [i] opinio, vt hic
articulus egeat summi Pontificis rescripto,
seu interpretatione: nec etiam Cardinalis,
78 & Præpositi conclusio [k], vt scilicet clerici,
& ecclesia pro bonis temporalibus, quæ pos-
sident titulo emptionis, vel alterius con-
cessionis, pro quibus, antequam ad clericos,

y ex c. 6. de maior. & obed.
z li. 4. epi. 8.
a lib. 1.
b l. vnic. C. de impon. lucr. descripti on. lib. 10.
c cons. 129. incip. sup. 1.
d l. vlt. C. de sacros. eccl.
e l. 6. C. de iure fisci.
f c. vnico. §. vlt. de iure patro. lib. 6.
g Spec. in tit. de elect. coniug. vers. ad huius autem Archidiac. In Andreas Gem. Imo. & Philip. Franc. ad c. 1. in princ. & immu. eccl. lib. 6. Bart. cons. 180. Bald. ad d. l. placet, C. de sacros. eccl. Abb. ad c. fi. prope fin. d vita, & honest. cleric.
h l. 43. in fi. ff. de relig. & sump. fun.
i in cons. 2. in fin. d cẽsib. & in cons. 7 da consil.
k ad c. tributũ 11. q. 1.

cos, vel ecclesiam peruenissent, soluebatur
tributum, vel census, & ita res illa erat
tributo obnoxia, vel censualis, & habebat
certum & determinatum tributum ordina-
rium, hoc casu teneantur soluere tributum,
vel censum consuetum, prout tenebantur
laici, in quorum ipsa erant potestate, per
ea, quæ supra adduxi. Eiusdem senten-
tiæ fuerunt Lucas de Penna [l], & Cinus [m],
ob hanc nimirum rationem, quia ecclesia
tenetur ad onera mere realia, quæ præ-
dijs, non æque personis inducuntur, vt
voluere Bartolus, Salicetus [n], & Archi-
diaconus [o], & ita cómuniter tenent vtriuſ-
que iuris interpretes [p]. Quæ conclusio,
licet mihi videatur recta, refragatur tamen
nonnihil ijs, quæ in præcedenti quæstione
relata sunt, vt scilicet clerici, ecclesiaque
non teneantur vlla subire onera inconsulto
Romano Pontifice: secus vero, si iam res
fuisset aliqua causa, aliquibusvè vitijs af-
fecta: idque intelligitur locum habere,
quando res, quæ ad ecclesiam transit, ha- 79
bet onus perpetuum annexum, & immu-
tabile, & sic quòd tributum, seu census
non varietur, sed semper sit vniforme, &
perpetuum: & tunc eo casu res transit ad
ecclesiam, clericosvè cum onere suo, quia
tenentur soluere tributum, seu annuam
illam præstationem perpetuò annexam,
prout tenuere Abbas [q], Iason [r], & Phi-
lippus Francus [f]. Sed hæc exceptio aliam 80
parit exceptionem, vt non procedat in
ijs, quæ ecclesia possidet spirituali iure,
vel iure diuino, vti sunt decimæ, primitiæ,
& oblationes [t], quod & sacræ testantur
litteræ: nam in libro Numeri [u] habetur.
*Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mea-
rum, omniaq. quæ sanctificantur à filijs
Israel, tibi tradidi pro officio sacerdotali, &
filijs tuis.* Tum subijcit. *Omnis oblatio, &
sacrificium, & quidquid pro peccato reddi-
tur, tuum erit, & filiorum tuorum.* Pro his
itaque tributum, vel census minime solui-
tur, quod & glossa [x], & Alexander de
Ales [y] dixerunt, vt referunt Cardinalis [z], 81
& Præpositus, itéq. Antonius de Butrio [a], 82
qui asseuerat, ea omnia, quæ ad diuinum
cultum attinent, esse omnino exempta, vti
est mansus, seu ecclesiæ dos, locus item,
in quo est ecclesia situata, cœmeterium,
atrium, hortus ecclesiæ annexus, & his
similia, vti in Concilio Parisiensi, ac Vuor-
maciensi iam olim fuit constitutum [b]: nam
& in veteri Testamento [c] Deus de sacer-
dotibus loquens, ait. *Omnia, quæ ad cul-
tum altaris pertinent, per sacerdotem admi-*

[l] ad l. 6 diuina C. de exact. tribu. lib. 10.
[m] ad auth. item nulla, C de sacros. eccl.
[n] vterque ad l. placet C. eod.
[o] ad d. cap. plac. 16. q. 1.
[p] ad d leg. placet & ad d. c placet, & ad d cap. non minus.
[q] ad c. fin. de vita & hon cleric. & ad d. cap. non minus
[r] ad d. l. placet in 2 lect.
[f] ad c. 1. circa fin. de immun eccl. lib 6
[t] can. 24. cũ seq 16. q. 8.
[u] c. 18.
[x] ad d. c. 24.
[y] in tertium
[z] ad d can. si tributum.
[a] ad d c. nõ minus nu. 9. vers. quandã sunt.
[b] d. c. 24. cũ seq. & c. 1. de censib.
[c] num. 18.

*nistrabuntur: si quis externus accesserit, oc-
cidetur.* De istis nullo modo est soluendũ
tributum, censusvè, quod & Cardinalis,
83 & Præpositus [d] adnotarunt. Immo glos-
sa [e] contendit, quòd si ecclesia fuerit in
agro tributario ædificata, & fundator fuis-
set malæ fidei, quia sciuisset, agrum esse
tributarium, adhuc tamen non teneretur
præstare tributum, sed compelleretur ad
æstimationem rei: siquidem prædia, in
quibus est sita ecclesia, debent esse libera,
84 & nullum soluere tributum: ita glossa [f],
quam Innocentius [g], Ioannes Andreæ [h],
Abbas [i], Cardinalis [k], Præpositus [l], &
Astensis [m] sequuntur: & prædictam con-
85 clusionem habere locum nonnulli [n] arbi-
trantur extra Italiæ fines, non item in Ita-
lia, in qua prædia non sunt tributaria, vt
ex Vlpiano [p], & Paulo [q], titulo de censi-
bus, & ex ibidem notatis constat haud
obscure: extra Italiam vero, quia sunt tri-
butaria, transeunt cum onere suo. Quid-
86 quid sit, vno omnium post Bartolum [r] con-
sensu receptum est, quòd si ecclesia non
soluat tributum, vel censum, hisce casi-
bus, quibus tenetur soluere, eius bona non
confiscantur, prout confiscari solent priua-
torum bona: quod constituère ipsi [f] Impe-
ratores, Honorius, & Theodosius, hisce
verbis. *Nulla translationum solicitudo si-
gnetur;* vti explicat Accursius perite: etsi
Baldus [t] putat, eandem constitutionem lo-
qui de pœnali tantum priuatione, non au-
tem de ea priuatione, quæ venit ex natura
contractus, quod & Abbati [u] aduersus Ioã-
nem Andr. placuit: nec ab eo dissentit Ia-
son [x]. Vnde Bartolus [y] dicebat, ecclesiam
in tributis esse priuilegiatã, non autẽ in feu-
87 do, & emphyteusi, quorum natura perinde
in ecclesia, atque in priuato obseruãda est.
Hinc concludebat Baldus [z], quòd si eccle-
sia recipiat feudum, & non obseruet con-
uentiones feudorum, perinde feudum amit-
tit, atque priuatus: quando vero priuatio,
vel pœna prouenit ex Principum constitu-
tionibus, tunc non solutis tributis, collatio-
nibus, & alijs huiusmodi, bona non confi-
scantur, nec in vllã incidunt pœnam. Sed
de his hactenus. Reliquum est, vt videa-
mus de his, in quibus ecclesiæ bona cen-
seantur priuilegiata, & haud parum à pri-
uatorum bonis differant, vt in alienatione,
videlicet, venditione, locatione, pignora-
tione, emphyteusi, & alijs, si qui istis sunt
88 similes contractus. Alienationis verbum,
in materia ecclesiastica capi largissime di-
cunt Abbas Panormitanus, Antonius de

Butrio,

[d] ad d. c. si tributum.
[e] ad d. c. 24.
[f] ad d. c. 1. de censib.
[g] [h] [i] ad d. c. non minus.
[k] [l] ad d. c. si tributum
[m] in summa lib. 6. tit. 30. c. 4. cir. fin.
[n] Alb. Bru. in tract. de const. detr. stat. &c.
[p] l. vol. verbo tributum.
[p] l. c. ff de censibus
[q] l vlt. eod.
[r] ad d l. placet nu. 4.
[f] d. l placet
[t] ibidem in 3. nol ab. & ad c quæ ec clesiarum in 2. col de constitut.
[u] ad c. constitutus n. 18 de relig. domib.
[x] ad d. l. placet num 15. cum seq.
[y] ibid. n. 3.
[z] in prælud. feud. col. penult.

Buttrio, & alij [a], quemadmodum in statutis asserit & Cardinalis [b]: cùm etiam pertineat ad directi, & vtilis dominij translationem. Sed non forte minus in profanis, in quibus alienatio vsucapionem continet. & alienare dicitur etiam, qui non vtendo,
89 seruitutem [c] amittit: vix est enim, vt nequaquam videatur alienare, qui patitur vsucapi: sic qui seruitutibus non vtitur,
90 non intelligitur facere, quod non [d] deberet facere, & alienare omnino dicitur, ipso adstipulante Iustiniano [e]. quod singulare reputat Bartolus [f], ad hoc, quòd alienatione prohibita, videtur prohibitus omnis actus, per quem fit translatio dominij directi, vtilis, vel alicuius in re, neque dissentit
91 Francus [g]: siquidem Iustinianus [h] constituir, vt siue lex, siue testator, siue pactio contrahentium alienationem prohibuerit, non solum dominij alienationem, sed mancipiorum manumissionem esse prohibitam, verumetiam vsusfructus dationem, vel hypotecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi, item emphyteuseos contractus, &
92 seruitutes minime imponi. Sed hæc quidem intelligunt, cum illud nomen largè sumitur, alioquin proprie alienationem esse, cum directa dominia transferuntur [i]. Vnde in Concilio Siluan [k]. ita. *Alienationis verbum continet conditionem, donationē, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum*: & ex Cœle-
93 stini [l] tertij, & Clementis [m] quinti constitutione perpetua locatio, sicut & manumissio [n]. Bona itaque ecclesiastica, exceptis
94 quibusdam casibus, alienari non possunt, prohibente etiam Leonina sanctione [o], quam vti rationi, & ecclesiasticæ libertati consonam, confirmauit canonū conditor [p]. Vnde in dubium venire vtique posset, an
95 constitutiō illa Leonina, cuius mentio fit in Decretalibus Gregorij noni [q], Leonis Papæ, huius nominis quarti sit, an Leonis Imperatoris, vti glossa, & alij omnes sentiunt. Dicerem facile potuisse contingere, vt Leo Papa quartus [r] mutuatus sit eam à
96 constitutione Leonis Imperatoris: esse tamen verisimile compilatores Decretalium, vel patres in Concilio præcitato apud Siluan. habito (ex quo desumpta est pontificalis [f] constitutio) potius mentionem facere voluisse constitutionis pontificiæ, quàm Cæsareæ. Quod mihi etiam magis probatur, quia Imperialis constitutio, non Leonē solum, sed & Anthemium imperij socium auctorem habuit: inscribitur enim tit. de sacrosanctis ecclesijs, in Codice Iustinianæo

a ad d. cap. nulli §. alienationis per eund. ... de reb. eccles. alien. vel nō
b in cons. 15.
c l. alienationis 27. in princ. & in § cum quoque. ff. de verb. signif.
d l. in fraudem, ff. quæ in fraud. credit.
e l. fin. C. de reb. alien. vel non
f ibidem & ad auth. neque C. commun. de leg.
g ad d. c. nulli in §. alienationis.
h d. l. fin.
i l. 2. C. de fundo dot.
k de quo in d. c. nulli §. alienationis
l cap. 9. cod. de reb. eccl. alien.
m clem. 1. eod.
n d. c. nulli in princ. & c. 3. & 4 eod. l. 14. §. œconomus cum seqq. C. de sacrosanct. eccl.
p c. 18. 12. q. 2. & in d. c. nulli.
q d. c. nulli in fine.
r d. c. 18. 12. q. 2. vt Iulius Clarus etiam putauit in §. emphyteusis q. 38. vers. etsi dicatur.
f d. c. nulli.

ante legem *Iubemus*, ita: *Leo, & Anthemius A A. Amasio Præfect. Prætorio*. cuius Anthemij nomen non fuisset omnino suppressum, etsi dici posset, denominationem fieri à maiori, vt sæpe in constitutionibus Codicis videmus. Pontificia vero, quam suis collectaneis inseruit Gratianus sub 12. quæst. 2. canon. *Monemus*, Leonis quarti summi Pontificis nomen expresse præfefert, atque bonorum ecclesiasticorum alienationem, & vsurpationem satis interdicit, comminaturque canonicam vltionem, sicut huic nostræ tractationi consonum est, adeo vt Imperiali opus non fuisse compertum, ac exploratum sit. Sed in hoc, ait ille, positæ non sunt fortunæ nostræ: parum enim refert, sit ne Leonis Imperatoris, an Leonis Pontificis: vterque constituit, vtriusque constitutio est optima. Videamus ergo de his, quæ nobis facessunt negotium: atque in primis de voce illa, *conditionem* [t], quæ interpretibus ma-
97 ximam iniecit dubitationem. Innocentius [u] vult, posse intelligi, vt dicatur contractus conditionalis, vbi prædium constituitur tributarium, & vulgò tale prædium conditionale dicitur, mutata scilicet conditione, id est, statu, causa, & natura prædij: veluti, cum liberum esset, facis illud tributarium, vel annua pensione grauas. Vel, inquit Innocentius, potest intelligi de contractu, cui fuit adscripta conditio: veluti si nauis ex Asia venerit:
98 quæ interpretatio ab omnibus est improbata, ob illud in iure vulgatum. *Conditio nihil disponit*. Vnde alij legebant, *conductionem*, quos idem Innocentius notat, & damnat, dicens. *Conducere non est alienare* [x]: *quia locatio, siue conductio non solet* [y] *dominium mutare*. Quamobrem Accursius scribit [z] prohibitum alienare, posse in centum, vel mille annos locare: sed rectiùs glossa [a] ad Clementinam constitutionem, vti conductio non fit alienatio, si ad modicum tēpus fiat, quod & Panormitanus [b] probat. Quintinius ita legendum putat. Alienationis verbum continet testamēti conditionem. Nam qui testamentum condit, alie-
99 nat: cuius opinionis videtur fuisse Cōtius [c]:
100 sed ego non video, quid sibi velint. Est enim iuris certissimi testamentum à clericis de proprijs rebus, aut ex diligentia acquisitis factum valere [d] perinde, atque si à pagano conditum esset, non item de rebus ecclesiæ. Ego aliàs probabam primam Inno-
101 centij expositionem: hodie vero mutare sententiam haud pudet, videlicet, vocem

t de qua in d. c. nulli §. alienationis
u ibidem.
x l penult §. instituto ff. de legat. 2.
y l. nō solet ff. locati.
z ad d. §. instituto.
a ad d. clement. 1. de rebus eccl. aliend. vel nō per eum textum
b ad d. §. alienationis
c in annot. ibid. factis,
d c. 9. & 12. de testam.

conditionem, aut spuriam esse, aut abundare, Burchardiq. librariorum vitio, quod eiusmodi hominibus familiare est, irrepsisse, proinde reponendum esse *venditionem*, quam & Papiensis retinuit. In veteribus siquidem exemplaribus deest, vt Antonius Augustinus, antiquitatis peritissimus, in suis Notis[e] aperte ostendit, dictio illa, *conditionem*, vel apud Iulianum, & Iuonem: tametsi Raymundus, Decretalium compilator, vocem vtramque, hoc est, *conditionem*, & *venditionem* edidit, crucem (vt aiunt) interpretibus relinquendo. In Græcis quoque exemplaribus (vt Idem ipse Antonius Augustinus interpretatur) sic legitur. *Alienationis autem nomen generale ideo posuimus, vt prohiberemus & venditionem, & donationem, & permutationem, & in perpetuum porrectam emphyteusim, quæ non longe ab alienatione distat.* Quam lectionem eò libentius probo, quò Nouella Iustiniani[f], ex qua canon excriptus videtur, hisce verbis concipitur. *Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, vt prohibeamus, & venditionem, & donationem, & commutationem, & in perpetuum extensam emphyteusim, quæ non procul ab alienatione consistit.* Nulla itaque huius vocis, *conditionem*, mentio fit. Nec est etiam, quòd laboremus in quærenda verbi huius vi, & significatione. Alienationis ergo nomen continet venditionem, donationem, permutationem, & emphyteusim. De venditione non est dubitandum, quin

e in 1. compil. ad d. §. Alienat.

f Nouell. 7. tit. de non alien § non igitur vers. alienation.

sit alienatio. Immo Antonius Burgos[g] ait, 102
venditionē largo sumpto vocabulo cōprehendere omnem contractū, per quē dominiū transferatur, etiam si transferatur vtile tantū, prout de alienatione iam dictū est.

g ad c. cum causa nu 13. de empt. & vend.

Itē donatio omnis, adeò vt Imperat. Leo[h] 103
prohibuerit etiam donationem, quæ fit ad vicissitudinem beneficij colorati, siue gratiæ referendæ: qua de re etiam in secundo libro[i] agitur. Sed longe benignius de 104
iure canonico, quo ea, quæ de rebus ecclesiæ in remunerationem obsequij præstantur, rata permanent, vti videre est in Concilio Toletano[k] quarto, quod & Gregorius primus approbauit[l]: intelligi tamen potest de mobilibus, vel se mouentibus, non æque de immobilibus. Namque Alexander tertius[m] rescripsit, non improbandam esse consuetudinem, qua receptum est, vt de mobilibus per ecclesiam acquisitis pauperibus, & religiosis locis, & illis, qui viuenti seruiunt, siue sint consanguinei, siue alij, aliquid iuxta seruitij meritum conferatur: immobilia vero quouis

h l. iubemus § sciemes. quæ est 14. C. de sacros. eccles.

i cap. 16.

k de quo in c. quicunque 12 q. 2.

l can seq. ead. q. 2.

m d. c. 12. § licet de testamentis.

105 colore dari non poterunt. De permutatio-
106 ne maior est difficultas, quia permutatio non videtur alienatio: siquidem permutatio contractus est, quo res datur, vt alia accipiatur[n]; emptio contractus, quo id agitur, vt dato certo pretio, sumat quis ab
107 alio corpus, vel ius quod vindicet sibi, vel mutatio pretij cum merce[o]. Qui igitur permutat, capit vicissim rem, quæ succedit loco alterius rei datæ: aliter dic in venditione, in qua pretium accipitur, quod in pecunia numerata consistit, & continetur, qua nihil elabitur facilius: ideò satius ad-
108 mittitur compensatio è re ad rem, quàm è quantitate[p] ad rem. Argumento est etiam titulus in Decretalibus de rerum permutatione, ex quo passim videmus, permutationes fieri, & ab ipsis ecclesiarum Præsidibus passim approbari, vel ex constitutione Cle-
109 mentis tertij[q], vbi glossa eleganter dicit, prohibita venditione, vel alienatione, non censeri prohibitam permutationē. Cui mirifice congruit Zenonis[r] constitutio, dum
110 rescribit expresse, Decuriones vendere sine decreto non posse, sine decreto tamen permutare posse: quod vt singulare, notāt Angelus[s], & Iason[t]: attamē alienationis no-
111 mine continetur permutatio[u]. Sed cur hæc tam varie? Ratio est in promptu, quia scilicet permutatio non prohibetur sicut venditio, ex ijs, quæ diximus, sed in ijs casibus, in quibus nō conceditur, vel vbi seruata nō est iuris solennitas, vbi notant nostri iuris
112 Pontificij interpretes[x]. Nam vbi iuris solemnitas fuerit obseruata, & vtriusq; partis intercesserit consensus, tunc[y] tenebit permutatio: quia cessare videtur ratio, quæ causa prohibitionis fuit, ne quis facultatū suarum iacturam faceret, nevè ecclesia suis bonis priuaretur[z]. Longe maior est de emphyteusi quæstio, latiorq. tractatio, de qua, etsi nonnulla in secundo libro[a] dicta sunt, hoc tamen libet paulò altius repetere, atq; in primis videre oportet, vnde nomen ha-
113 buerit. Emphyteusis Latine insitionem significat, siue plantationem à Græco verbo, ἐμφυτεύειν, quod est insero, vel consero, vel
114 vt Durandus in Speculatore[b] dicit, ab emponemate: emponema Græcis est, quæ melioratio à nostris dicitur: & est ius, quod emphyteuta acquirit, quæ sane vox apud
115 Iustinianum extat[c]. Dicitur quoque emphyteusis[d] cōtractus meliorationis: datur siquidem fundus in emphyteusim ea conditione, vt accipiens eum reddat meliorem, & ex sterili fertilem efficiat: ab initio enim

n l. 1. ff. de rer. permut. & l. 1. ff. de contrahend. empt.

o d. l. 1. ff. de rer. permut.

p l. ob negotium ff. de compensat. l. 1. ff. de reb. dubijs

q c. 6. de rer. permutat.

r l. fin. C. de prædijs Decur. lib. 10.

s ad l. cū hi. § si cui ff. de transact.

t ad l. 3. C. de iur. emphyt.

u d. c. nulli. § alienat. de reb. eccl. alien.

x ad c. 1. & 2. eod. de reb. eccl alien. & ad c. 2 de rerū permut.

y d. c. 1.

z argument. l. fin. ff. de iure dotium

a d. c. 17.

b § emphyt. in princ.

c l. 1. C. de iur. emphyt.

d c. vlt. de loc. & cond.

sterilia

sterilia tantum, & inculta hoc contractus
genere concedebantur: emphyteusis autē
contractus est à Zenone primum nominatus, cum ager ea lege fruendus datur, vt
quandiu merces soluatur, numquam ad
dominum reuertatur [e]: ita Zeno Imperator. *Ius emphyteuticarium neque conditionis, neque alienationis esse titulis adijciendum, sed hoc ius tertium esse constituimus ab vtriusque memoratorum contractuum societate separatum, conceptionemque ac definitionem habere propriam, & iustum, validumque contractum, &c.* Hinc Duran-
dus [f] dixit, esse iuris ciuilis contractum: 116
mihi tamen magis placet, quòd sit iuris gentium, perinde ac emptio, & conductio, quibus similis est, nudoque perficitur consensu: nam etsi Zeno proprium hunc contractum fecit, id est separatum ab emptione, & à conductione, tamen ijs similis, vti dixi, est. Non enim dubium est, quin
ante Zenonem esset huiusmodi contractus, 117
licet proprio careret nomine, adstipulante Iustiniano [g], qui ait. *Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibusdam locatio, à quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana lata est, quæ emphyteuseos contractus propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam.* Argumento est etiam titulus ille Digestorum: *Si ager. vectigalis, id est, emphyteuticarius petatur.* Nam in iure ager vectigalis semper est ager emphyteuticarius, vt Cuiacius [h] scribit in Paratitlis. Sed quæri hic non abs re potest, quare Zeno dixerit ius emphyteuticarium, neque conductionis, neque alienationis esse titulis adiectum, videlicet, quare vtatur dictione illa, *alienationis*, non venditionis, cùm alienatio latiorem habeat significationem, vt dictum fuit. Cuiacius [i] respondet, quia alienationis verbo proprie venditio significatur. Rectè. Nunquid autem, quod de alienatione dicitur, locum sibi vindicat, si lex emptionis, venditionisvè verbo vtatur? Bartolus [k], idem traditum esse scribit: ra-
tionem illam esse puto, quoniam lex duo- 118
decim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complectitur: sed in ea lege id erat, quoniam quælibet alienatio per imaginariā emptionem, sicut hæredis institutio, & emācipatio celebrabatur [l]. Verū licet vtrumque nomen alienationis, & venditionis sit valde generale, quo tamen ad Zenonem, dum venditioni, siue alienationi assimilatur emphyteusis contractus, non

e l. 1. C. eod. de iure emphyt.
f d. § emphyteusi.
g §. adeo instit. de locat. & conduct.
h ff. tit. si ager. vectig. id est emph. petatur.
i in notis ad d. §. adeo in stit. de loc. & conduc.
k ad l. in quorum ff. de pignorib.
l l. penult. & vlt. ff. de manumissio. liber. & l. 3. ff. de capit. diminut. §. præterea instit. quibus mod. ius patriæ potest. soluit.

est item generale: sed restringitur in illa specie. Diximus enim, alienationis verbo contineri & donationem, & permutationē: sed emphyteusis neque donatio est, quia nihil datur in recompensationem, sed ex
119 sola annua pensione, siue annuo reditu soluendo contractus. Quare emphyteusis dici poterit, vt sit concessio quædam perpetua, vel ad tempus, ad vsum, vtilitatem, & culturam rei efficiens vtile dominium: ita vt domino proprietatis annua pensio persoluatur, saluaq. sit rei substantia. Quo modo autem fiat huiusmodi contractus, dubitatur apud nostros non mediocriter: dubitationem facit ipsa [m] Zenonis cōstitutio, ibi. *Iustum esse, validumq. contractum, in quo cuncta, quæ inter vtrasque contrahentium partes super omnibus (vel etiam fortuitis casibus) pactionibus, scriptura interueniēte habitis placuerint. &c.* Accursius [n], Ioannes Andreæ [o], item Petrus [p], Cynus [q], Baldus [r], Salicetus [f], & latissime Iason [t] post glossam, necnō alibi Baldus [u], Speculator [x], & Angelus [y] communi sententia, vt scribit Iason [z], asserunt scripturā opus esse: quam opinionem hisce rationibus confirmari, idem Iason putat, quoniā ibi [a] duo sunt ablatiui absoluti, qui solent importare causam finalem, testimonio ipsius Baldi [b], sed ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem [c]: conditiones autem veniunt implendæ in forma specifica [d].
120 Durandus vero in Speculatore [e] post Accursium, qui quodammodo sibi videtur contrarius [f], constanter defendit, contractum huiusmodi sine scriptis fieri posse: quia si scriptis opus esset, vtique vt partes se subscriberent, & aliæ solemnitates obseruarentur etiam opus esset, vt ad vtrumque ius, & ciuile, & pontificium notant [g] magistri nostri: atqui hodie solemnitates huiusmodi, & subscriptiones interponi non solent. Neque vlla est lex, quæ necessario requirat scripturam. Et quamuis Zenoniana constitutio dicat, fieri in scriptis, tamen non vetat, quin & sine scriptis possit fieri, vt & Accursius [h] dicit, à quo non dissentit Bartolus [i] & ipse, immo aperte asserit, id ipsum approbari consuetudine, quod pluribus Romanus [k] probat. At vero talis consuetudo seruanda est [l],
121 cùm sit optima legum interpres [m]. Angelus [n] scribit, quòd etsi de iuris rigore verum sit, quòd scriptura sit de substantia in hoc contractu emphyteutico, propter labilem hominum memoriam, tamen emphyteusis contractus de consuetudine non

m d. l. 1. C. de iur. emphyt.
n ad l. contrahitur ff. de pign. & ad l. pactum quod bona fide C. de pact. & ad d. l. 1. C. de iure emphyt.
o ad d. c. potuit de locato.
p q r f ad d. l. 1.
t ibid. n. 12. & 25. cum seqq.
u ad §. adeo instit. de legat.
x in tit. de instr. ed. 1. §. restat. vers. quid si vnus
y ad d. §. adeo de leg. 2 loco ci. supra
a d l. e.
b ad l. vnicā C. quando non petent. part. & ad l. e. in princ. C. de lib. præt.
c l. ab empt. vbi glos. ff. de pac. l. à testatore ff. de cond. & demonstr.
d l. qui hæredi & l. Mæuius. ff eod. de cond. & demonstr.
e ad §. restat. vers. quid si vnus
f ad d. l. 1. in verbo scriptura C. de iur emphyt.
g ad l. contractus C. de fide instrum. ad l. in donation. C de donat. ad c. innotuit de elect. ad § hoc ius porrect. a. q. 1.
h in d. verb. script. in fin.
i ibidem
k conf. 103. in fine.
l l. de quibus ff. de leg. l. 1. C. quæ sit long. cōsue.
m l. si de interpretat. ff. eod. de leg. c. dilect. de consuetud.
n ad d. l. 1. C. iur. emphyt.

Digitized by Google

non fiunt necessariò in scriptis, quamquam ad scripturam redigantur. Quòd scriptura non sit de substantia, atque de necessitate huius contractus, tenet Antonius de Butrio, & post eum Abbas [o] Panormitanus.

o ad c. fin. de locat.

122 Ego tamen existimarem, scripturam non esse de substantia emphyteutici contractus, quo ad ipsius formam, & valorem ita, vt ea deficiente, contractus sit irritus; necessarium vero esse, quo ad probationē, quod & Fulgosio placuit: & ita forte intelligi potest Durandus, Bartolus, Angelus alijque 123 citati, etsi non videtur recta hæc Iasonis opinio. Namque lex nulla est, vti Accursius, Bartolusq. dixerunt, quæ nos obstringat in celebratione huiusmodi contractus ad scripturam, hoc est ad sollemnitates illas, de quibus in illa Cæsarea constitutione [p]: neque vsu est receptum, vt scriptura fiat, immo contra, vt ex Bartolo, alijsque dictum est. Quo autem ad probationis necessitatem secus: non enim valde diligens esset paterfamilias, nec bene quidem rebus suis consuleret ille, qui rem suam in emphytheusim daret, nisi constaret vtique saltem de annua pensione, de qua conuentum est inter dominum, & emphyteutam, cùm huiusmodi concessiones vel in longum tempus, vel in perpetuū fieri soleant, vti mox dicetur. Facile siquidem eueniret, vt emphyteutæ hæredes dicerent, rem suam propriam esse, & nulli esse obnoxiam pensioni, quoniam difficilis id esset probationis, tum quia memoria est labilis [q], tum quia excederet hominum memoriam, quæ testibus non posset probari. Quod autem comminiscitur Iason [r], quòd nulla sit differentia, an scriptura sit de substantia, an verò de necessitate probationis, parum acute. *Nam*, inquit, *vt scriptura necessariò requiratur ad probationem, ad hoc, vt admittatur probatio per testes, requiritur, quod scriptura sit perdita, & quòd testes de ipsa scriptura deponant, & de contentis in ea*, prout Bartolus, & alij notant [s]. Quorsum hæc? Nam et si nulla intercesserit scriptura, possunt tamen testes de contractu, ac de pactionibus, & conuentionibus interpositis 124 fidem facere. Recipiuntur plerumque testes [t], licet non agatur de scriptura, lite etiam non contestata, si de ipsorum morte, aut diuturna absentia timetur: non erit ergo scriptura de substantia contractus emphyteutici, prout aliàs dicebam [u], non es125 se de substantia legis. Sine scriptura, & sine publicatione vim habet lex, statimque subditos ligat, si legislatoris [x] talis est mēs:

p in l. contractus C. de fide instr.

q l pereg. ff. de acquir. poss. l iubemus C. de testam.

r ad d. l. 1. nu. 6. C. de iur. emphyt.

s ad l. testium per eundem text. ff de testib. ad l. sicut iniquum C. de fide instru. ad auth. si quis in aliquo C. de edend.

t c quoniam de test. & c. quoniam vt lite non contest.

u ad rub. de constit. ibi etiam Bald. Fel. Dec. Ripa, & alij notant

x glos. ad clem. 2 de hæret. & not. ad c. 2. de constit.

verum si de legislatoris mente nobis minus constaret, eius intentio videretur suspensa, donec in scriptis esset redacta, & tali casu non obligaret lex, donec esset promulga126 ta [y], argumento est etiam, quod Iustinianus [z] de emptione constituit, quæ licet nudo consensu perficiatur, perfectaq. esse dicatur, simul atque de pretio est conuentū: tamen si de contrahentium mente dubitatur, non aliter perfecta intelligitur, quàm fuerit in scriptis redacta. Quòd, si pacto conuentum fuerit, vt de contractu fiat instrumentū, aduersus Paulum Castrensem [a] tenuit Rota [b], pactum dici perfectum etiā, si scriptura non fiat: etsi id locum habere intelligi potest, si fuerit à contrahentibus expressum, quòd conuentio non valeret, nisi in scriptis redigeretur, vt [c] Decio & Grato placuit [d]. Qua in re mihi admodū placet Baldi [e] interpretatio, dum dicit scripturam non esse de forma substantiali legis, sed tantùm de forma accidentali ad inducendam obligationem ex lege. Cui apposite conuenit Aretini [f] distinctio, vt scriptura non pertineat ad essentiam legis, sed ad necessitatem probationis. Verumtamen vbicumque legislatoris intentio nobis erit perspecta, etiam si adhuc minime extabit scripta lex, obstringemur ad obseruationem ipsius. Sola enim Principis vo127 luntate perficitur [g] lex. Nam Suetonius, de Claudio loquens, ait [h]. *Cæsar quidem dixisse aliquando fertur, homines debere pro legibus habere, quæ diceret*. Quod tamen rarò accidit. Idcirco Iustinianus [i] de128 creuit, ne quis ad nouarum legum obseruantiam teneatur, nisi post duos menses à publicatione elapsos: de cuius constitutionis interpretatione alias [k] disserui. Idē & Romani Pontifices [l] statuerunt. Sed redeamus ad eum, quem cœpimus, tractatum: qualis scilicet seruanda sit forma, quando ecclesia dat aliquid in emphyteu129 sin. Durandus in Speculatore [m] respondet, fieri debere Episcopo præsente, in cuius territorio sita est ecclesia, quæ concedit, & res, qua de agitur, præstito scilicet iuramento ab ijs, qui rem dant, quod nihil fit in ecclesiæ læsionem: quod Iustinianus [n] constituit, & ex eo Gratianus [o] desumpsit. Immo Iustinianus vult rem æstimari à mechanicis, aut architectis, tactis sacrosanctis Euangelijs, quorum arbitrio stetur, vt etiam in plerisque [p] alijs causis de operibus publicis, priuatisq. & de seruitutibus. Ioan. Andreæ [q] vero dicit non seruari, quo ad iuramentum. Mihi magis placet,

vt iu-

y c. 3 dist. 4.

z § in ijs, autē, instit. de empt. & vend.

a ad l. non res col. 1. C. de prob. & ad l. contract. col. 4. C. de fid. instrument.

b decis. 34. diuers. p. 10 lib. 1.

c ad l. pactū quod bonæ fidei col. 2. vers. & hoc refert C. de pact.

d cons. 100. col. 1. lib. 1.

e ad l. humanū C. de legib. & ad rub. de constit. in decr.

f ad d. rubr. de const.

g §. sed & quod Principi Instit. de iure nat. l. 1. ff. de const. princ.

h in Claudiū

i in Nouell. 66. tit. vt factæ nouæ cōstit.

k in c. 3. li. 2 Animaduer.

l in c. vlt. ne cler. vel monac. & in c. nouit. de sent. excom.

m in d. §. emphyteusi. n. 6

n in d. Nouel. 7. & in Auth. perpetua. C. de sacrosan. eccles.

o in cap. sicut enim. § perpetuam. q. 2

p l. 12. C. de proximis sacrorum scriniorū lib. 12

q in addi. ad specul. d. §. emphyteus.

vt iurandum sit, quo magis ecclesiæ consu-
latur. Præterea solet concedi certa cõstitu- 130
ta pensione, & quod ad hanc pensionem,
vel emphyteuticum canonē attinet, vt em-
phyteuticario sexta tantum pars pensionis,
siue reditus, qui ab initio fuit, ob casus for-
tuitos remittatur [r], vt si locari solebat præ-
dium sexaginta, emphyteuticario addicatur
pro quinquaginta. Et quamuis Durandus
post Mart. de Fano dicat, hæc hodie non
obseruari, dico tamen esse obseruāda, atque
puto obseruari, licet id forte Durandi tem-
pore contraria suppressum fuerit cõsuetudi-
ne. Immo in ea sum sententia, vt existimē, 131
non aliter valere contractum, atque si hæc
ad vnguem essent obseruata, neque tutum 132
esse emphyteuticarium, neque clericum, qui
dat: sed hunc grauiter puniri debere, eo
quòd bona ecclesiæ, inconsulto superiore,
alienat. Illud vero videtur habere maiorem
difficultatem, an ecclesiæ res dari possint in
perpetuam emphyteusim? Priuatum posse 133
ex illa Zenonis [s] constitutione, dubitat ne- 134
mo: item [t] ciuitatem, quod & videretur di-
cendum de ecclesia; nihilominus iure [u] Pō- 135
tificio aperte videmus constitutum, vt ec-
clesia dare non possit quidquam in emphy-
teuticum perpetuum contractum. Consti- 136
tuit quoque Iustinianus [x], nō posse emphy-
teusim extendi vltra personam emphyteuti-
carij, & filios eius, aut nepotes, vel etiam
coniugem, si de ea tamen in contractu em-
phyteuseos nominatim mentio facta sit, ex-
traneoq. hærede relicto, morte emphyteuti-
carij finiri emphyteusim. Idem tamen Iu- 137
stinianus [y] facultatem omnibus ecclesijs in
eius imperio positis concessit, res suas in
perpetuam emphyteusim dandi. Quæ sane
constitutio in corpus canonum relata est à
Gratiano [z]. Idque nostri probari volunt ex
alia [a] Pontificali constitutione. Mihi tamen
hac in re haud displicet Speculatoris distin-
ctio: quòd res, quæ dantur ab ecclesia in
emphyteusim, aut sunt ruinosæ, aut non
sunt: vt si ædificia quodam vitio laborant, si
ruinam minantur, vel passa sunt, si parieti-
næ, si ager desertus, squalidus, sterilis sit, &
saxosus: quæ licet alienari non possint exē-
plo prædiorum pupillarium, quæ & si infru-
ctuosa sunt, non alienantur [b], tamen sine 138
iudicis decreto, in perpetuum [c] dari pos-
sunt. Si vero integra, & fructuosa sunt, non 139
vtique possunt concedi vltra personam em-
phyteuticarij, filios, & alios, vt dictum est.
Alia quoque videtur adhiberi posse distin- 140
ctio, quòd aut expedit ecclesiæ rem in em-
phyteusim dari, aut non expedit: hoc casu

r d. Nouel. 7 & d. Authen. perpetua, & d. c. ea enim. § perpetua. 10 q. 2.
s d. l. 1. C. de iure emphy.
t d. l. 1. ff si ager vectig. hoc est emphyteut. petatur.
u c. Apostolicos 12. q. 2 d. c. nulli. § alienationis. de reb. eccl. alien.
x d. Nou. 7. de nō alien. in § emphyt. autem. & § dudum.
y in Nouell. 120 de alien. & emphy. § in aliis, cum seq.
z d. cap. ea enim. § perpet. 10 q. 2.
a c. vl. d. loc.
b l penul. ff d reb. eorū.
c d. Nouell. de alien. & emphyt. § si vero quædā d. c. ea enim § si quas vero ruinas & c. ad aures. de reb. eccl. non alienan.

possunt intelligi constitutiones [d], quæ ne-
gant, dari posse in perpetuum. Alio autem [e]
aliæ. Sed dicet aliquis: quomodo cognosci
poterit, an ecclesiæ id expediat, vel non
expediat? facile: ex qualitate scilicet rei,
quæ datur: vt si facta sit deterior propter [f]
cladem, vel quia ruinam minatur, nec refi-
ci potest, nisi magnis [g] expensis, vel adeo
inutilis, vt nullos, aut paucos admodum
fructus reddat, aut redditus [h] habeat. Item
ex pensionis qualitate perpendi potest, vtrū
expediat ecclesiæ rem in emphyteusim da-
ri. Si vero res sit speciosa quidem, parum
tamen, aut nihil præstet pensionis, res sub-
tiliter æstimanda est, vt ex hac æstimatione
141 iusta [i] pensio constituatur. Sed quid, si pre-
tiosa sit, salubris, pinguis, vel, vt dici solet,
bona, adeo vt magnos reditus reddat? vel
si eiusdem est bonitatis, cuius erat, quando
prius ecclesia eam acquisiuit? dari non de-
bet in emphyteusim, nisi tanta constituatur
annua pensio, quantam faciunt annui redi-
tus, quos percipiebat ecclesia tempore cō-
tractus emphyteutici, redacta tamen dimi-
nutione ipsorum redituum ad sextam partē.
Qua de re latius in secundo libro [k], sicut &
de proastrijs, hoc est suburbanis, prætorijs,
& voluptuosis prædijs dictum est. Quæret
autem non importune aliquis, qua de cau-
sa fiat ista diminutio sextæ partis. Ratio est
in promptu, fit siquidem in recompensatio-
nem futuri periculi: facile enim euenire po-
test, vt res in emphyteusim data fiat dete-
rior. Verum, quoniam non vltra fit diminu-
tio pensionis constitutæ propter deteriora-
tionem, aut casus fortuitos, vt ait Iustinia-
nus [l], ideo illa datur diminutio. Id vero per-
petuo nè verum est, vt scilicet nulla vlterius
fiat diminutio, si res in totum perierit? re-
ceptum est, fieri ex Leonina cōstitutione [m].
Sed maior est dubitatio, si res non sit in to-
tum deperdita, sed clade, aut casmate pars
aliqua interierit, vt in illo Vlpiani respon-
142 so [n]. Quidam dicunt, si vltra dimidiam par-
tem res perierit, emphyteutam non teneri
ad integrum canonē, ex eodem Zenonis re-
scripto [o]: at nomine partis dimidia intelli-
gitur [p], si præcisæ portionis, aut partis men-
tio non sit facta. Verior est sententia existi-
mantium, vt ad integrum canonem tenea-
tur, nisi de periculo rei fuerit factum pactū:
tunc enim ex pacto quæstio decidi poterit,
si nullum interuenit pactum, aut totius rei
interitus euenit, aut particularis: hoc casu
ad emphyteuticarium huiusmodi damnum
venire: illo, in dominum redundare pericu-
lum scribit Iustinianus [q]. *Quo*, inquit, *iure*

d d. c. Apostolicos & d. § alienationis.
e d. c. ad aures. & d. § si quas vero ruinas.
f d. § perpetua.
g d. § si quas vero ruinas.
h d. Nouell. 7 § quia vero. Leonis. vers. si vero si vero alicui in eccles. & d. c. ad au.
i d. § perpetua vers. qd si res.
k cap. 17.
l d. § dudū. & d. § quia vero Leonis Primi.
m d. l. 1. C. d iure emphi. vbi Iaf. n. 77 d cit esse cōmunem sententiā, quod testatur etiā Clarus. § emphyt q. 8 versic. quarto etiam.
n l vers. 12. § penult. ff. de minor.
o d. l. 1. ibi si vero particulariter dānum.
p l. nomē filiarum 164. § 1 ff d verb. signific.
q § adeo, instit. de loca. & conduct.

vtimur. Si quis autem mihi obijcit Vlpiani [r], & Caij [s] responsa, vbi, si labes facta sit, omnemq. fructum tulerit, damnum coloni non esse videtur. Item si vredo fructũ oleæ corruperit, aut solis feruore non assueto id acciderit, damnum domini futurum. Item si ager terræ motu corruerit, vt nusquam sit, damno domini esse. Item, si plus quàm tolerabile est, læsi fuerint fructus, coloni damnum non esse, & his similia. Responsio est facilis, nam hi loci accipi debent de locatione, non de emphyteusi. Diximus, emphyteusim esse contractum à locatione separatum. In locatione nullum transfertur 144
in conductorem [t] dominium, neque vtile, neque directum, secus in imphyteusi, potius enim conductor fructus conducit, quàm prædia: ideo Vlpianus ait [u], oportere agrũ præstari conductori, vt frui possit. Atqui, 145
cùm quidam incendium fundi allegaret, & remissionem desideraret, ita ei rescriptum est. *Si prædium coluisti, propter casum incendij repentini, non immerito tibi subueniendum est*. Tum res, cùm locatur, quàm maximo pretio potest, locatur, nulla facta remissione, siue sextæ, siue tertiæ partis. Vt fieri in emphyteusi diximus propter casus fortuitos, quos adscribi rei domino, qui quòd fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, rescripsit [x] Zeno. Sed dubium est, quando fructus, non res ipsa, deperditi sunt, vel propter bellum, vel propter sterilitatẽ, aliosvè fortuitos casus, an soluere teneatur, et si non soluerit, ac cadat à iure suo emphyteuta. Tempore belli distinguunt nostri (vt Iulius Clarus [y] ait) quod aut emphyteuta nullos percepit fructus, aut aliquos percepit. Hoc quidem casu, etsi paucos percepit, etiam si dimidiam partem non excedunt, nec ad dimidiam ascendunt, canonem soluere tenetur, non æque si nullos habuit fructus. Idem ta- 146
men Clarus [z] sequutus opinionem venerãdi Collegij Mediolanensis, dicit, quòd aut pensio est magna, aut parua: si magna, excusatur: si vero est parua, etiam tempore belli non excusatur. Paruam interpretatur pensionem illam, quæ præstatur potius in recognitionis signum directi dominij, quàm ad rationem fructuum, vtputa, quæ est decima pars, vel minor eius, quod regulariter ex ipsa re emphyteutica percipitur: quæ opinio satis æqua est. Propter sterilitatem nul- 147
la fit remissio, & ita communi interpretum consensu receptum esse testantur Abbas [a], Iason [b], Gratus [c], & Natta [d]. Rationem diuersitatis inter bellum, & sterilitatem, non

r l. ex conducto. 16. §. 2 ff. locat.
s l. si merces 25. §. si vis maior. ff. eo.
t l. ad probationem. & l. si quis cõductionis. C. locat. l. nõ solum. ff. eod. locat.
u d. l. ex cõducto.
x d. l. 1. C. de iure emphy.
y d. q. 8. vers. sed quid si. in fine.
z ibid. circa medium.
a ad c. propter sterilitate num. 3. de locat.
b ad l. 2. n. 48. C. de iure emphyt.
c cons. 128. n. 9. lib. 2.
d consil. 49. n. 14. lib. 2.

inelegantem affert Clarus [e]: siquidem sterilitatis tempore emphyteuta nõ desinit possidere, colendo, & fructus ex re emphyteutica, licet modicos, percipiendo: quod ingruente belli tempore plerumque facere
148 non potest, cùm nec agrorum culturæ, nec fructuum collectioni operã dare possit, sicq. per armorum fragorem, & fructus, & spem fructuum amittit. Regulariter itaque emphyteuta, si per spatium triennij non soluat pensionem, cadit à iure suo, caditq. ipso iure, nec vlla requiritur hominis sententia, dummodo directus dominus declarauerit, velle locum esse caducitati, vti post Bart. [f] tenuerunt plerique, esseq. communem sententiam asseuerant Parisius [g], Curt. iun. [h] Iason [i], Dec. [k] & Alex. [l] ac ita communiter obseruari testatur Cæpolla [m]. Hoc tenuit & Rota [n]. Verùm, si inter partes staret pactum, vt ob non solutum canonem per triẽnium continuum possessio in emphyteusim data deuolueretur, iurauitq. emphyteuta, se soluturum canonem singulo quoque anno, vel de semestri in semestre, vt Romæ cõsuetum est, an priuetur iure emphyteutico, vel expectandum sit biennium, vel trienniũ. Vide, quæ scripsi [o] in tract. cui titulus est *Assertio libertatis*, &c. Sed quæro, si dominus directi dominij, post incursam caducitatem recipiat pensionem ab emphyteuta, an
149 censeatur remisisse caducitatem. Bartolus existimat [p], caducitati eum non vtique renunciasse: sed aduersus Bartolum stat communis Doctorum conclusio, testimonio Gigantis [q], & Clari [r], vt si dominus recipit pensionem, siue temporis præteriti tantùm,
150 siue etiam futuri, hoc est post caducitatem decursi, nulla præmissa protestatione, tunc intelligatur remisisse caducitatem. In hoc tamen, prout in pluribus alijs casibus, est ecclesia priuilegiata: nam si Prælatus post caducitatem ab emphyteuta pensionem receperit, etiam si nulla præcesserit protestatio, nihil est impedimento Ecclesiæ, quominus res facta sit caduca, eiusq. possessionẽ nanciscatur, etiam quo ad vtile dominium. nec hac in re mihi placet opinio existimantium [s], vt id verum sit, quando Ecclesia est collegiata, atque aliud sit in non collegia-
151 ta: quia in quocumque statu sit, ei Prælatus nequaquam potest præiudicium inferre, vt voluit præsertim glossa [t], quã frequentiori calculo receptam esse referunt Alexan. [u] Ruinus [x], Imola [y], Cæpolla [z], Dec. [a] & Iason [b], quam etiam probat Clarus [c]. Differt itaque emphyteusis Ecclesiastica ab emphyteusi priuati, quemadmodum etiam in

e d. §. emphyteusis. q. 8. vers. sed nunquid.
f ad l. 2. n. 2. C. de iure emphyt.
g cons. 108 n. 33. lib. 2.
h cons. 119. post n. 3. vers. hoc. cum igitur, quod in hoc omnes conueniunt.
i ad d. l. 2. n. 12 & seq.
k cons. 96. n. 7. in fine.
l cõs. 0 post n. 2. lib. 3.
m cons. 23. n. 3. & 6.
o dec. 28 n. 1. cum seqq. diuer. par. 2.
o cap. 4. §. 2. versic. & eo magis detegitur vsque ad §. 3.
p ad d. l. 2. n. 8. in fine
q in tract. de pensionib. q. 71. n. 3.
r d. § emphyteusis q. 10. in princ.
s Car. Alex. ad cap. 2. in prin. n. 13. de his quæ fi. à prælat. sine cons. capit.
t ad cap. potuit. in verb. capelli de locat.
u cons. 105. nu. 15. lib 3. & cons. 5. n. 18. lib. 5.
x consil. 70. post nu. 14. lib. 5.
y ad d. c. potuit. nu. 34. circa finem.
z cons. emph. 45. post n. 3.
a cons. 329. no 3.
b ad d. l. 2. n. 120
c d. q. 10 versic. sed nunquid.

cano-

Digitized by Google

canonis solutione, nam emphiteuta priuati, nisi elapso triennio, à canonis solutione priuari non potest, emphyteuta vero ecclesiæ biennio, vt eleganter post alios [d] adnotauit Iason [e], qui etiam refert [f], Angelum 152 dicentem, quòd si emphyteuta fuerit interpellatus, vel saltem extraiudicialiter requisitus, & intra spatium sex mensium canonē non soluerit, expelli libere poterit: etsi hæc conclusio Iasoni visa non est satis recta. sed vel recta, vel minus recta sit, nunquam emphyteuta à solutione canonis se tueri potesit [g], etiam si in concedenda emphyteusi 153 ab ecclesia debitæ, & à iure requisitæ [h] solemnitates non fuerint obseruatæ. Sed, an id semper verum sit, vt, scilicet, si emphyteuta per longum tempus nō soluat Prælato intruso, an, inquam, cadat à iure suo? Rota [i] in vna Romana Casalis die 4. Maij 1582. coram Aldobrandino tenuit, non soluētem incidere in commissum, quia exercitium actionum competentium, vel Prælato, vel loco, non fundatur super iustitia tituli, sed super præsenti possessione, pro qua semper præsumitur: namque cum possessor ecclesiæ agit, & expetitur pro iuribus ecclesiæ, & possessionis, ante sententiam declaratoriam excludi non posse, tenet Ancharanus [k], nisi sit in possessione [l] recenti. Huic simile est, quòd, si ecclesia per annum vacasset, & postea de rectore ei prouisum fuisset, quamuis emphyteuta non fuisset antea in mora soluendi, attamen, si non soluat anno sequenti, incidit in commissum, quia per biennium non soluit, & aderat persona, cui, antequam biennium elaberetur, soluere [m] poterat. 154 Illud habet dubitationē, an ecclesia, emphyteutam, qui promisit annuā pensionem soluere sub pœna, rato manente pacto, & contractu non soluit, expellere possit, vel an ille possit pœnam soluere, & rem in emphyteusim datam retinere. Guido de Suza vetus interpres, Accursijq. coætaneus in suo de iure emphyteutico [n] tractatu rēspondet, esse arbitrij ecclesiæ, an velit agere [o] ex cōtractu ipso ad rem, an ex stipulatu ad pœnā. Nec obstabit, quod dicitur, rato manente pacto, quia illud cum fiebat, fauore ecclesiæ videtur adiectum, atque ideo non debebat in eius læsionem, & damnum retorqueri [p]: nec poterit emphyteuta petere seruati sibi pactum, cum venerit [q] ipse contra pactum. Quæri hic opportune potest, in quod tempus emphyteusis concessa intelligatur, si in concessione nulla temporis præscriptio fuerit adiecta. Hæc quæstio dissentiētes valde habet interpretes. Angelus [r] dicit, non

d ad c. propter sterilitatem. de locat. ad c. si & caus. poss & propr. ad c. peruenit. de cēsib. & per Angelum, & alios ad Authen. de non alien § scire autem.
e ad d. l. 3. nu. 40.
f ibid. n. 46.
g d. Auth. d non alien §. si vero in perpetuam. vbi late Angel.
h vt i Auth. perpetua & in Authen. si quas ruinas. C. de sacros. eccl. c. vt in per. de reb. eccles. non alienan.
i decis. 172. diuers. par. 2
k cons. 197. n. 4. vers. nō obstat, si dicatur.
l Rota dec. 1. de rest spo lia. in nouis.
m Rota d. decis. 172. n. 5. vers. & licet.
n in tract. d iure emphy. nu. 20.
o argum. l. si quis a socio cum seq. ff. pro socio. l pradia. ff de act. empt. l. rescripta. § si pacto. ff d pact.
p l. nulla. ff. de legib. l. quod fauore C. eod. de legibus.
q l. si institu ta. 27 1 prin. ff. de inoff. testam. l. cu proponas. C. d pact. l. fuc. C. de trālac.
r ad l. 2. col. penult C. de iure emphy.

habere legem de hac quæstione expresse loquentem, recurrendum tamen esse ad cōsuetudinem concedentis: nam si is solitus fuerit rem suam in tertiam generationem concedere, vel in perpetuum, hoc casu censeri perpetuam, illo, non excedere tertiam generationem [s]. Si vero concedentis nulla extat consuetudo, tunc in dubio id custodiri oportere, quod moribus, & consuetudine in regione, seu Prouincia [t] obseruetur. Si ne id quidem appareat, aut dispares sint cōsuetudines, quærendum esse vlterius: sed Angelus existimat, præsumendum esse id, quod minus est, videlicet, concessionem ad soluentis vitam, non vltra [u] esse factam. Idem tamen Angelus [x] sibiipsi contrarius post Guilielmum de Cuneo [y], passim scribit, cessante consuetudine, tum concedentis, tum regionis in dubio præsumi emphyteusim perpetuam: quia cum natura translationis dominij sit, vt perpetuo duret [z], cum concessio non possit referri magis ad vnum tempus, quam ad aliud, præsumitur in du-
155 bio [a] esse perpetua. Hinc Baldus [b] conclu-
dit, in dubio emphyteusim censeri perpe-
156 tuam. Ratio est, quia natura emphyteusis est, quòd talis sit, immo illa solum propriè dicitur emphyteusis, quæ est perpetua, testimonio Pauli [c] Iurisconsulti, ad quem late notauit Baldus [d], & Angelus. Etsi idem Baldus asseuerat [d], emphyteusim ad tempus indefinite concessam vltra decennium non
157 extendi ex Modestini [f] responso, & ex ijs, quæ notat Accursius [g]. Ita Modestinus. *Sine præfinito tempore in metallum dato imperita dantis, decennij tempora præfinita videntur*. Quem locum singularem existimat non immerito Bartolus [h], quemadmodum,
158 & Baldus [i] ipse. Mihi tamen magis placet, quod Iasoni [k] placuit, vt emphyteusis intelligatur in perpetuum concessa, cùm generationis nulla est facta mentio: quoniam, vti dixi, emphyteusis natura non est temporaria, sed perpetua: & licet hoc Modestini responso non respondeat, puto tamen responderi posse ipsum loqui de pœna, & quidem grauissima, ob quam benignior fieri debet interpretatio, quod scite profectò scriptum reliquit Martianus Iurisconsultus, dicens [l].
159 *Plane in leuioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus pœnis seueritatem legum tū aliquo temperamento benignitatis subsequi*. Et Hermogenia-
nus [m]. *Interpretatione legum pœnæ mollien-*
160 *dæ sunt, potius quàm asperandæ*. Quo nomine laudatur M. Aurelius Philosophus, cui mos erat, teste Capitolino [n], omnia crimina

minore

s argum. l. vel vniuersorum. cum concord. ibi per gloss. al. leg. ff. de pignor. actio. arg l. si certius. § Celsus, ff. d aq. plu. arc. & ibi Bart.
t argu l. de quibus. ff de legibus. l. si fun. u. ff. de euict. l. licet 1. ff locati.
u arg. l sem per in stipulationib. ff. de reg. iur.
x ad § emphyteus in Auth. de nō nō alien. ad l. Qui luminib ff de ser uit vrb prædior. ad l. 2. in fine. ff si ager vectig. ad l. qui in aliena ff de acquis. hær. ad l. prætur. ff. de eden.
y ad d l. qui in lumin. & ad l eis necess § si C. d præscrip. 30. vel 40. annorum
z arg l vlt. C d legatis.
a arg l. obligationū. 41. §. placet ff. d act. & obl.
b ad d. l. 2. colum. 2.
c in l. 1. in prin ff si ager vect hoc est emphyt.
d ibid cū cōcordatiis, & nou ad l 1. C. eod. de iure emphyt. idē Bal ad l. si C. de lib. caus. & ad c. 1 § si. d feudo dato in vice leg commis.
e ad d. l 1. in prin. ff si ager vectig.
f in l. fiue. 23 ff. de pœnis.
g ibidem.
h ibidem.
i ad l. 1. C. de postu & ad c. ex literis. col. f. de probat.
k ad d. l. 2. n. 123 C. de iure emphy.
l. in l. respiciendum 11. in fin. princ. ff. de pœnis.
m in l pen. ff. eod.
n in eiu dē vita.

Digitized by Google

minore supplicio, quàm legibus plecti solet, punire, quod obseruant suprema tribunalia. Ant. Thesaurus [o] de Senatu Pedemōtano, cuius ipse egregius est Preses, idem affirmat. Romana etiam Rota ad æquitatē inclinat [p] nisi casus [q], rigorem seruandū esse suadeat.
161 Illatio itaque non est satis recta. Quidquid tamen sit, indubitati iuris est, emphyteusim ecclesiasticam in dubio non præsumi concessam [r] vltra tertiam generationem, qua deficiente ad ecclesiam reuertitur.
162 Priuari verò semper existimatur perpetua, & ista ad extraneos hæredes trahitur, non æque ecclesiastica, prout Bartolus [s], Baldus [t], Ioan. Andrææ [u], Imola [x], Angelus de Aretio [y], & alij quamplurimi tenent, qui etiam, communem esse hanc sententiam contendunt, vti Alexander [z], Decius [a], Barbatius [b], Afflictus [c], alijq. quos nominat Clarus [d], contrariam opinionem communem esse ex plurium Doctorum auctoritate ostendens, ideo vti veriorem tueri nititur, asseuerando, non videre quomodo Doctores teneant hāc opinionem, videlicet, emphyteusim ecclesiasticam pro se, & hæredibus concessam, non transire ad extraneos hæredes. *Probent*, inquit, *illud suum decantatū, & super quo fundatur tota eorum conclusio, quòd scilicet de sui natura emphyteusis ecclesiastica non sit transitoria ad extraneos hæredes. Nam de iure canonico hoc nullibi dispositum reperitur, sed solummodo prohibetur concessio in emphyteusim perpetuam sine debitis solemnitatibus, sicut & aliæ alienationes, vt in cap. nulli. de rebus eccl. non alienand. & in cap. hoc consultissimo. eod. tit. lib. 6. quæ prohibitio est generalis, & vniformiter prohibet illius concessionem in descendentes, sicut in extraneos. Tex. in §. emphyteusim. in Auth. de non alienan. super quo omnes videntur fundare (pace tantorum patrum) non meretur allegari ad hoc*
163 *propositum: cum enim sit dispositio Principis secularis circa res ecclesiasticas, certum est, quòd etiam, si sit ecclesiæ fauorabilis, non est attendenda, vt est indubitata, & communis omnium doctorum opinio in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* Hæc Clarus: qui vtinam ita semper loqueretur, sed ei euenit, vt pluribus alijs ciuilibus magistratibus, qui illam constitutionem Pontificiam [e] optime
164 intelligunt, eam tamen exequi raro, aut fere nunquam volunt: si verò volunt, eius sensum detorquent, in damnumq. rei ecclesiasticæ interpretantur: quod modo Claro cōtigit, non malitiose forsan, cum esset alioquin vir pius, & religiosus, sed vt magis acutus, & subtilis videretur. Non enim dubium 165

o decis. 148 n. 2. in fin.
p decis. 19. de prob. in nouis dec. 9. nu. 9. diuer. par. 2. arg. c. commissa. & elect. in 6.
q decis. 12. n. 2 ead. par.
r § emphyt. Auth. de nō alien. Bald. post Lac. de Ecl. ad c. 2. col. 2 per illum text. de alienat. feu. Lud. Rom. in repet. rub. ff. de arb. col. 19. & ad l. sed & si possessori. §. ite si iurauero. ff de iureiu. Alciat. de præsum reg. 2. præsump. vlt. Ias. ad d. § 2. n. 161.
s ad l. si finita. §. si de vectig. de damno infec. & passim alibi, vt Iason refert ad d. l. 2 n. 202.
t ad d. l. 2. col. 2. & ad l. 2. C. de iure & legit.
u ad cap. in præsentia. de probat.
x ad l. quod dicitur patrem. ff. de verb. oblig. ad l. etiā in princ. ff. solut. matrim.
y ad §. adeo Inst. locati.
z in cons. 56 n. 3 lib. 2 & cons. 83. n. 1. lib. 7.
a ad d. c. in præsentia. n. 42.
b in cons. 63 lib. 1.
c 16 dec. 100 n. 1.
d in d. §. emphyt. q. 28. vers. & in specie. cum seqq.
e d. c. ecclesia S. Mariæ.

est, quin eius expositio sit ecclesiæ perquam damnosa. Quare mihi longe magis placet opinio existimantiū, ecclesiasticam emphyteusim ad hæredes extraneos non extendi, nisi nominatim, & expresse de extraneis hæredibus in concessione cautum sit: quod & hodie obseruatur, dum à sanctissimo Papa emphyteusis confirmatio conceditur, vel alia fuerit adiecta clausula in concessione, vtpote quibus dederit, vel ad habendum, aut quidquid ei, & eius hæredibus videbitur faciendum, vt post Crauetam, & alios quamplures tenuit Rota in causa Romana domus sancti Eustachij coram Cardinali Scipione Lancellotto, tunc temporis sacræ Romanæ Rotæ Auditore, viro & vitæ integritate, & scientia eminentissimo: præsertim cum huiusmodi clausulæ in parte dispositiua positæ sunt, vt late constat in alia [f] Pedemontana ab Osasco relata, & cum seruatæ sunt solemnitates à iure requisitæ, vt est communis opinio teste [g] Socino. Nec officit, quod ait Clarus, hoc non esse in iure Pontificio vsquam constitutū: quia respondendum est, quòd si id alicubi dispositum esset, nulla vtique esset quæstio, nec tot dissentientium opiniones haberemus. Quod autem comminiscitur ex alia Pontificali cōstitutione [h], vt emphyteusis perpetuus contractus prohibeatur, quando omissis solem-
166 nitatibus debitis tantum conceditur, non item si intercesserint solemnitates, parum acute: quia emphyteusis ad tempus, & ad tertiam generationem concessa, si solemnitates non fuerunt adhibitæ, reuocari poterit [i], poteritq. puniri alienator. Quæro prætetea abs te, Clare, num res ecclesiæ donari possint, cum donatio alienationis verbo comprehendatur? Dixeram, Leonem [k] Imperatorem prohibuisse donationem etiam, quæ fit ad vicissitudinem beneficij colorati, seu referendæ gratiæ, etsi hoc casu aliquid rerum mobilium, & se mouentium dari posse permiserunt [l] Romani Pontifices, neque distrahi, aut commutari, etiam cum totius cleri tractatu, atque consensu, nisi forsan aliquid fiat quod meliora respiciat, quod expresse cōstituit [m] Leo Papa Primus. Quare non est, quòd dicamus, emphyteusim ecclesiasticam in perpetuum prohiberi, quando non fuerūt solemnitates adhibitæ, prout
167 aliæ omnes alienationes, vt Clarus dicit, quia omnis rei ecclesiasticæ alienatio, nisi fiat in melius, est penitus verita. In melius fieri rem ecclesiæ in perpetuam emphyteusim concessam, dicet nemo. Ad id, quod ait, magistros nostros sola Iustinianæa constitutio-

f dec. 164.
g cons. 262. col. 11 in fi. versic. sed in casu nostro. vol. 2.
h ad c. nulli de reb. eccl. nō alienan.
i c. sine excep. 52. 12. q. 2 c. si quis presbyterorum 6. eod. de reb eccl. non alien.
k l. iubemus § feretes. C. de sacrosan. eccles.
l c. quicumque cū seq. 12 q. 2. c. 12. §. licet. de testam.
m d. c. sine excep. eod. q. 2.

stitutione n, cui nulla fides haberi debet, motos fuisse, respondeo, verum esse secularis Principis sanctionem nullum legis effectum sortiri, quo ad clericos, si de ipsis nominatim cautum fuerit, idq. ex defectu potestatis: potestas enim legum sciscendarum à iurisdictione pendet omnino, vt nemo nescit:
168 nullam autem Princeps habet iurisdictionē, sed censetur loco priuati, quantum ad clericos attinet, cùm eum obsequendi maneat necessitas o, non autem imperandi, vt superius diximus. Vnde memini, me aliàs di-
169 xisse P, legem principalem, in qua expresse rei ecclesiasticæ nō est facta mentio, cuiusq. obseruatio non parit peccatum, nec aduersatur sacris constitutionibus Pontificijs, etiā à clericis obseruari posse, maxime si contineat ea, quæ iure Pontificio sancita nō sint. Quibus sane casibus solent ipsi beatissimi Pontifices, ipsa in dicendis clericorum controuersijs vti, quod aliàs probaui q. Quæ omnia fere Iustinianææ r constitutioni videtur conuenire. Nam licet rei ecclesiasticæ facta sit mentio, tamen, quia eius obseruatio non parit peccatum, nec aduersatur sacris Pōtificijs sanctionibus, cum de ijs nihil cautum sit, & videatur perquam fauorabilis, impune obseruari f poterit. Denique dato, quod ipsa Iustiniani nouella constitutio nullius sit firmitatis ex defectu potestatis, non dubito tamen, quin emphyteusis perpetua non sit expresse iure Pontificio t interdicta, atque ideo ad extraneos hæredes extendi non possit, quemadmodum nec ad filios naturales, etiam natalibus restitutos, vti cen-
170 sent Baldus u, Imola x, Petrus de Ancharano y, Alexander z, & Iason a, etsi hæc quæstio suas etiam difficultates habere videatur. Nam appellatione filiorum regulariter non veniunt naturales, sed qui iustis nu-
171 prijs b sunt quæsiti: adeo, vt cum lex dicit, numerum liberorum excusare aliquem à tu-
172 tela, liberos accipiamus eos tantùm c, qui
173 sunt legitimi, & sine filijs decessisse videtur,
174 qui d sine iusta sobole decesit. Item si pa-
175 ctus est quisque, filijs suis aliquid dari, ita demum illud pactum valere dicimus, si legitimi extent, quia & legatum vxori relictū ita demum valet, si e ea fuerit legitima. Præterea, cum lex dicit seruos mulieris, & patris sui in causa adulterij torquendos esse, patris appellatione, non naturalem, sed legitimum f intelligimus. Quòd & de filio dici potest, cum ista nomina sint correlatiua, & vnum sine altero esse non posit. In conditionis tamen defectu, filiorum appellatio
176 ad naturales etiam extenditur. Quod indicare nobis voluit Iurisconsultorum consultissimus g Papinianus sic. Nam si legaui Caio fundum, vt si decedat sine liberis, restituat illum Sempronio, sufficit ad conditionis defectum naturales liberos relinquere,
177 etiam si essent in seruitute concepti. Scæuola quoque respondit h, quòd si quis rogatus est filijs suis restituere fundum, etiam de fi-
178 lijs naturalibus creditur esse rogatus. Nec dubium est, quin posit patet pro se, & filijs emphyteusim accipere, ergo tam de naturalibus, quàm de legitimis videtur i intellexisse, cum fuerit in contractu indefinite loquutus, sed indefinita loquutio æquipollet vniuersali, & perinde est, ac si dixisset k omnibus filijs, etiam naturalibus, maxime in-
179 specto casu, ad quem deueniri potest. Nam si pater nullos haberet legitimos filios, nonne naturalibus omnia bona posset telinquere? Et posse, nemo l dubitat. Cur igitur emphyteusis, quam pactus est pater filijs suis, non obueniet naturalibus, cum ad eum casum deuenerint m, a quo posse incipere videmus, ac cum filios dicimus, etiam naturales n intelligamus? Hinc Guido de Suza coactus o est dicere, id esse relinquendum iudicis arbitrio, vt si ecclesia dedit bona, & castra viro nobili, quæ non dedisset plebeio: nam tunc, cum voluntatis, & facti quæstio sit, relinquitur P iudicantis arbitrio, inspecta causa coocessionis, re concessa, & dignitare eius, cui conceditur. *Præsumam*, ait, *aliquando pro filijs naturalibus, aliquando* q
180 *contra eos*. Cuius opinio locum habere posset in emphyteusi priuati, non æque ecclesiæ. Ratio diuersitatis est in promptu, siquidem in re priuati ius ciuile attenditur, quo naturales, filijs legitimis deficientibus, patri succedunt r, non item Pontificio, quo ecclesia, eiusq. bona regulantur. Immo apud ecclesiam naturales, qui & vulgo bastardi f vocantur, reputantur infames, vt Baldus t
181 ex notaris per Azonem u testatur, dicens. *In feudis non includuntur* x *bastardi, quia*
182 *feudum est beneficium, & honor*. Vnde dicit, idem esse in emphyteusi ecclesiastica, quia apud ecclesiam sunt infames: quare si ecclesia rem in emphyteusim concesit, nō intelligitur sentire de filijs y reprobatis ipsius recipientis, etiam si fuerint legitimati,
183 quia secundum Baldum z non sunt legitime nati, etiam si à Principe, vel ab ipso Romano Pontifice fuerint legitimati, auctore Petro de Ancharano a, propterea quòd dicta stipulatio, & conuentio præcedens derogare intelligitur b priuilegio Apostolico, & iuris ordinationi. qua in re libenter sentio cum

n d. §. emphyteusim.
o c 1. § ista scriptura 96 d. c. si Imperator ead d. c. certū est. 4. dist. c. 2. d. 21 c sylnel. & c. sacerdotib. 11. q. 1.
p c 12. li 1. Animaduer.
q d. c. 12.
r d l emphyteuticum.
f Immo quē refert. & sequitur Archidiac. ad c lege imperatorum. 10. d.
t in d c nulli. §. alienationis. de reb. eccl. nō alienand.
u ad l generaliter. § cū autē. C de instit. & subst. & in addit. ad Spec. tit de locat. col. 10 vers. emphyteusis ecclesiæ.
x ad l quod dicitur patrē. col antepen ff de verb. oblig.
y in cōs 417
z in cōs 128 nu 7. lib. 1.
a ad d. l. 1. n 105 de iure emphyt.
b l. 3. ff de assign liber.
c d l. 1. § remittit. ff. de excus. tutor.
d d. l. generaliter. in fi.
e l. vxori mariti. ff. de vsufr. legat.
f l. 13. C. ad l. Iul. de adul.
g in l. cū pater 79 § volo. ff. de l. 2.
h l. Lucius Titius. 90 §. fi. ff. de l 2.
i arg. l 3 ff. de off præsi.
k arg l. plures. ff de l. 3. & l. quidam. in prin. ff de l. tric. l. vxori meæ. ff de vsufruct. legato & l. si quis ita. §. 1. ff de test. tutel. l. si quis sic. ff. solut. matrim.
l ex Nouell. 89 §. si vero filios. Auth. licet patri. C. de natur. liber.
m arg l. eos qui ff de ric. nupt & l. si cōtra. C. eo.
n l 4 § si & l 6. ff de in ius vocan.
o d tract. de iure emphy. nu 44.
p l voluntatis. C. de fideicommiss. & l. 1 ff ad Turpil. & l. ord vers. cū factis ff. ad municipal.
q arg l su facto § si qs. ff. ad Trebel. l licet. ff de donat. inter vir. & vxor.
r d Auth licet patri C. de nat liber.
f glos. ad rubri ff de cōcub Bart ad d. l. ex facto. §. si quis. in fi. & ad l. acutissimi. C de fideicōmiss.
Alexan ind. cons 118 n 9 lib. 6.
t ad d l. generaliter §. cum aut. C. de instit. & substit.
u in sum. C. ex quib cau. infam irrog.
x c. naturales. tit si de feud fuer. in terdomm. & agn. cont.
y argu d l. Luc §. pen. de l. 2.
z ad. d. l generaliter. §. cum autem.
a d cōs 447 circa primū quæsitum.
b c ex multiplici. d decima arg. l si cum dotem. in princ. ff solut. matr. & l. 1 § si conueniat. ff de posit.

cum viro doctissimo, & vsquequaque grauissimo Seraphino Oliuario sacræ Rotæ Romanæ Auditore, qui in causa Bononiensi de Bolognìnis dixit, appellatione legitimorū, & naturalium contineri naturales legitimatos, etiam in emphyteuticis, modo ad hoc sint in specie legitimati ab habente potestatem. Et Dominicus de S. Geminiano c post multa concludit, quòd, quando quis recipit ab ecclesia rem in emphyteusim pro se, & filijs, non comprehenduntur ibi naturales; quia non est verisimile, ecclesiam propter dignitatem suam, de talibus filijs cogitasse, cum non possint suscipi absque pec-
cato d mortali, attento, quòd omnis concubinatus e iure Pontificio, & diuino est omnino prohibitus. Quod & ipse f aliàs pluribus ostendi. Ob quam sane rationē Imola g contendit rectissime, idem esse in legitimatis, cum eadē sit ratio. Si verò naturales non admittūtur, multò minus adoptati; videlicet, contractus emphyteuticus simpliciter pro se, filijs, & nepotibus initus ad filios adoptiuos non extenditur. Naturales parrem in ius vocare nunquam h possunt, vna est enim, quæ omnibus parentibus seruanda est reuerentia: adoptiui i possunt, nec fideicommissum valent excludere, quod Papinianus k libro Respōsorum septimo docuit. Sed quid iuris erit, si quis habeat emphyteusim pro se, & filijs, deficientibus masculis, succedet ne filia fœmina? Hæc quæstio dissentientes habet doctores: sed receptum est, in emphyteusi Ecclesiastica non succedere fœminas, cum in ea masculinum genus non concipiat fœmininum, ne, scilicet, fiat Ecclesiæ præiudicium: alioquin (vt ait Baldus l) contra personam fauorabilem, idest, contra ecclesiam interpretari odiosum esset. Baldum sequuntur Alexander m, & alij. Si verò quis habeat emphyteusim pro se, & liberis, eius filia non excluditur n, siquidem nomen liberorum o commune est masculis, & fœminis: vel si habeat hac conditione, vt si non habuerit filios, possit nominare quamcumque personam voluerit, eo namq. casu absque filijs masculis decedente, eius filia p succedet: tum quia hoc verbum, seu terminus (persona) vtrique sexui communis est, & est similis termino (hominis) qui pariter comprehendit q vtrumque sexum: tum etiam; quia hoc sequeretur absurdum, quòd cum virtute contractus posset emphyteuta etiam extraneam fœminam nominare, non posset nominare filiam, vel neptem: quo casu extranea fœmina melioris esset conditionis, quàm propria filia r. Non est

184 [at "cato d mortali"]; 185 [at "buş ostendi"]; 186 [at "admittūtur"]; 187 [at "ptiuos non extenditur"]; 188 [at "commissum valent"]; 189 [at "Sed quid iuris"]

c ad c. statutum. 3. in fi. prio de hæret. lib. 6.
d arg. d. l. ex facto. § si qs rogatus.
e can. nemo. & can. meretrices. 32. q. 4.
f in c. 11. li. 8. Animadu.
g ad d. l. qd dicitur ff de verb. oblig.
h l. parētes. §. si de in ius vocādo.
i in l. adoptiuū. ff. eo. & l. patris. eod.
k l. fideicōmiss. 71. ff de condi. & demonstr. facie & can. c. 30. q. 1.
l ad l. 2. n. 7. c. de iu. emphyt.
m cons. 61. n. 4. vers nō obstat li. 1. lat. ee Gabr. con clus. 6. d vec bor. signif. n. 803. cū seqq. Iason ad l. si quis id quod n. 12 ff. de iu. eisd. om. iud. Cephal. cōs. 21. n. 21. li. 2. Cantuc dec. 125 n. 20 di uers par. 2. quasi pee to tum.
n Gabr. d. cōcl. 6. n. 94. Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos 9 n. 107 Roland. cons. 93 n. 6. & 25 lib. 2. Ceph. d. cōs. 21. n. 1. & d. decis 123. n. 33 cū seqq.
o l. c. §. generaliter ff. de leg. præst.
p deci. 125. nu. 15. cum seqq.
q l. homo de verb. signif.
r d. dec. 125 nu. 35 vers. absurdum.

tamen dubium, quin deficientibus masculis, possint fœminæ petere sibi emphyteusim renouari, vt cum Raphaël Cumano f asserunt t omnes. Si vero ecclesia duobus fratribus concessit, vt si ipsi, filij, & nepotes diem summum obierint, res in emphyteusim data ad ecclesiam reuertatur, & vnus decesserit nullis relictis liberis, quęstio est, an eius portio accrescat fratri, an ad ecclesiam reuertatur. Veteres interpretes, vti Pileus, Accursius, Azo, & Martinus de Fano, quos citat, & sequitur Speculator u, volunt iuri accrescendi locum esse, vt portio defuncti superstiti accrescat. Cum opinioni se subscripsit Iason x: sed mihi magis satisfacit, quòd memoriæ mādauit Guido de Suza y, vt pars illa præmortui sine liberis ad ecclesiam, à qua erat profecta, redeat. Nec id temere, & inconsulto, sed euidenti optimaq. ratione: nemo etenim dubitat, quin si ambo decederent sine liberis, res tota ad ecclesiam rediret. Atqui vno decedente, eius pars redire debet pari iure, vt idem ius sit in parte z, quod in toto: quæ regula locum præcipue habet, quando res est communis, testimonio Modestini a Iurisconsulti: cum enim dominium semel in duos transit, ac vnus eorum decedit, eiusq. pars aliquo modo amittitur, quia proprium cuiusque eorū ius fuit, nec per alium vsurpari potuit, ad dominum proprietatis b recurrit. Nec ratio naturalis suadet, vt is, cui pars data, vel adiudicata fuit, totum habeat, quod Paulus c, & Papinianus d responderunt, & Alexander e, & Gordianus f Imperatores rescripserunt. Idem dici potest in casu nostro: nam cū emphyteusis duobus data sit, vnus eorum totam habere nō potest. Nec aduersatur, quòd locus sit iuri accrescendi, quia respondetur ius accrescendi non habere locum in contractibus g, quemadmodum nec in vltimis voluntatibus h, vt & ipse Specula-
tor i fatetur, nec alij quamplurimi peritissi-
190 mi Iurisconsulti, quos nominat Iason k, aliter sentiunt: emphyteusim autem esse contractum, & quidem nominatum, negat nemo l, & cum ita sit, vnius pars alteram non auget. Hinc alia insurgit elegans quæstio, an emphyteusis veniat in confiscatione bonorum, & consequenter transeat ad fiscum.
191 Nonnulli indifferenter dixerunt nunquam ad fiscum transire, & eorum communem esse sententiam testatur Boerius m. Bartolus verò distinguit n, quòd aut agitur de emphyteusi ecclesiastica, aut de concessa à priuato: illo casu non transit ad fiscum, ac si forsan fuerit translata, repetit ecclesia: in isto

s cons. 166. circa finem.
t Fulgos. cōsil 4. & 230. ad fine Imola consil 95. in fi Paul de Castr. cons. 159. circa fi. lib. 2. Cum. Sen. cōs. 47. n. 9. Soc. iun. cons. 76. nu. 131. lib. 2 Paris. consil. 12 nu. 96. lib. 1. Bero. cōs. 98 nu. 6 & 12. vol. 1. Roba ster. dec. 198 nu. 3 cuers. par. 2.
u in d. § emphyt. nu 89. cum seq.
x ad d. l. 2. n 61. C. de iure emphy.
y in d. trac. de iure emphyt. n. 48.
z l. 1 [illegible] ff de pact. l. [illegible] ff. de rei vd. l. aut prætor § 1. ff d iureiurand. & passim al ibi n l. 3 ff. pro derelicto.
b l. si dominus 23 ff. d vsufruct. & quēadmod. quis vtat l. aqua. 16 ff quemadm seruit. amitt. l. Seio 11 ff de annuis legat.
c l. Paul. 41. ff de re iudic.
d l. reus. 21. § cū tabul. ff de duob. reis.
e l. 1. C. si plures vna. sent. cōdem. sunt.
f l. 2 eod.
g l. si mihi. & Titio 110 ff. de verbor. oblig. & l. per seruum 37. § quod seruus. ff. d acquir. rer. domin.
h l. si duob. 16. ff de leg. 3. l. 7 ff. de leg. 2.
i d. § emph. n. 89.
k ad d. l. 2. nu 179. C. d iure emphyt.
l ex d. c. nul li. in fin. de rebus. eccl. alien. vel nō.
m decis 378 nu. 7.
n ad l. si fint ta. §. si de vectigalib n. 6. ff de damno infecto.

isto subdistinguit, quod aut ita concessa est, vt sit transitoria ad extraneos, aut non æque: hoc casu non transit, illo autem transit: quia fiscus est loco extranei hæredis. quæ omnia, communi nostrorum suffragio esse recepta non semel respõdit Alexander [o], prout etiam dixere Ruinus [p], & Socinus [q]. Et licet aliqui existimauerint emphyteusim ecclesiasticam ex ipsa bonorum 191
confiscatione transire in fiscum, putarunt tamen in arbitrio ipsius ecclesiæ esse, velitne rem ipsam apud fiscum remanere, an ab eo auferre: hancq. communem sententiam idem Ruinus [r] tradit. At vero mihi longe magis placet sententia existimantium non venire, quæ æquior, tutior, & magis communis visa est Iulio Claro [s], etsi putat [t], non esse talis naturæ, vt non possit transire ad extraneos hæredes: qua ratione fulti præceptores nostri constanter defendunt, ad fiscum non venire. Ratio, qua idem 192
Clarus mouetur, non solum elegans est, sed & pia: nam si in fiscum veniret, vtique ecclesiæ conditio efficeretur deterior, cum proculdubio fiscus sit potentior priuato, nõ modo difficultate conueniendi, verumetiam ex pluribus priuilegijs, quæ habet, quorum illud est præcipuum, quòd fiscus numquam moritur, atque ideo ecclesia priuaretur illa caducitatis spe, quam in priuato habet: non enim verisimile est ecclesiam eo animo esse, vt velit rem in emphyteusim dare, ita vt numquam euenire casus possit, quo res ipsa ad suum directum dominium reuertatur. Concludendum est itaque emphyteusim ecclesiasticam ex ipsa bonorum confiscatione ad fiscum non venire. Plura præterea de emphyteusis contractu, in quo præcipuum ius habet ecclesia, dici possunt, sed sufficiant ista: appellatione ergo alienationis comprehenditur venditio, donatio, permutatio, locatio ad longum tempus, emphyteusis, & hypotheca. De hypotheca in libro [u] secundo actum est, isque locus visus est accommodatior: quæ omnia accipi debent de rebus immobilibus. Sed quæri 194
potest & de mobilibus; & est receptum alienari posse, quæ seruando seruari non 195
possunt: non item ea, quæ Dei seruitio fuerunt dicata [x], vt vestes sacerdotales, sacra vasa, & cimilia, quam vocem alibi [y] interpretatus sum. Dubitari tamen posset de actionibus, seu nominibus debitorum, num inter immobilia, aut inter mobilia connumerentur: immobile siquidem illud significat, quod per se moueri, vel ab alio de loco auferri non potest: mobile, quod per se, vel per alium mouetur, mouerive potest, prout nostri omnes adnotare [z] solent. Atqui ista mobilia, & immobilia loco certo concluduntur, non item iura, & actiones, cum sint quid [a] incorporale, quam ob 196
causam iuris auctores coacti fuere tertiam constituere speciem, vt debitorum nomina, iura, & actiones mobilium, vel immobilium dictione minime cõtinerentur: sed per se [b]. Quare Bartolus asseuerat [c], quòd si testator dicat, quandocumque filius meus decesserit sine liberis, volo, quòd omnia bona mea mobilia, & immobilia perueniant ad Caium, & non dicit iura, & actiones, quòd substitutus non succedit in debitorum nomina. Et ita accipiendum esse Pauli [d] responsum haud dubito. Scribit etiam Iason [e], se consultum respondisse, valere donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum, mobilium, & immobilium vbicumque sitorum, ea nimirum ratione, quia hisce verbis non veniunt iura, & actiones, atque ideo non aufertur libera testandi [f] facultas, cum de actionibus adhuc possit condi testamentum. Refert quoque Panormitanus [g] se post Oldradum consuluisse, quòd si Princeps reliquit bona sua mobilia in pios vsus distribuenda, non veniunt pœnæ nondum exactæ.
197 Cùm ergo mobilia, & immobilia dicantur respectu loci, & actiones nullum omnino occupent locum, cum sint incorporales, concludendum erit cum ipsis legum 198
auctoribus ipsas tertiam esse speciem. Non mihi tamen displicet glossæ [h] opinio, quæ & iisdem Bartolo [i], & Panormitano [k] recta visa est, scilicet quòd actiones tertiam constituant speciem, quando non est necessarium, vt inter mobilia, & immobilia connumerentur: non item si est necessarium, hoc est, quando actiones dantur ad res mobiles, computantur inter mobilia, si ad immobiles, inter immobilia. Idcirco Bartolus [l], cum quærit de cessione actionis à pupillo facta, respondet, animaduertendum esse, quid veniat in actionem, tametsi Speculator [m] existimauit, fieri haud rectè posse: quia cessio nominis dicitur [n] 199
venditio, sed vendere minor sine decre- 200
to iudicis non [o] potest. Idem profectò dicendum esse putarem in Prælaro, siue in alio clerico, vt non possit cedere actionem, licet vere immobilium nomine haud comprehendatur. Veniunt etiam appellatione mobilium, vel immobilium, iura, & actiones: vbi de intentione proferentis constat, & actus natura veniunt, vt re-

[o] consil. 23. n. 5. lib. 1. & consil. 88. li. 3. & consil. 79. n. 2. lib. 4.
[p] cons. 161. n. 7. lib. 2.
[q] cons. 121. n. 28. lib. 4.
[r] cons. 23. n. 13. lib. 3.
[s] d. § emphyteusis. q. 29. versic. si vero emphyt.
[t] d. q. 28. vers. & certe. cum seq.
[u] lib. 2. c. 27
[x] c. Apostolicos. 12. q. 2.
[y] d. c. 27.
[z] ad l. mouentium ff de verb. sign.
[a] l. Caius 88 ff de leg. 2. & l. fideicõmissum ff. de iud. Tiraq. de iure primog. q. 49. late Pinellus ad Rubric. C. d. bo. mater. p. 1. n. 24. Gabr. de verb. signif. concl. 6.
[b] l. a D. Pio § in vend. & § sic quoq; ff. de re iud. l. quam Tuberonis. ff. de pecul. l. 2. C. de quadr. præscrip. late Bart. ad l. potest ff. de aut. tut. ad l. Centurio. ff. de vulg. & pupill.
[c] ibid.
[d] d. l. Caius. de leg. 2.
[e] ad d. l. à D. Pio. § in vendit. nu. 7.
[f] ex l. stipulatio hoc modo concepta 51 ff. d. verb. oblig.
[g] ad c. nulli in princ. de reb. eccles. alien.
[h] ad Auth. de nõ alien. § 1.
[i] ad d. l. potest ff. d. aut. tut.
[k] ad d. cap. nulli in prin.
[l] ad d. l. potest.
[m] in tit. de cessione act. § 1. n. 18.
[n] l. cũ is 47 ff. de fideicõmiss.
[o] l. 3 § 1. ff. de iure deliber. leg. lex, quæ C. d. administ. tut.

ctæ

cte declarat Guido Papæ [p]: vnde Rota in
vna Perusina hæreditatis coram Seraphino
23. Iunij 1582. tenuit, institutionem esse
vniuersalem, quamuis testator dixerit: in
omnibus bonis mobilibus, & stabilibus, nul-
la iurium facta mentione, propter dictionem
vniuersalem (omnibus) quæ operatur, vt ex
intentione testatoris omnia bona contineā-
tur, siue mobilibus, siue in immobilibus, siue
in iuribus, & actionibus cōsistant [q], ne testa-
tor dicatur pro parte testatus [r] decessisse.
Quid de seruitutibus? àn idē de illis ius cō-
stituendū sit, quæri opportune potest. Panor-
mitanus respondet [f], vbi necessario non cō-
prehenduntur, appellatione vel immobiliū,
vel mobiliū, quòd non veniunt appellatione
mobilium, aut immobiliū: secus, si oporteat,
vt comprehendantur, prout de actionibus
dixit. Quæ Abbatis responsio non mihi sa-
tis placet. Nam licet seruitutes omnes tam 201
vrbanorum prædiorum, quàm rusticorum,
eius sint naturæ, vt non possint [t] vsucapi,
quia non possunt possideri, cùm res sint [u]
incorporales. *Incorporales res*, ait, Iuriscon-
sultus, *traditionem, & vsucapionem recipere
non posse manifestum est*: at sine possessione,
eaque continuata, nulla [x] est vsucapio: vti-
litatis tamen causa more maiorum receptū
est, vti tempore intercedente, & diuturno
vsu [y] acquirantur. Vsus enim earum posses-
sionis [z] loco est. Vnde huiusmodi acquisi- 202
tio, quamquam proprie vsucapio [a] non sit,
tamē pro vsucapione haberur, & quasi vsur-
patio quædā est, vtilisq. actio eo nomine [b]
competit, & quasi seruitus dicitur [c] acqui-
sita. Tempus autem hoc non aliud esse exi- 203
stimo, quàm idem, quod rerum immobiliū
acquisitione constiturum [d] est, nempe de-
cem annorū inter præsentes, viginti inter [e]
absentes: idque generaliter accipiendum
de omnibus seruitutibus, tam ijs, quarum
vsus aliquando extinguitur, vt itineris, &
viæ, quàm [f] alijs quibuscumque. Præterea 204
seruitutes omnes, prædiorum seruitutes ap-
pellantur, quoniam sine prædijs constitui
non possunt. Nemo enim potest seruitutem
acquirere vrbani, vel rustici prædij, nisi
qui habet prædium, nec quisquam [g] debe
re, nisi qui prædium habet. Quæ eum ita 205
se habeant, seruitutesq. vsucapi quodam-
modo possint, & loco possessionis sint, & eo
acquirantur tempore, quo res immobiles,
nec sine prædijs constitui valeant, licet te-
nera incorporales sint, immobilibus tamen
eas adnumerandas esse putarem, & per cō-
sequens alienari non posse. Est igitur om-
nis rerum ecclesiasticarum alienatio prohi-

p consil. 52. n. 8.
q Fulgos. ad l. 1. n. 3. C. si aduersus cred. Paris. consil. 25 n. 69 li. 2
r l. ius nostrum ff. de reg. iur.
f ad d. c. nul li. in princ.
t l. sequitur §. vlt. ff. de vsucap. l. seruitutes ff. de serui.
u l. seruus. §. incorporales ff. de acq. rer. domin.
x l. 3. & l. sine possess. ff. de vsucap.
y l. si quis diuturno ff. si seruit. vindicet l. 1. & 2 C. de seru. & aqua.
z l. quoties, via ff. de seruit.
a l. 9 de vsucap.
b d. l. si quis diuturno.
c l. 1. C. de aqua plu. arcen.
d l. 2. C. de seru. & aqu.
e l. 1. C. de vsucap. trāsferen. l. vlt. C. de præscr. long. temp.
f l. 1. §. vlt. ff. de aqua plu. arcen. & l. apparet. ff. de itin. act. priuat.
g l. 1. in fi. ff. comm. præd. §. ideo. instit. de seruit.

bita: ex quibusdam tamen causis à sacris
canonibus probatur, quas glossa [h], & Pa-
206 normitanus [i] recensent. Quarum præcipua
est necessitatis, vt si æs alienum vrgeat, nec
possit [k] ecclesia ex fructibus satisfacere: ob
eandem enim causam & prædia minorum,
qui sub tutela, & cura sunt, distrahi [l] possunt.
207 Secūda causa est vtilitatis, vt res minus vti-
lis in rem aliam vtiliorem, & fructuosio-
208 rem [m] mutetur. Tertia est pietatis, vt si pe-
cunia ad alendos pauperes in magna aliqua
fortassis caritate annonæ, aut ad redimen-
dos captiuos opus sit [n], nec aliunde suppe-
209 tat. Vnde Beatus Ambrosius [o]. *Aurum
ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, &
210 subueniat in necessitatibus*. Et paulo post.
*Ornatus sacrorum, redemptio captiuorum
est*: & vere illa sunt vasa pretiosa, quæ re-
dimunt animas à morte, ille verus thesau-
rus est Domini, qui operatur, quod sanguis
eius operatus est, & B. Hieronymus ad Ne-
potianum. *Gloria Episcopi est pauperum opi-
211 bus prouidere*. Hinc refert Socrates [p], Aca-
tium Amidæ Episcopum omnia aurea, &
argentea vasa conflasse, vt pauperibus sub-
ueniret. Quemadmodum Sozomenus de
Cyrillo narrat [q], qui cum pecunia ad suble-
uandam famem, quæ agrum Hierosolymi-
tanum occupauerat, egeret, nec aliunde ha-
beret, thesaurum ecclesiæ, & sacra aulæa
vendidit: qua de re alibi [r] etiam locuti su-
212 mus. Quarta, & vltima causa est incommo-
ditatis, vt si res alienanda sit magis dam-
nosa [f] ecclesiæ, quàm vtilis. At vero ista
omnia ad duo potissimū capita reduci pos-
sunt, scilicet, quotiescumque, vel necessi-
tas aliqua, vel euidens ecclesiæ vtilitas exi-
git, tunc enim receptum [t] est, harum rerum
alienationem permitti: sed hoc differunt,
quòd si alienatio fiat ex causa necessitatis,
qualemcumque habeat exitum, dummodo
cœpta sit vtiliter [u], tenet: si autē fiat ex cau-
sa vtilitatis, non sufficit, quòd vtiliter cœ-
pta sit, sed requiritur, quòd ecclesia fiat lo-
cupletior [x]: quam distinctionem sequitur
Laurentius [y] de Rodulphis, & alij [z]. Sed li-
cet ex his causis alienatio permissa sit, ne
tamen vtilitatis prætextu, temere, & in
ecclesiæ detrimentum fiat alienatio, certus
est ordo constitutus, certaque forma tum
ciuili, tum Pontificio iure, qua non seruata
213 alienatio nulla est. De iure ciuili nihil ad
nos in præsentia. Iuris autem Pontificij for-
ma, qua vtimur, hæc ipsa est, vt alienatio-
nem antecedat diligens tractatus, & com-
munis cleri deliberatio, hoc est collega-
rum, quos nos Canonicos appellamus, si
ecclesia

h ad summā 12. q. 2.
i ad d. c. nul li. §. alienationis. n. 5.
k c. cum enim §. hoc ius. 10 q. 2 & Auth. Hoc ius. C. de sacrosan. eccl.
l l. 1. ff. de reb. eorū qui sub tutela.
m d. §. hoc ius. & c. vt super de reb. eccle. alien. vel non.
n can. sacrorum. & can. aurū. 12. q. 2
o d. can. aurum.
p lib. 7. c. 21
q li. 4. c. 24.
r sup. lib. 2. c. 17.
f c. terrulas. 12. q. 2. iuxta gloss. loco ei sито ad summā ead. q. 2. & ex c. sine except. 12. q. 2 c. dudū de rebus eccles. alien. lib. 6.
t l. sed an vltro §. 1 ff de negot. gest.
u l. si pupilli in princ. ff. eod. tit. ita post Io. de Fa. distinguit Archid. ad can. exceptione, prope fin. in gloss. sed nōne 12 q. 2.
y ibid. col. 5 in fi. vers. sed Io. Fa. & col. seq. in prin.
z Gemi. ibidem col. 2. cir. medium vers. secundum Io. de Fa. Ægid. n. 6. vers. in gl. nonne Henr. Boich ad c. tua i fi. vers. circa quod, de his, quæ fi. à Prælat. sine consen. cap. Cācuc. decis. 65. n. 4 diuers. par. 2

ecclesia tale habet collegium, deinde omnium consensus, aut certæ maioris partis, ac præterea subscriptio adhibeatur. Et hæc omnia cum superioris [a] Prælati consensu. Vt igitur alienatio, quæ ob enarratas causas permittitur, teneat, necesse est, vt duo illa concurrant: vnum, ob iustam, legitimamq. causam fiat: alterum, vt ordo præscriptus iuxta ius Pontificium accurate obseruetur. quòd si aliter res fuerit alienata, ea cum fructibus vendicari, & repeti [b] poterit. Si quis quæreret, an id perpetuo verum sit, respondebo, duos excipi casus, in quibus ille solemnis ordo non requiritur. Tunc videlicet, quando res ecclesiastica titulo clientelæ, vel emphyteuseos concedi solita est. Potest etenim more consueto ab Episcopo dari, quamuis formam, & solemnitatem canonibus præscriptam minime [c] obseruet. Secundo excipiuntur res mobiles, quæ seruando seruari non possunt, nam earum rerum minime prohibetur [d] alienatio. Tertio sunt, qui existimaut, factam omissa forma alienationem efficacem esse, si ea non noceat ecclesiæ, prout voluere Innocentius [e], & Ioannes Faber [f]. Quorum sententia videtur haud male probari ex Concilio [g] Agathensi, in quo ita. *Terrulas, aut vineolas exiguas, & ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas parvas Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.* Sed hac in re non mihi displicet Francisci Duareni [h] expositio, vt quod dicitur, *sine consilio fratrum*, de alijs Episcopis accipi debeat, quorum consensus eo tempore erat necessarius, vt ex canone septimo eiusdem Cócilij, & ex Concilio Carthaginensi, Toletanoq. [i] constat. Cùm vero necessitas ita vrget, vt Episcoporum conuentus commode nó possit expectari, concedit synodus Agathensis sine ipsorum consilio, non quaslibet terras, ac possessiones distrahi posse, sed exiguas tantùm, & quæ non magnum ecclesiæ fructum afferant. Qua in re clericorum, siue canonicorum, qui præsentes sunt, tractatus, atque consilium minime negligendum esse videtur: qui tamen, si alienationi huiusmodi non interfuerint, & sciuerint, atque tacuerint, vel ratum habuerint [k], tenet [l] alienatio. Hodie vero, quia Episcopi difficulter coeunt, sufficere solum diligentem tractatú, & communem cleri deliberationem, consensum, & subscriptionem arbitrarer, habito Superioris consensu: & ita semper obseruari vidi in Metropolitana Taurinensi ecclesia, cuius indignum gero Archidiaconum. Sed quæro, an hæc solemnitas requiratur, vbi in-

114

115

116

[a] d. c. sine exceptione. & d. c. dudū & c. 1. d. tit. quæ fiunt à Præl.

[b] c. non liceat. 12. q. 2.

[c] cap. 2. de feud. c. vt super de reb. eccle. alien. vel nó Bart. ad Auth. qui rem C. de sac. eccl. Gui du Papæ decis. 254.

[d] c. fugitiui cad. q. 2. l. lex quæ C. d admin. tut. & curat.

[e] ad c. 1. de in integr. restitut.

[f] Inst. d eo, qui liberat. cau. bon.

[g] d. c. terrulas. 12. q. 2.

[h] lib. 7. de sac. eccl. ministr. & benef. c. 9.

[i] §. quod si necessitas. 10 q. 2. c. quicúque 12. q. 2. c. nullus, 17. q. 4.

[k] cap. cum non codem.

[l] c. 2. d. tit. quæ fiunt à Prælat. sine cons. capit.

teruenit auctoritas Papæ: & videtur non tequiri, quia Papæ auctoritas supplet omnes solemnitates, vt testátur Abbas [m], Baldus [n] Decius [o] & alij [p]. quod verum est, dum auctoritas Papæ sit legitime interposita [q], nó autem subreptitia, & consequenter nulla, tunc enim nihil operatur, vt ostendunt [r]. Quapropter, manifestum est, in huiusmodi alienationibus copulatiue requiri causam, & solemnitatem, nec alteram sine altera sufficere [s]: nam licet Papæ auctoritas solemnitates suppleat, non supplet tamen causæ defectum, immo causæ defectus decreti interpositionem super alienatione nullā reddit [r], quia tunc non verificatur conditio, sub qua Papa rescripsit, nempe [u], si cedat in euidentem, vel necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ: verùm, dato vtramque copulatiue adesse, & causam, & solemnitatem, si non constet de beneplacito sedis Apostolicæ, an teneat concessio? Rota in vna Neapolitana, Fundaci coram Robusterio [x] tenuit, ex lapsu triginta annorum cum possessione præsumi beneplacitum.

[m] cons. 41. n. 5. lib 1.

[n] ad l. 2. in princ per illum text. C. quan. decre. opus nó est.

[o] cons. 141. nu 12. circa med. vers & qñ cócessio.

[p] Rum. cōs. 35 nu. 12. in fi. & cōs. 157 n. 5. & n. 15. li. 1. Cap. decis. 16. nu. 1. prope fi. vers sic. reg enim iuris, & n. 4. vers. omnis solemnitas. Roland. cōs. 96. n. 21. 22. & 23 lib. 1.

[q] Cāuc decis 65. n 2.

[r] Dec. cons. 145 n. 5 ver. Non obstat, quòd cū auctorit. Papæ, & ante n. 4. vers Nó obstat, Rum. d. cons 157 n 4 & 11 versic. nec dici pōt & d. dec. 165 per totam.

[s] Doct. ad d. can. sine excep. 12. q. 2. vbi latissime Laurent. de Rodulphis 3 & q Cruaer. var resol. li. 2 c. 17 nu 7. ita quoque tenuit Rota decis. 178 n. 2 diuer p. 2.

[t] Gemi cós. 48 nu 9.

[u] Seraphin. d. decis. 178. num. 1.

[x] decis 179. diuer par. 2.

SVMMA EX CAPITE XVIII.

1 *Præscriptio est exceptio.*
2 *Præscriptio est longæ possessionis exceptio.*
3 *Præscriptio est temporis exceptio.*
4 *Dilatoria exceptio, quæ actionem differt.*
5 *Præscriptio, & dilatoria, & peremptoria est, sicut exceptio.*
6 *Præscriptio militia est exceptio, quæ opponitur militi, ne procuratoris officio fungatur.*
7 *Res mãcipi sunt prædia soli Italici, quibus adnumerat Cuiacius et seruos, et quadrupedes domabiles, & margaritas.*
8 *Res nec mancipi sunt prouinciales, prædia scilicet, bestia domita, quadrupedes cicures, & res omnes auro inferiores.*
9 *Vsucapi tantum poterant res mancipi.*
10 *Hodie, siue mancipi, siue nec mancipi sint, vsucapiuntur, res mobiles, & se mouentes.*
11 *Mancipium, & nexus, aut idem, aut fere idem sunt.*
12 *Nexus est quæcumque obligatio fit per æs, & libram.*
13 *Rei datio per æs, et libram speciali solemnitate fiebat, vt hic.*
14 *Mancipatio, & imaginaria venditio secundum ius Romanorum.*
15 *Mancipare, & vendere est, & plus, quàm vendere.*
16 *Olim annus rei mobili, aut se mouenti:*

Digitized by Google

biennium immobili ad vsucapionem sufficiebat.

17 *Iustinianus differentias omnium dominiorum lege lata, titulorum, ac temporum sustulit inter solum italicum, ac Prouinciale.*

18 *Vsucapio, est acquisitio per continuatam longi temporis possessionem.*

19 *Vsucapio, & ante, & post Iustinianum in re tam mobili, quàm immobili locum habet.*

20 *Hoc differunt exceptio, & præscriptio inter se, quòd exceptio latius extẽdatur.*

21 *Præscriptio differt significatione ab vsucapione, non enim significat acquirere, sed habentem ius in feudo temporis longa possessione excludere.*

22 *Barbari voces præscriptionis, & vsucapionis confuderunt.*

23 *Vsucapiens bona fide, & præscriptionem, & dominium habet.*

24 *Fauorabilior est vsucapio, quàm præscriptio propter bonam fidem.*

25 *Temporales præscriptiones, nisi triginta, aut quadraginta annorum aduersus minorem non currunt.*

26 *Nihil æquius, quàm pacta seruare.*

27 *Præscriptio conuentionalis à pactis contrahentium: legalis à iuris forma ortum habet.*

28 *Odiosior est præscriptio legalis, quàm conuentionalis.*

29 *Præscriptio pro vsucapione in legibus canonicis, & apud iurium interpretes vsurpatur.*

30 *Vsucapio mobilium directum etiam dominium complectitur.*

31 *Rerum mobilium vilis est possessio.*

32 *Præscriptione solam nanciscimur actionem, & seruitutem.*

33 *Vbi est exceptio, præsupponitur actio.*

34 *Ius gentium, ac naturale alteratur, non tollitur iure ciuili.*

35 *Vsucapio dominium secum trahit.*

36 *Dominij verbo directum intelligitur.*

37 *Traditione directum dominium acquiritur.*

38 *Innocentius primus in decreto dominium ex præscriptione acquisitum, æternum vocat.*

39 *Dominium præscriptionis proprietatem Concilium Agathense appellat.*

40 *Præscriptione directum dominium acquiritur.*

41 *Etiam iure ciuili dominium longi temporis directum est.*

42 *Lex ciuilis potest dominium ex vno in alium transferre ex iusta causa.*

43 *Si sufficit triennium ad translationem dominij, multo magis sufficere potest longius tempus.*

44 *Lex duodecim tabularum vsucapionem in immobilibus biennio, in mobilibus anno formari statuit.*

45 *Non transfertur dominium directum absque titulo, & bona fide, ac possessionis continuatione.*

46 *Litis contestatione, & per vim interrumpitur possessio.*

47 *Sola bona fides ad acquirendam seruitutem sine titulo sufficit.*

48 *In omni re ecclesiastica requiritur bona fides, & iustus titulus.*

49 *Claudendus est ingressus vitiosus ad spiritualia.*

50 *Actio, quæ edicto Prætoris ex iureiurando datur, dicitur vtilis respectu iuris ciuilis.*

51 *Iure ciuili ex iuramento non oritur, nec tollitur actio, ideo prætoria est.*

52 *Si iusiurandum causæ nitatur, datur etiã vtilis actio.*

53 *Dicitur vtilis actio, quæ datur ex causa non directa.*

54 *Directa actio datur ei, qui re vera emit, aut hæres est.*

55 *Iusiurandum pro veritate habetur.*

56 *Vindicatio, nisi domino non datur.*

57 *Exceptionem esse actionis, & intentionis exclusionem, ait Abbas.*

58 *Humana lex non potest naturali iuri derogare.*

59 *Ex præscriptione, & vsucapione non transfertur dominium contra ius naturale, etsi idem de eodẽ iure dimanat.*

60 *Adiectionis verbum soli legali acquisitioni proprie aptatur.*

61 *Adijci bona dicuntur, quãdo nõ hæreditate, sed Principis auctoritate obtinẽtur.*

62 *Adiectio pignorum captorum in causa iudicati cum domini consensu, absque iudicis præcepto, venduntur.*

63 *In ijs, quæ iuris sunt, legis auctoritas pro veritate est.*

64 *Vnius rei duo possunt simul habere dominium, alter naturale, alter legale.*

65 *Dominus rei est, à quo ipsa nulla actione euinci potest.*

66 *Iura realia præscribebantur lege duodecim tabularum longiori tempore, quia non proprie possidebantur.*

67 *Iura realia dicuntur præscribi, non vsucapi, quia non dominio, sed actione, exceptionis acquiruntur.*

68 *Cum*

priuatos sufficit. *Ex Abbate*, *Felino*, *Iasone*, *& Baldo*.

118 *In rebus mobilibus*, *& actionibus personalibus requiritur præscriptio quadraginta annorum, sicut in cæteris ex Hostiensi, quem auctor sequitur*.

119 *Præscriptio quadraginta annorum pro ecclesijs non amplectitur Romanam*, *quæ longiori*, *nimirum centum annorum priuilegium habet*.

120 *Si principaliter non lædatur ecclesia Romana*, *currit ei præscriptio ordinaria quadraginta annorum*.

121 *Potest præscribi tempore ordinario ad ius vtile Romanæ ecclesiæ in priuatum translatum*, *dum directe ipsi ecclesiæ non præiudicetur*.

122 *Centenaria præscriptio*, *etiam quo ad ius vtile Romanæ ecclesiæ*, *in priuatũ translatum de mente doctorum currit*, *ipso directo domino ignorante*, *sciente vero sufficiunt triginta anni*.

123 *Non cogitur dominus directus nouum feudatarium inuitus admittere*.

124 *Res exẽpta*, *& subiecta Romanæ ecclesiæ potest præscribi tempore ordinario*.

De præscriptionibus. Cap. XVIII.

RECTA instituti nostri ratio postulare videbatur, vt, quæ de præscriptionibus (ex quibus etiam ecclesiæ, earumq. bona singulare habent priuilegium) dicturi sumus, recitarentur præcedenti capite, prout factum fuit superiori libro: attamen, cùm præscriptio ista longiorem postularet explicationem, in hunc eam de industria locum coniecimus. Et vt haberi huius breuis tractatus cognitio facilius possit, res est paulo altius repetenda, diffusiusq. agenda, nec tamen à proposito instituto erit recedendum. In primis ergo videre oportet, quid sit præscriptio, quæ nihil[a]
aliud est, quàm exceptio. Ideo Tribonianus 1
in libris Pandectarum, & Codicis sub titulo de exceptionibus tractat & de præscriptionibus. Hinc & Tertulliani liber extat de præscriptionibus, id est exceptionibus, & defensionibus aduersus hæreticos. Atque ideo cernimus, quod Modestinus[b] Iuriscõsultus, lõgæ possessionis præscriptionẽ, dicit Vlpianus[c] longæ possessionis exceptionem
appellat. Item, quod Marcellus[d] tẽporis ex- 2
ceptionem vocat: Papinianus[e] tẽporis præ- 3
scriptionẽ Nõ est itaq; dubiũ, quin iuris auctores velint, exceptionem temporis, & præscriptionem idem esse. Nam & M. Tullius[f] in Oratore, *Vt petitor*, inquit, *rursus cum peteret, ne exceptione excluderetur*, &c. Cuiacius in Paratitlis[g] Cod. *Et inde*, ait, *præscriptioni nomen, quo nihil aliud, quàm exceptio significatur*. At dicet aliquis: si exceptio præscriptio est, & econtra, dicendum quoque erit, perinde præscriptionem dilatoriam esse, atque exceptionẽ, vt quemadmodum exceptionum, alia[h] est dilatoria,
4 alia peremptoria, ita & præscriptio. Dilatoria exceptio est, quæ actionem differt, veluti procuratoria exceptio dilatoria est. Nam, qui dicit non licere procuratorio nomine agi, non prorsus litem inficiatur, sed perso-
5 nam euitat. Didacus Couarruuias[i] recte existimat, pluribusq. probat, præscriptionem ad vtramque referri, & esse dilatoriam, & peremptoriam, vti est exceptio. Siquidem Accursius[k] interpretatur, moratoriam præscriptionem, dilatoriam exceptionem. Legitur etiam[l] apud Imperatorem Gordia-
6 num præscriptio militiæ, hoc est exceptio, quæ militi opponi potest, ne procuratoris officio fungi posit. Sic & peremptoria dicitur[m] præscriptio, sicut exceptio. Hinc nascitur difficultas, num præscriptio etiam vsucapio dici possit. de qua, quoniam Bartolus[n], & Panormitanus[o] Abbas dicunt olim, hoc est, ante Iustiniani[p] constitutionem, vsucapionem commune verbum fuisse mobilibus, & immobilibus rebus, at hodie[q] differentiã esse, scilicet quòd vsucapio mobilibus, præscriptio rebus immobilibus conueniat, alij vtriusque iuris Potificij, & Cæsarei interpretes frequentius Bartolum, & Abbatem, veluti vtriusque iuris lucernas, sequuti sunt, iuris forte veteris ignoratione decepti. Nam res omnes olim diuisæ sunt inter mancipi, & nec mancipi, atque ideo titulus Codicis inscribitur. *De vsucapione transformanda, & sublata differentia rerum*
7 *mancipi, & nec mancipi*. Res mancipi dicebantur prædia vrbana, & rustica, quæ erant in Italia, res Italici soli, & iura rusticorum prædiorum, vt iter, via, actus, aquæductus, quæ & ipsa, vt res soli Italici, accipiebantur, & eodem prorsus iure[r] censebãtur, quo res soli. Quibus, ex Vlpiano, Cuiacius in Paratitlis[f] Cod. adiungit seruos, & quadrupedes, quæ dorso, collove domantur, vt boues, equi, muli, asini, & ex Plinio[t] vniones, idest grandes margaritas, & res alias omnes preciosas, quæ væneunt auro contra,
8 vel auro supra. Cæteræ vero res, nec mancipi sunt, veluti prædia[u] prouincialia, quæ dicuntur, & erant stipẽdiaria, vel tributaria, & feræ

a l. si cũ tutoribus in princip. ff de transact. l. si fideicõmiss. §. 1. & vlt. ff de iudic. l. nihil in erest §. 1. ff d inof. testam. & alibi passim.

b l. 3. ff d diuer. & temp. præscript.

c l. 5. ff eod.

d l. 2. ff. si libertus inge. esse dicat.

e l. 5. ff. eod.

f lib. 2.

g tit. de præscript. long. temp.

h l. 2. §. vlt. & 3. ff. de except.

i ad reg. malæ fidei poss. in prin. de reg. iuris in sexto.

k ad l. 1. C. d prec. Imp. offerend. & ad l. præscriptione C. si cont. ius. vel vtil. publ.

l in l. ita demum. C. de procurat.

m l. Titia cũ testam. §. Caius. & l. cum pater. §. pater qui filio ff de leg. 2. l. peremptorias. C. sent. rescind. posse l. præscriptionem. C. de except. l. emptor. C d præscr. long. temp. & d. l. 3 ff. d excep.

n ad l. serui tutes 2. ff. de seruit.

o ad rubric. extra d præscript.

p in l. vnica C. d vsucap. transfor.

q p d. l. vnicam.

r l. 1. C de ferã & aqua

f ad tit. de vsucap. trãsform.

t lib. 9. c. 35 in fine.

u § per traditionẽ. Inst. de rer. diuis.

& feræ bestiæ, quamuis domitæ sint, & oues, 9
capræ, sues, & res omnes, quæ auro sunt in-
feriores: sed ea tantum prædia vsucapi pote-
rant, quæ mancipi erant, hoc est, quæ solo
Italico comprehendebantur, non prouincia-
x l. eü sponsus ff. & pub. in rë actione
lia, vel iura eorum, quæ nec mancipi erãt [x].
At res mobiles, & se mouentes vsucapi po- 10
terant siue mancipi, siue nõ mancipi essent,
y d. l. vnica.
vbique locorum [y] in Italia, & in Prouincijs.
Vnde M. Tullius in Topicis. *Abalienatio, est
eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri*
z ibid. & cõment.
nexu, & c. Quæ verba Boetius [z], enarrans,
dicit. *Omnes res, quæ abalienari possunt, id est,
quæ à nostro dominio ad alterius transire
possunt, mancipi dictæ sunt.* Et ea abaliena-
tio per quandam nexus fiebat solemnitatẽ.
Huius dictionis, nexus, meminit Iustinia-
a d. l. vnica. in fine.
nus [a] & ipse: neque in toto iuris corpore
b ad l. 2. ff. d orig. iur.
alibi hæc dictio legitur, vel ipsius Budæi [b]
testimonio, qui explicat hanc dictionem,
nexus, quemadmodum & verba ipsa, *man-
cipi, & nec mancipi*, quemadmodum facit
c d. tit. de vsuc. transf.
Cuiacius [c], sed paulo apertius, existimatq. 11
nexum, & mancipium idem esse, aut eo tan-
tum differre alterum ab altero, quo genus à
specie. Atque ita concludit, nexum gene- 12
raliter dici quamcumque dationẽ, seu obli- 13
gationem per æs, & libram factam: specia-
liter autem mancipatio, siue datio rei, quæ
fit per æs, & libram, præsentibus non minus,
quàm quinque testibus ciuibus Romanis pu-
beribus, & libripende, & interpositis certis,
solemnibusq. verbis. Nam is, qui manci-
pium accipiebat, æs tenens ita dicebat. *Hũc
ego hominem ex iure Quiritum meum esse
aio, isq. mihi emptus est hoc ære, æneaq. libra.*
Deinde ære percutiebat libram, idq. æs da-
bat ei, à quo mancipium accipiebat, quasi
pretij loco. Huius moris meminit Iustinia-
d in princ. tit. c. tit.
e loco, v. supra.
nus [d], & Boetius [e], dicitq. *Mancipatio, ima- 14
ginaria quadam venditio est, quod ipsum
ius proprium est Romanorum ciuium.* Itaque
mancipare pro vendere accipiebatur. Hinc
f Philip 2.
Tullius [f] de Antonio loquens, *Tum iste,*
ait, *venditum, atque mancipatum tribunatũ
consilijs vestris opposuit.* Mancipatum plus
est, quam venditum. Quintilianus in sexto. 15
*Requirebat Crassus, vbi essent eæ possessiones:
omnes autem illas Brutus vendiderat, & cũ
paterna manciparet prædia, turpis habeba-
tur.* Sciendum quoque est, ex iure veteri 16
duodecim tabularum rei mobilis, aut se
mouentis vsucapioni suffecisse annum: rei
immobili biennium in Italico solo tantum,
g d. l. vnica & Instit. de vsucapio. in princip.
non [g] in prouinciali. Ratio diuersitatis fuit,
quia emphyteuticarij, & prouinciales præ-
diorum domini non erant ex iure Quiritiũ:
habebant tamen vindicationem. *In vecti-
h d. l. sponsus §. in vectigalibus.
galibus*, ait Paulus [h], *& in alijs prædijs, quæ
vsucapi non possunt, Publiciana competit, si
forte mihi ex bona fide tradita sunt.* Cuia-
i lib. obser. 7. cap. 1.
cius [i] illa verba, *& alijs prædijs*, pro stipen-
k lib. 2.
diarijs, & tributarijs accipit. Vlricus [k], *Sti-
pendiarij*, inquit, *agri nexu non habentur:
sed nec mancipatio eorum legitima esse potest:
possidere enim priuatis, quasi fructus tollendi
causa, & præstandi tributi conditio concessa
est.* Constat ergo non minimam in iure ve-
teri fuisse, inter res mancipi, & nec manci-
pi, inter solum Italicum, & prouinciale, in-
17 ter dominium ex iure Quiritium, & dominiũ
in bonis differentiam, eamq. eleganter, vt
sui moris est, explicat vir doctissimus, meiq.
amantissimus, Antonius Faber, hodie in su-
premo Sabaudiensi Senatu primus Præses,
in acutissimis suis coniecturarũ libris, *lib. 7.
cap. 4.* quam quidem differentiam Iustinia-
l tit. C. de nudo iur. Quir. tollen.
nus sustulit, ac primum dominij [l], ita vt om-
nes rerum suarum intelligerentur esse domi-
ni eodem pleno, legitimoq. iure: alio autem
m in tit C. d de vsucap. trasforman.
titulo [m] sustulit etiam differentiam rerum
mancipi, & nec mancipi, vt omnes res quo-
quo modo distrahi, abalienariuè possent. Et
tempus vnius anni mutauit in triennium,
biennij in decennium inter præsentes, & vi-
cennium inter absentes. Atque ideo Dida-
n ad d. reg. malæ fidei. in prin. n. 2.
cus Couarruuias [n] recte putauit, vsucapio-
o d l. vnica.
nem immobilium in illa Iustiniani [o] consti-
tutione non transformari in vsucapionem
mobilium (vt vulgò interpretes parum pe-
rite opinãtur) sed, quòd temporis angustiæ,
quæ olim sufficiebant ex lege duodecim ta-
bularum, excluderentur, longioraq. spatia
darentur ad acquirendas res per temporis
18 vsum, & possessionem. Namque vsucapio
p l. 3. ff de vsucapion.
est, vt definit Modestinus [p], acquisitio, vel
adiectio dominij per continuationem posses-
19 sionis temporis longe definiti. Ex quibus
plane omnibus apparet manifeste. vsucapio-
nem, non solum tempore duodecim tabula-
rum, & vsque ad Iustinianum, sed & post ip-
sius Iustiniani constitutionem, acquisitionẽ
dominij per vsum, & possessionem tam rerũ
immobilium, quàm mobilium significare.
Quæ licet, non obstante communi interpre-
tum consensu, vera sint, animaduertere ta-
men oportet verbum hoc, *vsucapio*, non eo
sensu accipi apud Iurisconsultos, Imperato-
rum cõstitutiones, atque linguæ Latinæ au-
ctores, quo à Romanis ipsis Pontificibus, &
vtriusque iuris interpretibus accipitur: quod
q ad l. quinque pedum. n. 27. C. finiu regund.
adnotauit Andræas Alciatus [q], & Dida-
r loco vt supra n. 6.
cus [r], etsi non se satis explicat. Namque
veteres iuris magistri, dictionem præscri-

ptionis non bene intelligentes, aliam significationem habere eam putarunt, vt non tantum exceptionem significaret, vel vsucapionem triennalem, aut longi temporis, verum etiam ad actiones reales, & personales, atque omnia ea, quæ tempore acquiruntur, pertineret, atque etiam dixerunt, fundum, agrum, aliamvè rem præscribi, vti diximus, vsurpari. Cùm tamen verbum, *præscribere*, nihil aliud sit, quàm excipere, quod verbum datiuo iungitur[f]. Vsucapio enim (vti diximus ex Modestino) est acquisitio dominij. Præscriptio est, vt initio dicebatur, exceptio: quod constat ex titulo Pandectarum de exceptionibus, seu præscriptionibus: est igitur præscriprio exceptio tẽporis, quod colligi potest ex serie titulorum Pandectarum. Siquidem post generalem titulum de exceptionibus, seu præscriptionibus, ponitur titulus de temporalibus præscriptionibus, & alijs huiusmodi, qui eo libro continentur, tituli: quamuis dubium non sit, quin adhuc aliqua sit differentia inter exceptio-
nem, & præscriptionem: nam illa est gene- 20
ralior, & patet latius, præscriptio autem
proprie ea est, quæ cursu temporis à lege 21
definiti auctoritatem habet contra verum dominum, aut fructuarium, vel creditorem pignoratitium, & quemcumque alium, cui aliquid est iuris[r] in fundo: exemplo res fiet illustrior. Possedi rem longo tempore, vel tu longissimo tempore cessasti possidere: me tueor exceptione temporis, allego tantum temporis præcessisse: præscribere ergo non significat vsucapere, vel vsu rei dominium
acquirere. Nec quisquam hanc vocem eo 22
sensu Latine vsurpauit: attamen cum barbari ita loquerentur, ea ex vsu barbarorum cœpit in forum sensim irrepere, & in scholis vsurpari. Quocirca ipsi sacrorum canonum conditores, qui se potius rebus, & negotijs, quàm verborum delectui, aut proprietari accommodarunt (illis præsertim temporibus, quibus Italia à barbaris vexata, & puritas Latini sermonis prope extincta est) pro *vsucapione*, vsurparunt *præscriptionem*, & pro *vsucapere*, *præscribere*, cum
discrimen sit inter eas non minimum. Si 23
quis enim rem vsu ceperit cum bona fide, non solum præscriptionẽ habet, hoc est exceptionem, si conueniatur, sed & dominiũ: veluti, si quis rem immobilem decem annis inter præsentes, vel viginti inter absentes possederit, non tantum præscriptionem, id est exceptionem, acquirit, qua agens remo-
uetur, sed acquirit etiam[u] dominium. Fa- 24
uorabilior est vsucapio, quàm præscriptio

f l. 5 in prin. ff de præuaric. l. intra quatuor annos in princ. ff de diuers. & temp. præscri & apud Ciceronem passim.

r l creditor. ff. de diuers. & temp. præscrip.

u l vnica. C. si aduers. vendit.

25 propter bonam fidem. Vnde videmus, olim opus fuisse minori aduersus vindicationem[x] restitutione propter fauorem eius vsucapionis: quamquam Iustinianus[y] noluerit, temporales præscriptiones aduersus minorem ipso iure currere, quòd tandem subueniretur per auxilium restitutionis in integrum, exceptis præscriprionibus triginta, vel quadraginta annorum. Franciscus Duarenus[z] scribit, aduersus præscriptionem temporariam non opus esse restitutione, cum præscriptio non ita sit fauorabilis, vt est vsucapio propter bonam fidem. Ad illud vero Pauli[a] responsum, quo probari videtur, minorem restitui aduersus præscriptionẽ temporariam, respondet, eum loqui de præscriptione, quæ ex conuentione contrahentium oritur, quæ longe fauorabilior est, quam ea,
26 quæ ex solo iuris rigore proficiscitur: nihil enim magis æquitati conuenit, quàm seruare ea, quæ inter contrahentes semel placue-
27 runt[b]. Vnde vulgo distinguitur præscriptio conuentionalis à legali: siquidem conuentionalis est, si fundum emerim ea lege, vt nisi soluerim intra Cal. Martias, is sit inemptus, si elapsis Calendis, offeram pretium, remouebor conuentionali præscriptione[c],
28 qua conuentum est, vt res sit inẽpta. Legalis vero est, quæ à rigore iuris, vel ipso legis rigore prouenit, & ista odiosior est, illa vero fauorabilior. Quare mirum non est, si minori hæc currat, non æque illa. Multum itaque inter vsucapionem, & præscriptionẽ interest. Præscriptio, vti sæpe diximus, nihil aliud est, quàm exceptio, quæ ex vsu temporis, & ex vsucapione insurgit[d], atque oritur. Præit igitur vsucapio, & sequitur præscriptio. Nam præscribere, hoc est, excipere quonam modo potero aduersus eum, à quo conuentus sum, nisi iam vsuceperim?
29 Vnde forte factum fuit: vt iuris vtriusque interpretes, immo & ipsi sacratissimi Antistites possessionem, seu acquisitionem longi temporis præscriptionem appellarent: quod in iure ciuili[e] non caret exemplis: vt plurimum tamen præscriptio est exceptio, quæ definiri potest, vt sit exceptio ex tempore legibus definito substantiam capiens, prout dixit glossa[f], quam sequuntur Goffredus[g], Alciatus[h], & Didacus[i], qui eam pluribus examinat, & probat. Vsucapio à Modestino[k] aliter definitur, vt sit acquisitio, vel adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti. Quibus plane verbis docet Modestinus vsucapione adijci dominium: quod de vtili, non item de directo communi interpretum consensu

x l etiam si. 46. ff. de minorib 25. annorum.

y l. vlt. C quibus in caus. in integ. restit. necess. non est.

z ad d. l vlt.

a l. Aemilius 30. ff. d min.

b l. 1 ff. de pact.

c l. si duob. ff. de diuers. & temp. præscript.

d d. l. 3 ff. eod. & diuer. præscript. & l. emptor. C. & præscr. long. temp.

e vt in l. 9 alien. i prin. ff de cond. l. ei, a quo. ff de vsucap. l. quinque pedum. C. fin. regund. §. ex his Inst. per quas pers. nobis acquir.

f ad sum. 10 q. 3.

g in sum. tit. de præscrip.

h ad rubric.

i eodem tit. de præscrip. n. 4. & ad d. l quinque pedum. & ad l. vt sum. ff. de verb signif.

l ad d. reg. malæ fidei, § princ. n. 4.

k in d. l. 3.

accipi

Digitized by Google

accipi dicitur: in eo videlicet, quòd Mo-
destini definitio ad vsucapionem decem, vel
viginti annorum refertur, etsi, quo ad vsu-
capionem mobilium, directum etiam domi-
nium transferri existimat Accursius [l], quem 30
sequuntur Bartolus [m], Panormitanus [n], &
Decius [o]. Et hanc esse frequentiorem sen-
tentiam scribūt iuris vtriusque interpretes,
Iason [p], Felinus [q], Alciatus [r], & Didacus [s].
Quibus assentire videtur Iacobus Cuiacius
in Paratitlis Codicis [t], dum ait. *Vsucapio
parit directam in rem actionem: possessio lon-
gi temporis exceptionem tantùm.* Sed postea
placuit etiam cui adquisita hæc exceptio es-
set, vt daretur vtilis [u] actio in rem, quam &
veteres leges dedisse ait [x]. Huius opinionis 31
ratio illa forte esse potuit, quam affert Ac-
cursius [y], quòd rerum mobiliū vilis, & abie-
cta est possessio. Quæ videtur fuisse ipsius
Iurisconsulti [z], & vt facilius multò, quàm
immobiles consumuntur [a], ita facilius quo-
que, & firmius acquiruntur: possunt etiam
desinere à nobis possideri, etiam si ab alijs
minime [b] possideantur. Et quòd per præ-
scriptionem directum dominium non acqui-
ratur, sed vtile tantùm, ex eo potissimum
ostendere nituntur iam citati interpretes,
quòd per præscriptionem solam nanciscimur [c] actionem vtilem, & solam vtilem ser-
uitutem [d]. Item præscriptio, siue possessio 32
longi temporis parit dumtaxat exceptionē,
licet sit receptum etiam iure veteri, vt cui
adquisita est hæc exceptio, daretur vtilis
actio [e]: sed vbi est exceptio, ibi etiam præ-
supponitur actio, cum exceptio dicta sit,
quasi quædam exclusio, quæ actioni rei [f]
opponi solet. Quibus argui videtur, aduer- 33
sario actionem competere, atque ita domi-
nium [g]: quibus & illam addunt rationem,
quòd dominium iure gentium, vel si mauis,
iure naturali adinuentum est [h]: haud igitur
tolli potest longi temporis præscriptione per
humanas constitutiones inducta [i]. Nam ea, 34
quæ iuris gentium sunt, aut naturalis, lege
ciuili alterari quandoque possunt, non æque
penitus tolli, aut commutari [k]. Contrariam
vero sententiam (quod scilicet vsucapione
decem, vel viginti annorum dominium di-
rectum acquiratur) rationibus, argumentis,
Iurisconsultorum responsis, & constitutioni-
bus Imperatorum alij vtriusque iuris disci-
plina clarissimi, veriorem esse contendunt.
Ex veteribus primum Martinus ille, cuius
mentio passim fit apud Accursium, Petrus
à Bellapertica, Cynus, Faber, & Vltramon-
tani communiter, item glossa [l], Portius [m],
Decius [n], Alciatus [o], Corrasius [p], & alij,

l ad Auth. nisi triennale. C. de bon. mater. & ad l. tradition. C. de pact. ad prin. tit. Instit. de vsuc.
m ad d. Authen. nisi. & ad d. l. traditionibus
n ad rub. de præscript. & ad c. cæterũ n. 20. de iud.
o ibid. n. 27.
p ad d. l. traditionibus.
q r ad rub. de præscrip.
s ad d. reg. malæ fidei. in princ. 3. par.
t in tit. de præscr. lōg. temp.
u l. penul. in princ. C. de præscrip. 30. vel 40. ann.
x vtputa l. si quis diuturno. ff. si serv. vindic.
y ad l. si rē mobilem in verbo neglecta ff. de acquir. possess.
z d. l. si rem & in l. peregre. in princ. eod.
a l. lex quæ tutores. C. de admin. tut.
b l. 3. § Nerua filius. ff. de acquir. poss.
c l. si duo patroni. §. Iulianus ff. de iureiur.
d l. 5. § si ff. de aqua pluu. arcen.
e d. l. si quis diuturno. & d. l. penult.
f l. 2. ff. de except.
g l. in rem. ff. de rei vindicat.
h l. 5. ff. de iust. & iure.
i l. eas obligationes. ff. de cap. minu.
k l. 3. § fi. ff. de vsufr. earum rer. §. sed naturalia. Inst. de iur. natur.
c a nobis de decimis.
l ad summ. 16 q. 3
m ad princ. tit. Instit. de vsucap.
n ad l. vlt. C. de edict. diui Adriani sollen.
o ad rub. extra de præscr. num. 18
p ad l. serui tutes 4 n. 45 de seruit. ad l. si fundus. §. Iulian. n 22. ff. de damn. infect. & in l 3. Miscell. c. 40.

quos citat, & sequitur Didacus [q], quorum
sententia probatur rectissime ex vsucapio-
nis definitione, quæ est acquisitio dominij [r].
Sed vsucapionis, vti ab initio disserui, ge-
nuina significatio non ad mobilium modò,
sed ad immobilium quoque rerum acquisi-
tionem refertur. Caius [s], *Per longam*, in-
quit, *possessionem nobis acquiritur dominium.*
A quo, quemadmodum nec à Modest. dis-
sentiunt Imperatores [t] Diocletianus, & Ma-
ximianus, vbi habēt. *Traditionibus, & vsu-*
35 *capionibus dominia acquirūtur.* Quod & ad-
36 struit Iustinianus [u], cum dicit, possessorem
per triennale tempus dominium fieri: domi-
nij autem verbo directum in dubio intelli-
gimus [x], reducta semper ad potentius signi-
ficatum [y] vocabuli interpretatione. His ac-
cedit, quod idem Iustinianus [z] scribit, cum
loquitur de rerum mobilium, & immobilium
vsucapione, vbi subiungit. *His modis non so-
lum in Italia, sed etiam in omni terra, quæ
nostro imperio gubernatur, dominia rerum,
iusta causa possessionis præcedente, acquirun-
tur.* Quo loco dominij verbum ad longi tē-
poris possessionem referendum esse, negare
non possunt prioris opinionis auctores: fa-
tentur enim, dominij verbum ad rerum mo-
bilium vsucapionem pertinere, ita vt dire-
ctum acquiratur: at quo ad vsucapionem
rerum immobilium, quàm præscriptionem
vulgò appellant, refertur, de directo quo-
que intelligi debet, vt æque vtriusque de-
terminabilis fiat determinatio [a]. Vt par er-
go sit vtriusque præscriptionis conditio, ne-
cesse est, vt dominium directum rerum etiā
immobilium, in præscribentem transferatur:
quæ quidem argumentatio commode pro-
cedit ex illa etiam Cæsarea constitutione [b],
vbi paria ponuntur, quòd dominium acqui-
ratur siue traditione, siue vsucapione: sed
nemo nescit, traditionibus dominium dire-
37 ctum, non tantum vtile transferri. Nihil
enim magis nostrum est, quàm, quod volū-
tate domini [c] in nos transfertur: quibus mi-
rifice conuenit Innocētij huius nominis pri-
38 mi constitutio [d], in qua dominium præscri-
ptione inductum appellatur æternum, & in
39 concilio Agathensi [e] dominium hoc pro-
prietas dicitur. Ex quibus haud male ar-
guere, & deducere licet, directum dominiū
præscriptione transferri. Idem directum
40 transferri dominiū docet Imperator [f], dum
tradit, possessorem longi temporis plenissi-
41 me super dominio securum: nam si vtile
dumtaxat acquireretur, nō diceretur [g] pro-
fectò vsquequaque tutus. Neque deest ra-
tio, qua huiusmodi sententia optime possit
adiuuari,

q ad d. reg. malæ fidei par. 3. n. 2.
r d. l. 3. ff. de vsucap.
s in l. acquiritur. 20. §. nō solum. ff. de acq. rer. dom.
t l. traditionibus. C. de pact.
u in nouella 34. ex qua est auth. nisi triennale. C. de bon. mater.
x l. 3. §. qui in perpetuū. ff. si ager vectig.
y l quæritur ff. de statu hom. l. domū ff. de contrah. empt. c. penu. de sent. exc.
z in prin. tit. de vsucap. institut.
a l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. substit.
b d. l. traditionibus.
c §. per traditionē. instit. de rer. diuis.
d c. inter memorat. 16. q. 4.
e cap. 55. ex quo c. clerici. eod. q. 4.
f l. fi. ad fin. C. de edict. D. Adria. tollen. & l. omnes. in fi. C. de præscr. 30. vel 40. ann.
g l. fin. inz. §. illud. C. de secun. nupt.

adiuuari: siquidem ciuilem, siue humanam 42 legem ex iusta aliqua causa transferendi dominium ab vno in alterum habere potestatẽ rectè, ni fallor, probauimus, non solum vtile, sed & directum, quod neque inficiari quis potest: alioquin dominium, quod in pœnam criminis transfertur ab vno in alterum, directum non esset, sed vtile dumtaxat, quod est omnino ridiculum. Nec negant illi, quòd lex humana possit vsucapionis causa transferre dominium directum in præscribentem. At huius dominij directi acquisitionem, aut translationem fecisse legem inducentem vsucapionem, & præscriptionem haud obscure constat ex locis relatis. Denique cum apertissimi iuris sit, legis auctoritate præscriptionis causa dominium in præscribentem transferri, nec vlla distinctio in ea specie fiat dominij directi ab vtili, quòd lex distinxisset, si voluisset tantum vtile dominium in præscribentem transferri, non est dicendum vtile dumtaxat acquiri. Tandẽ nescio, quæ 43 naturalis ratio suadeat, vt plus iuris afferat triennium, quàm decennium, vicennium, trecennium, vel aliud maius tempus: nam si sufficit triennium, multo magis sufficere debet longi temporis præscriptio. Nec obest ratio illa superius adducta, quòd vilis, & abiecta est rerum mobiliũ possessio, & ideo facilius, & firmius acquirenda. Etenim legislator, ex his, & alijs rationibus minus tẽpus sufficere ad vsucapionem rerum mobilium, quàm immobilium constituit, nec in qualitate dominij, & in distinctione directi ab vtili quidquam statuit. Immo lex duo- 44 decim tabularum in his biennium, in illis annum dumtaxat definiuit. Concludendũ ergo, sicut vsucapione mobilium, ita præscriptione immobilium directum dominium transferri, dum extrema sint habilia, quòd interueniant [h] titulus, & bona fides. Item 45 quòd possessio non interrumpatur, sed continuetur [i]: interrumpitur autem litis [k] con- 46 testatione, immo & per vim [l]: at vbi duo extrema sunt habilia, acquiritur [m] ipso iure directum dominium. Restat modò, vt respõdeamus ijs, quæ pro contraria opinione adducuntur. Et quòd pertinet ad responsa [n] duo illa Iurisconsultorum, mihi videtur dixisse, quod oportuit, Ioannes Corrasius [o], vti loquantur non de vtili dominio, sed de vtili seruitute, aut vtili actione: quæ cum inter se differant, ac inferri non posit ex præscriptione directa seruitus, nec poterit directum dominium, ita vt differentiæ ratio sit perquàm manifesta: siquidem in seruitutibus agitur de re incorporali, quæ vere, &

h d.l. penul C. de præscr. 30. annorum in princ. & §. 1. instit. de vsucap. c. si diligenti. de præscript.
i l. naturaliter. ff. d. vsucap. c. illud. de præscrip. gloss. ad cap. volumus. 16. q. 4.
k l. 10. C. de acq. p. ff. l. 2. & 10. C. de præscr. long. temp. l. nouit C. de rei vin dic.
l d. l. naturaliter.
m l. Pomponius ff. fam. ercisc. l. si filiusfamil. C. eod.
n d. l. 1. § fi. ff. de aqua pluu. arcen. & d. l. si qs diuturn. ff. si seruit. vind.
o ad d. l. seruitutes. q. ff. de seruit.

proprie non possidetur [p], non item de rebus corporalibus, in quibus cadit vera, & 47 propria possessio. Atque ideo sola bona fides sine titulo sufficit [q] ad quærendam seruitutem, cùm tamen in rerum corporalium tam mobilium, quàm immobilium præscriptione vtrumque, vt antea dixi, desideretur. Nec obstat, quòd Aretinus existimet, in re incorporali præscribenda etiam titulũ [r] esse necessarium, nisi in ijs, quæ sunt modici præiudicij, & ita refert, Imolam [s] respondere ad idem Iurisconsulti [t] responsum. Dicendum est enim, ius Pontificium, si titulum in præscriptione triennij rerum incorporalium necessariò requirit, loqui in spirituali- 48 bus, in quibus, vt in omni re ecclesiastica, bona fides, & iustus titulus desiderantur, aliàs non præscribitur [u]: quod rationem babet elegantem, ne ad spiritualia pateat [x] vi- 49 tiosus ingressus. Quòd autem spectat ad Iuliani [y] responsum, vbi ita. *Iulianus ait, eum, qui iurauit fundum suum esse, post longi temporis præscriptionem, etiam vtilem actionem habere debere:* Corrasius dicit, hæc verba potius indicare directam actionem competere, propter dictionẽ, *etiam*, sui natura [z] implicatiuam. Quæ solutio mihi non vtique recta videtur. Alij, quibus se subscribit [a] Didacus Couarruuias, opinantur actionem, de qua in dicto Iuliani responso, nõ ex præscriptione, sed ex iureiurando nasci, quamquam dubitant, an præscriptio, cuius mentio in dicto Iuliani loco fit, allegetur ab eo, qui iurauit, an ab eo, qui detulit iusiurandum. Couarruuias dicit, magis conuenire Iurisconsulti menti, vt dicamus ab eo, qui iurauit, præscriptionem allegatam fuisse: qua admissa interpretatione oportet, quòd duo puncta post dictionem illam, *præscriptionem*, adijciantur. Sed quoquo modo sit, ego in ea sum sententia, vt existimem, idem Iuliani [b] responsum accipiendum esse de vtili actione, quæ non ex præscriptione, sed ex iureiurando oritur, at ratione alia, & ni 50 fallor, optima. Namque omnis actio, quæ ex edicto Prætoris de iureiurando datur, rectè dicitur [c] vtilis respectu iuris ciuilis. Quare Franciscus Duarenus [d] non minus perite, quàm eleganter scribit. *Quod ait prætor, se actionem daturum, ita intelligendum est, quasi noua introducatur actio, qua iure ciuili non competebat.* Atque ita quandoque accipi verba illa Prætoris, *actionem dabo*, 51 idem Duarenus [e] adnotauit. Certum est, mero iure, & ciuili ex iuramento non oriri, nec tolli actionem, ipso adstipulante [f] Iustiniano, ob quam causam [g] ipse hanc actionẽ inter

p l. seruus. §. incorporales. ff. d. acq. rer. dom. l. sequitur. §. si vias. ff. d. vsucap.
q d. §. fin. & d. l. si quis diuturno.
r per c. cum eccl. Sutrina de caus. poss. & propriet.
s ad c. fi. de præscript.
t d. l. si quis diuturno.
u c. dudum. de decim. d. c. si diligẽti.
x c. 1. de eo, qui mittit. in possess. lib. 6.
y d. l. si duo patroni. § Iulianus ff. de iureiuran.
z l. sed si plures. § fi. ff. d. vulg. & pup. ad l. non solum ff. solut. mat.
a ad d. reg. malæ fidei p. 3. in princip. n. 4.
b d. § Iulianus.
c l. quod si iurauit. 29. ff. de iureiur. argumẽto etiã §. namque apud in stit. de actionibus.
d tit. de iureiur. c. 32.
e ad l. iuris gentium. ff. de pactis.
f §. aeque instit. de excep.
g §. item si quis postulãte. de actionibus.

inter prætorias connumerat, & cum nullam
propriam appellationem, propriumq. titu-
lum habeat huiusmodi actio ex iureiurando
orta, agitur ob id præscriptis [h] in factum
verbis. Sed si causa adsit, ex qua iuratum 52
est, puta emptio, venditio, locatio, condu-
ctio, vel alius id genus contractus, vtilis
quoque actio ex eo contractu [i] dabitur; vn-
de dicitur vtilis actio, quæ datur ex causa,
non [k] directa. Et ita accipi debet sæpe di- 53
ctum Iuliani [l] responsum. Directa enim da- 54
tur ei, qui reuera emit, aut qui est hæres.
Sed vtilitatis causa est receptum, vt perin-
de agatur, ac si verum id esset, cum iusiu-
randum pro veritate habeatur. Ideo actio 55
omnis, vti dixi, quæ ex edicto Prætoris da-
tur, respectu iuris ciuilis dicitur [m] vtilis.
Nec quidquam facit Iustiniani rescriptũ [n],
quia non sequitur: datur exceptio, ergo non
habet dominium. patet: quia in principio
dicit, actionem rei vindicationis compete-
re ei, qui præscribit: quam directam possu-
mus interpretari, facta in potentius signifi-
catum, vt iam dictum [o] est, vocabuli inter-
pretatione. Nam vindicatio, nisi domino, 56
non datur. Et si dici potest haud male,
idem [p] Iustiniani rescriptum loqui de exce-
ptione intentionis, & facti, vt voluit Ac-
cursius [q] quod & Corrasio, & Didaco pla-
cuit: & hanc proprie esse exceptionem do-
cet glossa [r], & Durandus [s] in Speculatore: 57
vnde Abbas [t] noster definiebat exceptionẽ,
quod esset actionis, & intentionis exclusio. Vl-
timum vero argumentum veluti ineptum,
& ridiculum, ac minus concludens deridẽt
duo iuris peritissimi, alter Gallus, Hispanus
alter, nimirum Didacus Couarruuias [u], &
Ioannes Corrasius [x]. Argumentum erat:
dominium est iuris naturalis, siue gentium,
vsucapio, seu præscriptio iuris ciuilis, aut hu-
mani, ergo transferri per præscriptionem 58
minus poterit, cum humana lex non possit
naturali iuri derogare: nam si præscriptione
non acquireretur, ideo directum, quod præ-
scriptio humana lege inducta dominium,
quod est iuris gentium, tollere nequeat, se-
queretur aduersus communem rerum interpretum
sententiam, nec quidem rerum mobilium
vsucapione directum transferri. Denique,
si ciuili lege non potest ab aliquo dominiũ
directum auferri, nec poterit in pœnam de-
licti rerum dominium directum à delinquẽ-
te in Principem lege humana transmitti,
quod nemo dixerit. Dominia enim rerum, 59
etsi sunt iuris naturalis, & ea, quæ iuris na-
turalis sunt, ciuili lege nequeunt auferri: nõ
fit ex hoc, præscriptione, aut vsucapione

[h] l. sed si pos sessori. ff. de iureiur. l. actori. C. eod.
[i] d. l. si duo. §. si quis iurauerit.
[k] d. l. sed si possessori. §. vlt.
[l] d. §. Iulianus.
[m] d. l. quòd si iurauit.
[n] l. pen. C. de præscrip. 30. vel 40. ann.
[o] l. 1. §. qui in perpetuũ. ff si ager vectig.
[p] d. l. pen.
[q] ad l. qui se debere. ff. de cõd. caus. dat. & ad l. 2 ff. de cõd.
[r] ad c. 1 de litis contest. lib. 6.
[s] tit. de excep §. 1.
[t] ad rub. de præscr.
[u] d. reg. malæ fidei. p. 3. in prin. n. 5.
[x] ad d. l. seruitutes. 4. n. 13. de seruit.

dominiã transferri contra ius naturale, nec
ex hoc ius naturale violari. Quoniam id po-
tius interpretationem accipit à ratione mo-
deratrice, quæ & ipsius iuris naturalis pars
est. Ex quibus constat manifeste, sicut vsu-
capione mobilium, ita præscriptione immo-
bilium directum dominium acquiri. An-
dræas Alciatus [y] scribit, Doctores re ipsa
conuenire, licet verbis videantur dissentire.
Apparet enim dominium, quod longi tem-
poris præscriptione quæritur, ex vero, & na-
turali domini consensu nõ acquiri, ipso Mo-
destino [z] teste, cum vsucapionem esse dicar
60 adiectionem dominij. Adiectio propria si-
gnificatione ad eam acquisitionem refertur,
quæ sola legis nititur [a] auctoritate: vnde
adiectio bonorum dicitur, vbi non est pro-
prie hæreditas, sed sola Principis auctorita-
61 te [b] quis pro hærede habetur. Et adiectio [c]
pignorum in causa iudicati captorum cum
62 domini consensu, nõ expectato iudicis præ-
cepto, venduntur. Ideo, vt ait Alciatus, di-
cendum apud eum, contra quem vsucaptum
est, naturale dominium esse, tametsi & illud
fateri cogamur, apud eum quoque, qui vsu-
63 cepit, verum dominium esse. In ijs quippe,
quæ iuris sunt, legis auctoritas est pro veri-
tate, maxime attestante [d] Bartolo. Verum,
quoniam illud dominiũ ex consensu, atq.
naturali translatum non est, nec omnino à
priori domino, respectu extranei possessoris,
abscessit, lege vtilem actionem ex eo dari
scribit idem Bartolus [e]. Nec est absonum,
si eiusdem rei dominium naturali ratione,
in vno esse dicamus: in alio [f] vero legis au-
64 ctoritate. Quæ Alciati conciliatio placuit
Corrasio, & mihi non displicet. At vero
Franciscus [g] Connanus scribit præscriptione
longi temporis quæri dominium rei, sed nõ-
tam proprie, & legitime, quàm per vsuca-
pionem. Inuenta siquidem erat ipsa præscri-
ptio aduersus iura, & actiones rerum tan-
65 tum, non item aduersus dominia. Verum,
quia dominus rei videtur, à quo nulla actio-
ne euinci res potest, dominium quoque hac
longa possessione quæsitũ putabatur. Quòd,
si domino non licebat actione, quod suum
erat, recuperare, manebat penes præscri-
bentem, tanquam penes dominum, sic vt
eius postea vindicandi haberet potestatem:
quod indicat Iustinianus [h]. Atque ideo con-
cedit, non esse disputandum, an directum
dominium, aut vtile, an exceptio tantum
quæratur præscriptione: vult enim lex duo-
decim tabularum, res mobiles anno, immo-
biles biennio vsucapi potuisse: cætera autẽ
iura, quæ vocabant realia, idest ratione rei,
compe-

[y] ad d. l. traditionib. C. de pactis.
[z] d. l. 3. ff. de vsucap.
[a] l. fin ff de distra. pign.
[b] §. 1. Instit. de eo, cui libert. caus. bo. adijcien.
[c] l. a D. Pio. §. si pignora. ff. de re iud.
[d] ad l. si maritus. § lege Iulia ff ad l. Iul. d adult.
[e] ad l. 1. §. cum prædiũ. ff. de pign & ad l. si ff. rẽ rat. haberi.
[f] l in bello. § si quis seruum ff. de capt. l. in rebus C de iure dot. l. i. C. comm. de leg.
[g] in Comm. iuris ciu. li. 1. c. 11.
[h] in l. si quis emptionis § prin. C de præscrip. 30. vel 40. ann.

Digitized by Google

competentia, inter præſentes decennio, in-
ter abſentes viginti annis. Quæ iura, quia 66
vere non poſſidentur, ſunt enim incorpora-
lia, ideo nō habebat in eis locum vſucapio,
quia dominium rei quæritur per continuam
poſſeſſionem, & propterea longiore tempo-
re durabant, quia non proprie, ſed acceſſio-
ne quadam rei videbantur poſſeſſa. Ex qui-
bus duplex emanat ratio: & cur iſta iura nō
tam cito, quàm proprietas ipſa, acquiran-
tur, quia cum incorporalia ſint, tum dicun-
tur non poſſideri; & quare non vſucapi di-
cantur, ſed præſcribi, quoniam nullo pro-
prio iure per ſe nitantur, nec dominij ſint,
ſed ſola actionis auctoritate habeantur. Sa- 67
tis eſt igitur, nec aliud fieri potuit, quàm vt
exceptione tollerētur. Exiſtimat item Con-
nanus, differentiam horum nominum vſu-
capionis, & præſcriptionis fluxiſſe à pruden-
tibus Iureconſultis. Nam quo tempore duo-
decim tabulæ ſunt prolatæ, iiſdem, quibus
modo, Italia finibus continebatur, & etiam
aliquanto anguſtioribus, cùm nondum eam
totam ſubegiſſent Romani: quare lex duo- 68
decim tabularum non diſtinxit inter res Ita-
licas, & prouinciales, ſed generaliter con-
ſtituit, vt rerum immobilium annus, fundi,
hoc eſt, rerum immobilium, biennij vſus au-
ctoritas eſſet. Quæ verba non de alijs fun-
dis, quàm de ijs, qui erant in Italiæ finibus,
& limitibus, poterant intelligi, cum extra
Italiam eo tempore nihil tum haberent Ro-
mani aut imperij, aut poſſeſſionis. Verum
dilatato poſtea in exteras vſque nationes
imperio, & cum iam in illis penetraſſet Ro-
mana auctoritas, ſancitum eſt, vt quemad-
modum in Italia biennij, ſic extra Italiam
decennij poſſeſſio recuperandis rebus finem
præſcriberet. Quod non tam certa lege ar- 69
bitratur Connanus, quàm iure quodam
conſtituto, excogitatum, inductumq. à le-
gum interpretibus, qui (vt voluere ſemper
in hac ſua ſcientia videri ſubtiles, & artifi-
cioſi) non vſucapionem eam verbo legiti-
mo, ſed præſcriptionem appellare malue- 70
runt, videlicet vel inſcriptionem, quòd res
præſcripta decennalis poſſeſſoris nomen
quaſi dominij præſeferret, & tanquam eo
inſcriberetur, aut (ſi vim verbi inſpiciamus)
definitionem, & terminum, ac, vt ita dicam,
præfixionem, aut, quod magis probatur, ex-
ceptionem. Namque frequens eſt apud Iu-
riſconſultos, aliquem eſſe tutum exceptio-
ne, qui non ſit ipſo iure. Sic putauerunt ma-
gis ex arte fore, ſi hanc longam poſſeſſio-
nem præſcriptionis nomine diſtinguerēt ab
vſucapione, quæ vſucapio, & legis nomen
habet, & poteſtatem, ideoque ipſo iure
dominum eum facit, qui vſucepit. At præ-
ſcriptio, quæ primùm fuerat proprio Roma-
norum incognita, non tam ipſo iure, quàm
ope exceptionis decennali poſſeſſori domi-
nium aſſerere videbatur: ſiquidem cum du-
plex ſit quærendi dominij modus, alter iu-
71 ris gentium, alter iuris ciuilis, vſucapio le-
gitimum dominium præſtat, at præſcriptio
non etiam, cum iure ciuili inducta non fue-
72 rit, ſed poſt ius ciuile inuenta: ſic ne iure
gentium, quod certum eſt, nec ciuili domi-
nium poteſt vere quidem, & proprie tribue-
re, ſed ad ſimilitudinem quandam eius, quæ
præſcriptione temporis, id eſt exceptione
defenditur potius, quàm legis auctoritate
munitur, quoniam lex de ea nihil loquuta
eſt, at neque cogitauit. Argumento eſt ſe-
73 ries titulorum in Pandectis: nam cum in li-
bro quadrageſimo primo Tribonianus lo-
quutus eſſet de acquirendo rerum dominio,
item de poſſeſsione dictum eſſet, conſequē-
ter poſuit tractatum de vſucapione, quæ eſt
ciuilis dominij rerum acquiſitio, in quo nul-
lum verbum de præſcriptione. Sed eius tra-
ctatus reiectus eſt in eos libros, vt iam ab
initio diximus, qui ſunt de exceptionibus:
eſt enim in eis titulus *de exceptionibus, ſeu
præſcriptionibus*. Item alius, *de diuerſis, &
temporalibus præſcriptionibus*: quo titulo ap-
pellatur præſcriptio temporis, & exceptio
longæ poſſeſsionis. Hinc ſuſpicari licet, iu-
re ciuili Romanorum, id eſt, duodecim ta-
bularum, rerum mobilium proprietatem an-
nua, immobilium vero biennij poſſeſsione
acquiri, cætera autem iura, & actiones de-
cem annorum poſſeſsione præſcribi, vt po-
ſtea tanti temporis exceptione reijciantur.
Qua ſimilitudine introductum poſtea eſt, vt
res ſoli, quæ eſſent extra Italiam, tanto tem-
pore præſcriberentur, non vt earū proprie-
tas vere acquireretur poſſeſſori, ſed vt ipſi
daretur exceptio temporis etiam aduerſus
vendicantem dominum, ſicuti olim aduer-
ſus quemcumque alium agentem concede-
batur. Quæ videntur ſatis probari ex Mar-
tiani reſponſo [l] his verbis concepto. *Reſcri-* l. 1 reſcript. ff de diuerſ. & temp præ ſcript.
ptis quibuſdam D. magni Antonini cauetur,
vt in rebus ſoli locus ſit præſcriptioni diutinæ
74 *poſſeſsionis*. Ex quo Connanus arguit, quòd
ſi hoc cauendum fuit reſcripto Antonini,
certe antea, aut non erat id ſolitum, aut
dubitabatur, an fieri deberet, vt longæ poſ-
ſeſsionis exceptio conſeruaret poſſeſſorem
aduerſus ipſum proprietatis dominum, vt
aduerſus alios. At poſt Antonini reſcriptū,
diutina rei poſſeſsio exceptionem dedit, &
extra,

extra, & intra Italiam, contra quemcumque, & contra domioum. Sed dubitatio est, num ciuilis, seu humana lex iuste valeat dominiũ priuatum ab vno in alterum vsucapionis, aut præscriptionis virtute, transmittere: dubium facit, quòd natura iubet [k], suum vnicuique tribui, vt honestè viuamus, in qua vitæ honestate posita est dictorum, factorumq. cõstantia, cogitationum etiam, mentisq. integritas, ac puritas, ita vt nemo cum alterius iactura [l] locupletetur: itemq. iure diuino, quod naturale est, vt aliàs [m] satis probatum fuit. Quod Horatius [n] perite ostendit, cum dicit, primis illis temporibus cœptas condi leges,

k l. iustitia. ff. de iust. & iure.

l l. nam hoc natura. ff. de cond. indebiti. l. iure naturæ ff. de reg. iur.
m cap. 17.
n Satyra. 3.

Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

Si igitur diuino, naturaliq. iure honestè viuere debemus, vnicuique, quod suum est, tribuere, nec cum alterius iactura fieri locupletiores, vtique hæc iuris præcepta nullo modo videbuntur obseruari ab eo, qui rem alterius vsucapit, vel longo tempore præscribit. Atque ideo iustè lex ciuilis non po- 75
terit priuatum dominium ab vno in alterum ratione vsucapionis, aut præscriptionis trãsferre: cum dici soleat, iure ciuili naturæ legem non posse violari, nec solui: at ius ciuile videtur maxime repugnare iuri naturali, non in ea parte solum, quæ est honestatis, & existimationis, sed in ea quoque, quæ æqui, & iniqui vim continet: ecce enim vsucapio, & præscriptio rem à iustis dominis transferunt ad alienos: quod periniquũ esse, quis non dicet, si naturæ vocem audire velit, quæ iubet, vt diximus, vt suum cuique tribuatur, tum hoc maximè, ne quem lædamus? Attamen est per manus traditum, ciuilem legem posse ob vtilitatem publicam dominium priuatum ab vno tollere, & in alium transferre. Cùm vero lex id agat, tum ex causa vsucapionis maximam affert, & semper attulit Reipublicæ vtilitatem. Nulli dubium esse debet, quin ab initio res omnes essent communes, hoc est in seculo illo, quo regnasse Saturnum fabulantur Poetæ, seculumq. aureum appellarunt, quo 76
tempore in nullis rebus, natura hominibus dominium dedit, sed vsum tantum, aut vsus possessionem. Ouidius [o].

o lib. Metamorph. 1.

Contentiq. cibis, nullo cogente creatis.

Itaque, quod sibi quisque cælo, mari, terraque ceperat, suum faciebat eatenus, vt eo vti posset, non vt eius dominium nanciscerctur, sed possessionem. Hinc est, quòd Gratianus [p] noster dicit, ius naturale esse commune omnibus nationibus, vt viri, & fœminæ coniunctio, liberorum successio, & educatio, communis omnium possessio, & vna omnium libertas, acquisitio eorum, quæ cælo, terra, mariq. capiuntur. *Communis*, ait, *omnium possessio*.

p in can. ius naturale. d. 1.

77 Quamdiu enim illud quis seruabat ad suum vsum, tamdiu alij ius non fuit id auferendi, aut eo vtendi. Pari sane ratione, quod agri quisque ceperat ad habitandum:

Tum [q] *primum subiere domos: domus antra fuerunt.*

q Ouid Metamorph. 1.

aut arandum dum possidebat, à nemine inde potuit deturbari, ne possessionem alterius, quàm primo cuique occupanti natura dederat, interuerteret, quod sine iniuria fieri non poterat. Ergo fuit in primis istis naturalibus propria cuiusque
78 possessio, dominium non fuit. Sed tandem ciuilis lex non modo priuatis possessionem, vel rei vsum habere permisit, sed & dominium, idque sola auctoritate legem potuisse
79 se probat Conradus [r]. Quòd si lex ciuilis potuit priuatis rerum dominia concedere, & tradere, etiam poterit ex iusta causa dominium vnius, eique acquisitum ab eo auferre, & in alium transmittere, quod pro-
80 bat & Couarruuias [s]. Quod contingit etiam in rebus Ecclesiasticis: erant enim ab initio nascentis Ecclesiæ omnes communes, postea distributio videtur esse facta anno natiuitatis Dominicæ circa quadringentesi-
81 mum septuagesimum, quo tempore floruerunt Sancti Hieronymus, & Augustinus, eoque tempore sedit Simplicius Papa, qui huius diuisionis mentionem [t] facit, quam videtur confirmare [u] Gelasius, qui rexit Ecclesiam anno post Simplicium fere decimo,
82 confirmauit & Beatus Gregorius [x], qui sanctissimus Pontifex, & Ecclesiæ Doctor excellentissimus post Gelasium sedit anno cir-
83 citer centesimo. Facta, inquam, fuit inter Ecclesiam, Episcopum, & alios clericos Ecclesiæ ministros, qui omnes facta diuisione vere domini sunt eius fructuum portionis, quæ sibi obuenit: quod diffuse tractat, & tradit Dominicus Soto [y], quem alter Hispanus sequitur Didacus [z], & ego [a] aliàs dixi. In rebus tamen Ecclesiæ vsucapionẽ, ac præscriptionem admitti ab ipsis Romanis Pontificibus [b] passim videmus. Nam si
84 ciuilis, seu Ecclesiasticus legislator auctoritatem habuit concedendi aliquot ex rebus communibus ob iustam causam alicui, reliquis ab earum vsu exclusis, idem quoque habet & nũc facultatem easdem res ab his,
85 qui earum habent dominium, ratione publicæ vtilitatis tollere, & alijs intercedente longi

r de cõtrac. q 15. cõcl. 4.

s ad reg. malæ fidei possessor. p. 2. §. vnico. dre. iur. lib. 6.

t in c. redditibus 12 q 3
u in c. vobis & can. quatuor ead q 2
x epist. 12. lib. 3 & in c. cognouimus ead. q. 2.

y lib. 10. de iustit. & iure q. 4 ar 2.
z ad c. cum in officijs. d testam.
a supra cap. proximo
b per totã q 3. & 4. & tot tit. de præscrip.

longi temporis legitima poſſeſſione, confer-
re. Lex enim illa ſemper fuit, & eſt iuſtiſſi-
ma, & gratiſſima. *Salus populi ſuprema lex*
eſto. Cuius legis voce audentiores facti le- 84
giſlatores, multa contra ſingulorum vtilita-
tem pro publica ſalute excogitarunt, adin-
uenerunt, promulgarunt, quibus tantùm-
abeſt, vt reclamet, aut diſſentiat natura-,
vt omni ſupplicio dignos exiſtimet eos, qui
non obtemperarint patrijs legibus. Omnis 85
enim lex, quæ iuſta eſt, inter ſubditos vim
habet ex eo, quòd ſubditi conſenſerint in-
imperium, & adminiſtrationem legiſlato-
c l. 2. §. nouiſſime. ff. de orig. iuris.
ris: argumento eſt, quod Pomponius [c] Iu-
riſconſultus de origine iuris ſcriptum reli-
quit, eademque ratione ſubditi in legem-
à Principe iuſte latam conſenſiſſe videntur,
atque ideo lex iuſta, quæ vſucapionem-,
præſcriptionemque induxit, conſenſum ta-
citum omnium ſubditorum habere intelli-
gitur. At conſenſus iſte, etſi tacitus, tamen 86
ſufficiens eſt, vt virtute legis iuſtæ domi-
nium ab vno in alterum abſque conſenſu
expreſſo transferatur. Quòd autem lex iſta
ſit iuſta, & quòd iuſtam habuerit legisla-
tor cauſam transferendi dominium ab vno
in alterum ratione temporis, apertiſſime-
ex ijs, quæ ſequuntur, apparet. Nam licet 87
d l ſtiendi. cum ſeq. ff. ex quib. cau. maior.
vſucapio ſit [d] lucrum coniunctum cum dam-
no alterius, recepta tamen eſt propter bo-
num publicum, ne rerum dominia diu, ac
fere ſemper in incerto ſint, & ſit poſſeſſo-
ribus aliqua ſecuritas, & finis aliquis ſoli-
citudinis, & periculi litium, vt ait M. Tul-
e in Orat. p Cecinna.
f in l. vlt. ff. pro ſuo.
lius [e] pro Cecinna, & Neratius [f] Iuriſcon-
ſultus: quia dominis ſufficere viſum eſt ad
inquirendas res ſuas legitimi temporis ſpa-
tium, vt planè eis imputari poſſit negligen-
g l. vlt. in fi. C. d ann. exceptione.
h l. 1. ff. de vſucap.
tia [g] ſua, ſi intra id temporis res ſuas non-
perquiſiuerint, collegerint, vindicauerint [h].
Immo, ceſſante vſucapione, plurimum de-
trimenti inferretur Reipublicæ, quòd nullo
tempore certa ſint rerum dominia, tum ho-
minum commercia facile intermitterentur,
atque inculti remanerent agri: quorum cul-
tura reipublicæ non modo vtilis, ſed pror-
ſus etiam neceſſaria eſt: timens enim poſ-
ſeſſor, ne quando dominus verus fundi eam
ſibi auferret, illius culturam abijceret, &
l in prin. tit. d vſucap. inſtit.
incultum iacere ſineret, ſicuti Theophilus [i]
nobis ſcriptum reliquit. At quod eſt com- 88
mune, & publicum bonum, non videtur pri-
uatum damnum, ſi modò bona fides inter-
ueniat initio poſſeſſionis, vel potius non-
videtur alteri inferre damnum, qui vſuca-
k l. ſi qs fundum ff. de acq. poſſeſſ.
pit, quod neſcit [k] alterius eſſe. Damnum- 89
quidem facit, qui dominium amittit per
vſum meum: ſed id ego ſanè dediſſe non-
videor, cum neſcius, damnum dare noluе-
rim. Ad id, quod diximus iure ciuili na-
turæ legem non poſſe violari, at violaretur,
ſi daretur vſucapio, cum natura iubeat, vt
vnicuique ius ſuum tribuatur, dicendum-
eſt, legem ciuilem multa iuri naturæ addi-
90 diſſe, nonnulla detraxiſſe, & plurima im-
mutaſſe, & in eo quodammodo ius iſtud
naturæ violaſſe; ſed hoc pro rerum huma-
narum neceſſitate faciendum fuiſſe, vt ho-
minum fraudibus, & malitijs occurreretur.
Nec videtur natura in vſucapione repugna-
re: nam cum de pœnis, aut de mulctis ali-
quid conſtituitur, non repugnat natura-,
quæ malos dignos pœna iudicat, eos autem
pro malis habet, & improbis omnes, qui
non obtemperant legibus. Et vt veniamus
ad ea, quæ leges primùm aut iuſſerunt, aut
prohibuerunt, cum antea eſſent indifferen-
tia, exemplum ſubijcimus ad faciliorem-
intelligentiam. Lex certis rebus vectigal im-
ponit, ita vt hoc, niſi publicano perſolua-
tur, res amittatur, & cedat fiſci lucro: hu-
iuſmodi lex, vt nemo non videt, rem aufert
à iuſto domino, qui in ſoluendo vectigali
fuit, aut negligens, aut contumax, & iuſtè
91 quidem aufert. Etenim cum lex vectigalis
conſtituta eſt, eam ius patriæ corroborauit,
quæ vult, vt obtemperemus patrijs legi-
bus, & vt qui eas contempſerit, pœna legi-
92 tima teneatur. Pari ſane ratione in vſuca-
pione, & præſcriptione videtur dicendum,
quòd bono publico, vt antea diximus, in-
ductum ſit, vt non plus biennio, aut decen-
nio liceat res ſuas negligere, & deſerere-,
qui ſecus fecerit, rei neglectæ damno vt
mulctaretur: lex dura quidem, non tamen
93 iniqua. Nec enim potuit, vt dominorum-
in rebus ſuis conſeruandis excitaret diligē-
tiam, aut melius quidquam, aut aptius fa-
cere, quàm ſi earum amittendarum metum
ipſis inijceret, quod fecit: nec in eo ius na-
turæ violauit, aut læſit, ſed corroborauit,
94 & auxit. Nam cùm iure naturali liceat ho-
mini eſſe in rebus ſuis negligentem, hoc nō
tulit lex ciuilis, quòd hanc ſingulorum ne-
gligentiam fore vniuerſis damnoſam vide-
ret: vniuerſis expedit, ne agri inculti ia-
ceant, ſed vt fructuoſi ſint, quod eſſe non
poteſt, niſi cultura magna cum ſolicitudine
adhibeatur, alioquin ſpinæ, dumi, ſentes,
95 tribuli obſident, occupant omnia. Vnde-
plane factū fuit, vt nulla Chriſtiana Reſpu-
blica ſit, quæ proprijs ſtatutis legibus vſuca-
pionem mobilium, & immobilium rerum-
non probauerit: easq. leges iuſtas eſſe docēt

Scotus,

Scotus [l], & Sanctus Thomas [m], quorum opinionem communi Theologorum consensu receptam esse, scribit Hadrianus [n] eo capite, quo de præscriptionibus agit. Sed qui fuerit præscriptionis triginta, vel quadraginta annorum auctor, in dubium reuocari posset: nam in constitutione Alexandri Tertij [o] dicitur, quendam Ephesinum legislatorem primum fuisse, vel vt in alijs codicibus, quos refert Antonius Augustinus [p], Eupheglum Origenis patruum: quod inter cassa palearum nō immeritò adnumerat Iacobus Cuiacius [q], à quo non videtur dissentire idem Antonius Augustinus, ait enim [r], omnia sibi suspecta esse, & à superioribus dictis aliena, existimatq. errore librarij id factum esse, vt *pro & enim legislator*, siue, *etenim*, siue, *& primus legislator*, posuerit *Ephesinus legislator*. Pulcre enim ostendit Cuiacius [f] primum Theodosium Magnum omni-
bus tam in rem, quàm in personam actionibus opposuisse præscriptionem triginta annorum, & Anastasium quadraginta, quod in Paratitlis [t] etiam pluribus demonstrat. 96
Cum tamen olim ciuili etiam iure aduersus malæ fidei possessorem actio in rem esset perpetua, id est sempiterna, & nullis seculis interitura: itemq. actio in personam in Prouincijs, & mixta, cui leges non præscri-
pserunt certum tempus. Vnde eleganter 97
idem Iacobus Cuiacius [u] scribit, præscriptionem longissimi temporis non pertinere ad actiones, quæ longo tempore perimuntur, puta in rem, vel hypothecariam aduersus bonæ fidei possessorem, nec ad alias, quæ breuiori tempore extinguuntur, veluti prætorias actiones, & de dolo, quæ biennio, de inofficioso, quæ quinquennio perimitur; sed ad eas tantùm, quæ olim perpetuæ, sempiternæ, ac immortales erant. Vt meritò Valentin. [x] Imperator dixerit, Theodosium humano generi profunda quiete prospexisse. Vnde & Cassiodorus eam præscriptionem humani generis patronam appellat, ne tot annorum cuiusquam possessio turbaretur. At Pontificij legislatores, reie-
cto nouo iure ciuili, ius vetus, quo aduersus 98
malæ fidei possessorem actio erat perpetua, in vsum reuocarunt, iusq. nouissimum fecerunt, quo sane præscriptio malæ fidei nullo vnquam tempore [y] procedit. Nec vlla quidem ratio postulat, aut suadet, vt ex ea permissum cuiquam sit, rem alienam sibi tempore acquirere, si is malitiam, & culpam in eius possessione habuerit. Alioquin humana lex, quæ rationi, & æquitati consona esse debet, tyrannidi, & crimini fomentum

l 4. Sent. d. 15. m in quolibeto 12. q. 24.
n 4. Senten. tract. d. resti.
o c. vigilanti de præscrip.
p in notis ad d. c. vigilanti.
q lib. obser. 18. c. 26 in fi.
r ad d. c. vigilanti. in verbo Ephesinus.
f d. c. 26. et seq.
t in Paratit. C. tit. d. præscrip. 30. vel 40. ann. ex l. 4. 5. & 6. eiusdem tit.
u cod. tit. d. præscrip. 30. vel 40. ann.
x in Nouel. de 30 ann. præscrip.
y d. c. vigilanti. & c. si diligenti eo. de præscrip. & reg. malæ fidei possess. de reg. iur. lib. 6.

daret, quod ab ea alienum ita oportet esse,
99 vt potius malæ fidei possessores puniat, quā defendat. Hinc glossa [z], Francus [a], Angelus [b] Aretinus, Antonius Rubeus [c], Aymon Craueta [d], Frācīscus Balbus [e], & Matthæus de Afflictis [f] constanter asseuerant, præscriptionem etiā temporis immemorabilis nullam habere vim, nec iure procedere, si malam fidem possessor habuerit. Hancq. communem esse Doctorum sententiam tradit Alexander [g]. Idem tenet Dynus [h], & probare etiam videtur Abbas [i], item Dominicus [k], & Felinus [l]. Quibus aduersari videtur Bartoli [m] assertio: contendit enim, præsumptionem malæ fidei tolli, & purgari possessione triginta annorum. Cui adstipulantur Decius [n], Alexander [o], Curtius senior [p], Matthæus de Afflictis [q], & Iason [r]: hocq. opinionem frequentiorem esse scribit Balbus [f]. Si quis tamen bene, accurateq. huc introspiciet, animaduertet profectò, Bartolum ab alijs superius citatis non dissentire: siquidem de præsumpta mala fide agit, non autem de vera, quod adnotarunt Are-
100 tinus [t], Craueta [u], & Couarruuias [x]. Namque præsumptio malæ fidei tollitur possessione triginta annorum: si tamen probatum sit, possessorem vere malam fidem habuisse, numquam vitium illud remittitur in possessione, nec locum habebit Bartoli opinio. Qua in re mihi mirifice placet nostri Aymonis Crauetæ [y] interpretatio, vt immemorabile tempus non inducat iusti tituli probationem, si constet de titulo vitioso, & iniusto: ratio ipsius Aymonis [z] est, quia ex hoc vitioso titulo, & iniusto mala
101 fides apparet. Quapropter immemorialis præscriptio vim propriam amittit, propter
102 malæ fidei vitium. Est igitur iuris Pontificij regula, malæ fidei possessorem nullo vnquam tempore præscribere: animaduertendum tamen, scientiam rei alienæ non
103 esse semper malam fidem, vtputa, si emo ab eo quem ius puto habere vendendi, veluti procuratore, aut tutore, vel possessionem accipio ab eo, quem eius rei concedendæ ius habere [a] puto, scio quidem rem esse alienam, sed tamen malæ fidei possessor [b] non sum, & si à bonæ fidei possessore seruus mihi noxæ dedatur, tametsi sciam seruum alienum esse, malæ fidei possessor non sum: si sciens emam rem alienam, & eius soluam pretium, eaque mihi tradatur voluntate creditoris, malæ fidei possessor nō sum: & hoc est, quod dicitur, nō esse prædonem eum, qui pretium [c] numerauit: quod Iacobus Cuiacius [d], vt singulare obserua-

z a ad c. 1. in verbo usi de preb. in 6.
b ad § furtiuæ Instit. de vsuc. in prin. sip.
c consil 13. n. 14
d cons 1, 6. & in tract. d. antiq. temp. 4. p. in § materia n. 19.
e de præscr. 2. par. princ. q. 6. col. 5.
f decis. 318. nu. 20.
g ad l. cū qui C. de iure deliber.
h ad d. reg. malæ fidei, num 5.
i ad c. vlt. nota. 1. de consilis.
k ad can. sacrosanctæ 22. dist.
l ad c. cū nobis d. præsc.
m ad l. vlt. C. vnde vi.
n cons. 267.
o cōs. 6 col. 1 [illegible]
p consil 82. col. 3.
q decis. 40. num. 12.
r ad § [illegible] istæ n. 100. [illegible]
s [illegible] cons. 52 n. 11
t ad [illegible] 10 2 p. col. 6. ff. d. vsucap.
u cons. 13 [illegible]
x d cōs. 1. 6 & d. § materia, n. 0.
y ad d. reg. malæ fi. p. 2. § [illegible]
y d. tract. de antiq. p. 4 § absolutis. n. 59.
z d. § materia. n. 3.
a l. 7. C. de acq. poss.
b l bonæ fidei ff de verb. sign.
c l & generaliter. ff de de non ad.
d l. 13 § si quis sciens ff. de petit. hæred. l. nemo prædo ff. d. reg. iur.

Digitized by Google

uit, scriptisque mandauit. Sed iam tempus 104
adest, vt ad ea, quorum occasione supradicta omnia in hoc caput sunt relata, deueniamus, & paucis ostendamus, etiam in præscriptione iure Pontificio, quemadmodum & Cæsareo, bona ecclesiastica aliquid plus, quàm profana habere. Explorati iuris est 105
bona [c] priuatorum [f] longo tempore, videlicet spatio decem annorum, inter præsentes, & inter absentes viginti præscribi: quæ sanè præscriptio, seu possessio longi temporis litis contestatione [g] interrumpitur. Vnde, si quis post motam litem de fundo, quem possidebat, fundum vendidit bonæ fidei emptori, qui eum per viginti annos possedit sine interpellatione, tutus est præscriptione
longi [h] temporis, quia ei auctoris sui malafides non nocet, si accessione temporis, quo possidet venditor, non [i] vtatur. Immo hodie ex Iustiniani constitutione [k] præscriptio longi temporis competit etiam donatario, & legatario, sicut emptori, qui rem suam pretio fecit, sublata scilicet differentia causæ lucratiuæ, & onerosæ. Nec vitium defun- 107
cti hæredi nocet: & quod plus est, accessione auctoris, siue defuncti, & venditor, & donatarius, & legatarius vti possunt. Aduersus tamen ecclesiam, eiusque bona non solùm priuati homines, sed nec ecclesia ipsa potest præscribere, nisi spatio trrginta
annorum, idque iure veteri teste Didaco 108
Couarruuias [l]: nouo autem iure à Pontificibus Romanis cautum est, aduersus eccle-
siam, eiusque bona quadraginta annorum 109
præscriptionem esse necessariam, siue à priuato fiat præscriptio [m], siue ab altera eccle-
sia. Quinimmo Andræas Tiraquellus [n] ex 110
Baldo [o] docet, statutum, seu consuetudinẽ inducentem præscriptionem contra ecclesiam minori tempore, quàm quadraginta annorum, quod communi iure est statutum, non valere, & peccatum mortale committere eum, qui huiusmodi consuetudinem [p] obseruat: dixitq. post Petrum de Anchara-
no [q], statuta laicorum super præscriptioni- 111
bus non ligare ecclesiam. Hinc nascitur difficultas baud minima, an verum sit, ecclesiam bona alterius ecclesiæ non posse præscribere minori tempore, quàm quadragin-
ta annorum. Illud facit difficultatem, quòd 112
priuilegium habens non vtitur eo contra habentem priuilegium, prout adnotant nostri [r], & Martianus Iurisconsultus [s] respondit, absentem reipublicæ causa aduersus eũ, qui pariter reipublicæ causa abfuerit, esse restituendum, si aliquid damni iuste quæritur. Ex quo responso Bartolus [t], Abbas [u],

item Baldus [x], Felinus [y], & Iason [z] asseuerant, quando duo idem habent priuilegium, qui læsus est priuilegio gaudet, illudq. habet in specie, qua de agitur, & in exercitio, quia læditur; alter verò, cum læsus in eadem causa non fuerit, priuilegium non obtinet. Idem planè dici potest in priuilegio, quoad præscriptionem, ecclesijs concesso: ecclesia enim, quæ rem alterius ecclesiæ præscribit, non habet in præscribenda re illa aliquod priuilegium: sed ecclesia, aduersus quam currit præscriptio, habet priuilegium, vt minori spatio quadraginta annorum, eius possessio præscribi non va-
113 leat. Quod autem ait Decius [a] ex responso Pomponij [b] Iurisconsulti, quòd habens priuilegium possit eo vti aduersus eum, qui simile habet priuilegium, quando potentius est priuilegium eius, qui eo vti vult, vel ex eo, quòd is agat de damno euitando, alter de lucro captando (quod admonet Bartolus [c], item Baldus [d], Ancharanus [e], & Abbas [f]) vel ex eo, quòd causa concedendi priuilegium est fauorabilior [g], mihi non displicet, quando priuilegia, quibus vterque priuilegiatus vti vult, non sunt iure communi concessa, prout est priuilegium præscriptionis, quod ab vtroque iure ecclesijs, ea-
114 rumque bonis est concessum, vt res Deo, eiusque cultui, & seruitio dicatæ præscribi non possint, nisi spatio quadraginta anno-
115 rum. Propter hoc igitur priuilegium ecclesia, aduersus quam altera ecclesia præscribit, vti poterit beneficio præscriptionis quadraginta annorum, quia hæc agit de damno euitando: illa verò de captando lucro,
116 quod est minus fauorabile. Nõ datur itaque priuilegiorum concursus, seu, vt ita dicam, conflictus: quia vnius tantum ecclesiæ priuilegium huic negotio conuenit. Sed quæri vlterius potest, an perpetuo verum sit, aduersus ecclesiam semper, & vbique necessariam esse quadraginta annorum præscriptionem: & est communiter receptum in rebus ecclesiæ mobilibus, item in actionibus personalibus aduersus ecclesiam sufficere iuris
117 ciuilis præscriptionem, quæ aduersus priuatos sufficiens est, & hoc equidem in omnibus actionibus, quæ semestri, biennio, vel quadriennio tolluntur, testimonio Abbatis [h], Felini [i], Iasonis [k], & Francisci Balbi [l]. Horum opinionem, etsi communem esse
118 dicit Didacus [m], mihi tamen magis placet Hostiensis [n] sententia: non obstante iuris ciuilis constitutione, triennalem vsucapionem in rebus mobilibus ecclesiæ non procedere, quæ & Panormitano [o] visa est æquior. Nam,

e in lib. obseruat. 18. c. 25.
f toto tit. ff de excep. & præscr. & tit. C. de præscr. long. temp.
g l. 10. C. de acq. poss. & l. 1. 2. & 10. C. de præscr. long. temp. l. mota. C. de rei vind.

h l. 2. C. eo. de præscrip. long. temp.
i l. an vitiũ ff de diuers. & temp. præscrip. l. apud Celsum § de auctoris. ff de doli excep.
k l. penul. C. de præscrip. long. temp.

l ad d. reg. malæ fidei. p. 2 § 2 n. 1.
m c. de quarta c. illud. c. ad aures. vbi omnes no. & de præscrip. Auth. Quas actiones. C. de sacrosan. eccl. Ioan. Balbus de præscr. 1. par. 5. principal. in princ.
n in tract. de præscr. glos. 10.
o cons. 4. 4. col. 3. vers. item quia generali lib. 3.
p per c. non minus & c. aduersus. de immun. eccl.
q cons. 258.
r ad §. sed hæc præsenti. Auth. de san. cliss. Epis. ad l. verum. cũ seq. ff de minor.
s in l. vlt. ff. quib. ex caus. maior.
t ibid. & ad d. l. verum. § penult. & ad d. Auth. quas actiones.
u ad d. c. ad aures & ad c. super spoliat. de ord. cogn. & ad c. cum præsentia. de prob.

x ad d. l. vlt. ff. quibus ex cau.
y ad d. c. in præsentia n. 29.
z ad §. rursus Instit. de actionibus.
a ad d. c. in præsentia n. 32
b d. l. verũ. § vlt.
c ad d. Auth. Quas actiones.
d ad Auth. perpetua C. eod. de sacros. eccl.
e in c. 1. 36.
f ad d. c. in præsentia super glos. vit.
g d. l. verũ. & ibi Bal. cũ l. seq. Didac. in d. § 2. n. 4. vers. qd vero in n.
h ad c. cum causam n. 10 de praben.
i ad c. de quarta circa fi. de præscr.
k ad d. Authent. Quas actiones. n. 4 & 5.
l d. part. 5. prin. fall. 3.
m d. § 2. n. 8
n ad c. 1. n. 4. de in integr. rest.
o ibid. n. 13.

Nam, cùm sacri canones nullam fecerint
mentionem biennij, triennij, quadriennij,
decennij, vicennij, sed triginta, ac quadra-
ginta annorum dumtaxat, verisimile quidē
est, noluisse in quauis re, quave actione iuri
ciuili se obstringere: sed in omnibus, & per
omnia desiderare præscriptionē seu posses-
119 sionem quadraginta annorum p. Scire etiā
oportet, id, quod de possessione, seu præscri-
ptione quadraginta annorum diximus, ha-
bere dumtaxat locum in ecclesijs inferiori-
bus, non item in Ecclesia Romana, vel ad-
uersus ipsam, pro qua desideratur centum
annorum præscriptio q: & hanc fuisse Iusti-
niani intentionem alibi latius aduersus Ia-
120 cobum Cuiacium r demonstraui. Quod sa-
nè priuilegium intelligi debet, quando in
præscriptione principale damnum, & præ-
iudicium fiat Romanæ Ecclesiæ: alioquin
si principale damnum inferiori fiat, licet
quodammodo ex hoc & Romanæ Ecclesiæ
præiudicetur, præscriptionem ordinariam,
videlicet quadraginta annorum sufficere,
121 innuit Innocentius Tertius f, ad cuius con-
stitutionem non male sentit glossa t, dum
existimat, quemquam posse tempore ordi-
nario præscribere ius vtile rei aduersus obti-
nentem illud à Romana Ecclesia, quæ dire-
ctum habet, cuique in ipso directo non
præiudicatur. Eiusdem fuerunt u opinionis
Cardinalis, Abbas, Imola, & Felinus, item
Romanus x, & Franciscus Balbus y: & hanc
esse frequentiorem interpretum sententiam
post Socinum z tradit Didacus a, quamuis
122 Hostiensis, Ioannes Andreæ, & Antonius
putauerint b, in hac quoque specie requiri
centum annorum præscriptionem, ipso do-
mino directo ignorante: nam eo sciente
idem Hostiensis c arbitratur sufficere trigin-
ta annorum præscriptionem: quod non di-
splicet Panormitano, & Imolæ, qui Hostien-
sis distinctionem sunt sequuti. In quo rectè
Didacus d dixit, animaduertendum esse,
quia, si dominus directus receperit à feuda-
tario seruitia, aliaq. directi dominij iura per
triginta annos, nullam poterit allegare
ignorantiam: & ideo, quo ad vtile dominiū,
præscriptio triginta annorum sufficiet iuxta
glossam, & communem, quam etiam sequū-
tur Iason e, Angelus f, Imola g, Abbas h, &
123 Craueta i. Quòd si cōtigerit vera ignorātia
domini directi, non sufficit hæc præscriptio:
quia ipse contradicere potest, huncq. præ-
scribentem vtili dominio priuare, cum non
cogatur dominus directus nouum feudata-
rium inuitus admittere, sicuti Hostiensis,
Ioann. Andreæ, Anton. Abbas, & Imola

p vt videre est i tot. tit. de præscrip. & per tot. 16 q. 4. & 5.

q d Authen. Quare actiones. cap. vlt. ead. q. 3. c. ad audientiā & c. cum nobis. de præscrip.

r li. 2. c. 27.

f cap. ad audientiam. de præscrip.

t ibid. in verbo principaliter.

u omnes ad d. c. ad audientiam.

x consil. 169. col. penult.

y de præscr.

z pat princ col. 6 vers. a limitat.

a consil. 266. col. 19. lib. 2

a d §. 2. n. 6.

b omnes ad d. cap ad audientiam.

c per c. 1 §. si quis p triginta. si de feudo fuerit cōtrouersia.

d d. §. 2. n. 6.

e ad l. 2. col. penult. C. de seru. fugit. & ad l. vlt. C. de sacros. eccl. col. 6.

f g ad l. vsucapion. ff. de vsucap.

h consil. 18. & 62. lib. 2.

i de antiq. 4 par. 4. ebso-lutu. nu. 27. cum seq.

significare, & asserere videntur k: quibus
124 adstipulatur & Socinus l. Eadem ratione
res ecclesiæ, quæ exempta est, & immedia-
te subiecta Romanæ Ecclesiæ, posse præscri-
bi tempore ordinario tradit Didacus Co-
uarruuias m, in quo sane tractatu, & illud
obseruare oportet, quòd contra præscriptio-
nem quadraginta annorum ex capite igno-
rantiæ datur restitutio, siue de re ecclesia-
stica loquamur, siue de alia re: & id esse
communi calculo receptum tradit Baldus n,
ac in curia Neapolitana, pro communi ha-
beri affirmat Afflictus o: quod & non solùm
probat Rota p, sed vult insuper, vt nec elap-
sum quadriennium, quod post quadragin-
ta annos datur ad petendam restitutionem;
ex quo cucurrisset contra ignorantem, siue
hæredi, siue legatario, nocere posse, cùm
tempus illud, dum ignoranti currit, ab ini-
tio vtile censeatur, ideo & post centum an-
nos restitutio in integrum peti possit.

k omnes ad d. cap ad audientiam

l d. consil. 206

m d. §. 2. n. 6

n in tract. de præscri p. 4. q. 19.

o decis. 27. quæ incipit: Pro teneo.

p decis. 41. diuer. par. 3. lib. 1. & dec. 39. eadem p. lib. 2.

SVMMA EX CAPITE XIX.

1 *Decimæ sacerdotibus proculdubio debentur.*
2 *Decimæ, ait Hugo, tempore naturæ fuerunt consilij: tempore legis, præcepti.*
3 *Abel Domino, Abraham Melchisedech decimas dederunt, nec non Iacob.*
4 *Ethnici decimas persoluebant suis dijs.*
5 *Hæres voti reus decimarum pro testatore esse consueuit.*
6 *Pro beneficijs Deo danda sunt decimæ, natura ipsa suadente.*
7 *Deo dantur decimæ in recognitionem supremi sui dominij, sicut Imperatoribus à subditis tributa penduntur.*
8 *Cum patrem oblationis Deus explicauerit, decimam scilicet, potius diuini, quàm naturalis iuris decimæ sunt.*
9 *Fere hæreticus est asserens, decimas sub lege etiam gratiæ Deo non deberi iure diuino, deberi vero positiuo. Ex Innocentio.*
10 *Iustitia Pharisæorum in minimis consummabatur.*
11 *Canonistæ à iure diuino initium sumere decimas cōcludunt, Theologi à positiuo.*
12 *Præceptum de solutione decimarum, nec ad sacramenta, nec ad fidei articulos pertinet.*
13 *Præcepta cæremonialia, & iudicialia per legem Euangelicam cessarunt, moralia remanserunt.*
14 *Non est seruanda lex vetus simul cum noua.*

15 *Mo-*

15 *Moralia legis veteris etiam tempore gratiæ legis virtutem habent, non ex legis antiquæ potestate, sed ex* CHRISTI, *& naturæ præscripto.*

16 *Famem & penuriam B. Hieronymus ait hinc proficisci, quòd Deus in suis pauperibus, dum negliguntur, fraudetur.*

17 *Non timet Deum, qui decimas retinet, ait B. Ambrosius.*

18 *Corpori, & animæ prosunt decimæ, ait B. Augustinus.*

19 *Qui decimam non dabit, ad decimam reuocabitur.*

20 *Dei beneficia hominum malitia impediuntur, quo minus conferantur.*

21 *Qui retinet decimas, res alienas inuadit.*

22 *Dans hilariter decimas, & debitum censum, bonorum affluentiã consequitur.*

23 *Sanctorum Patrum consensus à nobis obseruandus est.*

24 *Rom. Pontifices à SS. Patrum auctoritate non recesserunt.*

25 *Vrbanus, Gregorius, Alexander, & Innocentius summi Pontifices à Deo decimas procedere clare docent. Nicolaus etiam anathemate ligat decimas negantes.*

26 *Clemens excõmunicat prædicatores verbi Dei, qui à decimarum solutione fideles retrahunt.*

27 *Præcipiuntur decimæ in Concilio Rothomagensi, & eas retinentes excommunicantur.*

28 *Moguntiense Concilium ex veteris legis auctoritate decimas probat.*

29 *Conciliũ generale decimas præcipit in recognitionẽ vniuersalis diuini dominij.*

30 *Synodus Tridentina debitas Deo decimas vocat.*

31 *Quod Patres, Pontifices, & Concilia dicunt esse de iure diuino circa decimas, de nouo, cui obstringimur, non de veteri intelligendum est.*

32 CHRISTVS *decimas præcepit, dum dixit.* Hæc oportuit facere: illa non omittere.

33 *Verba* CHRISTI *de decimis ad Euangelij tempus referenda, non ad legem veterem retrotrahenda sunt.*

34 *Quo ad naturalem æquitatem (quia scilicet dignus est operarius mercede sua) fatetur B. Thomas decimas iuris diuini Euangelici esse.*

35 *Cum* CHRISTVS *dixit, reddenda Dei Deo, decimas intendit: nihil enim Dei est magis, quàm decimæ.*

36 *Quotam partem oblationum (quã Deus in lege veteri præcepit esse decimam) præsumitur à* CHRISTO *fuisse in noua confirmatam, vt qui legem adimplere, non soluere velle professus sit.*

37 *Præcepta Decalogi, nec ad fidem spectãt, nec ad sacramentorum rationem.*

38 *Haud minus obligamur nos ad recognitionem diuini dominij, quàm veteris legis populi obligarentur.*

39 *Sunt decimæ, quæ debentur tantùm iure positiuo.*

40 *Decimas personales de militia, scilicet, de negotio, de artificio non esse iuris diuini, asserunt Hostiensis, & Felinus.*

41 *Non mutantur decimæ consuetudine.*

42 *Vbi non soluuntur decimæ, pro decimis aliud datum est ecclesiæ.*

43 *De re sacra, & religiosa non transigitur.*

44 *In decimarum fructibus transactio, æstimatio, & ciuilis executio habent locum, etiam sine Episcopi consensu.*

45 *Res dat a ecclesiæ pro decimis, si perierit, non perit ecclesiæ, ideo contractus rescinditur.*

46 *Pro decima decimarum, quæ olim summis sacerdotibus soluebatur, Romanus Pontifex, quot vult decimas imponit clero.*

47 *Decimæ sub primum Decalogi præceptum rediguntur.*

48 *Honor Dei etiam in decimis consistit.*

49 *Cæremonialium cultus in lege gratiæ dãnatur: iudicialia ab habente potestatem possunt ad obseruantiam reuocari.*

50 *Iudicialia proximum, cæremonialia diuinum honorem, & obsequium respiciebant.*

51 *Figurato adueniente,* CHRISTO *scilicet, figurantia cessarunt omnino.*

52 *Cæremonialia non figuralia, sed reuerentialia non sunt sublata: immo durant in ecclesia.*

53 *Iure diuino euangelico decimæ debentur, dato quòd sub iudiciali præcepto sint, cum iubente summo Pontifice, ei etiam standum sit.*

54 *Fructus decimarum temporales sunt: ius autem spirituale.*

55 *Ius decimarum laico interdicitur.*

56 *Decimæ sunt hæreditas ordinis ecclesiastici.*

57 *Canonistæ decimas spirituales: Theologi spirituali annexas vocant.*

58 *Res sacræ à profanis per dedicationem rite factam distinguuntur.*

59 De-

59 *Decimæ non præscribuntur, quia in nullius bonis sunt.*

60 *Præscriptio subsistere non potest, nisi possessio præcesserit.*

61 *Consuetudini priuilegium præualet, incapax enim capax eodem fit.*

62 *Iuspatronatus pariter non præscribitur à laico.*

Ioan. Franc. Balbi error detegitur.

63 *Decimæ quauis petitione cessante, debent vltro offerri.*

64 *Debitum annuum, si non fuerit petitum suo tempore, sequentibus annis peti potest citra præscriptionem.*

65 *Consuetudo non soluendi decimas, de præteritis nō soluentes excusat, quousque iubeantur, & petantur, quo casu negantes peccant.*

66 *Præscriptio priuatis: consuetudo publicis personis acquirit.*

67 *Consuetudo, aiunt doctores, potest eximere laicum a decimis personalibus, non autem prædialibus.*

68 *Decimæ reduci possunt ad minorem partem: tolli non possunt. Ex Canonistis.*

69 *Quotam dicunt etiam sæpe à consuetudine terminari. Addunt etiam in prædialibus decimis.*

Henricus, & auctor contra ex Concilio Lateranensi.

70 *Nec diminui, nec tolli vlla ex parte possunt decimæ.*

71 *Vbi decimæ non soluuntur, obligatio decimarum in aliud Rom. Pontif. auctoritate commutata est.*

72 *Deus voluit decimas, vt ministri sui alerentur, ac diuinis præceptis liberius vacarent.*

73 *Decimæ propter fabricam, propter pauperes, & aduenas imperatæ sunt.*

74 *Leuitæ nihil aliud, quàm decimas, licite possederunt.*

75 *Decimarum commutatio beneficij publici causa facta est.*

76 *Decimæ alicubi extinctæ sunt penitus prædiorum compensatione, alicubi alio modo plus, & minus iuxta locorum rationem. Hincq. earum quantitatis varietas.*

77 *Hispania integras persoluit decimas.*

78 *Decimæ Dei patrimonium sunt.*

79 *Solutionis verbum magis substantiam obligationis respicit, quàm pecuniæ numerationem.*

80 *Nemo inuitus ad communionem compellitur.*

81 *Decimæ, si permutentur, consensu summi Pontificis indigent.*

82 *Nulla consuetudine decimæ abolentur, aut minuuntur, nisi accedente Papali auctoritate.*

83 *Quæ à sanctissimo Papa fiunt, ab ipso Deo facta videntur.*

84 *Laici tractare ecclesiastica negotia non debent.*

85 *Decimarum iudex non, nisi ecclesiasticus esse potest.*

86 *Curia Principis mixta ex clericis, & laicis constans non potest quidquam definire de decimis, quia iurisdictionem habet ab homine seculari.*

87 *Qui iurisdictionem mandatam habet, fungitur vice eius, qui mandauit, non sua.*

88 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm habet.*

89 *Curia Gallicana, quamuis mixta, nullum habet de decimis legitimum iudicium.*

90 *Princeps laicus, qui indulgentia Apostolica, aut recompensatione decimas tenere potest, si eadem in ipsum auctoritate summi Pontificis transferantur, de iisdem iudices dabit.*

91 *Non præsumitur, summum Pontificem decimarum ius transtulisse, nisi expressa in diplomate de eis fiat mentio.*

92 *Decimis translatis in laicum, locus datur præuentioni, laico etiam renitente.*

93 *Abolenda est praxis Hispaniensis, & Gallicana circa decimarum præscriptionem, modo, quo hic apud auctorem.*

94 *Carolus Quintus vetuit edicto, decimas à laicis exigi in Hispanijs, quæ in desuetudinem abierant: sed incassum, cum ei non competeret hæc iurisdictio.*

95 *Constitutiones laicorum de sacris, & spiritualibus, sunt potius destitutiones, aut destructiones.*

96 *In facti quæstione circa decimas clerici duos habent iudices, laicum, & spiritualem.*

97 *Conductor decimarum coram spirituali iudice conuentus, ad laicum non poterit declinare, etiam si pactum, aut iuramentum in contrarium intercedat.*

98 *Cum factum ex iure oritur, iuris iudex petendus est.*

99 *De facti quæstione in decimis potest cognoscere ciuilis iudex, non excluso tamen ecclesiastico.*

100 *Vigintisex pœnæ, totidemq. fere præmia enumerantur soluentium, & non soluentium decimas.*

101 *Carolus Martellus, quòd decimis suos commilitones recompensarit, sacrilegij infamis apud posteros euasit.*

De decimis, & an sint iuris diuini, possintq. praescribi, & qui causarum huiusmodi sit iudex competens. Cap. XIX.

DECIMAS quoque sacerdotibus esse debitas, nemo sanæ mentis dubitat: sed quo iure debeantur, quæstionis est: alij enim iure naturæ cõstitutas arbitrantur, alij diuino, veteri scilicet, non item euangelico, plures vtroque: nonnulli neutro: sed positiuo, & Pontificio introductas fuisse opinantur: videamus ergo nos cuius sint iuris. Hugo de Sancto Victore[a] scribit, decimas ante legem, id est tempore naturæ, fuisse in consilio, sub lege in præcepto: quasi inferre velit, esse iure, atque instinctu naturæ hominibus insinuatas: siquidem Abel munera de fructibus terræ, & primogenitis gregis sui Domino offerebat[b]. Quòd si dicas, ibi sermonem haberi de primitijs, non autem de decimis, responderi poterit, Abraham ante legem de omnibus, quæ quinque Regibus eripuerat, decimas Melchisedech sacerdoti dedisse[c]: quod & Apostolus[d] de eo loquens, testatur his verbis. *Intuemini autem, quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha*. Et Iacob cum à patre iussus esset in Mesopotamiam ire, vt ibi vxorem acciperet, easdem vouit, inquiens[e]. *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusq. fuero prospere ad domũ patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumq. quæ dederis mihi, decimas offeram tibi*. Non est autem, cur in his laboremus, cum in primo huius voluminis libro[f] ostensum sit, & ipsos ethnicos suis mendacibus dijs deberi decimas censuisse, & sacerdotibus religiose persoluisse. Quod & Liuius[g], & Plutarchus[h] de Romanis testãtur: qui plerumque decimas vouerunt, & votas exactè reddiderunt, adeo, vt cum forte contingeret vouentem decedere, antequam voto satisfecisset, eius hæres voti reus efficeretur[i], hoc est ad reddendũ, quod suus testator viuens vouerat, tenetur. Isti igitur nullo legis præscripto decimas dabant, sed quadam naturali ratione dictante, quæ sane suadet, vt eum, qui tot nobis bona elargitus est, in decimis recognoscamus. Deus enim noster, qui dignatus est (ait Augustinus[k]) totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere: natura siquidem docet, aliquid bonorum omnium largitori esse tribuendum[l]; quam vero partem soluere deberemus, nequaquam præscripsit. Deus vero populo suo legem tradens, declarauit decimam partem esse debere, quæ sibi penderetur: nam in Exodo[m], *Decimas tuas non tardabis reddere*. Et in Leuitico[n], *Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Omnium decimarum boum, & ouis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino*. Et alibi passim. Natura igitur dictat, vt Deo veluti in recognitionem supremi eius dominij, cui vniuersus orbis subijcitur (*Domini est* enim *terra*[o], *& plenitudo eius*) aliquid demus: & sicut tributa, quæ terreno Imperatori penduntur, eius in subditos imperij, ac dominij argumentum esse tradunt iuris ciuilis interpretes[p]: ita & decimæ tributa sunt, ait Augustinus[q], quibus cælesti Imperatori honorem debitum impartimur, ad ipsius scilicet in nos potestatis plenitudinem exprimendam accommodata, ne appareamus (vt legitur in Ecclesiastico[r]) ante conspectũ Domini vacui: quam vero partem sibi deberi voluerit Deus, explicauit. Quare dicendum est, iuris potius diuini, quàm naturalis esse decimas: quod & Petro Rebuffo[f] placuit, qui eleganter ita ratiocinatur. Si diceremus de iure naturæ decimas esse, sequeretur homines ad eas soluendas ante promulgationem legis à Deo ligatos fuisse, perinde peccasse non soluentes: sed Iacob vouit eas, ergo non tenebantur iure naturali, nec deberi poterãt, antequam declaratum esset, quæ pars persoluenda esset. Erunt igitur decimæ iure diuino, ratione quadam naturali dictante constitutæ, non positiuo, vt male nonnulli sunt arbitrati: nam iure diuino, & naturali debitas esse, asseuerant glossa, Archidiaconus, & alij[t]: Innocentius[u] quoque, Ioannes Andreæ[x], Antonius[y], Abbas[z] & Alexander[a], quorum opinionem communem esse testatur Franeus[b]. Immo Innocẽtius[c], fere hæreticos esse air dicẽtes decimas etiã sub lege gratiæ non esse debitas iure diuino, sed positiuo tantum. Sunt etiam, qui præmissam opinionem veram esse arbitrentur in decimis prædialibus tantum, non item in perso-

a lib. 3. de sacram. p. 2. c. 4. & 11.
b Genes. 4.
c Gen. 14.
d Hebr. 7.
e Genes. 28.
f lib. 1. c. 14
g lib. 5.
h in Lucullum.
i l. 2. § vlt. de pollicit.
k ser. 219. & c. decimæ, & c. quoniam 16. q. 1.
l Eccl. 35.
m Exod. 22.
n Leuit. 27.
o Psal. 23.
p ad l. 2. C. de Præscrip. 30. annor. q d. c. 66.
r d. c. 35.
f in tract. de decimis q. 1. nu. 20.
t ad c. 1. de decimis.
u ad c. vlt. de paroch.
x ad rub. eo. de decimis.
y ad c. parochianos eo.
z ad c. aliquibus. eod.
a consil. 40. vol. 4
b ad c. 1. de decimis.
c ad d. c. vl. de paroch.

personalibus, quas iure humano, non diuino debitas esse existimant, vti Hostiensis [d], & Felinus [e], hancq. communi interpretum consensu receptam esse, scribit Cardinalis [f]. Cum tamen Iacob [g] vouerit, se daturum decimas rerum omnium, quas sibi dedisset Deus, & Publicanus apud Lucam [h]. *Decimas do*, inquit, *omnium, quæ possideo*. Vnde B. Augustinus [i] loco citato. *Deus noster, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Sed si tardius dare peccatum est, quanto magis peius est peccatum non dedisse? De militia, de negotio, & de artificio redde decimas*. Nec aduersatur illa CHRISTI apud Matthæum reprehẽsio [k], ibi. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem.*
10 Namque Pharisæi, quasi perfectam legis iustitiam sibi adscribentes, etiam de hisce minutis decimas persoluebant. Neque tamen de hoc, vt bene adnotauit S. Thomas [l], à Domino reprehendebantur, sed ob id vero, quòd maiora præcepta contemnebant, leuiora sectantes: ideo CHRISTVS subdit. *Hæc oportuit facere, & illa non omittere*. Itaque videmus, CHRISTVM velle ea, quæ legis sunt grauiora, obseruari, nempe iudicium facere, misericordiam habere, & & fidem profiteri, & prædicare, sed & decimas solui. Videamus igitur & nos, num decimæ sint de iure diuino euangelico, an humano tantum: nam Alphonsus à Castro [m] dicit, communem Theologorum sententiam esse aduersus Canonistas, qui eas à iure diuino initium sumere constanter asseuerant. Didacus tamen Couarruuias [n], etsi Canonista, Theologorum partes tuetur, vt decimæ sint de iure positiuo, non autem diuino Euangelico: quam sane opinionem fortissimis rationibus sibi videtur comprobare. Quarum prima est, quòd nulla ratio natu-
11 ralis suadet, ministrantibus spiritualia magis dandam esse decimam, quam nonam, octauam, vel quartam, aut aliam partem. Altera, quòd hodie, hoc est post CHRISTI aduentum, ea solum de lege diuina tenemur seruare, quæ à CHRISTO IESV etiam per eius Apostolos nobis præcepta sunt, iuxta illud Matthæi [o]. *Docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis*. Cui suffragatur illud Pauli [p] in actibus Apostolorum. *Non enim*, ait, *subterfugi, quominus annunciarem vobis omne consilium Dei*. Atqui de solutione decimarum, neque in doctrina CHRISTI, neque in doctrina Apostolorũ quidquam continetur, ergo nequaquam tenemur iure diuino decimas soluere. Deinde scribit S. Thomas [q], nullum in lege euãgelica contineri præceptũ, quod nõ sit iuris naturalis, præter præcepta de sacramentis,
12 atque de fide ex illo. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*: præceptum vero de solutione decimarum, nec ad sacramenta, nec ad fidei articulos pertinere: igitur in lege euangelica minime contineri. Accedit quartò, ea, quæ sunt iuris naturalis, aut euangelici, mutari, aut minui non posse, nec vlla consuetudine deleri. Atqui decimæ possunt consuetudine [r] diminui, non erunt ergo iuris naturalis, aut diuini euangelici. Vltimò eiusmodi opinionem hac ratione confirmat, quòd eodem iure, quo decima fuit indicta plebi Israel ad alimenta Leuitarum, fuit itidem ipsis Leuitis indictum, vt decimam decimarum summo sacerdoti soluerent: sed hæc decima decimarum sub lege euangelica nõ debetur iure diuino summo Rom. Pontifici, nec ei soluitur. Nec decima à laicis clericis soluẽda hodie legis diuinæ euangelicæ præcepto debetur. Præterea & illud addi potest, in quo potissimum cardo istius quæstionis vertitur, nempe decimas non esse, nec fuisse sub præcepto mo-
13 rali, vt & ipse Thomas [s] asserit, sed sub cæremoniali, vel iudiciali: sed ista duo præcepta cæremonialia, & iudicialia, lata lege euangelica, cessarunt, vimq. præceptorum amiserunt: quod Apostolus ostẽdit dicens [t]. *Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in CHRISTO, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo*. Et alibi [u]. *Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate CHRISTVS nos liberauit*. Et idem Apostolus ad Hebræos scribens [x], *Translato*, inquit, *sacerdotio, necesse est legis quoque trãslatio fiat*. Ex quibus nulli dubium esse potest,
14 quin lex vetus per legem à CHRISTO latam sit adeo antiquata, vt plane hæreticum sit asserere, legem veteris Testamenti seruandam esse simul cum lege noua, vti ex Actibus Apostolorum [y] constat, & docet
15 B. Augustinus. Moralia verò veteris legis præcepta adhuc legis virtutem habent, ac semper habebunt, non ex potestate veteris legis (vt excellenter Dominicus Soto [z] demonstrat) sed ex eo, quòd sint à natura ipsa

d in summa tit. de decim. colum. 5.
e ad c. causam de præscrip. col. 1.
f ad c. 1. de decimis.
g Genes. 28.
h Luc. 18.
i d. ser. 219. de quadrag. 68. in. 9. 10.
k Matt. 23.
l 2. 2. q. 87. art. 2. ad 3.
m lib. de hæresib. in verbo decima.
n lib. variarum. resolu. c. 17. n. 3.
o Matt. vlt.
p Act. 20.
q quodlib. 4 art. 13.
r c. 23. de decimis.
s 2. 2. q. 87. art. 2.
t Galat. 3.
u Galat. 4.
x Hebr. 7. & c. 3. de constit.
y Act. 15.
z li. de hær.

ipsa prodita, & constituta, & à CHRISTO
IESV in lege euangelica, eadem prorsus
ratione, qua & naturali debuerunt, tradita.
Si ergo decimæ non continentur sub aliquo
præcepto morali, nec quidquam de eis in
lege euangelica fuit institutum, nemo dixe-
rit esse iuris diuini euangelici, sed Pontifi-
cij tantum. Quæ omnia, licet nobis non mi-
nimum negotij facessere videantur, non du-
bitamus tamen, quin rectior, & verior sit
nostrorum interpretum sententia, quam, ex
recentioribus, sequuti etiam sunt Rebuffus [a],
Andræas Hispanus [b], Episcopus Aiacensis,
& Albertus Pighius [c]. In his enim, magis
standum esse Canonistis, quàm Theologis,
dicunt Petrus de Ancharano [d], & Marcus
Antonius Natta [e]: quorum sententia defen-
di potest etiam vnanimi sanctorum Patrum
consensu, Romanorum Pontificum sanctio-
nibus, Conciliorumq. cum prouincialium,
tum œcumenicorum decretis. Namque
Beatus Hieronymus Damaso Papæ inter-
roganti, num visus decimarum, & oblatio-
num secularibus prouenire posset, respon-
dit [f]. *Nouit vestra sanctitas, omnino non
licere, protestantibus hoc diuinis auctorita-
tibus paternorum canonum. Quamobrem, si
aliquando fuerint ab eis male detenta, quæ
diuini iuris esse noscuntur, et in vsum trāsie-
rint monachorū, & seruorum Dei*, &c. Qua-
propter idem Hieronymus explicans illa
Malachiæ [g] verba. *Reuertimini ad me, &
reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum,
& dixistis: in quo reuertemur? Si affliget
homo Deum, quia vos configitis me, & dixi-
stis, in quo configimus te? In decimis, & in
primitijs: & in penuria vos maledicti estis?
& me configitis gens tota. Inferte omnem de-
cimam in borreum, & sit cibus in domo mea;
& probate me super hoc, dicit Dominus: si nō
operuero vobis cataractas cæli, & effudero
vobis benedictionē vsque ad abundantiā*, &c.
post multa dicit. *Si quando fames, & penu-
ria, & rerum omniū egestas opprimunt mun-
dum, sciamus hoc ex Dei ira descendere, qui in* 16
*pauperibus, si non accipiant eleemosynam,
fraudari se loquitur: & suas possessiones pos-
sumus decimas, & primitias interpretari.*
Sanctus quoque Ambrosius [h]. *Qui Deo*, in- 17
quit, *non vult reddere decimas, quas retinuit,
& homini non studet reddere, quod iniuste
ab eo abstulit, non timet adhuc Deum, &
ignorat, quid sit vera pœnitentia, veraq. con-
fessio. Iste talis homo non potest veram*, vel
vt alij legunt, *bonam facere eleemosynam*.
Nec à magistro dissentit discipulus excellē-
tis ingenij, & sanctitatis eximiæ vir, B. Au- 18
gustinus, qui ait [i]. *Si decimas dederis, non
solum abundantiam fructuū recipies, sed etiā
sanitatem corporis, & animæ consequeris*. Et
paulo post. *Cum enim decimas dando, & ter-
rena, & cælestia possis præmia promereri:
quare pro auaritia duplici benedictione frau-
daris? Hæc est enim Dei iustissima consue-
tudo: vt, si tu illi decimam non dederis, tu ad*
19 *decimam reuoceris. Dabis impio militi, quod*
20 *non vis dare sacerdoti. Benefacere semper
Deus paratus est, sed hominum malitia pro-
hibetur: decimæ enim ex debito requiruntur,
& qui eas dare noluerit, res alienas inuasit.*
21 Scribit etiam ipse Augustinus [k]. *Maiores*
22 *nostri ideo copijs omnibus abundarunt, quia
libentius decimas Deo dabant, & Cæsari cen-
sum reddebant: modò autem, quia decessit de-
uotio fidei, accessit indictio fisci. Nolumus
partiri cum Deo decimas, modo autem tollitur
totum. Hoc tollit fiscus, quod non accipit
CHRISTVS*. Hæc Augustinus. Ex quibus
facile est intelligere, hos sanctos Patres vel-
le ius decimarum perinde in lege euangeli-
ca, atque in lege veteris Testamenti subsi-
stere, atque ita fidelem populum docuisse.
Nec vlli dubium esse potest, quin sanctorū
Patrum consensum in re dubia obseruare
23 nos voluerit CHRISTVS, vt certæ, & in-
dubiæ veritatis argumentum, quod & Al-
bertus Pighius [l] docet. Nec ab auctoritate
ipsorum Patrum recesserunt Romani Ponti-
fices. Namque Vrbanus Papa Secundus.
24 *Admonemus*, inquit [m], *atque præcipimus, vt
decimas omnino dari Deo non negligatur,*
25 *quas ipse Deus dari constituit: quia timendū
est, vt quisquis Deo debitum suum subtrahit,
ne forte Deus per peccatum suum auferat ei
necessaria*. Nicolaus quoque Secundus [n].
*Præcipimus, vt decimæ, & primitiæ, seu obla-
tiones viuorum, & mortuorum ecclesijs Dei
fideliter reddantur à laicis, quas qui retinue-
rint, à sancta Ecclesiæ communione separen-
tur*. Gregorius Septimus [o]. *Oportet autem
congruentius nos decimas, & primitias, quas
iure sacerdotum esse sancimus, ab omni popu-
lo accipere, quas fideles, Domino præcipien-
te, offerunt, iuxta illud vaticinium Mala-
chiæ Prophetæ. Inserte omnem decimationem
in borreum meum, & sit cibus in domo mea.*
Alexander Tertius Rhemēsi Archiepiscopo
rescribens ait [p]. *Cum decimæ non ab homi-
nibus, sed ab ipso Domino sint institutæ, quasi
debitum exigi possunt*. Et Innocentius Ter-
tius Vercellensi Episcopo interroganti, num
decimæ ab imperiali culmine concedi pos-
sent, aut remitti, respondit [q], neminem pos-
se à solutione decimarum quemquam exi-
mere,

a d. tract. de decim. q. 2. nom. 14.
b eod. tract. summ. 2. n. 1.
c lib. 5. c. 9 hierar. eccl.
d in disput. incipiēte an tiquis, & mo dernis tem poribus.
e cons. 236. lib. 2.
f cap. vl. 16. q. 1.
g Malac. 3.
h in serm. 1. quadrages. & quo c. 5. ea. 16 q 2 & c. 4 ead. q. 7. 2.
i in ser. 219. de tempore, de quo c. 66. ead. 16. q. 1.
k c. 8. ead. 16. q. 7.
l d. c. 7. vel. videsquo pa tio.
m c. 2. ead. q. 2.
n c. 3. ea. q. 1
o c. 1. ea. q. 7
p c. 24. d. de cimis.
q c. 25. eod.

Digitized by Google

mere, quæ diuina constitutione debentur.
Rursus [r]. *Nimis profectò iniquum videtur, si*
decima, quas Deus in signum vniuersalis do-
minij sibi reddi præcepit, suas esse decimas, &
primitias asseuerans, occasione præmissa, vel
excogitata magis fraude diminui valeant,
cum debita sit solutio decimarum in tantum,
vt ad eas clericis exhibendas, quibus eas ip-
se pro suo cultu concessit, laici, si forte moniti
reddere noluerint, ecclesiastica sint distri-
ctione cogendi. Clemẽs quoque Papa Quin- 26
tus [s] vult, illos religiosos, qui aliqua, vt au-
dientes à decimarum ecclesijs debitarum
solutione retrahant, in sermonibus suis, vel
alibi proferre præsumunt, excommunicatio-
nis ipso facto subiacere sententiæ. Restat, 27
vt conclusio nostra Conciliorũ decretis ap-
probetur. Atqui in Concilio Rothomagen-
si habetur. *Omnes decimæ terræ, siue de*
frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt,
& illi sanctificantur boues, & oues, & capræ,
quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid
demum venerit sanctificabitur Domino. Non
eligetur nec bonum, nec malum, nec altero cõ-
mutabitur. Si quis mutauerit, & quod mu-
tatum est, & pro quo mutatum est, sanctifi-
cabitur Domino, & non redimetur. Sed quia
modo multi inueniuntur decimas dare nolen-
tes, statuimus, vt secundum Domini *nostri*
præceptum admoneantur semel, & secundò,
& tertiò. Qui si non emendauerint, anathe-
matis vinculo feriantur vsque ad satisfactio-
nem, & emendationem congruam. In Mo-
guntiensi [u]. *Decimas Deo, & sacerdotibus* 28
Dei dandas, Abraham factis, & Iacob pro-
missis insinuat: deinde lex statuit, vt omnes
sancti doctores commemorant. Si quis autem
dixerit, huiusmodi concilia non esse gene-
ralia, atque ideo non tantam eis haben-
dam esse fidem: respondebo, quamuis sint
prouincialia, fuisse à summis Pontificibus
confirmata, proinde generalium auctorita-
tem, ac vim in Ecclesia obtinuisse; sed etiam
in generalibus idem constitutum, atque
longe apertius declaratum reperiri, & præ-
sertim in vniuersali illo, omniumq. celeber-
rimo Concilio, in quo circiter 1300. patres
conuenerunt, cum omnium Regum, vtriuf-
que etiam Imperij Legatis, Lateranensi sci-
licet, sub Innocent. III. celebrato, ac per 29
excellentiam *Generali* nuncupato, cuius au-
ctoritate expresse statuitur decimas [x] esse à
CHRISTI fidelibus necessariò persoluen-
das, ex diuina iussione in signum vniuer-
salis dominij, quasi quodam speciali titulo
sibi reseruatas. Quod & dixerunt sancti pa- 30
tres, qui œcumenicæ Tridentinæ synodo in-

r c. sequen.

s clem. 1. eo. de decimis.

u in c. a. cõc. 4. 5.

x in c. 32. in fi. cũ seqq. & decim. in C. 6 cibo autem sub const. 32.

tersuerunt, his verbis [y]. *Cum decimarum*
solutio debita sit Deo, *qui eas dare noluerint,*
aut dantes impediunt, res alienas inuadunt.
Quod autem comminiscitur Didacus Co-
uarruuias [z], parum equidem subtiliter: vt,
scilicet, vbicumque asseritur decimas esse
iuris diuini, intelligatur de veteri iure, de
lege videlicet à Deo ante CHRISTI aduẽ-
tum lata, non æque de lege Euangelica,
quæ nihil de decimis præcipit, atque Eccle-
siam Catholicam sub lege gratiæ militantẽ,
antiquioris Ecclesiæ æmulatam sanctitatẽ,
ex veteri Testamento decimam fructuum
partem in ecclesiasticorum ministrorum
alimenta, & sustenrationem soluendam
esse censere: quia respondetur, sanctos il-
31 los patres, Pontificesq. & concilia de iure
nouo diuino potius, quàm veteri voluisse
intelligere: cum verba accipi debeant in
potiori [a] significatione: atqui nouo, non
veteri obstringimur. Quòd autem nulla fiat
decimarum mentio in Euangelio, si quis
bene attenderit CHRISTI verba apud Mat-
thæum [b], & Lucam [c], vtique videbit etiam
diuino iure Euangelico debitas esse sacer-
dotibus decimas. Reprehendit CHRISTVS
Scribas, & Pharisæos, quòd essent nimis di-
ligentes in persoluendis decimis earum re-
rum, quæ nullius prope sunt momenti, vt
de menta, anetho, & cymino, negligentes
vero, immo maleuoli, cum ea, quæ in lege
sunt grauiora, relinquerent, iustitiam, mi-
32 sericordiam. fidem. Quapropter CHRISTVS
subiungit. *Hæc oportuit facere, illa non omit-*
tere, nempe decimas soluere etiam de rebus
minimis: quibus verbis decimarum solutio
33 confirmatur. Nec placet expositio S. Tho-
mæ [d], licet eius apud me auctoritas maxi-
ma sit, vt ad tempus præteritum legalis ob-
seruantiæ videatur id esse referendum: cum
referri debeat ad Euangelij tempus, vt di-
34 sputat etiam [e] Natta. Quamuis idem Tho-
mas in responsione [f] asserat pro eo, quod
decimarum solutio venit sub præcepto mo-
rali, esse iam iuris diuini Euangelici [g], quia
dignus est operarius mercede sua. Nam &
CHRISTVS iniunxit [h], reddenda esse
Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & quæ sunt Dei,
35 Deo. Hoc est tributum, & censum Cæsari,
Deo vero decimas: nihil etenim magis Dei
est, quàm decimæ: nam ipsemet dixit [i], *De-*
cimæ, & primitiæ, meæ sunt. Si igitur deci-
mæ Dei sunt, & CHRISTVS iubet ea, quæ
Dei sunt, Deo reddi, fit profectò, vt iuris
diuini Euangelici sint decimæ, non huma-
ni. Quod etiam probat Remundus [k] Rufus
aduersus neotericos Iurisconsultos. Reliquũ
est, vt

y in c. 12 de refor. sess. 25

z d. c. 17. n. 2. vers. sic. & præter has. lib. 1. variarum resolu.

a in l. 1. §. si ager vectig. petat.

b Matth. 23.

c Luca 11.

d 2. 2. q. 87. ar. 1. in secũdo argum.

e d. cõs. 136 lib. 1.

f d art. 1. in resp. ad 2.

g Matth. 10. & 1. Cor. 9.

h Matt. 22.

i Exod. 22. Deut. 12.

k in defensione pro Põtifice Max. fol. 426.

est, vt respondeamus Didaci obiectionibus: ac in primis, dum ait, nullam naturalem rationem suadere, spiritualia ministrantibus magis dandam esse decimam, quàm aliam quamuis partem; respondendum est (vt ab initio diximus) naturalem quidem rationē nobis suadere aliquid dandum: sed quam partem natura nesciuit explicare, explicauit ipse Deus, cui reddendæ erant decimæ. Et cum in nouo Testamento nihil de deci- 36
mis immutatum sit, verisimile est eandem decimam partem confirmare CHRISTVM voluisse, qui se non ad dissoluendam, sed ad impleodam veteris Testamenti legem venisse apud Matthæum [l] profiteatur. Qua responsione & secundum Didaci argumentum euertitur, quo oitiur ostendere nullam in lege Euangelica decimarum fieri mentionem, cum expresse factam fuisse apud Matthæum [m], & Lucam [n] luce clarius probatum sit. Tertium eiusdem fundamentum erat ex doctrina Beati Thomæ [o], nullum in lege noua præceptum contineri, quod noo sit iuris naturalis, exceptis de sacramentorum institutione, & efficacia, præceptis, & articulis fidei: ergo, cum decimæ, nec ad sacramenta, nec ad fidem pertineant, de iure diuino Euangelico nō sunt. Atqui præsuppositum B. Thomæ videtur aliquantulū claudicare. Nam si dicamus absolute, hæc pendere ex veteri, ac abolita lege Mosaica, quæ superueniente euangelica, robur amisit, fateri etiam oportebit nos non obligari præceptis Decalogi, cum ea ad fidem non spectent, sacramenta non respiciant, nec iuris sint naturalis. Verum, si confiteamur, vt confitemur, ea apud nos etiam ounc vige- 37
re, vimq. atque efficaciam habere, obligationemq. inducere (quia nec figuram futuri gerebant, nec pertinebant ad status ciuilis illius veteris populi gubernationem: sed instruebant homines ad bene se gerendum erga Deum, & proximum) pari ratione fateri necessarium erit, apud nos locum habere obligationem illam de persoluendis sacerdotibus decimis: non enim minus, quàm illi Deum recognoscere debemus bonorum 38
omnium parentem & largitorem, ac supremum, & vniuersalem dominum, vt ait Innocentius Tertius [p]. Quorum titulorum causa ipse decimas sibi reseruauit omnium, suisq. sacerdotibus, & alijs Ecclesiæ administris exacte persoluendas mandauit. Idcirco non ex vno, aut altero laicorum fundo hæc decimarum tributa, vel vectigalia capi voluit, sed ex omnibus, ex fœtu, ex lana, ex arbore. Quid enim magis imperatoriam, aut regiam dignitatem, aut maiestatem repræsentat, si (vt diximus de doctorum ciuilium mente) tributa vniuersalis, & dominij, & imperij testimonium sunt? Atque ideo, prout in lege veteri, ita & in noua non est dubium, quin decimæ omnium, seu terræ oascentium, seu pecorum, ac armentorū, & quorumcúque sub virga pastoris transeuntium, domini sint, eidem sanctificata, cum nusquam nobis magis, quàm veteri populo easdem remissas fuisse legatur. Quarto loco illud nobis faciebat quæstionem, quòd decimæ possunt minui consuetudine, vel ipsa adstipulaote [q] Pontificia sanctione: quòd si iuris essent diuini, & Euangelici, nequaquam possent. Sed erant à Didaco paulò attentius canonis verba expendenda, quæ ita concipiuntur. *Illæ quippe decimæ necessario soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, & loci consuetudine approbata.* Hæc Concilium generale Lateranense. Debētur enim ex iure diuino decimæ omnium, quæ
39 ex terra nascuntur, & quæcumque sub virga pastoris transeunt, vt expresse in libro [r] Leuitici continetur. Sunt & nonnullæ aliæ, quæ forsan non debentur iure diuino, sed positiuo ex consuetudine introducto, vti de militia, de negotio, de artificio, de quibus reddendas esse decimas S. Augustinus [s] vi-
40 detur præcipere. Hasq. quas nos persooales appellamus, noo esse iuris diuioi asseuerant Hostiensis [t], & Felinus [u], quorum opinionem communi interpretum suffragio receptam esse scribit Cardinalis [x]. Quod an verum sit, dubito: non inficior tamen coosuetudinem optimam esse legum [y] interpretem, vt cum non ita perspicue constaret decimas personales diuino iure deberi, censuit sacrosanctum gcoerale Concilium, non eas modo decimas, quas manifeste constat iure diuino esse debitas, sed & alias, si quæ sunt vsu, atque consuetudine introductæ, & approbatæ. Mutari ergo decimæ non pos-
41 sunt consuetudine. Et licet quibusdam in locis non integræ persoluantur, in alijs vero nullæ præstentur, id tamen intelligi debet non esse consuetudine abrogatum, aut immutatum, sed decimas, vel ius decimarum esse in aliud commutatum, in prædia vide-
42 licet, possessiones, & proprietates ex consensu summi Pontificis, sine cuius auctoritate nihil valeret permutatio [z], etsi Rebuffus [a] videatur dicere, etiam de consensu Romani Pontificis transigi de decimis non posse, sic vt laicus omnino eximatur à decimarum solutione. Rebuffus loquitur, quando nihil datum sit in recompensationem

non

l Matth. 5.
m Matt. 22. & 23.
n Luca 11.
o ex quol. 4 art. 13.
p d. c. 26. de decimis.
q in cap. 32 eod.
r Leuit. vlt. in fine.
s d. c. 68. q. 1
t in sum. tit. de dec. col. 5
u ad cap. in causam. de prescr. col. 1
x ad c. 2. de decimis
y l. 16 ff. de legib. & c. fi. de consuet.
z glos. & Doctores ad c. 2. de transactionibus.
a in tract. de decim. q. 13. num. 29.

non item si aliquid datum, aut receptum. Et quanquam Alexãder Tertius [b] rescribit, 41 transigi super re sacra, & religiosa non posse, quia dare, retinere, aut promittere aliquid, vt res sacra possideatur, simoniacum est, nihilominus tamen valet transactio, si pro illis etiã detur temporale, vel pecunia, 44 & hoc, quia etsi decimæ per se sunt sacræ, & spirituales, hoc est ius decimarum, fructus tamen earum, qui temporales reputantur, sub æstimationem & pretium cadunt, atque à laicis possunt [c] conduci, & in causa executionis capi, vt præfatus Rebuffus [d] scriptum reliquit, etiam sine Episcopi consensu, vt glossa [e], & doctores [f] tradunt, præsertim Decius [g], & Geminianus [h]. Qua in re mihi 45 probatur Imola [i], dicens: quòd si domus, vel quævis alia res temporalis data fuerit pro futuris decimis, & casu ate perierit, tũc ecclesia non erit obnoxia compositioni, sed decimas de nouo exigere poterit. Quod nõ displicuit Barbatio [k]: immo ille, qui transegit, potest nomine Ecclesiæ agere ad rescissionem transactionis, ne detur occasio malis administratoribus [l] rem dimittendi: sicq. in Parisiensi Senatu iudicatum fuisse, testatur idem Rebuffus [m]. Vltima Couarruuias obiectio erat, quòd in veteri lege Leuitæ decimarum eis debitarum, & solutarum decimam summo Sacerdoti persoluebant, & persoluere tenebantur: quod in Euangelica lege non extat. Ad hanc respondet B. Thomas [n], quòd eadem ratione sacerdotes no- 46 uæ legis tenentur summo Pontifici decimarum decimam soluere. Nam Leuitæ sub sacerdotibus erant: qua ratione Deus mandauit, vt summo Sacerdoti loco primitiarum, decimã decimæ præstarent: dictat enim naturalis ratio, vt illis, qui habent animarum curam, de communibus multitudinis facultatibus prouideatur, quo facilius exequi possint ad communem salutem spectantia vacui ab omni humanæ necessitatis solicitudine, atque modestia: quod firmiori nequaquam probatione indiget, satis enim perspicuum est. Romanus vero Pontifex, licet ab inferioribus sacerdotibus quotannis decimarum decimam non exigat, cum tamen aliqua vrget necessitas [o], aliquodve Ecclesiæ imminet periculum, decimam imperat, quandoque etiam non semel, sed iterum, & tertiò, & pluries, vt libet, quæ libenti animo, vti iure debitæ, persoluuntur. Ad illud vero, quod ipse obijciebam, decimas non contineri sub præcepto morali, sed iudiciali, quod per legem Euangelicam est sublatum, respondeo, præceptum de persoluendis decimis mihi videri à præcepto morali pendere, comprehendiq. sub primo Decalogi mandato, quo Deum ple- 47 nè, sanctéq. colere iubemur. *Vnum cole Deum*, &. *Soli Deo honor* [p], *& gloria*. Quod & illa ipsius Domini apud Malachiam [q] verba aperte indicant. *Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus?* Honor Dei in decimis 48 etiam consistit. Vnde Sanctus Augustinus [r]. *Si decimas dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis, & animæ consequeris. Non igitur*, ait, *Dominus Deus præmium postulat, sed honorem.* Præterea idem Beatus Thomas [s] fatetur, decimas esse partim sub præcepto morali, ex eo, quòd tenemur ijs, qui nobis spiritualia administrant, subuenire, ne violare videamur, quod in lege Moysi [t] nobis præcipitur, vbi dicitur. *Non alligabis os boui trituranti*. Cui suffragatur illud Apostoli [u]: *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* partim, quota scilicet, sub præcepto iudiciali. Iam dixi, etiam in veteri Testamento decimam ab initio non fuisse constitutam, editis tamen tabulis legis, illam partem, quam sibi debitam esse profitebatur Deus declarauit decimam esse. Et cum in lege Euangelica nihil, quo ad decimam immutatum sit, est etiam verisimile eandem decimam partem sibi CHRISTVM constituisse, ne nobis merito obijci possit, quod Iudæis apud Matthæum ipse dixerat. *Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus, quàm Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Et cum decimæ præstentur in recognitionem vniuersalis, & supremi diuini domini, nonminus nos, quàm illi CHRISTVM omnium auctorem, & largitorem recognoscere debemus. Quidquid tamen sit, quando etiam diceremus cum ipso S. Thoma, decimas partim esse sub præcepto morali, partim, nempe quota, sub præcepto iudiciali, idem quo- 49 que est, & eundem operatur effectum, ac si diceremus esse iuris diuini Euangelici: nam licet præcepta cæremonialia non possint (vt idem Thomas [x] auctor est) nunc absque crimine obseruari, nec iterum statui: iudicialia tamen possunt iterum ab habente iurisdictionem constitui: ijsq. nouiter statu- 50 tis impune paretur: immo parere necessarium est. Iudicialia siquidem pertinent ad iustitiam hominibus exhibendam, iusque vnicuique tribuendum, ex quibus leges veteris Testamenti æstimantur, quarum obser-

b in c. 7. de transaction.
c c. 3. el le. [illegible] cap. & c. conduc [illegible] & ali [illegible] ad c. fin. de foro com p. [illegible]
d [illegible] tract. de litt. et [illegible]
e f ad c. fin. de rer. permut. [illegible] ad c. ve sup. et de reb. eccl. nõ al[ien].
g ad c. venerabilis. col. [illegible] de confirm. vtil. vel inutil.
h cons. 17.
i ad c. fin. de [illegible]
k d. c. vt su- per.
l c. eod. & reb. eccl. alien. vel non.
m d. q. 13. n. 34.
n 2. 2. q. 87. ar. 1. ad 3.
o clem. fin. de decim.
p Exod. 19. & Leuit. 19.
q Malach. 1
r Serm. de tẽpore 219. de quo in can. 66. ead. 16. q. 1.
s d q. 87. ar. 3. in respons.
t Deut. 25.
u 1. Cor. 9.
x d q. 87. ar. 1. in resp.

obseruatio iudicibus ipsis incumbebat, vt proximo redderetur, quod suum esse constaret, paxque & concordia absque vllius iniuria inuiolabiliter custodiretur; cæremonialia verò respiciebant ea, quæ ad diuinum cultum, ad reuerentiam, honorem, & obsequium Deo exhibendum sanciebantur, vti
Apostolus ad Romanos scribens y, dicit. 51
Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Verum quoniam hæc fuerunt ob eam causam statuta, & ordinata, vt præfigurarent CHRISTI mysteria futura, ideo eorum obseruatio parit peccatum, & præiudicat fidei veritati: secundum quam confitemur illa præfigurata mysteria CHRISTO adueniente, consummari, & compleri, proinde cessasse, præsertim ea, quæ significabant eius, & fu-
turæ legis Euangelicæ aduentum: vtpote 52
immolatio agni, circumcisio, & si quæ sunt alia similia, non æque illa, quæ, etsi erant cæremonialia, magis tamen pertinebant ad deuotionem quandam, ac ritum sacrificiorum, & eorum ornatum, quàm ad futuræ legis, CHRISTIq; nasrituri præfigurationem; eiusmodi sunt sacerdotum vestes, altaria, cantus, organa, thuris vsus, primitiarum, & oblationum solutio, & his similia, quæ etiam post Euangelicam legem ab Ecclesiarum Prælatis, & Principibus fue-
runt z statuta. Cùm igitur iudicialia pos- 53
sint etiam tempore gratiæ absque vllo peccati reatu obseruari, immo cum ad eorum obseruantiam obligemur, si imperata fuerint ab eo, qui ius condendi legem habet; fit profectò, vt, quando decimæ non essent iuris diuini euangelici, teneremur ad earum solutionem perinde, ac si essent, cum constitutæ sint à Pontificibus Maximis ius condendi legem habentibus ab Euangelio. Vnde Caietanus a eleganter scribit, Deum in veteri lege populum suum ad decimas obligasse, & nobis dedisse exemplum similis obligationis suscipiendæ ab Ecclesia, tanquam iustæ, & rationabilis. Ex quibus omnibus videtur quoque soluta quæstio illa, an decimæ sint carnales, & tempora-
les, aut sacræ, aut spirituales. Quidam, 54
carnales, & temporales esse constanter, sed temere, & inconsultò asseuerant: cum & nos libenter fateamur, decimas quidem ipsas, id est partem illam fructuum, quæ percipitur, non spiritualem esse, ipsum verò decimarum ius spirituale omnino esse defendimus, quod & Beato Thomæ b placuit, à quo nec dissentiunt magistri nostri c: illi enim circa decimas, ait, duo esse consideranda, scilicet ipsum ius accipiendi decimas, & ipsas res, quæ nomine decimarum dantur. Ius autem accipiendi decimas spirituale est, quod laicorum esse non potest, tum quòd Deo consecratæ sunt, tum quòd eas primum sibi Deus consecrauit, non ho-
55 mines, vt ostensum d est. Deinde dedit e
Sacerdotibus, & Leuitis: adeoque sacras esse voluit intelligi, vt se ipsum rerum omnium conditor hæreditatem Leuitarum, & sacerdotum per metonymiam vocauerit, in decimis scilicet, quæ Leuitis, Domino iubente, soluebantur, ipsisque hæreditas, &
56 alimentum erant. *Dominus*, inquiens, *est hæreditas eorum*. Et quæ sunt ergo istæ decimæ? hæreditas ordinis ecclesiastici: & quæ ista hæreditas? Dominus. *Dominus f pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi*. Et quis est iste Dominus? Deus cælestis ille spiritus, à quo hæc ipsa vita, hic spiritus, per quem viuimus, nobis datur: qui quasi per huius rerum vniuersitatis arterias diffunditur. Ille, inquam, spiritus est hæreditas, &, vt scribit Remundus Rufus g, ius decimarum. An igitur istud ius hæreditarium spirituale non erit? quod non heri, vel nudius tertius natum est, sed ante innumerabiles prope annos? Sed dicet aliquis: cum hoc ex lege diuina certum sit, quid opus est disputatione, quòd sint, vel non sint spirituales? vel
57 quid in causa fuit, vt ita appellarentur? Canonistarum stylus, quod clericis tantum competit, laicorum vero esse non potest, spirituale appellat, hocque vocabulo alij vti consueuerunt. Theologi vero diuinas Scripturas tantummodo tractantes, quibus hæc vox vsitata, & frequens est, in epistolis præsertim Beati Pauli, angustiori tamen significatione h ius decimarum, non spirituale dixerunt, sed annexum, vel connexum spirituali (qua dicendi formula, & Alexander Tertius i Regi Anglorum de causa iurispatronatus rescribens, vtitur) vt demonstrent seiungi à clero non posse, ac in laicos transferri, nempe incapaces k: latine tamen loquentibus sacræ, vel diuini iuris rite dicendæ veniunt. Quod & Caius Iurisconsultus l ciuilis prudentiæ ratione quodammodo circumscripsisse videtur, dum dicit. *Summa rerum diuisio est, vt alia diuini iuris sint, vt sacra, & religiosa; alia humani, quæ aut priuata sunt, aut publica*: Atque hæ sunt, quas temporales vulgo appellamus. Quod ergo iuris Pontificij interpretes spirituales vocant, Theologi annexũ spiritualibus. Beatus Hieronymus m, veteris sermo-

y Rom. 7.

z in can. 1. de cõsecr. d. 3. in c. 1. de purgat. post partum in can. 1 com. sequ. 5 dist. & passim alibi.

a d. q. 87. a. 1. in respons.

b d. q. 87. ar. 3. in respon.

c ad rub. de decimis, & ad c. 3. de iudic.

d Exod. 22.

e Leuit. vlt. Num. 18. & Deut. 18.

f Psal. 15.

g d. defensione fol. 93

h 1. Cor. 2. circa finem.

i d. c. 3. de iudic.

k d. c. 3. & c. a eod. vbi oës notant. & cap. 7. de præscript.

l in l. 1. in princ. ff. de rer. diuisio.

m in can. vl. 16. q. 1.

ſermonis candorem ſequutus, iutis diuini dicit: vt nonnulli alij, quos ſuperius retulimus, diuinum eſſe ius decimarum ſcripſere. Quod autem illi adſtruunt decimas nõ eſſe ſpirituales, ſed miniſterio ſpiritualium deputatas, item ſacras eſſe fatentur: Vlpianus [n] enim reſpondit, dedicationem rite 58
factã diſtinguere res ſacras à profanis, quia loca ſacra ſunt, quæ publice dicata ſunt, ſiue in ciuitate, ſiue in agro. Quod etiam Macrobius, & Gellius [o] poſt Martianum [p] Iuriſconſultum ſcriptis mandarunt. Si ergo ſacræ diuini iuris ſunt, vt voluit Caius [q], non erunt humani: neque poteſt dedicatio non rite facta eſſe, quam Deus ipſe fecerit. Quare ſi decimæ res ſacræ ſunt, vel diuini iutis, quod idem eſt, vel, vt noſtri dicunt, ſpirituales, quæri apposite poteſt, an valeant præſcribi. Non poſſunt autem præſcribi, 59
quia in nullius bonis ſunt, teſtimonio vtriuſque Caij [r], & Martiani [s]: at ſine poſſeſſione 60
non procedit præſcriptio, vt docet trita iuris regula [t]. Quod & Alexander tertius [u] Parmenſi Epiſcopo reſcripſit, dicens. *Cum laici decimas detinere non poſſint, eas nulla valent præſcribere ratione.* Vbi Panormitanus Abbas [x] notat perite, litteram non reſtringere ſe ad vllam certi temporis præſcriptionem, ſed indiſtinctè. Vnde & Ioannes Andræe [y] tradit, laicum non poſſe præſcribere ſpiritualia, etiã vigore temporis immemorabilis. Eiuſdẽ opinionis fuit Cardinalis, quemadmodum & alij fere omnes Summiſtæ: [a] vnde Rota [b] in vna Toletana iuris decimandi die 27. Aprilis 1583. tenuit, ſolam immemorabilẽ etiam cum allegatione priuilegij, ac tituli feudalis, laico non ſuffragari, niſi, vel fama priuilegij, vel recognitio, vel aliud æquipollens probetur. Ex quibus conſtat, con- 61
ſuetudinem non habere eam vim, quam habet Principis priuilegium: hoc enim operari poteſt, quod nequit præſcriptio [c]. Nam gloſſa [d] recte dixit, Principem poſſe ſuo priuilegio incapacem capacem facere: quod nequit præſcriptio, quæ in poſſeſſione eſt poſita: remota ergo poſſeſſione, cuius laicus eſt incapax, nulla erit præſcriptio. Quod de ſacris, ſeu ſpiritualibus dicitur, idem de annexis ſpiritualibus [e] intelligi debet, vt præſcribi à laicis minus poſſint, vel ius patrona- 62
tus, vt Abbas [f] poſt Ioannem Andræã [g] ſcriptum reliquit, multo minus decimæ, quas iure diuino, etiam euangelico inſtitutas eſſe ſuperius late demonſtrauimus, & latius diſſerunt cum Hoſtienſi Antonius de Butrio [h], Abbas [i], Imola [k], Felinus [l], Ioannesque Franciſcus Balbus [m]. Qui ta-

n in l.9. ff. de rer. diuiſ. o lib. 3. c. 2. a lib. 4. c. 9. p in l. 6. §. ſacræ autem. ff. eod. q d. l. 1. ff. eo. de rer. diuiſ. r d. l. 1. §. quod autem. s d. l. 6. §. ſacræ res. t reg. ſine poſſeſſione. de reg. iur. lib. 6. u in c. 7. de præſcript. x ibid. n. 2. y ad c. 1. de præb. lib. 6. idem tenet Io. Monach. a l. c. 2. eod. Didac. in c. 36 nu 6 lib. var. reſolut. z ad c. cum Apoſtol. q. 5 de his, quæ fiunt à Prælat. 51. conſ. Capit. a Ang. in ... ver. decima n. 14. Siluest. eod. ver. nu. 16. Raymun. ... de deci. & oblat. §. 7 q. 9. 10. Breſ. ſuper conſ. & ad Aruer. ar. 19. ſ. 136 1. & 2. col. verſ. & dec. illius Petrus Greg. Syntag. p. 1. lib. 2 c. 15 n. 8. Itẽ Coller ad c. ... de dec. Boer ad con ... b quæ eſt ... c d. c. 7. & c. 11. de dec. d ... e d. c. 3. de ... f ad c. 7. n. 4. g ad reg. quod ... h in ſumm. tit. de decim. n. 11. i ad c. parochianos n. 4 eod. k ad rub. & ad c. in quibus eod. l ad c. cauſam quæ ... m in tractatu de præſcrip. ... 5. p. q. 7. n. 2.

men, licet ciuis noſter ſit, virque alioquin diligens, & induſtrius, ac de iuris ſcientia bene meritus, negligentiæ tamen, nimiæq. credulitatis arguendus eſt, quo vitio laborant ſcriptores quamplurimi, vel incuria, vel inopia librorum. Vnde libros, quorum auctoritate ſuas concluſiones comprobare nituntur, non legunt, aut negligenter percurrunt, dum eſſent non ſolum legendi, ſed cum de animarum ſalute agitur, quàm maxima licet diligentia, perpendendi: quod ſi feciſſet Balbus, non dixiſſet, decimas [n] prædiales, ſi tempore collectionis fructuum non fuerint petitæ, non poſſe amplius peti, cum ad ipſas [o] nemo teneatur, niſi ſuo tempore petantur, ſubijciens iſtud fuiſſe ſingulare dictum Archidiaconi [p] in *cap. 1. de decimis lib. 6.* quod referunt etiam Domini [q] de Rota: & licet Rota ibi non bene videatur firmare, quod ſentit; Archidiaconi tamen non impugnat opinionem, ſed argumenta. Ex quo Balbus ſingulariter decidit, quòd ſi petantur decimæ temporis præteriti, non eſt, qui obligetur ad ſoluendum, niſi eccleſia oſtendat, quod decimæ fuerunt petitæ. Et ſic nemo tenetur pro decimis præteritis, niſi à tempore petitionis, ſiue interpellationis. Et hoc ſingulare [r] refert, & ſequitur Felinus. Ita concludit Balbus: cuius quot ſunt verba, tot ſunt errores. In primis enim ſciendum eſt, Archidiaconum illud non ad caput primum dixiſſe, ſed ad rubricam: quod non aduerterunt, etſi parum refert, Rota, Felinus, Natta, & ſi qui ſunt alij [s], qui de ea re tractarint. Deinde verum non eſt, Rotam ſequi illud dictum, quod falſo adſcribitur Archidiacono: refert enim, & impugnat, neſcitque quodammodo, vt loquar ingenue, quam tueatur partem: videtur tamen magis inclinare, vt ſemper exigi poſſint, cum decimæ debeantur iure diuino, & naturali, atque ideo nemo ignorantia excuſatur ita, vt decimas non ſoluat: ſicq. quauis interpellatione, ac petitione ceſſante debeant vltro offerri, cum debitoris officium ſit ferre, quod debet
63 ad domum vſque creditoris, abſque vlla eius petitione, vt voluit Innocentius [t], & notant poſt eum alij [u]. Videmus igitur aliam fuiſſe Rotæ ſententiam: accuſari tamen poteſt ex eo, quod refert ex Archidiacono, quod ipſe ne ſomniauit quidem. Felinus [x], & Balbus [y] decepti fuerũt auctoritate Rotæ, quæ apud omnes maxima eſt: Archidiaconus vero ita. *Decimæ prædiales debẽtur ex præcepto, ſed niſi petãtur, debẽtes nõ tenentur dare. Si vero petantur, & non ſoluantur*

n d. tract. p. 5. q. 3. n. 12.
o d. par. 5. q. 7. n. 22.
p c. 1. de decim. lib. 6.
q in dec. 1. alias 25. de decimis, in antiquis.
r ad c. ſi autem. n. 5. de reſcriptis.
s Didac. Couar. in c. 17. n. 8. verſ. 8. li. 1. variar. reſol. & Parif. in conſ. 15. li. 1 col. 2
t ad c. ſignificante de pignoribus.
u ad l. Iulianus §. offerri ff. de act. emptionis.
x d. c. ſi autem. nu. 5. de reſcript.
y d. q. 7. n. 12.

ab illis, qui debent, tunc peccant mortaliter. Hæc ille. Ex quibus plane verbis constat Archidiacouum non dixisse, quòd decimæ si petantur in iudicio, solui non debeant, nisi ostendatur suo tempore olim fuisse petitas, prout Rota refert, & sequuntur Felinus, Balbus, & Parisius. Nec aliter dicere potuit Ar- 64
chidiaconus, propterea quòd annuum debitum, etiamsi suo tempore non fuerit petitum, peti posse sequentibus annis, nisi sit præscriptum, eleganter respondit M. Antonius Natta [z], quod placuit etiam Ludouico Balduino, Niciensi iurisconsulto eruditissimo, dequere litteraria bene merito, Latini præsertim sermonis elegantia, rebusque inueniendis ingenij acumine non vulgari. Hic, inquam, mihi omnium horarum amicus ægerrime ferebat, hanc erroneam opinionem à Rota, Felino, Parisio, ac denique à Balbo nostro fuisse Archidiacono tributã. Refert igitur Archidiaconus opinionem cuiusdam Theologi, nomine Hugonis de Sincera, asserentis, decimas prædiales deberi de diuino præcepto, sed nisi petantur, non obligari debitorem ad dandum: si autem petantur, & non soluantur, debitores earum peccare mortaliter. Quæ sane propositio mirifice congruit sententiæ Hostiensis [a] dicentis, in regionibus, in quibus de more non soluitur decima, nec prædicatur, non peccare mortaliter homines, eam non soluendo, quasi Romana Ecclesia videatur in his, saltem quo ad præterita, dispensare, ne tantam multitudinem ex hac causa damnari contingat; vbi vero moniti fuerint, sub peccati reatu soluere tenentur, vt idem Archidiaconus [b] ex sententia S. Thomæ, & aliorum Theologorum refert, & tenet. Ex- 65
cusati ergo erunt non soluentes propter cõsuetudinem ratione præteritarum decimarum, & futurarum, quousque eæ iubeantur, & petantur. Quod non displicuit [c] Abbati, ob eam præcise causam, ne tanta pereat multitudo, cuius causa hæc sententia, vti benignior admitti poterit; etsi Didacus [d] rectè existimauit, tribus, aut quattuor casibus laicos teneri tradere decimas clericis, etiam non petentibus. Hinc obijciet aliquis: si consuetudine tolli possunt decimæ: ergo & præscriptione, cum consuetudo plerumque ab interpretibus [e] pro præscriptione accipiatur. Respondendum est, multas, variasque esse inter consuetudinem, & præscriptionem differentias, quas Balbus [f] ipse sigillatim recenset, illas præsertim, quæ ad rem nostram attinent, quod consuetudo proprie dicitur, quando in com-

z d. cõs. 236 in fi h. 1. ex l. cũ notissimi §. in his etiã vbi notant omnes. C. d præscr. 30. ann. & ad l de pupillo § si plu ribus. ff de noui operis nunciat.
a ad c. à nobis. de decimis.
b ad c. maiores. 16. q. 7.
c ad c. in aliquibus circa fi. eo. de decimis.
d d. c. 17. n. 8. vers 8.
e ad l de quibus ff. de legib. & ad c. fi. de cõsuet.
f d. tract. de præscr. p. 5. q. vlt.

muni, & publico acquiritur aliquod ius: præscriptio, quando priuato, vt tradit Ab- 66
bas [g] Panormitanus. In consuetudine sunt plures personæ, & incertæ, in præscriptione vnica, & certa: prout memoriæ excellenter mandarunt Antonius de Butrio [h], Alexander [i], Corneus [k], & Petrus Rebuffus [l]: atque ideo ipse [m] aliàs dicebam, morem præcedere, & cultum moris sequi, quod 67
est consuetudo. Huius autem consuetudinis tanta est vis, vt ab vtriusque iuris interpretibus existimetur posse à personalium decimarum solutione eximere laicos, non tamen ab obligatione soluendi prædiales decimas. Hanc sane distinctionem adhibuerunt Hostiensis, & alij [n], & hi maxime, qui opinantur, decimas prædiales iure naturali, & diuino, personales vero Pontificio tantum constitutas fuisse, vti Hostiensis [o], Felinus [p], & Cardinalis [q], quod superius dictum fuit: hancq. à communi doctorum schola receptam esse auctor est Rochus Curtius [r], à qua minime discrepat Cardinalis à Turrecremata [s], nec aliter sentiunt 68
Parisius [t], & Ioannes Franciscus Balbus [u]. Alij puant, decimas consuetudine ad vigesimam, trigesimamve partem reduci posse, tolli autem nequaquam posse, quasi ius naturale, & diuinum minui, non omnino tolli possit. Hos sequuti sunt, præter alios, Vincentius [x], & Abbas [y], item Fulgosius [z], Socinus [a], Baldus [b], & Paulus Parisius [c]. Quibus adstipulari videtur ipse B. Thomas Aquinas [d], dum ait, Ecclesiam, Romanumq. Pontificem, & legislatores ecclesiasticos potuisse statuere, vt loco decimæ partis, alia pars minor à populo solueretur ea potissimum ratione, quòd huius rei certa quantitas, aut portio non iure naturali, nec diuino, sed humano dumtaxat inducta fuerit.
69 Quoad quotam igitur constituendam, vt sit decima, vigesimave, plurimum efficere consuetudinem posse contendunt [e]. Quocirca videmus in titulo de decimis, cum agitur de solutione decimarum, haud raro attendi [f], quod vsu, consuetudineve receptum sit. Ex quibus prædictam opinionem non modo in decimis personalibus, sed in prædialibus etiam, vti magis probatam, sequitur Balbus [g], eamq. communem esse dicit, & probat Boerius [h], etsi Henricus [i] cõstanter defendit, laicos consuetudine quidem posse eximi partim à solutione decimarum personalium; à prædialibus vero non item: non enim tantam esse consuetudinis efficaciam, vt vlla ex parte possit eis immunitatem præstare, atque ita declarat con-

g ad c. cum ecclesia n. 43. de causa poss.
h ad d. c. fi.
i cons. 166. n. 7. vol. 4.
k cons. 268. col. 3 vol. 4.
l in tract. de decim. q. 13. nu. 43.
m in Paratitl. tit. de 3 cons. in 3 fin. & c. vlt.
n ad d. c. in aliquibus de decimis.
o in sum de decim.
p in l c. cau sam de præscrip.
q ad c. 1. de decim.
r ad rub. & ad c. vlt. per tex. in d. c. in aliquibus de consuet.
s ad c. reuertimini. 16. q. 1. ar. 7. n. 12.
t d. cons. 25
u d. tract. de præscr. p. 5. princ. q. 8.
x ad d. c. in aliquibus.
y ibid. n. 8.
z in consil. 166.
a in consil. 297. col. 3. lib. 2.
b ad l. competit. C. de præscrip. 30. vel 40 ann.
c d. consil. 25
d [illegible] q. [illegible] ar. [illegible] quo. lib. 2. art. 8.
e ex d. c. fi. de consuet.
f in c. 4. 7. & 20 & 32 in fin.
g d. q. 7.
h ad cõsue. Bituric. tit. de commerc. prad. § 24
i ad c. 3 creuenit. col. 1. de decimis.

k d.c.in ali quibus in fi.
constitutionē k Lateranensis Concilij, prout ipse, antequam Henricum vidissem, sum interpretatus. Didacus verò Couarruuias l, à suis principijs minimè discedens, illam adhibet distinctionem; videlicet, decimas ex ea parte, quæ à iuris naturalis, & diuini instituto processere, nempe, vt significant, ac præmonstrant ministrantibus spiritualia congruam sustentationē deberi, eandemq. prorsus necessariam, vlla quauis consuetudine nec tolli nec diminui posse: etenim naturale ius, & diuinum nulla tolli posse consuetudine, nec vlla ex parte diminui, rescripsit Gregorius Nonus m, ad cuius sane rescriptum quamplurima adducunt magistri nostri: & quod de naturali iure dicitur, idē profectò de diuino intelligi debet, cū æque sit immutabile, & perpetuum; adstipulante Vrbano Tertio n. Ex ea vero parte, qua decimæ iure humano institutæ sunt, & consuetudine, & contrarijs summ. Pontificum constitutionibus tolli, aut diminui possunt, scilicet decimæ quota: quam ab hominibus, nō item à CHRISTO statutam esse arbitratur. Sed ne & ipse ab illo, quod iam ab initio 70 mihi constitui, principio videar discedere, dico, nulla prorsus cōsuetudine decimas tolli, aut aliqua ex parte diminui posse, cum ipsæ in noua lege perinde sint constitutæ, aut nouo iure à CHRISTO confirmatæ, atque in veteri existebant Testamento, per ea, quæ superius relata sunt. Si consuetudo derogare non valet ijs, quæ iuris sunt naturalis, aut diuini, sequitur profectò, vt nulla ex parte decimas tollere, aut diminuere possit. Si quis verò mihi obijciat, aliter esse vsu receptum, propterea quòd multis in locis nullæ soluuntur decimæ, in quibusdam, non decima, sed vicesima, in alijs trigesima, quadragesima, quinquagesima, nonagesima, 71 centesima, atque in vnoquoque fere loco variè, ac diuersè præstantur. Quòd si ita est, prout est, fateri oportet, id operari consuetudinem, vel contrarias Pontificum constitutiones. Respondebo, vti iam responsum est, id factum esse non ex eo, quòd decimæ tolli, aut diminui consuetudine possint, sed quia decimæ in aliquid aliud de Romani Pontificis auctoritate fuerunt commutatæ. Siquidem decimæ, licet Deo dentur in recognitionem supremi, & vniuersalis dominij, dantur tamen in alimoniam, & sustentationem ecclesiæ ministrorum. Ideo B. Augustinus o ait. *Deus noster, qui dignatus est totum dare; decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam.* Voluit autem Deus, vt sacerdotibus 73

l d.c.17 n.8 lib. 1. var. ac. resolut.

m d.c. vlt. & conuer. & 64 ff. de cond. indeb.

n in can. 6. 25. q. 1.

o in cas. 56. 16. q. 1.

decimæ soluerentur, vti ipsius Dei legi liberius vacare possent, prout scriptum extat in libro p Paralipomenon. Præcepit etiam Ezechias populo habitanti Hierusalem, vt darent partes Sacerdotibus, & Leuitis, vt possent vacare legi Dei. Hinc S. Hieronymus q. *Primitiæ ciborum, & omnium frugū, atque pomorum, offeruntur Antistiti, vt habēs victum, atque vestitum, absque impedimento securus, & liber seruiat Domino.* Item propter fabricæ constructionem, & tuitio-
71 nem, vt Gelasius r, & Gregorius s primus rescripserunt, atque Hostiensis, Ioannes Andræa, & alij t tradiderunt, tum propter pauperum, & hospitum receptionem, vt habetur in Deuteronomio u, & ijdem x Pontifices testantur, pluribusq. ostendit Augustinus y de Ancona. Ob has igitur potissimum causas ordinis sacri ministris dandas esse decimas constituit Deus, quibus aliud habere non licuit. Nam in libro Numeri z habetur. *Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis.* Et paulò post. *Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui.* Ibidem etiam *cap.* 8. *Inferte omnem decimam in horreum, sit cibus in domo mea.* Eadem refert a Malachias.
74 Itaque in veteri lege Leuitæ nihil aliud, quàm decimas licite possidebant. Sic forte ab initio nō licuit nostris sacerdotibus aliud itidem possidere: at procedente tempore visum est magis expedire Christianæ Reipublicæ, animarumque saluti, si huiusmodi decimæ in aliquid aliud certum commuta-
75 tentur. Vnde prædia tum rustica, tum vrbana pro decimis tradita sunt, ac nonnullis
76 in locis tanta fuit prædiorum quantitas, vt æquauerint decimarum æstimationem, extinctaq. fit omnis earum ibi soluendarum obligatio. Alibi tanta non fuit prædiorum copia, vt eorum redditus pro decimarum satisfactione sufficerent, sed quod defuit ex prædijs, vigesima, trigesima, vel alia parte decimarum sarcitum est: vbi autem nulla data sunt prædia, vt in quibusdam locis cōtigit, vel in omni fere Hispania, adhuc in-
77 tegræ persoluuntur. Quæ omnia cùm vsu quotidiano, atque experientia comprobata sint, alia probatione non indigent. Has autem decimarum commutationes, & recompensationes factas fuisse diximus, ne animarum salus in incerto esset. Nam cum res alienas inuadat (vt ait Augustinus b) qui debitas sacerdotibus decimas retinet, nec c remittatur peccatum, nisi restituatur ablatū,

p 2. Par. 13.

q Epist. ad Fabiolam de vestitu sacerdot. quæ est 4. lib. 3.

r in c. 23. & 26. 12. q. 2.
s can. 36. eas. q. 2.
t ad rub. de decim.

u Deut. 14.
x d. c. 23. 26 & 30.

y in tract. de eccles. potest. q. 73. a. 4

z Num. 18.

a Malac. 3.

b d. can. 66.
c reg. 4. de reg. iur. li. 6.

quamplurimi non soluentes, æternum periculum subibant: quocirca opportunum fuit commutationis remedium, quo pereuntium animarum damnum anteuertere facillime potuit summus Pontifex, sacrorumq. ministrorum ius, & dignitatem sartam tectam
conseruare. De his autem, qui hoc Dei, vt 78
ita dicam, patrimonium expilant, videtur loqui Deus ipse, per Malachiam [d] dicens, se configi in decimis, & primitijs, ideo inquit, *& in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota*. Vnde vt diximus, ait Sanctus Hieronymus [e]. *Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt mundum, sciamus hoc ex Dei ira descendere, qui in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari se loquitur: suas autem possessiones possumus decimas, & primitias interpretari*. Parum enim refert, si pro decimis, vel earum pretium detur, vel aliud.
Solutionis verbum (ait Paulus Iurisconsul- 79
tus [f]) pertinet ad omnem liberationē quoquo modo factam: magisq. ad substantiam obligationis refertur, quàm ad nummorum solutionem. Et Vlpianus [g]: *An possit, inquit, aliud constitui quam quod debetur, quæsitum est. Sed cum iam placet, rem pro re solui posse, nihil prohibet, & aliud pro debito constitui*. Quod dicere voluit Martianus [h] quoque sic. *Tunc res pro re soluta liberationem præstat, cum pro solido facta est suscipiētis*. Cui assentitur idem Vlpianus [i]. *Licet enim, ait, placuit, rem pro pecunia solutam parere liberationem: tamen, si ex falsa debiti quantitate maioris pretij res soluta est, non fit cōfusio partis rei cum pecunia: nemo enim inui-*
tus compellitur ad communionem. Tollitur 80
ergo obligatio decimarum, si aliud eiusdem valoris in recompensationem datur, & valet transactio, seu permutatio, vt dictum
est, si Pontificis Maximi accesserit ad eam 81
consensus. Nulla igitur consuetudine, etiam 82
si excesserit hominum memoriam, tolli, aut diminui possunt decimæ. Vnde eleganter glossa [k], & Innocentius [l] scriptis mandarūt, nullam consuetudinem eximere laicos posse, nisi ea sit à Romano Pontifice comprobata, à solutione decimarum nec personalium, nec prædialium, nec ab earum aliqua parte. Quod sane, licet Didaco [m] nimis videatur durum, mihi tamen, tanquam rationi consentaneum, valde probatur. Sed obijciet iterum aliquis; ergo tolli, vel diminui queunt decimæ ab homine: si ab homine, non erunt iuris diuini, est enim immutabile [n], & perpetuum, sicque nullo iure, nulla summorum Pontificum indulgentia,

d Malac. 1.
e can 65 eu. q. 1.
f in l. 54. ff. de solutio. & liberat.
g in l. 1. §. an possit ff. de constit. pec. debit.
h in l. 46 ff. eod de solu. & liberat.
i in l. 26 §. si certum ff de condit. & demonstr.
k 1 ad d. c. in aliquibus de decimis.
m d. c. 17. n. 8
n d. can. 6. 35. q. 1.

nulla etiam immutabili consuetudine fieri potest, vt quod iure naturali, aut diuino Euangelico inductum fuerit, tollatur, aut violetur. Responsio non est difficilis: nulli enim dubium est, quin Deus ipse valeat ea, quæ statuit, quandocumque sibi placuerit, mutare, quod & in Concilio Lateranēsi ge-
81 nerali sancti illi [o] Patres dixere. Hoc vero facit per Romanum Pontificem, cuius auctoritas, & potestas tanta est, vt ea, quæ ab ipso de plenitudine officij fiunt, non ab homine, sed à Deo facta esse videantur, vt ait Innocentius Tertius [p]: nō enim beatissimus Papa puri hominis, sed veri Dei vicem in terris gerit, cui soli à CHRISTO dictum est [q]. *Quodcumque ligaueris super terram, ligatum erit in cælis; & quodcumque solueris, solutum erit*. Si igitur Catholicæ Ecclesiæ Princeps alicui priuato, vel oppido, vel ciuitati, vniuersisve ciuibus decimarū obligationem remittit, non homo, sed Deus ipse remisisse intelligitur. Mihi tamen longe magis satisfacit prior resolutio, vt decimæ ex Pontificis auctoritate in aliud valeant commutari, consuetudine vero, quantumuis longissima, nec tolli, nec diminui possint. Quærere enim solent magistri nostri, an Ecclesia aduersus Ecclesiam possit decimas præscribere, an clerici aduersus clericos, an laicis in feudum concedi valeant, quid ante, & quid post Lateranense Concilium generale, & huiusmodi alia, quæ cum ad argumentum instituti nostri saltem directe non pertineant, consultò omittā. Omitti vero non potest quæstio de iudice decimarū competente, quæ dissentientes valde habet interpretes, quamuis certo certius sit, Deū, cum decimas clericis reseruauerit, decimarum quoque controuersias terminandas reseruasse: quod & cum glossa [r] Cardelinus [s], Iason [t], & Rebuffus [u] tradiderunt, sicut etiā
84 in iure probatur [x]. Namque laici [y] tractare negotia ecclesiastica non debent, maxime cum agitur de iure decimarum, quarum causa dicitur sacra, seu spiritualis, eiusdem glossæ [z], Cumani [a], & Fulgosij testimonio [b].
85 Atque ideo decimarum cognitio, & iudicatio ad iudices ecclesiasticos, non itē ad magistratus ciuiles spectat [c]: quod etiam amplissimus Parisiensis Senatus, auctore Rebuffo [d], pronunciauit, qui dixit etiam retractum non habere locum in decimis, ipsiusque retractus causam ad ecclesiasticos magistratus remissam fuisse. Quod adeo verum est, vt siue agatur inter clericos, siue inter laicos, siue inter clericum & laicum, vel principaliter, vel incidenter,

(vt

o c. 8. § cū. sang & affi.
p in c. 3 de transl. Episc. & elect.
q Matt. 16. & can 6. 24. q. 1.
r ad summā 10 q. 2.
s in cons. 25 an iudex sec. de foro cōp.
t in cons. 25 vol 1.
u in tract. de decimis. q. 10 n. 28.
x ex cap. ex tenore. de foro comp. & ex can. placuit. 2. 16 q. 2.
y c 2. de iudicijs.
z ad d. c. ex tenore.
a in cons. 18
b in cōs 166
c vt oēs notant ad cap. quamuis. de decim. Fed. in cons 105. Lud Gomes in repet c. si annum n. 16 de iud. Nat. in cons. 185. n. 3 lib 2. & cōs. 560 n. 3. lib 3.
d q. 10. n. 2.

(vt diffuse, eleganterq. tradunt [e] cum Panormitano, alij) cognitio est ecclesiæ, non secularis iudicis. Immo magnopere probo, 86 quod & Rebuffus [f], videlicet, supremam cuiusuis Regis curiam, etsi est mixta ex clericis, & laicis, non posse tamen de decimis, alijsve spiritualibus causis disponere, & decidere. Ratio est elegantiæ plena: siquidem cuiusque rei fons, & origo [g] inspiciendá est: atqui curia illa, quamuis sit mixta, iurisdictionem habet à Rege, vel à Principe seculari, qui incapax [h] est spiritualis iurisdictionis: atque ideo non potest dicere se habere maiorem iurisdictionem, quàm habet ille, qui mandauit: nam qui mandatam suscipit iurisdictionem, proprium nihil habet [i], sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur. Vnde Vlpianus [k] accommodate respondit eũ, 87 cui mandata iurisdictio est, fungi vice eius, qui mandauit, non sua. Si ergo Princeps, seu Rex nullam habet, quoad decimas, iurisdictionem: nec eius, eorumve magistratus, etiam si clerici sunt, eo mandante, habebunt. Nulla enim ratio suadet, vt quis 88 maiorem, quàm ipse habeat, auctoritatem in alium transferre possit [l]. Ex quibus ma- 89 nifestum est, erroneam esse opinionem eorum, qui existimant supremas regni Franciæ curias, quia constant ex clericis & laicis, posse de rebus, & causis spiritualibus cognoscere: vera quidem esset, si consiliarij illi à Pontifice Maximo dati, aut constituti essent, quia tunc ab eo auctoritatem haberent, qui in similibus causis præsertim ius dandi iudices solus habet: sed si decimæ à Romano Pontifice, beneficiario, feudatariove iure fuerint in Principem laicũ transla- 90 tæ, vt fuerunt in Philippum Galliæ Regem, & in Catholicos Reges Ferdinandũ, & Elisabetham, vt auctores sunt Rebuffus [m], & Didacus Couarruuias [n], poteritne secularis iudex cognoscere, & de ijs ius dicere? Lugdunenses [o], Ioannes Ruppel. [p], Guliel. Benedictus [q], Cassanæus [r], & Petrinus Bellusga [f] dicunt, posse: immo si laicis molestia infertur coram iudicibus ecclesiasticis super huiusmodi decimis sic infeudatis ante Lateranense Concilium, solent impetrare litteras à Rege, quibus inhibetur iudicibus ecclesiasticis, ne de his cognoscant, sed vt causas ad magistratus ciuiles remittant. Et hoc est, quod ait Didacus [t], huius scilicet causæ cognitionem ad secularem iudicem pertinere, ac quidem priuatiue. Qua in re mihi videtur rectissima eiusdem Rebuffi opinio, quæ fuisse etiam videtur Federici [u]: vt scilicet huiusmodi praxis procedere valeat,

e ad c. 2. de iura. calum. ad c. tuum d ord. cognit. ad clem. dispendi. fam. de iudic.
f d. q. 20. n. 36.
g c. 31 eod. de decim.
h d. c. 2. de iud. & c 4 de maior. & obedient.
i l. 1. §. qui mandatã ff. de off. eius, cui mand.
k in l. 16. in fin ff de iurisd. omn. iu.
l l. nemo. 55 ff de reg. iur.
m d q cc n. 39.
n in cap 25. n. 2 vers 2. pract quæst
o in consue. Parif. tit. 1. rub & § 46. q. 4.
p in l. 1. Forens Instit. c 25.
q ad c. Raynu. in verbo si absque. 2. d. absster si de c nu. 45. de testam.
r in cõsuet. Burg. rubr de iusti ces. § 6 n. 550.
f in Specul. Princ. rubr. 13. § decim. § restat.
t in d. c. 15. n 2.
u in cõs. 254

quoties laici iure possunt decimas tenere, vt puta ex summi Romani Antistitis indulgentia, vel ecclesiam recompensauerint de re maiori, vel æquali, de qua constare oportet iuxta Iustiniani Nouellam [x] constitutionem apud Gratianum [y] canonizatam, & à summis Pontificibus [z] confirmatam, quam iuris Pontificij interpretes [a] declararunt, & ex ijs Decius [b] super ea consultus respõdit: etsi ipse in ea sum sententia, vt existimem, non præsumendum esse Pontificem Maximum, decimas laicis Principibus concedendo, se, ac ecclesiasticos iudices priuasse iuris dicendi potestate, quam super decimis iure humano, naturali, & diuino habent, nisi nominatim, & expresse hoc in diplomate positum fuerit, argumento eius, quod rescribit Honorius Tertius [c] Episcopo Vene-
91 tensi. Quo casu crederem, locum esse præuentioni: ideoq. regios magistratus non posse ecclesiasticis iudicibus inhibere inceptæ litis de decimis cognitionem, ptoinde hallucinari, remq. agere inanem, ac ipso iu-
92 re irritam & nullam. Verum, cum præscriptio, etiam quæ excedit hominum memoriam, non tantum habeat virium, quantum, vt iam dictum fuit, priuilegium ab eo concessum, qui concedendi ius habet, fit profectò, vt admitti non debeat praxis, quam apud Gallos, & Hispanos obseruari Carolus Degrassalius [d], & Couarruuias [e] testantur, videlicet, cum laici negant, soluendas esse decimas clericis, quia legitima temporis præscriptione extinctæ sint, aut conquerantur contra morem, & consuetudinem exigi, causam apud regios magistratus tractari: item si condemnentur à iudice ecclesiastico ex querela, causam coram regijs tribunalibus discuti, passimq. à supremo Senatu litteras dari, quibus laici liberentur à decimarum onere, quæ solui legitima temporis præscriptione non consueuerunt: idq. pluries iudicatum fuisse Parisijs refert Boerius [f], quod idem etiam Carolus Degrassalius [g] ex edicto Philippi Pulcri Francorum Regis, promulgato trecentis fere abhinc annis, & Couarruuias [h], ex publici edictis Caroli Quinti, quibus veritum fuit,
93 ne in Hispaniensibus regnis decimæ à laicis exigerentur, quæ per consuetudinem contrariam desueuerant solui. Siquidem huiusmodi consuetudines, quemadmodum & laicorum constitutiones de decimis editas, etiam in feudatis, non valere constanter defendit [i] Rebuffus: tum quia in messem alienam falx ponitur contra Innocentij [k] Tertij cõstitutionem, dum ea statuuntur, ad

x Auth. sed & permutare C. de sacros. eccles.
y in c. 2 §. sed & permutare. 10. q. 2.
z in c. de rebus eccles. alien.
a ad d. c. c. de reb. eccl.
b in consul. 341. n. 11.
c in c. 3. de capell. monac. & aliorum relig.
d in lib. Regal Franciæ iure 7. col. 5
e d. c. 35. n. 3. vers. 4 & in c. 17. n. 8. vers. 9.
f ad cõsuet. Bituric. tit. de consuet. prædialib § 12.
g d lib. 2. iure 7.
h c. 17. n 8. vers 9. lib. 1. variar. resol.
i d. q. 20. n. 14.
k in c. 13. de iudic.

quæ statuentium iurisdictio non extenditur:
tum quia de sacris, spiritualibusq. non licet
laicis [l] quidquam statuere, cum non consti-
tutiones, sed destitutiones, vel destructiones 95
dici possint, & perniciosæ iurisdictionum
vsurpationes, vt à Concilio generali [m] La-
teranensi vocantur, necnon ab Aegidio [n]
Bellamera, atque à Rebuffo [o]. Dubitari etiã
posset, quando non de iure decimarum agi-
tur, sed de fructibus, an solutæ sint, necne,
aut an furto sint subtractæ, vel de sola facti
quæstione, vel executione proponitur iudi-
cium, ad quem pertineat cognitio. Federi-
cus [p] de Senis refert, quosdã tenuisse, quòd
vbi agitur de quæstione facti super decimis,
non de quæstione iuris, causa contra laicũ
solùm pertineat ad iudicem secularem.
Quod mihi non placet, quia videmus laicos
ad solutionem decimarũ per cẽsuras, aliasq.
spiritualis fori machinas à iudice ecclesia-
stico compelli, vt passim ex titulo de deci-
mis elicitur [q] manifeste: atquè ideo fauore
libertatis ecclesiasticæ receptum esse arbi-
tror, vt clerici duos habere possint iudices,
ciuilem, & ecclesiasticũ aduersus laicos so-
lutionem decimarum recusantes, cum tan-
tum agitur, an decimæ sint solutæ, vel an
teneatur hic, aut ille soluere, idque regijs
constitutionibus & in Gallia, & in Hispania
cautum esse testantur & Rebuffus [r], & Dida-
cus [s], qui hanc esse communem nostrorum
sententiam asserit. Conclusio igitur erit, 96
quòd aut agitur de iure decimarum, aut fa-
cti quæstione super decimis: hoc casu cogni-
tio ad vtrumque iudicem spectat, idq. fauo-
re, vti dixi, religionis: illo non æque, sed
ad ecclesiasticum tantum. Ex quibus non 97
videtur vera illa eiusdem Didaci [t] resolutio,
vt laicus decimarum conductor, harumq.
ratione ad iudicem ecclesiasticum vocatus
vti possit fori præscriptione, & dicere esse
se conueniendum apud iudicem secularem,
quia licet libenter fatear, posse præfatum
conductorem apud iudicem ciuilem conue-
niri, quia de facti quæstione agitur, nego
tamen, si iam fuerit apud ecclesiasticum
conuentus, vt possit declinare forum: in quo
lis sit contestata, vel etiam incepta, etiam si
in conductionis contractibus conductores
non se submiserint iurisdictioni ecclesiasti-
cæ, censuris, & alijs canonicis legibus, aut
iuramentum præstiterint, vt regia lex vide-
tur [u] desiderare. Quamuis enim quæstio fa- 98
cti sit, hoc tamen factum ex iure oritur de-
cimarum, cuius cognitionem ad iudices ec-
clesiasticos spectare in manifesto est, qui
propterea non redduntur incapaces cogni-

l tex in c. ecclesia, vbi oes notãt, & consl. Inno. ad c. nouerint de sent. excommun.
m in c. vlt. de reb. eccl. n. alien. vel nõ.
n in cõs. 40. col. 10.
o d. q. 10. 14.
p d. cõs. 145.
q ex c. 5. 6. 7. 16. & cle. 2. de iudic.
r d q. 10. n. 5
s d c 35 n. 2 vers 2 præci quæit.
t d. c. 35. n. 2 vers. 5.
u l 6. tit. 1. lib 3. ordin.

tionis illius facti, quod ex iure ad ipsos ex-
99 pectante prouenit. Quapropter nostri com-
muniter [x] asserunt, de facti quæstione super
decimis posse iudicem secularem ius dicere.
Verum, cum permittant iudici seculari, non
excludunt ab huiusmodi cognitione iudi-
ces ecclesiasticos; quare poterit vterque co-
gnoscere. Pro conclusione istius parui tra-
ctatus restat videre, quot malis afficiantur
non soluentes decimas, & quot præmijs sol-
uentes: vti facile intelligere liceat decima-
rum solutionem esse iuris diuini, non autem
humani. Nam si constitutio decimarum
esset iuris positiui, vti perperam multi arbi-
trantur, rem hanc non tanti fieri à Deo,
quanti sit, videremus, sicuti experientia
100 ipsa frequenter monemur. Petrus Rebuffus [y]
in suo de decimis tractatu circiter viginti sex
pœnas, & damna non soluentium, & toti-
dem fere præmia soluentium recenset, ad
quem curiosum lectorem reijcio. Non pos-
sum silentio prætermittere magnum illud
contra decimarum detentores exemplum,
101 quod idem Rebuffus [z] refert ex Guaguino,
& Eucherio Arelatensi Episcopo, magnæ
sanctimoniæ viro, de Carolo Martello, qui
post partam aduersus Sarracenos victoriã,
qui ex Hispania in Galliam venientes bo-
na, & templa deuastauerant, & transeun-
do, sacra, & profana euerterant, cum no-
biles, & regni proceres, quos in belli di-
scrimine sibi fideles compererat, recompen-
sare, ac in eos animi sui liberalitatem osten-
tare decreuisset, non dissentientibus ipsis
Gallicanis Episcopis, decimas pro sacerdo-
tibus à Deo consecratas, & sanctificatas bel-
li socijs distribuit, iuramento adiecto, se, si
vita suppeteret, omnia ecclesijs, & multo
maiora redditurum. Quod minime fecit, ac
non multo post è vita migrauit sacrilegij
crimine, ac damnationis æternæ suspicione
infamis, cuius cadauer sepultum in æde
Sancti Dionysij fuit: postea elapsis aliquot
annis ingens serpens, seu diabolus serpen-
tis specie, in eius sepulcro repertus est: ex
cadauere autem, atque ossibus nihil omni-
no inuentum est: quod multis occasio fuit
credendi, cum corpore, & anima in inferno
ob decimarum extorsionem sepultum fuisse.
Hæc ex Rebuffo referro, quæ alios sæculares
Principes ante oculos perpetuò habere cu-
pio, vti sibi, propriæque saluti possint con-
sulere.

x Feder. d. cons. 145 Ladou. Gomez. ad c. si annu n. 16 de iud. Ripa ad c. decernimus, q vlt. de iudic Petr Beling. in Spec. Princ. rubr. de decim. §. restat nu 4. Rebuff. in d. q. 10. n. 3.
y in q vlt.
z de rat. q. 10. n. 7.

SVMMA EX CAPITE XX.

1 *Feriæ triplices: extraordinariæ, seu re-*
pentinæ, seu imperatiuæ, ob lætitiam
publi-

publicam: rustica, siue publica, ad hominum quietem: solemnes ad Dei reuerentiam sunt introductæ.
2 Solemnes, quæ Dei honorem respiciunt, partem capiunt à iure diuino.
3 Præcepta Decalogi immutabilia sunt: ideo abrogata lege Mosaica, sola remanserunt.
4 Sabbatum desinere debebat aduẽtu CHRISTI, sicut cætera cæremoniæ CHRISTVM figurantes.
5 Dei cultus à natura existit.
6 Nationes omnes ferias ad Dei cultum habuerunt.
7 Feriæ, dum debitum Deo cultum tribuere intendimus, de iure naturæ sunt.
8 Dies Dominicus pro sabbato consecratus est, quia primus illuxit, primus in creatione mundi fuit, quia resurrectione dominica, & Spiritus sancti missione sanctificatus est.
9 Iudæi, præter sabbatum, alios dies festos habuerunt.
10 Festi dies sunt etiam, qui CHRISTO, Beatæ Virgini, ac sanctis sunt ad honorem depositi.
11 Concilium Tarraconense causas tractari diebus Dominicis prohibet.
12 Concilium Ephesinum diebus etiam ieiuniorum vetuit secularia negotia agitari.
13 Idem Concilium alios dies exemit quibusdam solemnitatibus proximos à ciuilibus contentionibus.
14 Hic habes omnes fere dies festos.
15 Quos Episcopi dies venerandos præceperint, veneranda sunt.
16 Litigantes ferijs renunciare non possunt.
17 Priuatus non potest ei, quod publice vt prosit, introductum est, renunciare.
18 Quod publicum est, in solius Principis potestate est.
19 Nec ferijs repentinis renunciatur.
20 Renunciatio feriarum non extendit se ad repentinas, quia sunt futuri temporis.
21 Si ex pacto renuncietur ferijs constituendis, & indicendis, renunciatio in repentinis locum habebit.
22 In ferijs repentinis non datur restitutio de rigore: de æquitate datur.
23 Ferijs solemnibus non potest renunciari, etiam stante pacto, nisi ex sex casibus (ait Abbas) ex periculo, ex pace, ex necessitate, ex celeritate, ex pietate, ex interpositione appellationis.
24 Diebus ad accusandum marito præscriptis feriati etiam includuntur.
25 Offerri nequit libellus die feriato, nisi imminente periculo rei, actionis, vel priuilegij.
26 Actus nullus nullam parit actionem, neque perpetuat iudicis iurisdictionem.
27 Petitio est actus iudicij.
28 Quocumque die potest accusari: non autem inquiri.
29 Libelli oblatio interrumpit præscriptionem temporis marito assignati ad accusandum.
30 Appellatio est querela ad maius tribunal de sententia minoris.
31 Appellatio iudicialis est, ideo, quæ extra iudicium fit, non est propria, sed dicitur prouocatio.
32 Appellatio non interponitur die feriato.
33 Omissis legitimis circumstantijs, non admittitur appellatio.
34 Apud acta, hoc est illico, postquam est lata sententia, coram iudice potest sine scriptis, voce tantum appellari.
35 Appellari potest voce aliquo tempore intercedente, dum iudex à tribunali non discesserit.
36 Repentinæ feriæ minime impediunt appellationem interponi ad interrumpendam præscriptionem decem dierum tantum.
37 Appellationis tempus est continuum.
38 Arbiter solemnes ferias, sicut iudex custodit: arbitrator secus.
39 Necessitas, & pietas feriarum priuilegium excludunt.
40 Litium breuitati non est adeo studendum, vt necessariæ probationes, & defensiones prætereantur.
41 Nec in spiritualibus causis sententia diebus feriatis quoquo modo lata tenet.
42 Quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt etiam diebus feriatis exerceri.
43 Actus iudiciarius in ecclesia initus valet in ijs, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. Ex Bart.
44 Actus voluntariæ iurisdictionis die feriato initus valet, sed exercentes peccant. Ex Abbate Panormitano.
45 Pœna priuationis non habet locum, nisi in casibus à iure expressis.
46 Testamenta ferias non agnoscunt, quia perficiuntur absque iuramento, & celeritate indigent.
47 Iuramentum feriatis diebus non præstatur, nec testes recipiuntur, depositiones eorum recipiuntur.
48 Depositio pendet à die iuramenti præstiti.

49 Reci-

49 *Recipientes depositiones testium peccant, nisi necessitas aliud suadeat.*

50 *Testes diebus feriatis cogi non possunt.*

51 *Citatio feriato tempore facta communiter improbatur.*

52 *Repentinas ferias, sicuti sollemnes celebrari mandarunt Imperatores.*

53 *Quæ contra ius fiunt, pro infectis habentur.*

54 *Dictio, vsque, apposita in citatione facta ad diem feriatam obligat citatum ad comparendum etiam die feriato.*

55 *Terminus dierum ad soluendum assignatorum, etiam feriatos complectitur.*

56 *In ferijs obseruandis attenditur iudicis, non actoris locus.*

De ferijs, & diebus festiuis. Cap. X X.

ET DIVINO, & Pontificio iure constitutæ sunt feriæ: quarum aliæ ad humanam quietem pertinent: aliæ altissimæ maiestati, & sanctorum reuerentiæ dicatæ sunt. Istæ & diuino, & pótificio, ac etiam iure ciuili statutæ sunt: ille pontificio, & cæsareo tantum. Sunt & aliæ iure duntaxat ciuili inuentæ, quæ imperatiuæ à Macrobio [a] dicuntur, & extraordinariæ sunt, atque ideo Vlpianus [b] scribit, has extra ordinem esse indictas, & indicebantur, quibus diebus Imperatores, vel lucis, vt [c] aiunt, auspicia, vel ortus imperij habuerant: item in natalitijs [d] diebus maximarum vrbium, Romæ, & Constantinopolis [e]: ob res quoque prospere gestas, vel in honorem Principis. Tres igitur feriarum species sunt: extraordinariæ, quæ à nostris [f] repentinæ appellantur, eo quòd sunt incer-
1 tæ, & mobiles, immo repente, & subito indicuntur. Quæ ad hominum tranquillitatem, & quietem sunt inuentæ, rusticæ, seu publicæ non immeritò vocantur, cum propter rem rusticam, cui seruire debent, tum propter publicam vtilitatem concedantur, videlicet pro messibus, & vindemijs faciendis, quæ interdum etiam sollemnes [g] nuncupantur. Quæ sollemnes dicuntur [h], ad omnipotentis Dei, & sanctorum hominum reuerentiam fuerunt constitutę. De istis erit nobis sermo, non autem de illis, cum ad institutum nostrum minime attineant. Solem- 2
nes verò partim existere iure diuino, nemini latere arbitror, cum sabbati celebritas, cultusq. præcipiatur in sacris litteris, vt in Exodo [i], in Leuitico [k], in Deuteronomio [l], nec-

[a] lib. 1. saturnal. c. 16
[b] in l. 26. §. si ferijs. ff. ex quibus cau. maior. in integ. restit.
[c] in l. 7. C. de ferijs.
[d] d. l. 7. §. his adijcimus.
[e] d. §. si feriæ. & Liuius lib. 5. & 28.
[f] Speculat. in tit. de ferijs in princ. Hostiens. in summa eod. Cyn. ad l. vlt. C. eod. Abbas & post eum alij ad cap. vlt. eod. alij ad d. l. 7.
[g] in l. 1. resp. 2. ff. eod.
[h] d. § si feriæ. vbi glos. in verbo solemnium.
[i] Exod. 16. 20. & 31.
[k] Leuit. 16. 19. 23. 26.
[l] Deuter. 5.

non apud Isaiam [m], Hieremiam [n], & Ezechielem [o] videre licet, quibus omnibus in locis hoc de sabbati honore expressum est præceptum. Sed antequam vlterius progrediamur, paucis videre oportet, quare non sabbatum, sed diem Dominicum colamus,
3 sanctumq. habeamus. Decalogi præcepta naturalia sunt, & perpetua, neque vmquam mutari vlla ratione possunt: Ideo etsi lex Moysi per aduentum CHRISTI sublata est, omnia tamen præcepta, quæ duabus tabulis continentur, à Christianis obseruanda sunt. Non (vti aliàs dictum [p] est) quia Moyses ita iusserit, sed quia naturæ præceptis conueniunt, quorum vi homines ad illa seruanda impelluntur. Sabbati autem celebritas in diem Dominicum est translata. Sed vnde hæc varietas, ac differentia, cum & sabbati sanctificatio duabus tabulis comprehendatur? Differentia horum dierum illa esse potest, quòd hoc de sabbati celebritate præceptum, si statutum tempus inspiciatur, non fixum, & constans est, sed mutabile, neque ad mores, sed ad cæremonias spectat, neque naturalis est iuris, quoniam non à natura edocti, aut instituti sumus, vt illo die magis, quàm alio externum cultum Deo exhibeamus: sed ex eo tempore, quo populus Israelita à Pharaonis est seruitute
4 liberatus, diem sabbati coluit. Tempus autem, quo sabbati cultus tollendus erat, illud idem est, quo ceteræ Hebraicæ obseruationes, cæremoniæq. antiquandæ erant, morte scilicet CHRISTI, quem figurabant. Nam cum illæ cæremoniæ sint quasi adumbratæ imagines lucis, & veritatis, illud vtique necesse erat, vt lucis, & veritatis, quæ IESVS CHRISTVS est, aduentu remouerentur: qua de re Apostolus [q] ad Galatas, cum Mosaici ritus cultores redargueret, ita scripsit. *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos: timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis.* Idem etiam ad Colossenses [r] testatur. Ceterum nulli dubium est, quin præceptum hoc cum reliquis conueniat, non ritu, & cæremonijs, sed quia aliquid habet, quòd ad mores, naturæq. ius
5 pertinet: etenim Dei cultus, ac religio, quæ hoc sanctificationis præcepto exprimitur, à naturæ iure exsistit, cum illud natura comparatum sit, vt aliquot horas in ijs, quæ ad Dei cultum, & venerationem attinent, ver-
6 semur. Cuius rei argumentum est, quod apud omnes nationes, statas ferias, easque publicas fuisse videmus, quæ sacris peragendis officijs, vt suo loco fusius est actum [f], ac diuinis obeundis, erant consecratæ. Est enim

[m] Isa. 56. 58. & 66.
[n] Hier. 17.
[o] Ezech. 20. 22. 23. 46.
[p] supra cap. prox.
[q] Galat. 4.
[r] Coloss. 2.
[f] c. 19. supra lib. 4.

enim naturale homini, vt is certum quoddam tempus necessarijs rerum functionibus det, veluti corporis quieti, somno, & alijs eiusmodi rebus, & quemadmodum corpori, ita eadem naturæ ratione factum est, vt menti aliquid etiam interualli concederet,
quo in Dei contemplatione sese explicaret, 7
& quodammodo reficeret. Cum autem aliquam temporis partem seponimus, quo res diuinas tractemus, cultumque Deo tribuamus, hoc sane ad morum præcepta attinet.
Idcirco Apostoli ex illis septem diebus eum, 8
qui primus est, ad diuinum cultum consecrare consuerunt, quem Dominicum diem
dixere. Nam & Ioannes [t] in Apocalypsi 9
Dominici diei meminit, & Paulus [u] per vnam sabbati (quæ est dies Dominicus, vt Beatus Ioannes Chrysostomus interpretatur) collectas fieri iubet, vt intelligamus iam tum in Ecclesia diem Dominicum sanctum habitum esse. Solemnem quoque in sacris litteris hunc diem esse animaduertimus, quo mundi creatio initium habuit, quique orbi terrarum primus illuxit: sic Redemptoris nostri, qui ad vitam æternam nobis aditum patefecit, resurrectione, quæ eo die fuit, è tenebris ad lucem vita nostra reuocata est, eodem & Spiritus sanctus Apostolis datus. Vnde & ijdem Apostoli Dominicum diem eum appellari voluerunt. Mirum igitur non est, si Catholicæ Ecclesiæ placuerit, vt [x] diei sabbati cultus, & celebritas in Dominicum transferretur diem. Quemadmodum vero præter diem sabbatum Iudæi alios etiam festos, & sacros dies diuina iussione constitutos habebant, quibus maximorum beneficiorum memoria prouocaretur: sic & alios dies festos [y] iam ab initio nascentis Ecclesiæ, & consequentibus deinde temporibus Apostoli, & sancti Patres nostri instituerunt, vt pie, & sancte Dei beneficiorum memoriam coleremus: inter eos
autem celeberrimi habentur illi dies, qui ob 10
redemptionis nostræ mysterium religioni consecrati sunt. Deinde, qui sanctissimæ Virgini Dei matri, tum vero Apostolis, ac martyribus, ceterisq. Sanctis cum CHRISTI regnantibus dicantur: in quorum victoria Dei optimi maximi bonitas, & potentia laudatur, ipsis debiti honores tribuuntur, atq. ad eorum imitationem Christianus populus
incitatur. Vnde in concilio Tarraconensi 11
sancitum fuit [z], ne quis Episcoporum, aut presbyterorum, aut clericorum die Dominico propositum cuiuscumque causæ negotium audeat ventilare, nisi hoc tantum, vt Deo statuta solemnia peragant. Et in con-

[t] Apoc. 5.
[u] 1. Cor. 16.
[x] cap. 3. de ferijs.
[y] c. 2. cum seqq. 15 q. 4. & cap. 1. & vlt. de ferijs. & c. 1. & 2. de obser. ieiun.
[z] d. c. 1. ead. quæst. 4.

12 cilio apud Ephesum habito [a]. *Placita secularia Dominicis diebus, vel alijs præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decernimus.* Insuper eadem sancta synodus decreuit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat
13 sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, id est septem diebus ante natalem Domini, vsque in octauas Epiphaniæ, & à quinquagesima vsque ad octauas Paschæ, & septem diebus ante natiuitatem S. Ioan. Baptistæ, vt adeundi ecclesiam, orationibusq. vacandi liberior habeatur facultas. Hadrianus Papa [b]: *Nullus episcopus, vel infra positus die dominico causas iudicare præsumat.* De alijs vero feriatis diebus, in quibus omnis iudicialis strepitus conquiescere debet, ita Gre-
14 gorius [c] nonus. *Debet iudicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noscuntur esse statuti, scilicet Natalis Domini, sancti Stephani, Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Siluestri, Circumcisionis, Epiphaniæ, septem diebus dominicæ Passionis, Resurrectionis cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus qui sequuntur. Natiuitatis Ioannis Baptistæ, festiuitatum omnium Virginis gloriosæ, duodecim Apostolorum, & præcipue Petri & Pauli, beati Laurentij, Dedicationis beati Michaelis, solemnitatis omnium Sanctorum,*
15 *ac diebus dominicis, cæterisq. solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis diœcesibus cum clero, & populo duxerint solemniter venerandas.* Ex his nonnullæ exoriuntur difficultates, quæ non minimam magistris nostris fecerunt quæstionem, & in primis, an partes valeant renunciare ferijs, quæ in honorem Dei, eiusque Sanctorum sunt introductæ: an iudicium tempore feriatum sit omnino interdictum: & idem iuris sit de arbitro, ac de iudice, & aliæ eiusdem generis non paucæ, de quibus dici nonnihil particulatim
16 potest. Quo ad primum attinet, iuris manifestissimi est, ex eadem Gregoriana [d] constitutione partes non posse. *Vsque adeo,* inquit, *conuenit ab huiusmodi abstinere, vt consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contigit diebus huiusmodi promulgari.* Quod perelegantem habet rationem: nam licet rei suæ,
17 propriove iuri quis [e] renunciare possit, non potest tamen priuatus quod publicæ vtilitatis gratia est introductum, renunciare, quod & veteres iuris auctores responsitarunt [f], quibus & ipsi Pontifices maximi ad-
18 stipu-

[a] c. 3 ead. quæst. 4.
[b] c. 5 ead. quæst. 4.
[c] in c. vlt. de ferijs.
[d] d. c. vlt. vbi notant omnes. ad l. vlt. C. eod.
[e] vulgata l. si quis in conscribendo. C. de pact. can. quam periculosum. 7 q. 1. cap. si diligenti de foro comp.
[f] in l. ius publicum ff. de pact. l. Neratius. §. si verò ff. de relig. l. Paulus. § patrono. ff. de bon. libert.

g d. c. quam periculosũ. & in d. c. si diligenti.
h l. 1. § 1. ff. eod. de bonis libert.
i in c. 66. 35. lib. 2.
k d. can. 2. 15. q. 4.

stipulantur g. Quod enim iuris publici est,
à solo Principe remitti h potest. Verum, si
priuatus iuri publico renunciare haud va-
let, minus renunciare poterit ei, quod in Dei
optimi maximi honorem est constitutum, vt
Alexander quoque rectè respondit i. Nam-
que feriæ in honorem Dei decretæ non ad
quietem solum, & hominum relaxationem
sunt, sed k vt liberius meditationi, diuinis
officijs, & orationibus nobis vacare liceat.
Idem quoque dicunt de ferijs imperatiuis, 19
seu extraordinarijs, vel, si mauis, repenti-
nis, in quibus nihil operatur de partium
consensu renunciatio, vt tradunt cum glos-
sa l, Cynus m, Hostiensis n, Baldus o, &
alij p. Immo renunciatio feriarum non ex- 20
tendit se ad istas ferias, quas repentinas vo-
camus, quia sunt futuri temporis, vt de qui-
bus verisimiliter cogitari non possit, cum
de repente indicantur, vel ab hominum
vniuersitate, vel à solo Principe in ipsius, vel
alterius Principis honorem, vtputa propter
alicuius aduentum, propter solemnem Au-
gustæ deductionem, filiorum natiuitatem,
res prospere gestas, & his similia. Attamen 21
conclusio ista illam patitur exceptionem,
quòd si in instrumento caueatur, quòd con-
trahens renunciat ferijs tam constitutis,
quàm constituendis, tam indictis, quàm in-
dicendis, eo casu & repentinas comprehen-
di asseuerat Baldus q. Qui etiam post Gu-
lielmum de Cuneo r contendit, in huiusmo- 22
di ferijs non dari, inspecto iuris rigore, re-
stitutionem, licet de æquitate detur ex clau-
sula generali, *si mihi iusta causa*, &c. Exce- 23
ptio tamen illa locum non habet in ferijs
solemnibus in honorem Dei indictis. Etsi
has etiam Abbas s vult ex sex casibus non
procedere, videlicet, si res est t peritura, pro
pace u, & concordia, si subest necessitas x, si
res y exigit celeritatem, si suadet z pietas,
denique, vt interponi possit appellatio:
quamuis enim persecutio fieri non possit die
feriato, omni tamen tempore appellatio-
nem interponi posse Bartolus, & alij no-
tant a. Idque habere locum in libelli obla-
tione scribit Durandus b in Speculatore, ex
eo quòd Papinianus Iurisconsultorum con-
sultissimus in libro singulari, de adulterijs,
id memoriæ mandauit c, quoniam de plano 24
libellus quoque dari potest. Sexaginta
enim dies, qui marito accusanti vtiles com-
putantur, feriatis quoque diebus, si modò
facultatem Præsidis adeundi accusator ha-
buerit, numerari certum est. Qui locus visus
est Bartolo adeo insignis, vt existimaue-
rit d, non in ea specie tantum procedere, sed

l ad l. omnes & ad l. fin. C. de ferijs
m ad l. 1. & l. si feriatis. C. eod.
n in summ. §. sed in ferijs eod.
o ad d. l. 2. & in additio ad Speculat. tit. de ferijs. § fin.
p Alex. & alij ad l. 1. ff. de noui oper nũciat. & Georg. Natta in repet. clemẽt. sæpe n. 197. de verb. signif.
q ad l. 1. ff. eod. de fer.
r ad l. a procedente. C. de dilationibus.
s ad c. vlt. num. 23. de ferijs.
t l. 1. & 2. ff. eod. & c. vlt. de iudic.
u l. 2. C. eod. cap. 1. eod.
x d. l. 1. & 2. & d. c. vlt.
y vt in l. 1 ff. de damn. infect.
z vt in d. c. vlt. de ferijs.
a ad l. 1. C. eodem de ferijs.
b tit. de ferijs. §. sequitur. num. 2.
c in l. 11. §. sexaginta 10 fin. ff. ad leg. Iul. de adul.
d ad d. §. sexaginta & ad extrau. ad reprimẽdam in verbo, de plano, & ad rubric. C. de in ius vocan.

etiam in quauis causa ciuili. Immò asseue-
ret, se in quadam causa obtinuisse, in qua
fuerat die feriata processum, quoniam fuit
duntaxat retractatus processus vsque ad
oblationem libelli, inferre volens libelli
oblationem etiam die feriata fieri posse.
Speculator e idem voluisse videtur ex eo,
quòd ait iudici offerri posse libellum, sed
partem ad hoc citari non posse. Ioannes
25 Andrææ f contra, vt regulariter offerri ne-
queat libellus, secus si res esset peritura, vel
actio, vel priuilegium, prout intelligi posset
Papiniani g responsum. Nam licet offerri
possit iudici libellus, huiusmodi tamen li-
belli oblatio non perpetuat iurisdictionem,
quia cum oblatio sit nulla, actus quoque
redditur nullus, & actus nullus nullam parit
actionem, neque perpetuat h iurisdictio-
nem. Huius rationis ratio est, quia eiusmo-
di oblatio non habet vim citationis, quæ ex
26 Gregoriana i constitutione requiritur ad
perpetuandam iurisdictionem. Eiusdem
opinionis fuerunt Antonius de Butrio k, &
Panormitanus l: ob id nimirum, quia peti-
tio est actus iudicij m: acta verò iudicialia
fieri non debent diebus feriatis n. Præterea
in iure petitionem fieri oporter o. Atqui ius
27 illo tempore nequaquam redditur. Erit er-
go extraiudicialis, quæ nullum producit ef-
fectum. Atq. ita produci iterum debebit, vt
possit aliquem sortiri effectum: nec quidquã
facit illud Papiniani responsum p, quia ibi-
dem certum, & determinatum tempus ma-
rito ad accusandam vxorem in adulterio
deprebensam datur, quo sane decurso ac-
cusandi ius non habet, ideoque lex eidem
facultatem facit, vt intra id tempus etiam
feriatis diebus valeat libellum porrigere.
Ratio est iudicio meo elegans, quia quo-
cumq. die accusatio deferri potest, licet non
28 quocumq. die possit inquiri: & eiusmodi li-
belli oblatio illud operatur, vt interrumpat
præscriptionem. Quod de libelli oblatione
29 dicimus, idem profectò de appellatione in-
telligi potest: nemo enim est tam in iure
plumbeus, qui nesciat, appellationem esse
actum iudicialem, cum appellatio sit quere-
la q non acquiescentis sententiæ minoris iu-
30 dicij ad maius auditorium. Et quamuis ex
permissione sacrorum canonum à grauami-
ne, & ante litis ingressum, etiam extra iu-
dicium r prouocare liceat, appellatio ta-
men semper iudicialis est, & illa, quæ extra
iudicium fit, non dicitur proprie appella-
31 tio, vt rectè Alexander tertius Remensi Ar-
chiepiscopo rescripsit s, sed prouocatio ad
causam, quam perinde, atque iudicialem

e in tit. de libell. concept. §. nunc videamus. in princ.
f ad Specul. in d. §. nunc videamus.
g d. §. sexaginta.
h glos. ad c. cum plures. de offic. deleg. lib. 6.
i c. penult. de foro compet.
k ad cap. 1. de libell. oblig.
l ad d. cap. vlt. num. 17. de iudic.
m cap. quoniam. de probation.
n c. vlt. de ferijs l. 7. et seq. C. eod.
o c. vno de lit. contest.
p d. §. sexaginta.
q c. 3. & c. 9. & 27. 2. quæst. 6.
r c. 5. de appel. & clem. 3. eod.
s d. cap. 5.

intra

intra annum à die interpositionis ipsius, vel à die illati grauaminis prosequi, & finire [t] tenetur appellans, alioquin cessante omni legitimo impedimento, deserta censebitur. Debet igitur appellatio [u], & quiuis alius iudicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reuerētiam Dei, sanctorumq. honorem noscuntur esse statuti, vt aiunt Leo, &
12 Anthemius, pij Imperatores [x] sic. *Nulla quemquam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, praconis horrida vox silescat, respirent à controuersijs litigantes, & habeant foderis interuallum.* Solemus enim in appella-
13 tionibus, præsertim in interlocutionibus, illud obseruare, vt in scriptis appelletur, vt causa appellationis exprimatur, vt Apostoli petantur: quæ si omissa fuerint, non admittitur appellatio [y]. Nec sufficit appellanti probare, quòd ex probabili causa prouocauit, si eam non doceat esse veram [z]. Sed dicet aliquis, etiam viua voce licere [a] appel-
14 lare. Respondeo verum esse, viua voce appellari posse, si fiat incontinenti, nulla interposita mora. Quamobrem Iurisconsultus. *Si apud acta quis appellat*, ait, *satis erit, si dicat: Appello*. Si post appellatur, in scriptis appellandum esse sic rescripsit [b] ad Bassum
15 Constantinus. *Litigatoribus copia est etiam non scriptis libellis, illico appellare voce, cum res poposcerit iudicata, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis*. Memini [c] me aliquando in Durando Speculatoris sententiam transisse, qui existimabat aduersus veteres interpretes, prima die non posse appellari, si post latam sententiam iudex iuerit ad prandium, vel in hortos se contulerit, vel ad alios actus se conuerterit [d]: si vero per aliquod temporis spatium iudex pro tribunali sedebit, viua voce, & sine scriptis poterit appellari, prout intelligi debet Iurisconsultus, vbi dicit [e]. *Si apud acta quis appellat:* hoc est incontinenti, hoc est nullo temporis spatio interiecto. Dubium vero facit Con-
16 stantij [f] rescriptum, quo cauetur in appellationum causis ratione festorum dierum minime fieri adiectionem, ita vt die etiam feriato appellari possit. Responsio est in promptu, vt quemadmodum marito vxorem accusanti ius est offerendi [g] iudici die etiam feriato libellum, vt dies ad porrigendum à lege datus non currat, ita etiam appellatione, olim enim erat appellandum infra biduum, vel triduum [h] à die latæ sententiæ. Hodie dantur [i] decem dies, qui à die latæ sententiæ computantur, intra quod

t d. clem. 1.
u d. c. vlt. de ferijs.
x d. l. vlt. C. eod.
y c. 1. de appell. lib. 6. c. 30. 2. q. 6. Paulus li. 5. Sentent. tit. 36. & toto tit. ff. de libel. dimiss. qui Apostoli dicuntur.
z c. 70. de appell.
a l. 2. ff. eod. de appell.
b l. 14. C. eod. de appell. c. vlt. §. litigatorib. 2. quæst. 6.
c lib. 2. cap. 10. Animaduers.
d l. 6. §. fin. autē C. eod. de appell. d. l. 2. ff. eod.
e d. l. 2.
f l. 2. C. de ferijs.
g d. l. 11. §. sexaginta ff ad l. Iul. de adult.
h d. l. 6. §. fin. autē. C. de appell. c. 28. 2. q. 6.
i c. 23. de sent. & re iud. c. 8. de appel. lib. 6. & c. 27. ead. quæst. 6.

sane tempus, si non appelletur, appellare amplius non licet. Quare Salicetus [k] bene dixit, appellationis tempora esse continua:
17 ideo in eis computantur feriæ. Itaque in ferijs admittitur appellatio, vt interrumpatur præscriptio appellandi: ceterum alium non sortitur effectum. Dubitatio est de arbitro, an sit eiusdem iuris, cuius est iudex, vt diebus feriatis non possit arbitrari. Nostri [l] distinguunt, quòd aut loquimur de arbitro, aut de arbitratore: hic potest, non æque ille. Ratio differentiæ est satis elegans: siquidem arbiter ad similitudinem iudicis procedit, quamobrem solemnes ferias perinde, atque iudex obseruare tene-
18 tur. Nam Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius [m] dixere, cum loquerentur de diebus feriatis: *vt nec apud ipsos arbitros, vel à iudicibus flagitatos, vel sponte electos, vlla sit cognitio iurgiorum*. Secus est in arbitratore, qui dicitur amicabilis quidam mediator, & compositor pacis: & ista fieri posse diebus etiam feriatis, iuris [n] est manifesti, quod & veteribus in-
19 terpretibus placuit, Speculatori [o], Innocentio [p], & Baldo [q]. Vbi vero necessitas vrget, vel pietas suadet, iudicem procedere posse voluit Gregorius [r] nonus, quæ, quomodo accipi debeant, explicat glossa [s]. Dubium est de causis beneficialibus, vtpote, si agitur de electionibus, postulationibus, vel prouisionibus, dignitatibus, personatibus, officijs, canonicatibus, præbendis, seu quibusuis beneficijs ecclesiasticis, aut de decimis, matrimonijs, vsuris, & eas quoquo modo tangentibus. Clemens Papa V. [t] in his procedi voluit simpliciter, & de plano, ac sine strepitu iudicij, & figura. Idem tamen Clemens [u] illa verba, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, explicando, inter cetera statuit, tempore etiam feriarum ob necessitatem hominum iure indultarum, procedi à iudice posse. Verum cum legislator dicat, ob necessitatem hominum, consequens [x] est, vt ad ferias in Dei, & Sanctorum honorem constitutas eius constitutio extendi non debeat, prout glossa [y], & Speculator [z], item alia glossa [a], Paulus [b], Ioannes de Imola [c], Cardinalis [d], Georgius Natta [e], & alij [f] asseuerant. Et quamquam Stephanus [g] contendat, hisce etiam ferias non obstare ex eo, quòd Gregorius nonus [h] voluit procedi posse, si vrgeat necessitas, aut pietas suadeat, quæ in prædictis causis militare videntur maxime: verius tamen est, non posse. quod communi interpretum consensu receptum esse post

k ad l. 2. C. de ferijs.
l Specul. tit. de arbit. §. fin. versic in forma. Ioan. And. & Abbas ad c. vlt. num. 10. de ferijs.
m d. l. 7. §. & dies solis. eod. de ferijs.
n c. 2. eod. & l. vlt. C. eod.
o d. § fin de arb.
p ad c. Quintauallis. de iureiur.
q consl. 498.
r d. c. vlt. de ferijs.
s ibidem.
t clem. 2. de iudic.
u clem 2. de verb. signif.
x l à procuratore. C. mandati.
y ad summā 15 q 4.
z tit. de ferijs. §. 2. in fine.
a, b, c, d, e, f, ad d. clem 2 in verbo feriarum nu. 394. vide Natta.
g ibidem.
h d. c. vlt. de ferijs.

Digitized by Google

i ad d. clemen. 1. nu. 213.
k ibid num. 314. et seq.

Cardinalem testatur idem Natta [i]. Qui etiam ostendit [k] plurium auctoritate, in repentinis etiam non posse, propterea quòd in citata clementina, constitutione de publicis ferijs, quæ ob hominum necessitatem fuerunt excogitatæ, & statutæ, repentinarum nulla fit mentio. Rationem vero nemo, quòd sciam, affert, quam illam, & quidem verissimam arbitror. Nam licet Gregorius nonus [l] dicat, debere iudicialem strepitum diebus conquiescere feriatis, & Clemens [m] quintus, in prædictis causis procedi debere simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij (quibus diligenter obseruatis iudicialis ille strepitus, quem prohibet Gregorius, videtur vtique conquiescere) si quis tamen accurrate, & meditatò huc introspiciat, inueniet vtique, sine aliquo iudiciali strepitu procedi absolute non posse, quantumuis causa commissa sit cum clausula: *vt simpliciter, & de plano procedatur*. Si-

l d. cap. vlt. de ferijs.
m d. clem. 2.
n d clem. 2. ibi non sic tamen.

40 quidem idem Clemens [n] subijcit. *Non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur. Citationem vero, ac præstationem iuramenti de calumnia, vel malitiæ, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi*. Neque illud verbum, *de plano*, accipi debet, vt Accursius, Accursianique perperam sunt [o] arbitrati, idest sine libello, aut inscriptione, videlicet, vt partes audiri non possint sine libello, & inscriptione, cum intelligi debeat, vti aliàs discussum est [p], non pro tribunali, uel ex superiori loco, quod glossa [q], Bartolus [r], Ioannes de Imola [s], & Cardinalis [t] videntur sentire, vt refert, & sequitur Georgius Natta [u]. Conclu- 41 sio igitur erit, processum in diebus in honorem Dei feriatis factum, & sententiam in eisdem diebus latam, siue pro tribunali, & cum figura iudicij processum sit, siue simpliciter, & de plano actum, nullius esse momenti, nec vllum producere effectum. Sed de actibus extraiudicialibus, vbi strepitus iudicialis conquiescit, an cognosci possit, quæstionis est. Speculator [x], Hostiensis [y], Ioannes Andreæ [z], Federicus de Senis [a] dicunt, posse: quia licet actus contentiosæ 42 iurisdictionis, siue publici sint, siue priuati, diebus feriatis conquiescere ex Valentiniani, Theodosij, & Arcadij Imperatorum constitutione [b] debeant, ex eadem tamen constitutione videtur ius constitutum, vt ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possint, non obstantibus ijsdem diebus, exerceri, vt adoptare, emancipare, manumittere, excom-

o ad l. 18. §. vlt. ff. de quæst. & ad l. 12. ff de publ. iudic.
p supra lib. 2. cap. 19.
q ad d. clemen. 2. de verb. signif.
r ad extrauag. ad reprimend. in verb. de plano.
s, t, ad d. clement. 2.
u ad d. clemen in princip in verbo feriarum n. 391.
x tit de ferijs § sequitur. num 5.
y, z, ad c. vlt. de ferijs
a cons. 11. 12. & 13.
b l. 8. C. eod. de ferijs.

municare, absoluere, vbi causæ cognitio non requiritur, contractus inire, instrumenta scribere, & testamenta facere, item tutores, & curatores dare, amouere, alimenta constituere, ventris nomine, vel legatorum, & causa damni infecti possessionem dare.

43 Idem sentire videtur Bartolus [c], adeo vt existimet, constitutionem illam [d] Lugdunensis concilij, quæ nullos efficit actus iudiciarios in ecclesia initos, non habere locum in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. Antonius de Burrio [e] ignorat plane ad quam sane inclinet partem: videtur tamen in eam ire sententiam, vt non teneat actus, etiam extraiudicialis, nisi vrgeat necessitas, aut pietas suadeat. *Quia*, inquit, *omnis vox iudicis silere debet tempore feriarum in honorem Dei*. Abbas Panormita- 44 nus [f] mihi videtur dixisse, sicut oportuit, videlicet, valere actum quemcumque voluntariæ iurisdictionis, etiam si cessat necessitas, pietas, aliave specialitas, peccare tamen exercentes illa tempore feriato. Cuius conclusionis ratio est elegantiæ plena, nullibi etenim cauetur tales actus esse nullos, immo verius est eos valere ex allegata imperiali constitutione [g]. Si diceremus, irritos esse actus, vtique diceremus, irritationem illam ex odio prouenire, & ita irritatio esset odiosa, & pœnalis, quæ extendi non debet, vt in simili edocet glossa [h]. Et cum Gregorius nonus [i] prohibuerit, ne actus contentiosæ iurisdictionis hisce diebus exercerentur, constitutio ad actus voluntariæ iurisdictionis trahi non debet, alioquin dura nimis esset extensio, quia pœna priuationis non habet locum, nisi in 45 casibus à iure expressis, vti aliàs [k] post glossam [l], Abbatem [m], Baldum [n], & Decium [o] adnotaui, nec proprium excedunt casum [p]: ideo ciuilis [q] legislator dicit, pœnas legum interpretatione molliendas esse potius, quàm nimis exasperandas: sic & pœnas nullitatis. Quòd autem peccent, qui talia exercent, constat haud obscure ex constitutione concilij [r] apud Compendium habiti, qua statuitur, vt cum omni veneratione similes dies celebrari debeant, vetenturque illicita opera, mercimonia, & iudicia, & quidem recte, cum eiusmodi actus homines distrahere à contemplatione soleant, vilibusq. ac seruilibus operibus mancipare, vt notarij, exempli gratia, qui lucri tantum causa instrumenta conficiunt. Quamobrem videmus rarò, aut numquam hisce solemnibus diebus celebrari contra- 46 ctus, vel saltem à tabellionibus in scriptis redigi,

c add. 18. per eundem textum.
d de qua in c. 2. de immunit. eccl. lib. 6.
e d. c. vlt. num. 10. ibi, per qua puto.
f ad d. cap. vlt. n. 16.
g d l. 8. ibi omnes notarij. C. de ferijs.
h ad d. c. 2. de immunit. eccl.
i d. cap. vlt.
k in c. 18. in fin lib. 1 Animaduers.
l, m, ad c. fin. de iure patr.
n ad Auth. ex testamento C de secun nup.
o ad rubr. de iud. lib. 1.
p c. 18 de pœn. dist 1.
q l. 42 ff. de pœnis.
r de qua in cap 1. de ferijs.

Digitized by Google

redigi, licet testamenta scribantur licite 46
quocumque tempore. Ratio diuersitatis est,
quia in istis non requiritur iuramentum, ac
celeritatem desiderant: in illis secus. Plu-
res enim contractus sunt, qui si iurisiu-
randi religione firmati non sunt, vel non 47
sortiuntur effectum, vel contraria volunta-
te rescindi possunt. Iuramentum igitur fe-
riatis diebus præstari non posse iuris ex-
plorati est [f]: quòd si nequit præstari, nec
testes recipi poterunt, quia iurisiurandi re-
ligione testes prius, quam perhibeant te-
stimonium, arctari præcepit [r] Constanti-
nus. Nihilominus tamen Ioannes An-
dreæ [u], Speculator [x], & Panormitanus [y]
volunt, testium depositionem recipi posse,
quia dies depositionis trahitur ad diem,
quo delatum est iusiurandum, cum habea-
tur pro recepto tempore iuramenti, vt ex
Iustin. sanctione [z] colligunt nostri [a]: quod
& in praxi quotidie fieri videmus, & expe-
rimur. Nam cum testes examinantur, si su-
peruenit dies feriata, & perfici minus potest
examen, vel multitudine testium, vel copia
articulorum, defertur iuramentum, tum di-
mittuntur, & quando nihil est iudici impe-
dimento, examinantur, & depositio re-
trotrahitur ad delati iurisiurandi diem,
etiam si die feriata recepta, & tenet, ac si 48
die non feriata esset facta, quia actus est ex-
traiudicialis, vt post glossam [b] Speculator,
& Abbas tradunt [c]. Peccant tamen reci- 49
pientes, nisi adsit necessitas, quæ id expo-
stulet. Vrgeri non posse ijdem Speculator,
& Abbas auctores sunt, in his præsertim 50
ferijs, quibus renunciare partes non valent.
Superest triplex illa quæstio, an scilicet, ci-
tatio facta die feriata, ad diem non feria-
tam valeat, an facta die non feriata ad diem
feriatam, & an in ferijs obseruandis sit at-
tendendus iudicis, an vero litigantium lo-
cus. Has quæstiones late persequuntur Cy-
nus [d], Speculator [e], Ioannes Andræ [f], An-
tonius de Butrio [g], Caldilinus [h], Bartolus [i],
& post eum Abbas [k], Georgius Natta [l]. Quo
ad primum attinet, conueniunt fere omnes,
triplicem quoque esse in citatione actum,
videlicet, præceptum de citando, executio-
nem præcepti (actum nempe citationis) &
processum, qui fit vigore citationis. Quod
ad primum, & secundum spectat, Cynus [m]
putat valere citationem, propterea quòd
non requiritur [n] causæ cognitio: secus vero,
si de vltimo loquimur, hoc est de processu,
qui die feriata fieri non potest. Alij tamen
communiter tenent, in nullo actu tenere:
siquidem lex prohibens citationem, non 51

f d. cap. 1. de ferijs.
r in l. 8. C. de testibus.
u ad d. c. 1.
x in tit. de ferijs. §. sequitur. n. 6.
y ad d. c. 1. num 9.
z l. pen. C. de testibus.
a Speculator. & Abbas locis citatis.
b ad clem. vn. de offic. deleg.
c vt supra.
d ad l. vlt. C. de ferijs.
e in tit. de cit. § 1. vers. excipitur. cum seq.
f, g, h, ad c. vlt. de ferijs.
i ad l. 1. vbi alij omnes. ff. de noui oper nunciat.
k ad d. cap. vlt. num. 10 cum seqq.
l in repet. clement. sæpe. l. qua omnia. de verb. signif.
m ad d. l. 1.
n d l 8. C. eod. de fer. d l. 1 1 §. sexagintæ. ff. ad leg. Iul. de adult.

modò habuit respectum ad effectum, sed
etiam ad principium. Nam, si prohibetur
actus respectu effectus, tunc satis est, quòd
conferatur in tempus concessum: si vero pro-
hibetur non effectus tantum, sed & actus,
parum refert, effectum conferri in tempus
permissum, cum actus sit gestus tempore
prohibito, prout asserit Abbas [o]. Quòd au-
tem citationis principium prohibeatur, ex
Leonis, & Anthemij rescripto [p] satis dilu-
cide apparet. Et quamquam inter partes
nulla requiratur causæ cognitio, intra se ta-
men iudex aliqualem adhibere debet co-
gnitionem, maxime in statuẽdo terminum:
ideo actus erit nullus. Oldradus [q], Barto-
lus [r], Antonius de Butrio [s], & Cardinalis [t]
52 id in ferijs in honorem Dei constitutis ha-
bere locum volunt, Abbas & in repentinis,
quas Imperatores lege mandarunt, eadẽ [u],
qua solemnes, veneratione celebrari. Qua-
re nemo ad iram per citationem prouocari
debet, neque talibus insistere debet iudex:
ipse id relinquerem iudicis auctoritati, &
prudentiæ. Secunda quæstio, quæ est, an
citatio facta die non feriata in diem feria-
tam teneat, dissentientes quoque habet
interpretes. Innocentius [x] illam adhibet
distinctionem, quòd citatio, aut ita conci-
pitur, vt citatus, puta die Dominico, com-
pareat, aut non exprimitur dies: hoc casu,
licet non teneatur comparere die feriata,
tenetur tamen sequenti die: illo non item,
quia expressus est error. Petrus de Bella-
pertica [y], Ioannes Andræ [z], Cynus [a],
Ioan. Caldilinus [b], Card. [c] & Speculator [d]
concludunt, citatum ad diem feriatam nus-
quam teneri ad comparendum: quia citatio
ad eum peruenit casum, à quo non potest in-
cipere [e]. Alij (vt idem Cynus refert) di-
cunt, quòd tenetur venire [f] præcedenti die
non feriata. Idem Ioannes Andræ [g] aliam
adhibet distinctionem, quòd aut est adiecta
dictio, *vsque*, aut simpliciter, & indistincte
est prolata. Hoc casu numquam comparere
tenetur: ratio est, ait Abbas [h], quia citatio
ad diem feriatam facta est penitus temera-
ria, & contra ius, ideo nullum sortitur effe-
53 ctum [i]. Nam, quæ contra ius fiunt [k], pro
infectis habentur: opus itaque erit noua ci-
54 tatione: si adiecta est, dictio illa, *vsque*, tunc
potest qualibet die comparere: quòd si an-
te solemnem diem non comparuerit, tam-
quam contumax, mulctari poterit: hocque
perinde est, ac illud, quod asseuerat Aeneas
de Falconibus in adnotationibus [l] ad Ab-
55 batem Panormit. vt si quis citatus fuerit, vt
intra triginta dies, vel soluat, vel cõpareat,

o ad d. cap. vlt.
p d. l. vlt. C. de ferijs.
q, r, ad l. 1. §. nunciatio. ff de nou. oper nunciat.
s, t, ad d. c. vlt.
u d. l. vlt. eod. de ferijs.
x ad d. cap. vlt. de ferijs.
y ad d. l. vlt.
a ad d. cap. vlt.
z ad d l. vlt.
b, c, ad d. c. vlt.
d tit. de citat. § 1 vers. excipitur.
e l. quod sponsæ C. de donat. ante nupt. l. existimo. ff de verb. oblig. c. bonæ memoriæ. de elect.
f argumento l. a circa fin ff de tempor. appell.
g ad d. cap. vlt.
h ibidem.
i d c. bonæ memoriæ.
k regul qua contra ius. de reg. iur. lib. 6 l. non dubium. C. de legib.
l ad d cap. vlt. num. a a litteris b.

si intra illud tempus non soluerit, aut non comparuerit, incidit in pœnam edicti, cuius titulus est. *Si quis ius dicenti non obtemperauerit:* quia inter illud triginta dierum spatium, & feriæ computantur[m]. Verum, quoniam beatissimus Papa decreuit[n], vt non modò feriæ solemnes obseruentur, sed eæ quoque, quas singuli Episcopi in suis diœcesibus solemniter duxerunt, vt veneratione transfigantur, rectè quæri potest de vltima illa quæstione, nunquid in ferijs obseruandis attendi debeat iudicis, an actoris locus. Nostri communiter dicunt, iudicis, 56
non autem actoris, & quidem rectissime: nam vbi agitur de ordinatione iudicij, attenditur[o] consuetudo loci, vbi illud exercetur, non litigantium: alioquin facile posset contingere, vt actor, & reus duplicatis ferijs vterentur, & suæ regionis, & iudicis: quod videtur absurdum. Atque ita aliàs à Pontifice maximo pronunciatum fuisse auctor est idem Abbas Panormitanus[p].

m c. vlt. de dilat c. 6. de dol. & contum. & alibi passim.

n d. c. vlt. in fine de ferijs.

o vt not. ad c quod clericis. de foro comp. & ad l 2 ff de testibus. & ad rubric de consuetud.

p ad d. cap vlt. num. 33.

SVMMA EX CAPITE XXI.

1 *Iuramentum est assumptio diuini nominis ad confirmandam iurantis fidem.*
2 *Iuramentum esse affirmationem religiosam bene dixit Cicero.*
3 *Affirmare est plus, quàm dicere.*
4 *Nec presbytero adhibetur fides absque iuramento.*
5 *Iuramentũ à parte aliquãdo remittitur.*
6 *Satis est periurum hominẽ à Deo puniri.*
7 *Iuramentũ, et sacramentũ sũt synonyma.*
8 *Sacramentum aliàs rem sacram, atque abditam significat.*
9 *Sacramentum militare est, quo se milites obstringunt, iurando in Principis salutem.*
10 *Formula iuramenti militaris non eadem sub Repub. Rom. quæ sub Imperatorib.*
11 *Capitaliter plectebatur, qui aduersus Principem machinabatur, & qui signa militaria deserebat.*
12 *Sacramentum in nomen Principis renouatur quotannis opportune.*
13 *Formula sacramenti militaris tempore Christianorum in nomen sanctissimæ Trinitatis fiebat, vt ait Vegetius.*
14 *Sacramentum plerumque dicitur militis iuramentum.*
15 *Quod præstant populis Principes, sacramentum est.*
16 *Sacramentum olim dictum est pecunia, quæ in iudicium veniebat ex controuersia partium, portio enim victi penes ærarium remanebat, sacraq. fiebat.*
17 *Sportulæ iudicium dictæ, quia pecunia litigantium in sportula deponebatur, ex ea quæ iudicibus persoluebatur.*
18 *Sportula ab antiqua ciborum, seu pecuniæ parte, quam magnates suis salutatoribus dabant, fortasse deriuatur.*
19 *Pletonia Romana fœmina testamentum matris, quamuis sibi iniuriosum, noluit litigio improbare.*
20 *Sponsio erat mutua litigatorum promissio, qua ad mulctam obligabatur, qui non bonam causam habuisset.*
21 *In sponsione alter alterius fidem sequebatur, vterque stipulabatur: in sacramento nulla adhibebatur stipulatio, sed pecunia deponebatur ab vtroque.*
22 *Vadimonium est violentum.*
23 *Vas frequentius pro capite: præs pro pecunia promittit.*
24 *Non desinit esse efficax iuramentum, quia verbo tantum factum sit: nec refert an super re sacra, nec ne.*
25 *Tabelliones iuramentum super quauis scriptura deferunt.*
26 *Iusiurandum idem quod sacramentum, & iuramentum.*
27 *Iusiurandum dicitur iuramentum, quia iurator, quod iurat, pro iure habere pollicetur.*
28 *Iusiurandum est, quasi ius sacrum, quod præstamus Deo teste, & iudice.*
29 *Iusiurandum est duplex: alterum assertionis: alterum promissionis.*
30 *Clerici tãgẽdo pectus iurãt, nõ scripturas.*
31 *Nec est, nec fuit vlla vnquam iuramenti formula. In promissione futura respiciente secus.*
32 *Principes subditis, ij ipsis, Prælati summo Pont. sub formula concepta iurant.*
33 *Iurandum est, sicut proponitur à deferente iuramentum.*
34 *Iudex de qualitate iuramenti inter partes controuersa arbitratur.*
35 *Concipere iuramentum est ad certam formulam exprimere.*
36 *Antiqui iurauerunt conceptis verbis.*
37 *Qui per alium iurat, & violat iuramentum, periurus est, ac si ipse iurasset.*
38 *Verum, & falsum iurare ad assertorium: fideliter iurare, & peierare ad promissorium pertinet.*
39 *Iuratur etiam verbis, quibus is, in cuius gratiam iuratur, præcise voluerit.*
40 *Formula iuramenti, quod præstant vasalli Ducis Allobrogum, & modus iurandi.*

41 Di-

41 *Diuini testimonij species non distinguitur ex tempore, aut futuro, aut præsenti.*
42 *Grauius est, falsum scienter iurare, quàm iuratum non implere.*
43 *Iurare per contestationem, est Deum vocare: per execrationem est sibimet pœnam constituere, nisi verum sit, quod asseritur.*
44 *Non semper Deum testem nominare loquendo, iuramentum est.*
45 *In testimonio iuramento opus est.*
46 *Verba non sunt necessaria in iuramento.*
47 *Verbis est opus in contractu nuptiarum; quia cum eæ non sint donatio, sed pactio, mutuus paciscentium consensus per verba declarandus est.*
48 *Nutus, & sigua in nuptijs consensum animi sufficienter aperiunt.*
49 *Si puella taceat propter verecundiam, pro eaque parentes loquantur, sufficit ad nuptias perficiendas.*
50 *Mutus, & surdus nuptias contrahunt, furiosus, & impubes secus, quia consensum non habent.*
51 *Verba in iuramento sunt necessaria ad ipsius probationem.*
52 *Scriptura est de forma accidentali ad inducendam obligationem ex lege, non de substantiali.*
53 *Iuramentum de vno casu præstitum, ad alium non extenditur.*
54 *Pactum, & transactio ad ea tantum, quæ verbis cõprehensa sunt, extẽditur.*
55 *Fides publica per hanc vocem, verba, aliquando expressa est.*
56 *Fidem publicam datam à iudice reo ciuili obseruari mandauit Iustinianus, tam de loco, quàm de loco sacro.*
57 *Sicarijs, adulteris, raptoribus virginum, ac tributorum debitoribus ius asyli non seruatur.*
58 *Nisi latro, aut prædo, aut publicus grassator quis fuerit, templo nõ abducitur.*
59 *Expirato primo compromisso iurato, si fiat in eundem iudicem secũdum absque iuramento, non intelligitur extendi iuramentum, quia est nouum compromissum.*
60 *Debitor non morosus, si dies solutionis faciendæ prolata sit per creditorem, iuramento absoluitur; si autem certum sit soluere ipsum non posse ad diem dictam, & fiat prolatio, iuramentum prorogatur.*
61 *Magis obstringit iuramentũ, quã pœna.*
62 *Hallucinantur Cardinales Hostiensis, & Alexandrinus, credentes, iuramentum formaliter concipi tantum per verbum, iuro.*
63 *Per has formulas: Viuit Dominus: Viuit Deus: Testor Deum: Testis est mihi Deus, efficaciter iuratur.*
64 *Deus iurauit, dicens: Viuo ego.*
65 *Iuramentum, eam, quam actus, cui id apponitur, naturam assumit.*
66 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ab eo, qui reddere iuramento promisit, intra biennium locum habet.*
67 *Iuratũ metu nulli obseruatiom exponit.*
68 *Iurans vxorem se ducturum, non tenetur ducere, si mulier post id iuramentum fuerit fornicata.*
69 *Non exigitur dotis nomine, quod promissum est, nisi sequantur nuptiæ.*
70 *Iusiurandum est, quasi pars contractus.*
71 *Iuramentum sequitur naturam primordialem actus, cui adhæret.*
72 *Substantia contractus est res ipsa, qua contractus constat, vt in emptione, & venditione res, & pretium.*
73 *Natura contractus est, quæ saluo contractu tolli non potest. Vide as hic variorum contractuum exempla.*
74 *Adminicula contractus contractui insunt natura, sed tolli possunt, sicut exemplis hic demonstratur.*
75 *Vocem, adminicula, aliquando non bene intellexit Accursius.*
76 *Adminicula etiam accipiuntur ita, vt sine illis res consistere nequeat.*
77 *Coercitio est iurisdictionis adminiculum.*
78 *Venditorem satisdare de euictione, extra naturam contractus est.*
79 *Iusiurandum interpretandum est secundum naturam actus, cui apponitur, ideo non auget obligationem, sed addit religionis vinculum. Hocq. ex lege Pontificia, sicut Cæsarea.*
80 *Iusiurandum nullam interpretationem præter iurantis consensum patitur.*
81 *Arbitriũ iniustum non obstringit iurantẽ.*
82 *Qui simulate contrahit, nihil agit.*
83 *Matrimonium metu, aut vi iuratum, non est obseruandum.*
84 *Facta venditione vnius rei duabus personis, ea præfertur, cui res vendita, & tradita fuit.*
85 *Sponsalia de futuro tolluntur per sponsalia de præsenti, etiam si sint iurata, non econtra.*
86 *Sponsalia sunt promissio contrahendi, non contractus.*
87 *Peccat, qui spondet, & non obseruat.*
88 *Reuocatur donatio iurata, si donator libe-*

liberos suscipiat, postquam donauit.

89 *Donatio non insinuata vltra trecentos aureos non valet, nisi insinuationi fuerit renunciatum iuramento.*

90 *Patrum liberalitas nō debet nocere filijs.*

91 *Reipublicæ interest, vt ciuitates liberis repleantur.*

92 *Contractus alteri noxius iuramento non firmatur.*

93 *Donator potest renunciare insinuationi, quia id non nocet alteri.*

94 *Iuramentum de non expellendo conductore, non obligat locatorem, si ille pensiones debitas non soluat.*

95 *Male sentit Alciatus, cum donationem inter virum & vxorem factam non confirmari iuramento asserit.*

96 *Mulier potest senatusconsulto Velleiano sibi faventi renunciare.*

97 *Quæ donat mulier dignitatis causa, marito rata sunt.*

98 *Donatio iurata inter coniuges, etiam præmortente donatario, locum habet.*

99 *Donatio inter virum & vxorem reuocari potest, nisi sit iurata.*

100 *Iuris scientiam habere quilibet præsumitur.*

101 *Quem pœnituit donasse, si rem donatam tradidit, inter viuos conditionem, vel vtilem in rem actionem habet.*

102 *Iurans, donationem inter viuos non reuocare, videtur donare inter viuos, nec habet in ea donatione locum pœnitentia.*

103 *Potest esse etiam donatio mortis causa irreuocabilis absque iuramento.*

104 *Nemo potest sibi legem imponere, à qua non liceat ei recedere.*

105 *Testamenti factio est iuris publici.*

106 *Priuatorum pacta ius publicum non lædunt.*

107 *Secundum testamentum tollit primum, etiam per Principem confirmatum.*

108 *Qui primum testamentum non reuocare iurauit, non potest condere secundum, nisi quid emergat, de quo testator, quo tempore primum fecit, non cogitauerit.*

109 *Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.*

110 *Mos in animi iudicio consistit, & à consuetudine incrementum capit.*

111 *Mos etiā brutis quandoque applicatur.*

112 *Mos significat quandoque propensionem quandā naturalem ad aliquid agendū.*

113 *Iurata contra bonos mores naturales seruanda non sunt.*

114 *Lex naturalis est indispensabilis, & incommutabilis.*

115 *Eadem sunt principia iuris ciuilis, sicut & canonici, scilicet: honeste viuere, neminem lædere, ius suum vnicuique tribuere.*

116 *Stipulatio pœnalis de futuris spiritualibus, cum aduersetur libertati matrimonij, nihil valet.*

117 *Mores simpliciter consuetudinem ciuilem denotant.*

118 *Mores supplent, vbi desunt leges.*

119 *Esse contra bonos mores intelligitur esse turpe, & à naturali ratione alienum.*

120 *Lex simpliciter ciuilis est variabilis, nec impedit iuramentum.*

121 *Non firmantur iuramento, quæ cum turpia sint, prohibentur.*

122 *Conuentio de futura successione in bonis viuentis nulla stipulatione firmatur.*

123 *Collatio beneficij vacaturi, ac promissio incerti nihil valet.*

124 *Promissio vacaturi beneficij sub conditione occasionis olim valuit: hodie secus, quamuis sit iuramento munita.*

125 *Commissio de futura successione valet, si viuens bonorum possessor cōsenserit, & vsque ad mortem ita perseuerauerit.*

126 *Primogenitorum institutio legitima est.*

127 *Iuramentum sine veritate, iudicio, & iustitia est periurium.*

128 *Finis iuramenti est necessitas, vt veritas confirmetur.*

129 *Iuratur necessariò, cum iuratur ad fauorem, & tutelam veritatis.*

130 *Morales actus ex fine speciē sortiūtur.*

131 *Veritas est medulla, & substantia iuramenti.*

132 *Iuramentū iocosū letale est, si falsū sit.*

133 *Magis peccat, qui ioco, quàm qui serio iurat.*

134 *Impia est promissio, quæ scelere adimpletur.*

135 *Negare subsidium egenti repugnat naturali rationi.*

136 *Iusiurandum temerarium dicitur, cum est illicitum.*

137 *Summi Pontificis est singulorum precibus, & consultationibus respondere, & obscura interpretari.*

Explicatur S. vltimus, in cap. cum quidam, De iureiur.

138 *Dignitas errantem maioris pœnæ reum facit.*

139 *Qui iurauit subsidia parentibus se negaturum, sicut in casu cap. cum quidā, De iureiuran. debet absolui, si petierit,*

ne con-

cus, potest cogere partem ad relaxandum iuramentum illicitum.

177 Episcopus immediate iuramentum illicitum remittet, si iudex laicus prius eū, ad cuius commodum iuratū est, coegerit ad illud relaxandum, aliàs coget ipse, & postea remittet.

178 Debitor vsurarum ex iuramento soluere debet: potest attamen solutum repetere.

179 Mulier iurans non contrauenire alienationi fundi dotalis, seu donati propter nuptias, si contractus non fuerit coactus, sed spontaneus, absolutione à iuramento carere debet.

180 Iuramentum, nisi secum perniciem animæ trahat, aut turpitudini, aut peccato innitatur, semper seruandum.

181 Remissio iuramenti est exactè perpendenda.

182 Non semper absolutus à iuramento apud Deum tutus est.

183 Lex ciuilis de iuramento disponens nulla est, ob defectum potestatis eius, qui eam condit.

184 Legislator ciuilis potest statuere, ne vnus, aut alter contractus confirmetur iuramento. Ex Alciato.

185 Validitas contractus non est de iure diuino, sed gentium, & ciuili.

186 Secularis lex tollens directè iuramentū non valet, prohibens vero indirectè præstari ad declinandas fraudes, tenet. Ex Bartolo, & alijs.

187 Statutum potest prohibere ne iuretur, non autem postquam iuramentum præstitum est, ne obseruetur.

188 Lex Iulia de fundi dotalis priuilegijs iamiam abusu nostrorum temporum incipit obolescere.

189 Perniciosa alienationes rerum dotalium remedio egent. Ex opinione Couarruuias.

190 Reipublicæ interest mulieres non remanere indotatas.

191 Senatus Pedemontanus statuit, minores viginti annis alienare sua bona non posse, nisi coram iudice, ac duobus proximioribus, aut vicinis.

192 Idem senatus de mulierum alienationibus censuit, eas non valere, nisi in præcisa forma legum ciuilium.

193 Paraphernа dicuntur, quæ, præter dotis causam, ad virum deferuntur à fœminis.

194 Bona paraphernalia aliàs peculium dicuntur apud Gallos.

195 Rerum paraphernalium alienatio iure non est vetita, ideo prohibitio fundi dotalis ad eas non extenditur.

196 Res paraphernales habent priuilegium hypothecæ, non prælationis, sicut fundus dotalis.

197 In rebus paraphernalibus currit præscriptio vxori constante matrimonio: in fundo dotali secus.

198 Vxor sine viri licentia de paraphernis iure agere non potest: cum licentia potest.

199 Iudex, negante viro licentiam vxori de agendo circa bona paraphernalia, ex officio eam dabit.

200 Alienatio rerum propter nuptias donatarum facta à marito, consentiente, & iurante vxore, valet.

201 Iusiurandum habet vim duplicis, ac repetiti consensus.

202 Validius esse iuramentum, quàm repetitum consensum ait Couarr. rationem assignans.

203 In rebus dotalibus neque millesima consensus præstatio, aut intercessio pro marito alienationem ratam facit, pro extraneo secus, si elapso biennio iterum fiat.

204 Qui eligit præuium, & præparatorium, videtur illud eligere, ad quod sit præparatio.

205 Cuiusque rei potissima pars est principium.

206 Vbi cœptum semel est iudicium, ibi & finem incipere debet.

207 Accessorium non trahit ad se principale, sed à principali trahitur.

208 Legato potorio argento, venit etiam, quod bibendi causa paratum erat.

209 Purpura vestimento intexta, & si pretiosior, cedit vestimento.

210 Summo iure pictura tela, vt voluit Paulus Iurisconsul. cedit, sed ob picturæ pretium, ac telæ vtilitatem secus, vt statuit Iustinianus Imper.
Hallucinatur Ripa, non bene applicando sensum §. si tamen alienam, Instit. de rerum diuisione.

211 Iudex, si causæ, quæ agitur, non sit iudex competens, ex præparatorijs non acquirit iurisdictionem.

212 Ratione iuramenti etiam laicus coram iudice ecclesiastico conueniendus est.

213 Distinctio in quæstionibus est mater solutionis.

214 Absolutus ad agendum contra contractum iuratum potest dedicare tribunal eccle-

ecclesiasticum, in principali causæ cognitione.

215 *Detrectans iuramenti obseruantiam, quamuis laicus & reus, coram iudice ecclesiastico est cogendus.*

216 *Romani magistratus non iudicabant: sed iudices dabant, & sententias datorum iudicum executioni mandabãt.*

217 *Magistratus esse debet, qui iudicare iubet.*

218 *Tempore tantum Diocletiani magistratus cœperunt ius dicere.*

219 *Impetrans duo rescripta super eodem negotio ad diuersos iudices, vtriusque commodum perdit.*

De iureiurando. Cap. XXI.

HAEC de iureiurando disputatio vltimum obtinebit locũ: & quia frequens est, plurimumq. tum in scholis, tum in foro agitata, & ad animarum salutem, perniciemq. spectat; de iuramento agam hic diffusius, quàm vnquam de re alia fecerim. Et licet de eius definitione aliquid in secundo libro habeatur, hic tamen eadem altius repetam, & quæ ad explicationem pertinent, qua soleo breuitate, tractabo. Dicebam[a] ex Cicerone[b], iusiurandum esse affirmationem religiosam: ait enim. *Iuramentum est affirmatio religiosa.* His duobus verbis omnino definitio à nostris tradita videtur de iureiurando comprehendi: quamuis enim varia videatur nostrorum, atque Theologorum sententia, seu definitio, in hoc tamen vnum conueniunt omnes (nempe Hostiensis[c], Abbas, Felinus, Alciatus, & alij[d], & cum glossa[e] Baldus[f], Beatus Thomas[g], ac illi, quos refert, & sequitur Didacus Couarruuias[h]) vt iuramentum sit assumptio diuini nominis ad confirmandam iurantis fidem, ex Augustini sententia in epistola[i] ad Hipponenses, cui cõuenit illud Apostoli[k]. *Testis est mihi Deus.* Nam, qui aliquid se facturum, vel daturum iureiurando promisit, Deum ipsum in testem ipsius promissionis, ac veluti sponsorẽ appellat. Item, qui aliquid affirmat, aut negat verum esse, præstito iuramento, Deũ ipsum citat in ipsius veritatis testimonium: quasi Deus testis sit illius affirmationis, aut negationis. Hinc dicunt, iuramentum esse inuocationem diuini numinis in testimoniũ, & interdum fit illa inuocatio, vt & iudex Deus nobis fit, vt rectè Cuiacius censet[l]: & sic dicitur quasi ius sacratum, quasi sit iurandum Deo teste, & iudice, vt apud Næuium. *Ius sacratum, Iouis iurandum sanguine.* Et Virgilius[m]:

Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura.

1 Non dubito igitur, quin illa sit vera iuramenti definitio, scilicet, vt ipsum sit affirma-
3 tio religiosa: namque affirmare est nescio quid plus, quàm dicere: videtur enim aliquid præcessisse, cum aliquid affirmamus, quod est, vel esse negatur. Idem M. Tullius ad Atticum. *Omni asseueratione affirmo, quod mihi credas velim.* Et alibi. *Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidẽ?* ideo subiũgit idem Cicero[n]. *Quod autem affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est. Iam enim non ad iram deorum, quæ nulla est, sed ad iustitiam, & ad fidem pertinet.* Ex quibus liquet manifeste, quàm accommodate vocetur affirmatio religiosa: sæpe enim apud eundem Ciceronem legitur. *Testis religiosus*[o]*: in testimonio dicendo religiosus*[p]*: natio in testimonijs dicendis religiosa*[q]*: religiosum est, quod iurati legibus iudicauerunt*[r]. proinde videmus, dictionem istam, vt plurimum in dicendo, testimonio frequentem esse, in quo semper defertur iuramentum[s], etiam à clerico, & in presby-
4 terio constituto[t], etsi iure nostro, quo vtimur, hoc iusiurandum possit à parte aduer-
5 sa remitti[u]. Et quamquam verbum, *religio*, latissime capi possit, proprie tamen religio est erga Deum, adstipulante Pomponio Iurisconsulto[x]. Qui vero promittit per Deũ, vel CHRISTI fidem se aliquid facturum, & non facit, religionem fidei, & iuramenti sui violare, dicit Lucius Papa Tertius[y]: erit ergo iuramentum affirmatio religiosa, hoc est illius, quod, quasi Deo teste, promittimus: quod si non obseruetur, Dei nomen periurio violatur, adeoq. Deus falli videtur, quod & Cornelius Tacitus[z] (de Falanio, & Rubrio Romanis equ tibus loquẽs) apertissime indicauit. *Iusiurandum perinde æstimandum est, quàm si Iouem* (Rubrius scilicet) *fefellisset: deorum iniurias dijs cu-*
6 *ræ.* Qui locus, quo modo intelligi debeat, alibi demonstraui[a]: & Alexander Seuerus Imperator[b]. *Iurisiurandi contempta religio*
7 *satis Deum vltorem habet.* Quod autem de iuramento dicimus, & de sacramento potest intelligi: sunt enim iuramentum, & sacramentum synonyma, vt bene Abbas adnotauit[c]. Et quamquam apud Latinos Patres, qui res diuinas scriptis tradiderunt, sacramenti nomen aliquam rem sacram, quæ in occulto latet, declarat, quemadmodum

Græci

a in Paratit. tit de iureiuran. & in c. vlt. lib. 2

b lib. 3. officiorum.

c in summ. de iureiur.

d ad rubric. eiusd. tit.

e ad sum. 2a q. 1.

f ad l. 1. ff. eo. de iureiur & ad c. 1. § sacramẽta de pace iuram firmanda.

g 2. 2. q. 89. art 1.

h ad c. quãuis. in prin. de pact. li. 6.

i epist. 137. de qua in c. quamuis vult bet. 47 dist.

k Roman. 1. de quo in c. etsi Christus eod. de iureiuran.

l in Paratit. C. tit de rebus credi. & de iureiur.

m in lib. 4. Aeneid.

n d. li. off. 3.

o in Vatin.

p Pro Cæcinna.

q Pro Flac.

r De Inuen.

s l. 2. C. d. rebus cred & de iureiur.

t in c. nuper de testib.

u cap. cum quæstionib. eod.

x l. 2. ff d. iustit. & iure.

y in c. 2. de fideiuss.

z in lib. 1. Annal.

a in c. vlt. n. 18 sup. li.

b d. l. 2 C. d. reb. cred. & iureiur.

c ad rub. de iureiur.

Græci ad eam rem significandam mysterij vocabulo vsi sunt, atque in eam sententiam sacramenti vocem accipiendam esse apparet, cum Apostolus scribat [d]. *Vt notum faceret nobis sacramentum volũtatis suæ*. deinde ad Timotheum [e]. *Magnum est pietatis sacramentum*. & in libro Sapientiæ [f]. *Nescierunt sacramenta Dei*. quibus in locis, & pluribus alijs licet animaduertere, sacramẽtum nihil aliud, quàm rem sacram, abditam, atque occultam significare: ideoque Latini Theologi signa quædam sensibus subiecta, 8
quæ gratiam, quam efficiunt, simul & declarant, ac veluti ante oculos ponunt, sacramẽta commode appellari posse existimarunt [g]: nos tamen hic, quemadmodum & alij profani scriptores, sacramenti nomen aliter accipimus, quàm à sacris ipsis scriptoribus accipi affirmamus, vel eo maxime, quo sacramenti nomine obligationem illam significari voluerunt, cum iurati aliquo seruitutis vinculo obstringimur, ex quo iusiurandum, quo se milites fidelem operam reipublicæ 9
præstituros pollicentur, sacramentum militare dictum est: solebant enim milites sub Imperatoribus ante omnia iurare in Principis salutem. Etsi primis reipublicæ temporibus sacramento tantum à Tribunis milites rogabantur, Flacco autem, & Varrone Coss. iureiurando milites fieri cœpere, vt scribit Barnabas Brissonius [h], dicens, stãte republica in verba Consulis eos iurasse: 10
at vbi ea in Cæsarum potestatem venit, militaribus sacramentis hoc amplius adiectum est, vt Cæsaris salutem rebus omnibus anteferrent. Quod videtur dicere Arrianus [i], dum ait. *Deo præstandum nobis iusiurandũ est, quale militibus Cæsari. At illi mercede accepta, iurant rebus omnibus se præpositvros salutem Cæsaris*. Tertullianus [k] libro, *De corona militis*, dissuadet Christiano militiam his verbis. *Credimus ne humanũ sacramentum diuino superduci licere? & in alium dominum respondere post* CHRISTVM, *& eierare patrem, & matrem, & omnem proximum, quos & lex honorari, & post Deum diligi præcepit?* Nam & in sororum salutem iurari voluit C. Caligula. Vnde Suetonius [l]. *De sororibus*, ait, *auctor fuit, vt omnibus sacramentis adijcerentur: neque me, liberosq. meos chariores habeo, quàm Caium, & sorores eius*. Quare Nero, cum intellexisset de coniuratione in se facta, apud Tacitum [m] à milite quærit, cur oblitus sacramenti, perditum ire voluerit, in cuius salutem iurauerat. Et non solum pœna mortis mulctabantur, qui in Principis salutem machinabãtur, sed

d ad Eph. 1.
e 1. Tim. 3.
f Sapien. 2.
g c. sacrificium. cap. signum. & alij de cõsecr. d. 2. c. multi. 2. q. 1. c. vnico. de sacra vnctione.
h lib. 4. de formulis.
i lib. 1. c. 14
k lib. de corona milit.
l cap. 15.
m lib. 15. Annal.

qui ob sacramentum militare duces, insi-
11 gniaq. militaria deferebant. Quod maxime omnium seruasse Romanos, auctor est Dionysius Halicarnassæus [n]. Neque temere apud eundem Tacitum [o] addebat Messala Valerius, renouandum per annos sacramentum in nomen Tiberij: quem locum Carolus Paschalius vir summe doctus, & mei
12 amantissimus obseruans, dixit. *Non ab re videri potest, vt singulis annis renouetur sacramentum in nomen noui Principis, nempe ad ipsius imperium, & potentiam stabiliendam, & in dies confirmandam*. Veteres Romani, licet ethnica caligine ita obcæcati essent, vt veram Dei non haberent cognitionem, nefas tamen esse à iurisiurandi religione discedere semper arbitrati sunt: quod præterea, vt retuli [p] ipse, indicat Quintilianus [q]. *Sed hæc*, inquit, *inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione constricti, nefas esse ducunt à suscepta semel persuasione discedere*. Vbi tamen religione Christiana populus Romanus imbui cœpit, mutatam fuisse sacramenti militaris formã
13 Vegetius [r] memoriæ prodidit hisce verbis. *Nam picturis in cute punctis milites scripti cum matriculis inseruntur, iurare solent: ideo sacramenta dicuntur: iurant autem per Deũ, & per* CHRISTVM, *& Spiritum sanctum, & per maiestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est, & colenda*. Et paulo post. *Iurant autem milites, omnia se facturos, quæ præceperit Imperator, nũquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana republica: qui*
14 *secus facit, punitur*. Sed vereor, ne longius vagemur, quàm res postulet: attamen hæc à me dicuntur, vt intelligamus, plerumque sacramentum dici militis iuramentum. Idẽ Vegetius [f]. *Milites iurare solent, & ideo militiæ sacramenta dicuntur*. Quod videtur voluisse M. Tullius [t], dum scribit. *Obligare aliquem secundo militiæ sacramento, quia priore amisso iure pugnare cum hostibus non*
15 *posset*. Sic & apud iuris auctores, milites solui sacramento legimus [u]: verum & iuramentum, quod Imperatores, Reges, & Principes suis ciuibus, populisq. præstant, sacramentum nuncupatur. Theodatus Rex populo Romano apud Cassiodorum [x]. *Quapropter flexi petitionibus vestris, per illum, atque illum præstari vobis sacramenta censuimus, vt Regis vestri animum non habeatis incognitum, &c.* Non est itaque dubium, quin iuramentum, & sacramentum sint synonyma, & his promiscue vtamur. Eumenes Macedo apud Iustinum [y] milites ita allo-

n li. 11. Antiquit. Rom.
o lib. 1. Annal.
p c vlt. li. 1. supra.
q li. 12. c. 1.
r li. 11. c. 4.
f li. 1. de re milit.
t lib. offi. 3.
u l miles §. gen. §. ignominia. ff. de re milit.
x li. 10 epist. 17.
y lib. 14.

Digitized by Google

alloquitur. *Hoc si impetro, soluo vos iureiu-
rando, quo toties vos sacramento mihi deuo-
uistis*. Nec aliter accipi potest noua Frideci-
rici constitutio [z], quæ incipit. *Sacramenta
puberum*, ac aliæ duæ, canonica altera [a] de
iuramento ex Concilio Ilerdensi desumpta,
altera [b] feudalis in corpore feudorum clau-
sa. In aliam quoque significationem sacra-
menti verbum (vt nihil omissum sit) apud
veteres vsurpatum fuisse animaduertere po-
test vir quisque diligens: nam ea pecunia,
16 quæ in iudicium veniebat, sacramentum à
sacro loco appellabatur. *Qui petebat*, ait
Varro [c], *& qui inficiabatur de alijs rebus,
vterque quingentos æris ad Pontificem depo-
nebant, de alijs rebus item certo alio legitimo
numero assium. Qui iudicio vicerat, suum
sacramentum à sacro auferebat: victi ad
ærarium redibat*. Festus. *Sacramentum*,
inquit, *æs significat, quod pœnæ nomine pen-
ditur*. Extat quoque hac de re L. Papirij
Tribuni plebis lex his verbis. *Quicumque
Prætor posthac factus erit, qui inter ciues ius
dicet, tres viros capitales populum roganto,
ijq. tres viri quicumque ciere sacramenta exi-
gunto, iudicantoq.* Sacramenti autem verbo
id æs dici cœptum, quod & propter ærarij
rationem, & sacrorum publicorum multitu-
dinem consumebatur in rebus diuinis, quia,
vti dixi ex Varrone, victi sacramentum, hoc
est, deposita pecunia ad ærarium redibat.
17 Andræas Alciatus [d] scribit veteres solitos
fuisse in æde sacra sportulam, in qua pecu-
nia erat, deponere: & quia deinde cœptum
est ex huiusmodi ære iudicibus honoraria
persolui, sportulæ iudicum inde nomen ha-
buerunt non male. Sed & non ab re erit in-
terpretari, sportulam, quæ iudicibus datur,
inde deduci, quòd, quam olim magnates
suis salutatoribus, ac, qui eos comitarentur,
18 ciborum, siue pecuniæ partem dabant, spor-
tula vocaretur, sicut recta cœna, quam libe-
raliores iisdem exhibebant, hoc est sum-
ptuosius conuiuium. Vnde Martialis [e] ad
Domitianum. *Promissa est nobis sportula:
recta data est*. Quod nomen fortasse teti-
nuit ea stips, seu merces, quam Principes iu-
dicibus distribuunt, sportulamq. vocant.
Eandem partem dant hodie etiam Cardi-
nales, & proceres aulicis suis. De hoc sa-
cramento sæpe mentio fit apud Ciceronē [f],
qui in libro de Oratore ait, iusto sacramen-
to cum Pythagoricis, & Democriticis de
philologia, & reliquis philosophiæ inuentis
contendere Oratori non licere, propter præ-
stantiam ingenij eorum hominum, vt qui
fundatores, auctoresq. fuerint magni no-

minis sectarum, quibus cum sacramento, &
iudicatione cōtendendo, de physicæ specu-
lationis, explicationisque professione nulli
oratori litem vincere facile esset, vel propter
tanti nominis præiudicium, vt Budæus ait [g],
vel quia impudentiæ daretur, si quis illis vi-
ris doctrinatum possessione non cederet, qui
nomina sua professione earum rerum vsque
adeo illustrarunt. In eadem significatione
legitur ita apud Valerium Maximum [h]. *Vi-
ta Tuditani demens: Ebutiæ autē, quæ L. Me-
nenij Agrippæ vxor fuerat, tabulæ testamen-
ti plenæ furoris, nam cum haberet duas filias,
Pletoniam, & Aphroniam, animi sui potius
inclinatione prouecta, quā vllis alterius iniu-
rijs, aut officijs commota, Pletoniam tantum-
modo heredem instituit: filijs etiam Aphro-
niæ ex admodum amplo patrimonio viginti
19 nummos legauit: Aphronia tamen cum sorore
sacramento contendere noluit, testamentumq.
matris patientia honorare, quàm iudicio con-
uellere sanctius esse duxit, eò se ipsam indi-
gniorem iniuria ostendens, quo eam æquiore
animo sustinebat*. Hæc Valerius Maximus.
Lites itaque deposito sacramento, id est pe-
cunia, terminabantur, vel sponsione. Dif-
ferentia autem illa constituitur inter spon-
sionem, & sacramentum, vt hoc sit certa, &
legitima pecuniæ summa, quæ ab actore &
reo deponebatur in æde sacra, vt is, qui vi-
ctus, & damnatus esset, sua pecunia mul-
ctaretur, qui vicisset, suam recuperaret: spō-
sio vero dicebatur mutua litigatorum pro-
missio, cum alter ab altero certam summam
stipulabatur, ni bonam causam haberet: &
20 has sponsiones particula hac, *ni*, vel, *nisi*, cō-
ceptas fuisse pluribus ostendit Barnabas
Brissonius [i], ex ipso Cicerone [k] pro Cæcin-
na. *Facta est sponsio ni Cæcinna restitutus
ex edicto Prætoris esset, &c.* Et paulo post.
*Optime sponsionem facere possent, ni aduersus
21 interdictum Prætoris vis facta esset*. In spon-
sione ergo adhibebatur stipulatio, & alter
alterius fidem sequebatur, neuter depone-
bat, & quod vltro, citroq. stipulationes in-
tercessissent, facile colligi ex Valerio. Maxi-
mo [l] potest: scribit enim de contentione
L. Luctatij Cos. & Valerij Prætoris. *Vale-
rius*, inquit, *sponsione Luctatium prouocauit,
non se petiturum triumphum, nisi suo ductu
classis Punica esset oppressa: nec dubitauit re-
stipulari Luctatius*. In sacramento neuter
alterius fidem sequebatur, sed vterque de-
ponebat, in hac, quia nihil erat depositum,
victor actionem ex sponso habebat, videli-
cet certi condictionem, vt sibi eam pecuniā
exigere, & habere liceret. Qua in re non
mihi

z Auth. sacramenta puberū C. si aduers. vendit. a c. qui sacramen. 22. q. 4. b de pace iuram. firm. c. 1. §. item sacramenta.

c li. de ling. Lat. 4.

d ad l. pecuniæ verbum. 178. n. 13 ff. de verb. sign.

e lib. Epigr. 8. 50. ep.

f in ora. pro domo sua apud Pontifices, pro Milone, in epistolis familiarib. & lib. 1. de Orat.

g ad l. 1. §. & cum placuisset. ff de orig. iur.

h lib. 7. c. 8.

i in lib. de formul. 5. k in orat. pro Cæcinna.

l lib. 2. c. 1.

Digitized by Google

m ad d. l. pecuniæ verbū ff. de verb. sign.

mibi displicet, quod Alciato[m] placuit, vt 22
huiusmodi sacramenta, & sponsiones tractarentur spontu partium: siquidem inuiti vadimonium facere compellebantur, id est, sub certa pœna iudicio stituros promittere, vt habetur in collectaneis Digestorum sub hisce titulis. *In ius vocati, vt eant, aut satis cautum dent:* nec non. *Qui satisdare cogantur:* item. *Si quis cautionibus, in iudicio sistendi causa factis, non obtemperauerit.* Acron[n] ad illud Horatij.

n lib. 1. ser. satyr. 1.

Ille datis vadibus, qui rure extractus in
vrbem est, &c.

Vadibus, inquit, *sponsoribus à vadimonio, quod promittit is, qui ad iudicem vocatur, certo die affuturum. Vades ideo dicti, quòd qui eos dederit, vadendi, id est discedendi habet potestatem.* Et eruditissimus Lambinus in eundem locum. *Sunt vades*, inquit, *qui promittunt suo periculo se aliquem in iudicio stituros.* Quamquam asserit ex Cicerone[o] 21
vsitatius accipi vadem in causa capitis (sicut prædem in pecuniaria) dixit enim illum amicum pro amico se vadē Dionysio tyranno constituisse, vt, si ille ad diem dictam nō comparuisset, qua ei mors destinata erat, ipse illius loco mortem sustineret. Ausonius in monosyl. Quis subit in pœnam capitali iudicio? vas. Quis, cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? præs. Varro[p]. *Vas*, inquit *dictus est, qui pro altero vadimonium promittebat.* Satis dabat igitur reus, se in ius venturum, fideiussoresq. dabat, qui eum certo die se iudicio stituros, aut quanti ea res esset, soluturos promitterent. Cicero pro Quintio. *Ita disceditur, vt idibus Septēbris P. Quintium sisti Alphenus promitteret. Venit Romam Quintius, vadimonium sistit.* Sed iam ad rem nostram. Nam licet iusiurandum sacramentum appelletur, eo quòd milites iurare solerent, vti ex Vegetio diximus: in hoc tamen de iureiurando tractatu, sacramentum non ita stricte accipiendū est, vt Alciatus[q] existimauit, vt significet illud tantum iuramentum, quod super re sacra fiat, nempe super altari, super reliquijs, vel libris, aut verbis Euangeliorum. Quia 24
licet iuramentum verbo tantum fiat, adhuc tamen sacramentum dicetur, vt post Abbatem[r] tenent omnes, teste Didaco Couarruuias[f]. Tametsi idem Alciatus[t] dicit, eū, qui iurat in fide sua, licet minus affirmet, quàm per religionem, vel per Deum, tamen iurare. Cuius rei ratio illa est: quidē apud patres, & ecclesiasticos doctores pro sacramento fidei, & credulitate, quam habemus in Deum, fides[u] accipitur. Præterea obseruari passim videmus iuramentum, licet non super sacris Scripturis fuerit præstitum. Im-

o lib. 3. Off. & de Finib.

p lib. 3. de ling. Latin. 3

q ad rub. extra de iureiur. nu. 26.

r ad d. rubr.
f ad c. quāuis in princ. & §. 1. nu. 1. vbi d. re hac late de pact. lib. 6.
t ad d. rubr. nu. 7. & 8. 9
u c. nihil de consec. 4. d.

25 mo tabelliones, qui semper à contrahentibus exigunt iuramentum, id super quauis priuata, quæ ad manum veniat, scriptura accipiunt. Quidquid promittimus diuino adhibito testimonio, dicitur iuramentum, sacramentum, vel iusiurandum: de iuramento, sacramentoq. abunde satis est dictum.
26 Sed quid de iureiurando? sunt synonyma,
27 & passim promiscue eis abutimur. Si autem quæris, vnde iusiurandum dicatur, dicam cum Didaco[x], vt scilicet deriuetur à iure, quod id, quod iuratur, pro lege habendum sit. Dato enim iureiurando non aliud quæritur, quàm an iuratum sit, remissa quæstione, an debeatur, quod iureiurando[y] probatum sit. Hoc est, vt iuramentum veluti ius sit sancte seruandum, vel quia Deus pro iure veritatis constituitur, quasi non aliud sit Deum iurare, quàm Deum, qui infallibilis testis est, & prima[z] veritas, pro iure veritatis constituere, aut ius veritatis reddere Deo. Cui veluti ipsimet veritati proprie competit dictorum omnium, & commentorum veritatem suo testimonio stabilire. Quibus non male conuenit, quod iam in defi-
28 nitione diximus ex Cuiacio, vt iusiurandū, quasi ius sacrum dicatur, quia iuramus, Deo interposito tum teste, tum iudice, vt apud Næuium:

x d. §. 1.

y l. 5. §. dato ff. de iureiur.

z c. à nobis de sent. exc. c. etsi Christus de iureiur. S. Thom. 2. 2. q. 89. a. 4

Ius sacratum Iouis iurandum sanguine. &c.

Hæc autem dictio, iusiurandum, est vnica ex compositione, tametsi interdum eam diuidunt metri causa Poetæ. Iuuenalis[a].

a Sat. 13.

——————*quod dubitaret*
Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando, &c. Ouidius[b].
Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris?

b epist. Cydippes ad Acontium.

29 Hinc quæri potest, an vnicum sit iusiurandum, an duplex. Post Goffredum[c] est receptum, duplex esse: alterum assertionis, quo vel præterita, vel præsentia homines affirmare, aut negare solent: alterum promissionis, quo futura promittunt, vt in specie constitutionis Innocentianæ[d], & Bonifacianæ[e]: videlicet, si filiafamilias, acceptis centum, promiserit iureiurando nihil aliud ex bonis paternis, vel maternis se petituram: vel si mulier, constante matrimonio, marito res in dotem datas alienanti iureiurando consentit, promittitq. non vlterius huiusmodi alienationi contrauenire, sed perpetuo ratam habituram. Sed in hoc iuramēto nulla videtur formula præscripta: ita vt si ab ea recessum fuerit, reddatur nul-

c summ. de iureiur.

d c. cum contingat de iureiur.
e c. quamuis de pact. lib. 6.

lum

lum iuramentum. Hinc videmus, cum cele-
brantur contractus, qui per se validi sunt,
aut iurisiurandi religione confirmâtur, sim-
pliciter iurari, tactis scilicet sacris Scriptu-
ris, vel vt plurimum priuatis, ea præsertim
charta; in qua est descriptus contractus, vel
tacto pectore, si clerici sunt, iurari obseruan-
tiam eorum, quæ in instrumento compre-
henduntur. Nec certa concipiuntur verba, 10
sicut nec olim concepta fuisse animaduerti, 11
quamuis non dubitem, quin in iuramento, 12
quo futura promittuntur, quandoque iure-
tur ex præscripta formula, & verbis conce-
ptis, vt est illud iusiurandum, quo subditi
Principibus, & Principes subditi obligan-
tur, & id genus alijs, vt in definitione dixi.
Maxime de eo iuramento, quod viri in di-
gnitate ecclesiastica constituendi Romano
f c. 4. de iureiur. præstant Pontifici, cuius forma à Gregorio[f]
(quisquis ille fuerit in ordine) descripta,
eamq. septem continere capita ibidem ap-
paret. At vero in alia iuramenti specie sem- 13
per iurare oportet, vt delatum est iusiuran-
g l. 3. in fin. ff. eod. dum[g]. Cæterum, si ego detuli, vt per Deũ
iurares, tu per caput tuum iurasti, vel filio-
rum tuorum, non esse ratum habendum
h d. l. 5. in princ. eod. iusiurandum respondit Vlpianus[h], quod si
exegi, vt per salutem tuam iurares, & iura-
sti, stabitur, omne enim omnino licitum es-
se iusiurandum, per quod voluit quis sibi iu-
rari, idoneum esse idem scribit Vlpianus,
quia & iusiurandum conceptum est. Vnde 14
i l. iusiuran. 34. ff. eod. idem ipse[i] alibi asserit, quòd si de qualita-
te iuramenti fuerit inter partes dubitatum,
conceptio eius in arbitrio iudicantis est. Iu-
ramentum concipere quid sit, explicat Gu-
k in Annot. ad Pandect. in d. l. iusiurandum. lielmus Budæus[k], vt concipere iusiurandũ
sit exprimere, & integram sacramenti for-
mulam pronunciare, vt illi, qui asseueran-
ter, & præfidenter iurant conscientiæ fidu-
cia. Est igitur concipere, ad certam formu- 15
l l. quicquid ff. de verb. oblig. lam exprimere. Ideo Celsus[l] iurisconsultus
ait. *Quidquid astringendæ obligationis cau-
sa est, id nisi palam verbis exprimatur, omis-
sum esse intelligendum est.* Conceptis itaque 16
verbis veteres iurabant, quod abunde, ni
m in c. vlt. sup. lib. 1. fallor, demonstraui[m]. At quando iuramen-
tum publice præstandum erat, adhibeban-
tur, qui præiurationes facerent, idest con-
ceptis verbis ante alios iurarent, post quos
in eadem verba iurantes tantummodo di-
cebant: *idem in me*: quemadmodum scribit
n in verbo Præiurationes. Festus Pompeius[n]; & vbi magna erat mul-
titudo iurantium, vnum pro omnibus con-
cepta verba legisse, vel pronunciasse Barna-
o lib. 4. bas Brissonius[o] tradidit. Ac proinde peie- 17
rat ille, qui alio præeunte, verbis conceptis

iurat, seu in verba ab alio recitata iurat, si
fefellit, ac si per semetipsum iurasset ex vul-
gata illa iuris regula. *Qui per alium facit,
per se ipsum facere videtur.* Quod fatentur &
Cicero[p], & Valerius Maximus[q]. Est igitur p in oratio. pro C. Iuent. Auito.
differentia aliqua inter iusiurandum asser- q lib. 4. c. 8.
tionis, & iusiurandum promissionis. Quod
etiam videtur indicasse Chrysippus apud
Ioannem Stobœum[r], dum dicit, aliud esse r serm. 28.
verum iurare, & aliud fideliter iurare: item
18 peierare, & falsum iurare. Nam verum iura-
re, & falsum iurare ad iuramentum asserto-
rium pertinent; at fideliter iurare, & peiera-
19 re ad promissorium. Cui videtur conuenire,
quod Beatus scribit[s] Augustinus. Itẽ, quòd s can. ne quis 22. q. 2.
in hoc iurari potest, verbis non conceptis: nõ
nego tamen, quin & verbis conceptis possit
iurari, hoc est dictatis ab eo, in cuius gratiã
iuratur: sed in illo perpetuo conceptis ver-
bis, hoc est vel à iure constitutis, vel à defe-
rente iusiurandum dictatis, vel ex arbitrio
iurantis, hoc est, adigentis ad iusiurandum
prænotatis. Plautus in Pseud.

Iurastin' te illã nulli venditurã, nisi mihi?
BAL. Fateor, CAL. nempe conceptis
verbis. BAL. etiam consultis quoque.

idest (vt Budæus[t] interpretatur) non mo- t d. l. iusiurandum.
do dictatis à se verbis, sed etiam cogitatis;
animaduersis, præmeditatis. Neque hic vi-
detur esse prætereũdum, quod in felicissimo
Serenissimi Allobrogũ Ducis dominio lau-
dabiliter obseruatur, quo ad iurisiurãdi for-
mulam: iurant enim conceptis verbis, quæ
ita lingua vernacula concipiuntur[u]. *Io N.* u in tit. & iuretur. in decret. vt vocant. nouis.
20 *chiamo in testimonio il sommo Dio mio crea-
tore, ch'è somma verità, & s'io mento, prego
la sua divina maestà, che mai non m'aiuti, ne
mi doni salute, nè consolatione di cosa alcuna,
ma che hor hora mandi sopra di me quel mi-
racoloso castigo, che mandò sopra Anania, &
Saffira sua moglie, perche mentirono allo Spi-
rito santo, ouero mi faccia passare il rimanen-
te della mia vita in perpetua calamità, et mi-
seria, mandando la sua horribile maleditione
sopra di me, & di tutte le cose mie, acciò ch'io
resti perpetuo esempio ad ogn'vno di non men-
tire à la sua diuina maestà, & d'hauere più
timore del suo giustissimo giudicio: & oltre di
questo faccio pura, & mera donatione alla
Camera Ducale di tal somma, per la qual
voglio, che si possa fare esecutione contra
di me senza processo, ne scrittura alcuna, su-
bito, che sia verificato, ch'io habbia mentito.*
Pœna vero, quæ Fisco applicatur, consti-
tuitur iudicis arbitrio, inspecta scilicet iu-
rantis, & causæ qualitate. Fit eiusmodi
adiuratio genibus flexis, & cæreis duobus

Digitized by Google

accensis, coram sacro altari, manibus super sacrosanctis Euangelijs positis. His itaque peractis, restat in quæstione hac illud explicare: num transgressio horum iuramentorum, quorum alterū de re præsenti, aut præterita, alterum de futura præstari diximus, distinctam peccati speciem constituat. Couarruuias [x] negat constitui: contrariū videtur asseuerare Nauarrus [y], vt duobus modis peccari possit ratione iuramenti, scilicet, aut male iurando, aut male adimplendo, quod bene iuratum est. Sed bene intuenti non videntur contrarij. Verum quidem est, dupliciter peccari ratione iurisiurandi (vt ait Nauarrus) vnum tamen est peccatum. In 41
vtroque enim Deus [z], vti testis infallibilis, & prima veritas, inuocatur: at diuini testimonij species nō distinguitur ex eo, quod super futuro, aut præsenti, aut præterito Deus ipse testificetur. Differentia ista non est per se, sed per accidens: at ista non distinguit speciem, secus illa: quoquo modo iuremus, Deum testem vocamus: atqui differentiæ illæ promissionis, & assertionis per accidens se habent in Dei testificationem, vt Caietanus [a] concludit. Ad hoc mihi placet mirifice Couarruuias distinctio, vt ista Caietani 43
opinio locum habeat, quo ad iudicium interius, non item quo ad punitionem humanam, vt grauius puniatur is, qui falsum sciēs iurat, quàm qui iuratum, non adimplet. Idcirco passim puniri videmus eos, qui iureiurando falsum affirmant, non æque, qui peierratum eunt, quia non adimplent, quod iureiurando promiserint. Differētiæ ratio elegans esse potest: nam ei, qui falsum sciēs iurat, nihil est impedimento, quin aliud possit iurare: quo vero ad eum, qui aliquid iureiurando pollicetur, facile potest euenire, vt per eum non stet, quominus adimpleatur, quod iurauit, sed ei aliquid sit impedimento vt nō impleat: atque ideo in hac specie benigniores facti videntur legislatores, in illa seueriores. Sed præter hæc, scire oportet, vt quemadmodum iuramentum distinguitur, & diuiditur in duas partes, in assertorium nempe, & in promissorium, sic etiam diuiditur in simplicem contestationem, & in execrationem, vt Caietanus post B. Thomam [b] scribit: hic enim ait, duplex est modus iurandi: vnus quidem per simplicem Dei con- 41
testationem, sicut cū aliquis dicit. *Est mihi Deus testis, vel coram Deo loquor, vel per Deum*, quod idem est, vt dicit Augustin. [c] Alius modus iurandi est per execrationem, dum scilicet aliquis se, vel aliquid ad se pertinens ad pœnam obligat, nisi sit verū, quod dicit. Ibidem Caiet. scribit, huiusmodi dicen-
44 di formulas: *Deus scit: coram Deo loquor*, & alias eiusdem generis posse dupliciter intelligi, scilicet inuocatiue, vt cum ipso loquar, vel enunciatiue. Sumuntur autem inuocatiue, quando cōmuniter inducuntur ad cōfirmandum, quod verbis concipitur: & hoc casu habent rationem iuramenti. Sed cum sumuntur communiter, pure, enunciatiue, & per modum narrationis afferuntur. Et hoc contingit frequenter his, qui iurare nequaquam volunt in confirmationem suæ assertionis, sed diuino iudicio, & futuræ vitæ, vbi omnia clara, & aperta fient, remittere: & tunc dicit non esse iuramentum, sed simplicem enunciationem, quia non est inuocatio Dei in testimonium. Hinc exoritur dubitatio non mediocris, an verba ad iusiurandum sint necessaria? habet etenim quæstio ista valde dissentientes interpretes: alij annuūt, alij negant. Esse necessaria contendit Bartolus [d], cui adstipulantur Baldus, Albericus, Salicetus, Fulgosius, & Romanus [e]. Horum opinionē temperare quodammodo voluerunt Paul. Castr. Aretin. & Alexander [f], vt habeat locum in ijs, qui loqui possunt, non in ijs, qui non possunt, in quibus nutus, & signa sufficere constanter defendunt, & hāc communem esse sententiam, saltem apud iuris ciuilis interpretes, testatur Ioānes Crotus [g]: & Andræas Alciatus [h] dicit, hanc opinionem sibi placere, & in praxi obseruari: cui adhærere videtur & ipse Andræas Tiraquellus [i] ex glossa [k], quæ asserit, mutum posse testimonium ferre, dummodo sciat scribere: cuius dictum communi doctorum suffragio receptū esse tradunt [l] Antonius, & Præpositus. Si testimonium dicere: ergo & iurare potest: quia in teste
45 iuramentum est necessarium. Contrariam opinionem esse veriorem existimarunt Abbas [m], Iacobus Puteus [n], & Cyus, eamque sequuti sunt, asseuerantes communem esse Lancellottus Galiaula [o], Antonius Corsetus [p], & Didacus Couarruuias [q]. Quorum sententiæ ego me libenter subscribo, non ex eo solum, quod Abbas dicit, in iure non reperiri expressum, quòd verba sint necessaria, præterquam in stipulatione, sed ex eo etiam, quòd iusiurandum Deo præstatur, qui cum solius mentis, & cordis scrutator [r] sit, expresione verborum opus non
46 habet. Non erunt ergo verba necessaria, quemadmodum non sunt in contrahendis
47 nuptijs, etiam in ijs, qui loqui possunt [s] (licet dicant nostri, in muto non esse necessaria, secus vero in illis) quia dico nunquam

necef-

x d. c. quiuis in princ. n. 3 de pact. lib. 6.
y in summ. c. 12. num. 3. vers. 6.
z c. à nobis de sent. exc. D. Thom. 2. 2. q. 89. a. 4.
a d. q. 89. a. 1.
b d. art. 1.
c c. si peccatum. 22. q. 1.
d ad l. 2. § iusiurando. ff. de acceptil. ar. & ad l. qui iurasse ff. de iureiur.
e omnes ad l. 1. ff. de verb. oblig.
f omnes d. d. l. 2. § [illegible]
g ad d. l. 1. in li. 1. Parte. c. 2. & ad rubric. de iureiur. n. 21.
i de legibus cōnub. in gl. 7. n. 18.
k gl. ad c. testes 3. q. 9.
l ad d. c. [illegible] apud Tiraq.
m ad d. rub.
n o ad d. Authent. sacramenta puberum C. si aduers. vend.
p ad d. l. 1. ff. de verb. oblig.
q ad d. cap. quamuis in princ. n. 4.
r cap. erubescant. d. 32. c. si quid inuenisti. 14. q. 5.
s c. tua de spons. & matrim.

necessaria esse, quo ad cōtractum: sed quia matrimonium non est simplex, vel nuda donatio, sed, vt aliàs [t] scripsi, mutua pactio, hinc fit vt consensus alterius tantum ad coniungendas nuptias satis esse nō possit, sed duorum inter se mutuum esse oportcat. Ad declarandum autem mutuum animi cōsensum verbis opus esse apparet [u], hoc est, quo ad ecclesiam, quæ de interiori animi consensu non iudicat, vt rectissime glossa [x] sentit. Quare sancti patres in catechismo [y] ad parochos ex Tridentini Concilij præscripto editus, dixerunt, verborum loco, tum nutus, tum signa, quæ intimum consensum aperte indicant, satis ad matrimonium esse posse, quinimmo & ipsam taciturnitatem, cum puella propter verecundiā non respondet, sed pro ea parentes loquuntur. Hinc videmus, mutos, itemq. surdos posse contrahere, non æquè furiosos, aut impuberes [z]. Ratio diuersitatis est plane elegans: quia matrimonium ex solo consensu æstimatur [a], qui furiosis, & impuberibus inesse non potest, mutis vero, & surdis, qui loqui, aut audire non possint, verborum loco sunt, tum nutus, tum signa, quæ ipsum consensum satis patefaciunt: at si valere volunt, prout volunt, argumentum à iuramento ad matrimonium, & in hoc non sunt verba de substantia, vti probatum est, fateri oportet nec in iuramento esse de substantia, quamquam necessaria videntur ad certiorē iuramenti ipsius probationem, vel ad declarandam iurantis mentem, quod & Didacus [b] censuit: in quem sensum leges, quæ dicunt verba esse de necessitate, accipi debent. Eodem pertinet, quod Baldus [c] scribit; videlicet, scripturam non esse de forma substantiali legis, esse tamen de forma accidentali ad inducendam obligationem ex lege: quod & idem alibi asseuerauit [d], quem sequuti sunt & Abbas [e], & Aretinus [f], & Decius [g], & nos superius tractauimus [h], cum quæreremus, an scriptura esset de substantia nouæ legis, adeo vt non esset necessaria promulgatio, vbi conclusimus de mente sapientum, non esse, nisi ad patefaciendam, & aperiendam sententiam, & mentem legislatoris. Aretinus igitur, distinguendo concludit, scripturam non pertinere ad essentiam legis, sed ad necessitatem probationis: assertioni tamen nostræ duo videntur aduersari, constitutio vna Cæsarea [i]: Pontificia altera [k]: hæc ita concipitur. *Clericus, qui iurauit se statuta, in ecclesia sua edita seruaturum, promittens per idem iuramentum statutum, quod postmodum subse-*

t in Paratit. eod. tit.
u ex d. cap. tua.
x ad d. c. tua nos.
y tit. de matrim. sacramento.
z c. cū apud nos. de sponsalib. de furios. & c. sufficiat 27. q. 2. l. nuptias. ff. de reg. iur.
a c. sufficiat 27. q. 2. l. nuptias ff. de reg. iur.
b d. nu. 4.
c ad l. humanum. C. de leg.
d ad d. rub. de constit.
e f. d. tit.
g ibi. n. 36.
h sup. eo. li.
i Nouel. 17. dum hoc. de mand. prin.
k c. sed neque
l c. vn. de iureiur.

quutum est, fideliter obseruare, licet transgredi non debuerat, quod promisit, non tenetur ad illius obseruantiam ex debito præstiti iuramenti. Ex quibus verbis argui volunt nostri, satis esse ad iurisiurandi religionem, & nexum ipsum interiorē iurandi consensum, vt paulò ante est dictum, nec ipsam iurantis mentem sufficere, n si verbis, & quidem expressis iuramētum ipsum explicetur. Didacus Couarruuias air, quod & glossa expresse tenet, nimirū, quòd summus Pontifex ibi loquitur de extensione iuramenti, non de iuramento, mente tantum, & animo concepto: quamuis enim ibi decisum sit, absque nouo iurandi animo iuramētum de vno casu iam præstitum ad alium extendi non posse, quo ad eius vim, etiam ex consensu, & voluntate iurantis, quamuis de eodem casu facta sit promissio, non negatur tamen, quin iuramentum absque verbis, animi tantum deliberatione fieri posit: ideo glossa [l] eleganter dicit. *Ex hoc patet, quòd iuramentum non extenditur, nisi ad ea tantum, de quibus est cogitatum, vt dictum fuit, & non ad ea, quæ postea accidunt*, argumento Innocentianæ constitutionis [m]: nam & pactū, & transactio ad ea tantum, quæ verbis comprehensa sunt, extenduntur [n]. Constitutionis vero Cæsareæ [o] verba sunt ista. *Sed neque hec, quæ dicuntur verba, id est iusiurandum, prompte dare festines, aut amplius tempus: sed & cum examinatione in tempore mediocri, & non transcendente triginta dierum inducias.* & quæ sequuntur. Hæc (vt nemo in iure vel mediocriter versatus, nescit) ad quæstionem nostram faciunt nihil. Non enim de iuramento tractatur, sed de fide publica, siue de priuilegio, aut diplomate securitatis in causa ciuili, quod vulgò saluum conductum appellamus, quod etiam Didacus rectisime animaduertit: idque ex Haloandro intelligi potest haud obscure; nam vbi textus noster ita concipitur. *Si vero etiam aliquid sub nuncupato verbo feceris: deinde aliquis adierit aduersus eum, deduces quidem eum, custodiens datum ei verbū.* Haloander ita. *Deduces ipsum in ius, datam illi fidem conseruans: factum quoque ipsum examinabis, salua per omnia fide publica.* Et hanc fidem publicam, vulgò, verba, appellari scribit idem Didacus, sed non late accipi debent verba de fide publica, siue saluo conductu, vt forte existimauit idem ipse Didacus, sed de fide data ei, qui ad ius asyli confugerat. Ius asyli est hoc, vt inde inuiti non extrahantur [p], quod ego aliàs [q] pluribus ostendi: nam si ius dicens fidem publicam dederit

l ad d. c. vl.
m c. quemadmodum. §. illud. de iureiuran.
n l. tres fratres. ff. de pact. l. si de re certa. C. de transact. l. qui cū tutoribus. ff. de transact.
o de testibus. o d. §. sed neque. Aut. de mandat. princ.
p tot. tit. C. de his, qui ad ecc. confug.
q inter alia. & c. vlt. de immun. ecc. & c. 15. sup. lib. 1.

dederit ei, qui ad aſylum confugerit, hoc eſt
r d § ſed neque.
56 verba, *negotium*, inquir Iuſtinianus [r], *verbo vbique ſeruato, examinabis: & ſi etiam contra eum ſententia neceſſaria ſit, condemnabis eum: & duorum proponens electionem, vtrũ velit dato verbo, abſolute abrenunciare, & agere, quæ iudicata ſunt, an non: certe, ſi hoc non, ſacris eum terminis reſtitues, & ibi executionem inferes temperate, & cum debita venerabilibus locis reuerentia*. Hoc eſt ſeruato verbo, ſiue fide publica data, remitti debet ad ius aſyli: tum in ius vocari poteſt, vt per ſe, vel per procuratorẽ cauſam agat: vocari, inquam, non rapi: ſi venerit, aut miſerit procuratorem, in cõdemnatum fit executio iudiciorum, ſaluo tamen iure aſyli: ſi nec venerit, nec miſerit procuratorem, ob
57 contumaciam fit miſſio in poſſeſſionem bonorum eius, ſecundum Imperatoriam con-
ſ l. vlt. C. eo. de his, qui ad eccl. confug.
ſtitutionem [ſ], quamquam Iuſtinianus [t] conſtituit, vt ſi iudicium eſt criminale, non ſer-
t d § ſed neque. de Nouell. 37. & 117.
uetur ius aſyli, vt ſicarijs, adulteris, raptoribus virginum, neque etiam tributorum
u d § ſed neque. & Nouell. 128.
58 debitoribus [u]. Hodie tamen liber homo, qualiacumque etiam grauia perpetrauerit delicta, niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus agrorum depopulator, vel graſſator, qui publica itinera inſidijs peruerit, & ob-
x d. c. inter alia.
ſeſſerit, ex Innocentij Tertij [x] conſtitutione inuitus extrahi non poteſt, de quibus
y ſup. c. 16. hoc lib.
latè ſuo loco [y] diſſeruimus. Ex ijs igitur expedita eſt quæſtio, num verba ſint de iuramenti ſubſtãtia. Ex eo autem, quòd dicimus iuramentum non extendi vltra iurantis mẽtem, & intentionem, non quæri poteſt abs re, an ſi quis iureiurando ſe certa die ſoluturum quid promiſerit, deinde creditor ei diem prorogauerit, prorogatum etiam iuſiurandum cenſeatur. Item, ſi compromiſſum factum fuerit ad tempus, ita vt iudex compromiſſarius intra certum dierum ſpatium debeat eam cauſam expedire, præſtito iuramento à compromittentibus ſtandi, parendi, atque eius ferendæ intra definitum tempus ſententiæ acquieſcendi, ac expirato eo tempore, prorogetur in eundem iudicem iuriſdictio compromiſſi ad aliam diem, an ſtante hac prorogatione, cenſeatur prorogarum & iuramentum, aut expreſſe iterum ſit id iuriſiurandi religione confirmandum. In qua quæſtione mihi mirum in modum
z d. c. quãuis § n. 6. verſ 6.
placet Didaci Couarruuias [z] opinio, qui poſt gloſſam [a] communi interpretum con-
a ad l ſed ſi maneat ff de precari.
b c ad l dies per ... ff de dam. infecto
59 ſenſu receptam, & poſt Bartolum [b], & Alexandrum [c] dicit, prorogationem compromiſſi factam iam extincto priori compromiſſo, eiuſq. die tranſcurſa, non cenſeri factam eum repetitione iuramenti præſtiti in primi compromiſſi obſeruantiam, ſi hæc prorogatio ſimpliciter fiat. Ratio eſt, quia in hac ſpecie non eſt vera prioris compromiſſi prorogatio, ſed nouum compromiſſum, vt bene Bartolus, & Alexander dixerunt [d]. Mi-
d ad ...
nus tamen recta de re altera eiuſdem Didaci opinio mihi eſt. Exiſtimat enim indiſtincte, debitorem, qui promiſit iureiurando ſuo creditori, ſe certa die quid ſoluturum, etiam ſi ea dies fuerit per creditorem prolata, eſſe tamen, & remanere obligatum ad ſolutionem cum iuramento, cum tamen Cardinalis [e] contrarium aſſeruerit,
e ad clem. ... § non ... q 3. de ... iuram.
hoc eſt, non peieraturum debitorem, ſi in-tra diem prolatum, nulla facta iuramenti
60 mentione, non ſoluerit. Ego in libris Animaduerſionum [f] dixi, adhibendam eſſe di-
f lib. 2. c. ...
ſtinctionem, videlicet, quòd ſi eo tempore, quo protuli diem, nondum iurans erat moratus ſolutionem, ſatiſque adhuc temporis habebat ad ſoluendum, hoc caſu perir iuramentum: quia per creditorem ſtetit, quominus ſolutio fieret [g] ante diem dictã,
g argumento l ſi creditores ff. de nou...
non per debitorem: ſed ſi quo tempore creditor protulit ſolutionis diem, iam certum erat intra ſtatutum tempus promiſſam ſolutionem fieri ab eo non poſſe, etiam, ſi diem creditor protulerit, iuramentum prorogatum intelligitur [h]: quia hoc caſu diei pro-
h argu... l cũ ... tius ſim ... ff de verb. oblig & l. ... ff. ſi q. caut.
latio debitoris commodum magis, quàm creditoris reſpicit, ideo non debet de bono opere, vt ita dicam, lapidari, nec, cum debitoris culpa diem proroget, intelligitur ipſum iuramento liberare, ſed potius eo temporis beneficio, quod ei concedit, eundem ſub eodem vinculo paratiorem, & expeditiorem ad ſoluendum reddere. Nec obſtat, quod quis obijcere poſſet, ſcilicet, illa Iuriſconſultorum reſponſa loqui de pœna, quæ eſt odioſa, nos vero loqui de iureiurando, quod non videtur odioſum, cum adijciatur ad maiorem promiſsionis vim, quia reſpondeo, maius odium habere iuramentum, quàm habeat pœna: magis enim obſtringit iuramentum, quàm pœna: pecunia pœna obliterari poteſt, non item iuramentum, etſi à parte, in cuius gratiam, & commodum eſt præſtitum, remitti poſsit.
61 Vnde videmus, quandam ſemper iuriſiurandi fuiſſe efficacem obſeruantiam ad timorem diuini nominis, quod in teſtem, & iudicem inuocamus, etiam apud eos, qui falſam coluerunt religionem, vt abunde diſſeruimus [i]. Si quis autem quæreret ra-
i c. vlt. ſup. lib. 2.
tionem diuerſitatis inter iuramentum illud, quod in compromiſſum deducitur, & illud,

quo

quo quis se intra certum tempus aliquid fa-
cturum, aut daturum obligat, dicam esse
plane elegantem, quia in contractu per ali-
quem contrahentium stat, quominus res iu-
rata fiat, aut detur, nō æque in compromis-
so, sed per compromissarium, seu arbitrato-
rem stat, quo minus arbitrium intra dictam
diem dicatur, proferatur, publicetur. Cæ-
terum sentio ipse cum Didaco aduersus eū- 62
dem Cardinalem, qui putauit [k], neminem
vnquam dici vere periurum, nec quo ad
periurij periculum, censeri iuramentum
præstitum, nisi fides sit interposita expres-
se per verbum, *Iuro:* & licet alter Cardina-
lis. Alexandrinus [l] eādem referat, & sequa-
tur opinionem, dico tamen, videri omnino
falsum, quod constat ex ijs, quæ in defini-
tione diximus: nisi forte dicamus, vtrum-
que Cardinalem voluisse intelligere, quan-
do aliæ iurandi formulæ, seu verba, quæ di-
recte non fiunt per verbum, *Iuro*, accipiun-
tur enunciatiue, & inuocatiue, vt ex B. Tho-
ma, eiusq. interprete Caietano iam dixi-
mus. Quòd, si inuocatiue accipiuntur, excu-
sari neutiquam possunt. Nam cum Deus ip-
se in testem, vel iudicem inuocatur, absque
expressione huius verbi, *Iuro*, semper iura-
mentum conceptum [m] intelligitur, vt pas-
sim in sacra pagina videre est, vbi non mi-
nus obseruatur iuramentum, quod per alia
verba, aliamve formam, quam per verbum,
Iuro, concipitur. Immo frequens est illud.
Viuit Dominus, viuit Deus: ipse enim Deus 63
iurauit. *Viuo* [n] *ego: Et iurabis, viuit* [o] *Deus*,
Apostolus [p], *Testor Deum. Testis est mihi* 64
Deus, & alijs eiusdē generis. Non est itaque
dubium, quin teneatur iurans obseruare iu-
ramentum, quod per alia verba fit, sicut &
per verbum, *Iuro*, & perinde peieratum it,
qui huiusmodi iuramentum non obseruat,
atque ille, qui per verbum, *Iuro*, promisit.
Nam & Deus, qui, nec falli, nec fallere po-
test, obligatur iuramēto. *Rota decis. 306. n. 2.
in fi. diuers. par. 2.* Propheta *Iurauit Domi-
nus, & non pœnitebit eum.* Verùm, quoniam
in proxima præcedenti quæstione obiter di-
ximus, iusiurandū vltra consensum, & men-
tem iurantis non extendi, videamus, an iu-
ramentum ipsum propriam assumat naturā
contractus, vel alterius actus, cui adijcitur,
& secundum eum intelligi debeat? Iustinia-
nus [q]. *Indubitati*, inquit, *iuris est, non nu-
meratæ pecuniæ exceptionem locum habere, et
in talibus nominibus, vel fæneratitijs, vel
alijs cautionibus, quæ etiam sacramenti habēt
mentionem. Quæ enim differentia est in hu-
iusmodi exceptione, siue iusiurandum positum*

k ad c. præterea 1. de sponsalib.
l d. cap. præterea.
m c. & iurabunt. 22. q. 1 c. etsi Christus & cap. ego N. de iureiur.
n Num. 21.
o Hierem. 4
p Rom. 1.
q in l. vlt. C. de non num. pecun.

*est, siue non, tam in fæneratitijs, quàm in
alijs instrumentis, quæ talem exceptionem re-
cipiunt?* Ex quibus Iustiniani verbis, quis est,
qui non videat, iusiurandum eandem, quam
habet actus, cui apponitur, naturam habere?
65 Nec est in iure versatus, qui ignoret, pro-
missionem soluendi pecuniam non numera-
tam, hanc propriā habere naturam, vt vltra
biennij metas pecuniæ non numeratæ exce-
ptio minime extendatur: intra bienniū sem-
66 per [r] obijci potest. Qui igitur iurat, pecuniā
sibi mutuo datam se soluturū, non obstante
iuramenti vinculo, poterit intra bienniū op-
ponere exceptionē non numeratæ pecuniæ.
67 Item quod metus causa gestum est, ratū non
habet [f] Prætor, neque ratum habebit eccle-
siasticus iudex, si adiectum fuerit [t] iusiuran-
68 dum. Item si quis iurauerit, se ducturum
aliquā in vxorē, non tenebitur eam ducere,
si post hanc promissionem ipsa fuerit [u] for-
69 nicata. Quibus congruit, quod Vlpianus [x]
scribit, vt si quis stipulatus fuerit, sibi centū
dari dotis nomine, non debentur, nisi sequu-
tæ fuerint nuptiæ: stipulationē, quæ propter
causam dotis fit, hanc conditionem habere
constat, si nuptiæ fuerint sequutæ, nec aliter
ex ea agi potest, etiam si adiecta non fuerit
conditio de nuptijs contrahendis, ac etiā si
adiectum fuerit iuramentū, cum hac de cau-
sa non mutetur contractus natura, argumē-
to [y] imperialis constitutionis, qua ita caue-
70 tur. *Placuit eos, qui nascūtur, matrū conditio-
nibus vti quarum mox visceribus exponūtur.*
namque iusiurandum quasi contractus pars
esse videtur. Sed quia videmus passim, va-
rios ex contractibus oriri effectus, qui alio-
quin non haberentur, si non essent contra-
ctus iurati, res est paulò clarius aperiēda, &
explicāda, de qua mihi videtur dixisse recte
71 Didacus [z], vt cōclusio hæc nostra accipi de-
beat de natura propria, & à primordio ipsi
actu conuenienti, non de accidentali, ita vt
iusiurandum assumat actus naturam, vt lo-
quitur, primordialem, non accidentalem ex
eo, quod Bartolus [a] scribit, vt actio subroga-
ta sapiat naturam eius, in cuius locū subroga-
tur, si naturalis: secus si accidentalis fuerit,
prout idem [b] alibi tradit: idq. communi in-
terpretum cōsensu receptum esse, auctor est
idem Didacus [c], hoc est, vt iuramentum na-
turam actus primordialem, cui accessit, se-
quatur, non accidentalem. Sed illud videtur
habere maiorem dubitationem, quæ nam
dicantur naturalia, quæve accidentalia con-
tractus, siue alterius actus. Didacus Barto-
lum sequutus, dicit ea, quæ veniunt accidē-
taliter, triplici ratione contingere, ratione

r l. in contract. C. eod. §. vlt. Inst. de litter. oblig.
f l. metum. & toto tit. ff de eo, qd metu cau. & c. 4. eod. qd met. caus.
t c. peruenit 1. de iureiu.
u c. quemadmodum. eo.
x in l. si stipulationem ff. de iure dotium.
y arg. l. vlt. C. de liber. causa.
z ad d. cap. quamuis. p. 2 § 4. n. 2.
a ad l. item veniūt § cū gradiamur. ff. de petit. hæred. per eundem tex.
b ad l. vnicā §. sed si non. C. de rei vxor action.
c d. §. 4. n. 1

Digitized by Google

videlicet moræ, culpæ, vel conuentionis; ea vero naturalia dici, quæ procedunt virtute quadam ab initio à propria rei specie. Ipse vero existimo, hac in re idem fere de iuramento dicendum esse, quod de pacto. Pacta autem, quæ ratione fiunt contractuum, vel fieri de substantia contractus, vel de natura, vel de adminiculis, vel de ijs quæ sunt prorsus extra naturam, quæ haud male quis accidentia forte dixerit. Substantia contra- 72
ctus est res ipsa, ex qua contractus constat, vt in emptione, & venditione res, & pretiũ, itemque in alijs. Natura contractus est id, 73
quod naturaliter inest contractui, nec saluo contractu tolli potest, veluti in emptione,& venditione, vt traditione rei dominium [d] transferatur. In locatione, vt rem conductam non sibi possideat conductor, sed tradat locatori: in mutuo idem in genere, non in specie [e] reddatur: in donatione causa mortis, vti reuocetur arbitrio [f] donantis: in deposito, vti depositarius non vtatur, fruatur, sed [g] custodiat: in commodato, vt finito vsu, vel die, in quem commodatum est, reuocet dominus: in tutela, vt finiatur pubertate, & sic in vnoquoque contractu dici potest. Adminicula sunt, quæ quidem con- 74
tractibus insunt naturaliter, tolli tamen, aut immutari possunt, veluti in emptione, & venditione, vt venditor teneatur de euictione [h]: in mutuo, vt æque bonum reddatur, non nouum pro [i] veteri: in locatione, vti conductor de dolo, lata culpa, & leui [k] teneatur: in commodato, vti commodatarius teneatur etiam [l] de leuissima: in deposito, vti teneatur tantum de dolo, & culpa [m] lata: in dote, quæ consistit in numero, pondere, & mensura, restituatur annua, brima, trima [n] die, vnde & natura, & forma dotis appellatur [o]. Et non solum dolum, sed etiam culpam maritus præstare tenetur [p]. Hæc igi- 75
tur adminicula sunt, quæ intelligere nõ potuit bonus Accursius ad [q] Papiniani respõsum titulo Digestorum, de contrahenda emptione insertum, qui de adminiculis mentionem facit, quam dictionem sic non alibi reperiri arbitror, licet in alio sensu [r] passim reperiatur, vbi verbum hoc, *adminiculum*, accipitur pro eo, sine quo res consistere nõ potest. Nam legato vsufructu, necesse est, vt viã 76
præstet hæres. Quam vocem M. Tullius passim huic sensui accõmodat. Nam de Amic. *Natura solitarium nihil amat, semperq. ad aliquid, tanquam adminiculũ, admittitur*. Et de natura [s] deorum. *Vites clauiculis adminicula, tanquã manibus, apprehẽdunt*. Quemadmodum dicimus de iurisdictione, quæ sine

[d] l cũ manu fata. §. vlt. ff. de cõtrahen. empt. §. per traditionem Instit. de rer. diuis. l. traditionib. C. de pactis.
[e] l. 2. ff. de rebus cred. si cer. petat.
[f] l. 2. Instit. tit. de donat.
[g] l. Lucius. ff. deposili.
[h] l pacta cõuenta. ff. de cõtra. empt.
[i] l. cũ quid. vbi late interpretes ff. de reb. cred.
[k] l si vt certo. §. nunc. ff. commod.
[l] ibid.
[m] ibid.
[n] d. l vnica. §. cum autẽ. C. de rei vxor act.
[o] in l si vn⁹ § pactũ. in si ff de pact.
[p] l atia. §. 1 ff. solu. mat.
[q] ad d l pacta cõuenta.
[r] l 2. §. 6. ff. si vsufru pe. tat. l. instrumenta. C. de probat.
[s] lib. 2.

77 coercitione fere nulla [t] est. Erit igitur coercitio iurisdictionis adminiculum: ex quibus facile est intelligere, aliter accipi in citato Papiniani [u] responso, in quo adminicula accipiuntur pro ijs, quæ contractibus naturaliter insunt, tolli tamen possunt, aut immutari existente contractu. Restat, vt videamus de ijs, quæ sunt prorsus extra naturam, accidẽtiaq. nõ improprie appellari diximus, & di-
78 cuntur extra naturã ab Vlpiano [x], eo quòd extra naturã contractus sint, vt si in emptione pactũ fuerit, vt venditor de euictione satisdet, nã licet de euictione teneatur, nõ potest tamen cogi, vt satisdet. His ita peractis, ad quæstionẽ propositã redeundũ est, videlicet, quòd in actibus iuratis diligẽter attẽdere oportet ea, quæ vel ex substãtia, vel ex natura, vel ex adminiculis, vel ex ijs, quæ sunt prorsus extra naturã, hoc est ex accidẽtibus, eidẽ actui conueniũt. Ideo, præter alia multa, quæ ad intelligentiã iuramenti hac in parte in mediũ afferri possunt, duo solum regula-
79 riter veniũt adnotanda. Alterũ, quòd iusiurandum est interpretandum secũdum naturam, conditiones, & qualitates actus, cui apponitur, & quidem ab initio ex proprietate eiusdem: nec quicquã refert, an actus naturam, conditiones, & qualitates per legẽ Cæsaream, an vero per Pontificiam consequatur. Quoquo modo enim iuramentum alicui actui accedat, sequitur naturam ipsius actus principalis, in quo interponitur, vt Abbas [y] Panormitanus post Bartolũ, Baldũ, & alios indubitanter tenet: nam idem Baldus [z] recte sentit, iusiurandũ non augere obligationem, nec consensum, sed ei dumtaxat intra suos limites manenti addere religionis vinculum, cuius opinionis est & ipse Tiraquellus [a]. Rota quoque *coram Cantuc. decis.* 16t *nu.6. vers. et ad corroborationẽ. diuer. par.* 2. tenuit, statutũ Vrbis, de quo lib. 4. cap. 23. mandãs, in donationibus certas solemnitates adhiberi, intelligi etiã de donationibus iuratis, licet in eo non fiat mentio iuramẽti, ne aliàs statutũ reddatur elusoriũ, cùm donationes, vt plurimum, fiant cum iuramẽto.
80 Et hoc est alterum ex duobus, quæ diximus, esse adnotanda, vt iusiurandum ita accipi debeat, vt nullam interpretationem præter iurantis consensum [b] patiatur, quod
81 & idem probat Tiraquellus [c]. Quod adeo verum est, vt si quis iurauerit, se tot operas daturum alicui, quot ille arbitratus fuerit, non aliter ratum fore arbitrium illius, in cuius gratiam præstitum est iusiurandum, quàm si æquum arbitratus fuerit: ea enim fuit iurantis mens, vt eleganter Celsus

Iuris.

[t] l vlt. ff. de off. eius c c g literis ce offi. iud. dic.
[u] d. l. pacta conuenta.
[x] in l iurisgentium. §. vtpota ff. de pact.
[y] ad c. cum cõtingat. n. 24. de iureiu.
[z] ad l. si procurator. ff. de cond. indeb.
[a] ad l. si vnquã in prin. n. 165. C. de reuoc. donat.
[b] c. Quintavallis. de iureiur. c. cum iuramento. de homicid.
[c] ad d. l. si vnquam. in princ. n. 170

Iuriſconſultus [d] reſpondit. At dicet aliquis. Si debemus iuſiurandum interpretari ex iurantis mente, nec iuramentum obligat iurantem, niſi ex intentione ipſius [e] iurantis, & quis iurauerit non vere, ſed ſimulate, & ficte, & tandem ſimulationem eſſe, iurans dixerit, euaneſcet ne iuſiurandum, an ſuum ſortietur effectum, perinde ac ſi ille vere iuraſſet? Et videtur dicendum, nullum eſſe iuramentum. Qui enim ſimulate contrahit, 82 reuera nihil agit, quia deficit ibi ſubſtantia contractus, hoc eſt conſenſus [f], qui in vnoquoque contractu deſideratur, tametſi ex duabus Pontificijs [g] conſtitutionibus videtur etiam colligi haud male, quòd ſimulate contrahens, & recipiens iuramentum de non veniendo contra ipſum iuramentum, videtur iurantem adeo illaqueare, vt non poſſit contra iuſiurandum quidquam facere, vel opponere, præſertim, ne ſimulationis vitium [h] detegatur. In hac quæſtione tamen modo non inſiſtam: eam late perſequitur Abbas [i] ipſe, ad quem curioſos remitto: quærit enim præcipue, an ille, qui contractus ſimulationem vult probare, & ſic non obtemperare iuramento præſtito poſſit, non petita prius à iuriſiurandi vinculo abſolutione. Redeo ego, vnde ſum digreſſus, nempe iuramentum aſſumere naturam eius, cui adijcitur, actus. Ex quo inferri po- 83 teſt, quòd quemadmodum matrimonium metu, vel vi contractum, eſt ipſo iure [k] nullum, idem protſus de iureiurando dicendum eſt, ſi coniugalis conſenſus fuerit iuratus, vt recte diſputauit Didacus Couarruuias [l]: ſiquidem matrimonij ſubſtantia eſt conſenſus ipſe, quo deficiente, cetera omnia corruunt [m]: ſi ergo mulier metu, vel vi iurauerit aliquem in maritum accipere, eius naturæ erit iuramentum, cuius & ipſe coniugalis conſenſus, vel matrimonialis contractus. Idem in alijs actibus dicendum erit, vt in emptione, cuius naturam eſſe diximus, vt traditione rei dominium, vel vendicationis conditio transferatur. Ideo mihi videtur dixiſſe, quod oportuit, Imola [n] ad illud Imperatoris reſcriptum [o], in quo cautum eſt, quòd ſi quis duobus inſolidum 84 rem diſtraxerit, is, cui priori res eſt tradita, in detinendo dominio prior ſit. Exempli cauſa: ego prius prædium vendidi Titio, deinde idem prædium Mæuio iterum vendidi, & tradidi, dominium huius prædij tranſlatum eſt in ſecundum etiam, vt ait Imola, ſi prima venditio fuerit iurata: attamen, quia natura emptionis, & venditionis ea eſt, vt ante traditionem dominium minime cenſeatur tranſlatum, idcirco ſi res vendita alicui, alteri ante traditionem vendatur, & eidem tradatur, hic ſecundus emptor efficitur perfectus rei venditæ dominus.

d in l. ſi libertus ff. de oper. libert.

e can. humanæ aures, & 6. ſi ergo. & §. ex his 22 q. 5 cap. quamo de iureiur.

f l. emptor. ff de act. pluarcen. l. ancillam. cum ſeq. C. de contrah. emptio. c. illo vos. de pign. c. ad veſtrã. de emptio.

g d. c. illo vos. & d. c. ad veſtram.

h d. c. illo vos. & d. c. ad veſtram.

i ad c. cum contingat nu 18. cum ſeqq. de iureiurando.

k c. cum locum. de ſpõſalibus.

l in epit. li. 4. Decr. p. 2. c. 3 § 5. n. 2.

m l. cũ fuerit. ff. de cond. & demonſt. l. nuptias. ff de reg. iur. c. ſufficiat. 27. q. 2. c. requiſiuit. de ſpõſal.

n ad d. cap. cum contingat. num. 81.

o l. quoties. C. de rei vindic.

85 Imolam ſequitur Iaſon [p], & alij, quos refert, & ſequitur Didacus [q], cui optime conuenit Innocentij III. reſcriptum [r], vt ſponſalia de futuro etiam iurata, intelligantur ſoluta per ſponſalia de præſenti. Namque ſponſaliorum de futuro ea eſt natura, vt diſſoluantur per ſponſalia de præſenti. Sponſalia de futuro ſemper diſſolui poſſunt [ſ], etiam ſi fuerint iurata [t]: non æque ſponſalia de præſenti [u]: neque etiam per conſequens matrimonium etiam carnali copula conſumatũ [x].

86 Sponſalia dicta ſunt à ſpondendo [y]: at qui promittit contrahere, non vtique contrahit [z], ideo cogi non poteſt, vt contrahat; ſed qui de præſenti contrahit, aliquid plus promittit, ideo recedere non poteſt: etſi in Paratitlis [a] dixi, mortaliter peccare eum,

87 qui ſpondet ſe aliquam in vxorem acceptutum, & poſtea non accipit. Sed in foro interiori intelligi debet, non item in exteriori. Quòd ſi in ſponſalibus iuramentum ſequitur naturam ipſorum, quæ fauorabilia ſunt, multaque habent priuilegia [b], quid dicendum erit in alijs actibus, qui non ita fauorabiles ſunt? adeo, vt mihi videatur optima, & rectiſſima ipſius Bartoli [c] opinio, quem Baldus, & Cumanus ſequuntur [d], ſcilicet donationem etiam iuriſiurandi religione firmatam, reuocari poſſe, ſi ille, qui dona-

88 uit, poſt donationem, liberos ſuſceperit: cuiuſlibet enim donationis illud eſt proprium, quod reuocetur [e], vbi naſcuntur liberi. Et licet interpretes [f] ſint inter ſe valde diſſentientes, hoc eſt, an donator huic legi [g] poſſit renunciare: vt nuſquam reuocare velit, etiam ſuſceptis liberis, donationem, illud tamen in confeſſo eſt apud omnes, vt teſtatur Andræas Tiraquellus [h], ſolum iuramentum in donatione adiectum citra vllam renunciationem non tollere eiuſdem cõſtitutionis [i] remedium, ſed prorſus euaneſcere vbicumque ſuſcepti fuerint

89 liberi. Sed quid dicemus de inſinuatione? iuris enim apertiſſimi eſt, donationem, quæ tercentos aureos excedit, non tacta inſinuatione, haud valere, quibuſdam exceptis [k] caſibus, etiam ſi beneficio inſinuationis fuerit renunciatum, vt voluere Oldradus [l], Ioannes Andræas [m], Bartolus [n], & Baldus [o]: renunciare tamen cum iuramento omnium interpretum conſenſu receptum eſt, quod plurimotum auctoritate confirmat idem Tiraquellus [p]. Sed cur hæc tam varie? & quæ

p ad d. l. quoties. nu. 36.

q d. § 4. c. quamuis. & epit. lib. 4. par. 2. cap. 5. num 9.

r de quo c. ſicut ex literis. de ſpõſalibus.

ſ l. 1. C. de ſponſal. c. 2. & cap. requiſiuit. de ſponſalibus.

t d. cap. 2.

u cap. ſi inter eod. de ſponſal.

x d. c. ſi inter.

y l. 2. ff eod. de ſponſal.

z argumento l. ſi pœna. ff. de verb. oblígat.

a tit. de ſponſ.

b c. vlt. de cond. appoſit.

c ad l. Titia Seia. §. Imperator. q. vlt. ff. de leg. 2

d ibidem.

e d. l. ſi vnquam C. de reuoc. don.

f ibidem.

g d. l. ſi vnquam.

h ad d. l. ſi vnquam. in prin. n. 164.

i d. l. ſi vnquam.

k l. ſancimus. C. de donat.

l conſ 173.

m addit. ad Specul. tit. de inſtrum. edit. § porro in vltim. addit.

n ad d. l. ſancimus & ad l. Modeſtinus ff. eod. de donat.

o ad d. l. ſancimus. C. eod. de donat.

p ad d. l. ſi vnquam. n. 143 in prin.

quæ differentiæ ratio, vt iuramentum donationem sine insinuatione factam confirmet, non æque illam præcedentem, si nati sunt liberi? Rationem diuersitatis nemo, quòd sciam, aperit: ipse illam esse arbitror, quòd licet iuramentum regulariter sequatur naturam actus, cui apponitur, iuramento tamen renunciare possumus ijs, quæ pro nobis [q] introducta sunt, non item ijs, quæ in aliorum gratiam, & beneficium sunt constituta. Atqui fauore liberorum introductum est, non valere donationem ante eorum natiuitatem factam, quod rationem habet, ne 90
scilicet mendicare cogantur in dedecus gẽtis, & familiæ suæ ex nimia patris liberalitate. Ducuntur vxores, vt suscipiantur liberi, & nè familiæ extinguantur, vt ait Cornelius Tacitus [r], & non solum parentibus, sed & patriæ suscipi liberos scribit Marcus Tullius [f]: atque ideo Pomponius Iurisconsultus [t] dicit, reipublicæ interesse, vt ciuitates 91
liberis repleantur. Sed, quando contractus 92
infirmatur ratione tertij, nunquam quouis iuramenti vinculo confirmatur, vtpote, cum sit in alterius [u] detrimentum: quod non solum in alijs actibus, sed etiam in donationibus procedit, vt asserit Bartolus [x]. Cui adstipulantur Salicetus [y], Baldus [z], Paulus Castrensis [a], & Alexander [b], vt scilicet iusiurandum in donationibus præstitum nihil obsit tertio. Ideo mihi videtur, egregie Bartolum [c] dixisse, dum quærit, an seruandum sit iusiurandum in specie Cæsareæ illius [d] constitutionis, qua, cum vir, aut mulier, quæ transiuit ad secundas nuptias, nõ possit plus donare, aut alio titulo relinquere coniugi, quàm vni ex filijs prioris matrimonij, cui minus reliquit [e], quòd si vir confiteatur, iuretque se à secunda vxore mille recepisse, vt in effectu plus habeat, & consequatur vxor, quàm ex lege accipere possit, hoc iusiurandum neque firmare confessionem, neq; seruandum esse, quoniam in præiudicium filiorum primi matrimonij recidit. At iura- 93
mentum positum in donatione facta sine insinuatione, nihil obest tertio, sed ipsi duntaxat donanti: cum adeo iuramenti religione obstringatur, vt absque periurij reatu relaxari nequaquam possit: quocirca mirum non est, si insinuationi renunciare valeat donator. In hoc vero iuramento res in eodem permanet statu, in quo erat, non æque in superiori, quia tempore donationis nondum nati erant liberi, quorum fauore, vti diximus, rescindenda est donatio. Verum in iuramentis perpetuo inest illa clausula, *rebus ita stantibus*, vel, *eodem manente* [f] *statu*: vt si inter locatorem fundi, & conductorem conuenit, ne intra tempus locationis cõductor de fundo inuitus expellatur, quòd si secus euenerit, pœnam decem præstare locator teneatur conductori, hac tamen non obstante pœna, si idem conductor biennij continui pensionem non soluat, poterit repelli à conductione: quod procedere arbitror, etiam si huiusmodi conuentio fuerit sacramento firmata: cum iuramentum hanc quoque, saltem tacitam habet conditionem, si conductor pensionem præstauerit. Quam conclusionem, scilicet, quod clausula, *rebus sic stantibus*, insit iuramento, pluribus confirmat Andræas Tiraquellus [g]. Ad quam optime facit, quod Seneca [h] de beneficijs scribit. *Promisi*, inquit, *beneficium, nisi, si quid inciderit, quare non debeam dare*. Et paulo post. *Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti, non est mihi cum externo connubium: eadem res me defendit, quæ vetat*. Et post multa in hanc sententiam concludit. *Omnia esse debent, quæ fuerunt, cum promitterem, vt promittentis fidem teneam*. Qua de re multa etiam
95 Marcus Tullius [i] tradit. Ex ratione præcedentis conclusionis apparet, etiam falsam esse Alciati [k] opinionem, cum obstinate contendit, donationem inter virum, & vxorem factam non confirmari iuramento: quam pluribus reprobaui, dum publice in Taurinensi academia Gregorij noni constitutionem [l] interpretarer, meminique me dixisse, quòd si mulier potest senatusconsulto Velleiano in suum fauorem introducto renunciare [m], poterit & donare, & iurisiurandi religione confirmare. Eueniebat enim plerumque, vt constante matrimonio alienationibus super rebus dotalibus, aut donationibus propter nuptias mulieres cõsentirent, & quia tandem adiuuabant se
96 S.C. Velleiano, reuocabant alienationes in præiudicium emptoris. Verum, cum ex ijs orirentur rixæ, & inimicitiæ, sancitum fuit, alienationes, & renunciationes in bonis paternis, & alia id genus iuramento firmatas valere [n]: sed quanta fuerit legislatoris humanitas, ex eo apparet, quòd iuramentum per vim extortum, vel dolo, vel quod sine interitu salútis æternæ seruari nequeat, nullius esse momenti voluit. Ideo communis est interpretum opinio, mulieres, præsertim minores, renunciantes bonis paternis, maternis, fraternis, stante enormissima læsione, posse venire contra huiusmodi renunciationes, non obstante iurisiurandi vinculo, decreto iudicis, auctoritate tutoris, vel curato-

q l. si quis in conscribendo. C. de pact.

r lib. 2. Annal.

f 3. in Verrem.

t in l. 1. ff. solut. matr.

u d. c. quamuis de pact. lib. 6. c. licet de iureiur. lib. 6.

x ad l. hac edictali in fin. princip. per eundem text. C. de secund nup. & ad l. Titia. § Imperator. ff de leg 2.

y ad l. 1. C. de reuoc. donat.

z ad l. vlt. §. filius autem. C. de bon. quæ liber & consil. 21. lib. 4

a consil. 115. eod. lib. 5

a consil. 443. lib. 1.

b consil. 55. lib. 1.

c ad l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg 3.

d d. l. hac edictali.

e ead. leg.

f l. vlt. in princip ff ad municipal. cap. 2. vbi gloss. Anton Abb. & alij de renunciat facit & l. qua ro §. inter locatorem. ff locat.

g ad d. l. si vnquam nu. 166. cum seqq.

h lib. de beneficijs 3.

i lib. officiorum 3.

k ad c. cum contingat. num. 292.

l ad c. vlt. de donat. inter virum & vxor.

m l. si sine voluntate. & tot. tit. ff & C. ad S. C. Velleian.

n d. c. cum contingat. & d. c. quamuis de pact. lib. 6.

curatoris, interuentu consanguineorum, & alijs cautelis, & clausulis adhibitis, vt post doctores à Didaco [o] collectos tenuit Rota [p], quia ratione enormissimæ læsionis dolus [q] præsumitur. Quod autem Alciatus comminiscitur, legem ciuilem esse fundatã optima ratione, vtpote naturali, & per consequens debere seruari non obstante iuramento, respondeo, id non esse vtique naturaliter inductum, sed consuetudine, demum Antonini Imperatoris [r] constitutione. Nec officit, dum ait legem interpretari donationem blanditijs, & nimia importunitate donatarij extortam, atque ideo in eius odium videri concedendam absolutionem ex rescripto [f] Alexandri tertij, quia respondendum est male eandem ad hoc induci constitutionem: etenim illud iusiurandum, de quo in Alexandrina [t] constitutione, non potest seruari absque interitu salutis æternæ, cum vsura sit prohibita iure diuino [u]. Quod autem subiungit, legem odio prosequi accipientem, non autem fauere danti, nego: id enim constitutum non est in odium accipientis, quia, si ita esset, necessario sequeretur, mulierem, dignitatis adipiscendæ causa, marito donare non posse: donat tamen, rataq. est [x] donatio: donat quoque 97 maritus vxori ad refectionem ædium incendio consumptarum [y]. Nec obstat responsum [z] Iurisconsulti, quo cauetur donationem, ex qua donator pauperior fit, non autem ditior accipiens, valere: & ob id legem odio accipientem prosequi. Siquidem prohibitio donationis si in accipientis odium esset facta, donatarius licet locupletior ex ea non esset factus, ad restitutionem teneretur, sed ex illa non tenetur, ergo, &c. Verior igitur erit sententia existimantium, hanc donationem iuramento firmari, esseq. communem idem Alciatus [a] fatetur. Sed 98 maior est dubitatio, quando prædecessit donatarius donanti, an donatio ista sacramenti religione firmata adhuc habeat effectum: porrò donatio inter coniuges hanc habet tacitam conditionem, *si donator præmoriatur* [b], vnde si iuramentum illi accedat, stare eadem debet [c] conditio: vt ad hoc propositum respondit Decius [d]. Quanquam Paulus Castrensis [e], & Aymon Crauetta [f] contrariam sententiam veriorem esse opinantur, quam sequitur, licet animi pendere videatur, Didacus Couarruuias [g]. Ego vero eius sum sententiæ, cuius fui, cum interpretarer illam Gregorij noni [h] constitutionem, primo nempe anno, quo ius Pontificium publice profiteri cœpi, quo sane tempore, vt libere fatear, neminem de hac re loquentem videram, nec Decium, nec Paulum, nec Crauetam, nec Didacum, aut alium quemquam: quorum auctoritas, licet apud me plurimum valeat, me tamen ita non mouet, vt dicti me pœniteat. Nam, si vera est regula illa, vt iuramentum recipiat conditionem actus eius, cui accedit, vt dictum est sæpius [i], quare & hæc regula in hac donatione non habebit locum? Natura istius donationis est, vt non sortiatur effectum, nisi donator præmoriatur, & in eadem
99 persistat [k] voluntate. Itaque pro eius arbitrio reuocari poterit. Quo quo enim modo pœnitentiam declarauerit donator, siue expresse, siue tacite, reuocata intelligetur [l] donatio. Verum, si donationi huic iuramentum accesserit, operabitur, vt neque tacite, neque expresse possit deinde reuocari. Quod non vtique locum habebit, vbi præmoritur donatarius; ratio est omnino elegans: siquidem maritus vxori donat, cum eo animo donat, vt consulat mulieri, vt sibi præmorienti superstes vti, fruive possit beneficio illius donationis, & ex illa se sustentare: mauult enim, vxorem habere illa bona, quæ donat, quàm hæredem suum, & ipsa præmortua in se potius remanere, quàm transire ad eiusdem hæredes [m]. Nec vllus sanæ mentis dubitat, hanc fuisse donantis intentionem, iuxta quam iuramentum nos interpretari debere supra diximus, nisi aliud appatuerit, videlicet, si iurauerit, se numquam donationem reuocaturum: tunc vero sibi imputandum est, videtur enim hæredes vxoris plus diligere, quam se, suosq. hæredes. Si tamen simpliciter iureiurando donationem confirmauerit, videtur confirmare hac tacita conditione, si ipse præmoriatur, non velle reuocare. Nec dici potest, non omnes scire posse donationem inter virum, & vxorem factam reuocari morte eius, cui
100 donatum est. Dico enim posse, iuris etenim scientiam habere quilibet [n] præsumitur. Sed idem ne de donatione causa mortis facta dicendum erit? Decius respondit [o], donationem causa mortis factam posito iuramento posse ex donantis pœnitentia reuocari: namque donatio ista tacitam habet conditionem, nisi donantem pœniteat. Fit ista donatio ob mortis periculum, vel ex sola mortalitatis cogitatione, vel ipso immi-
101 nente [p] periculo. Quare non est mirum, si pœnitentia reuocari possit, immo si iam donator donauit, ex pœnitentia condictionem, vel vtilem in rem actionem habet [q]. Mihi tamen placet opinio existimantium, promis-

o ad c. quāuis par. 3. §. 4. nu. 1. & c. post. lib. 6 & à Gabriel. lib. 5. de iur. doc. concl. 1. num. 8.
p dec. 103. nu. 1. diuers. par. 2.
q l. omnes. §. Lucius. ff. & in fraud credit. & l. si superstite, in fin. C. de dolo malo.
r l. c. & l. cum hic status ff. de donation. inter vir. & vxor.
f in c. debitores. de iureiur.
t d. c. debitores.
u Ezech. c. 18. can. plerique 14. q. 3. c. 1033. de vsur.
x l. quod adipiscendæ. ff. eod. & c. donat. inter vir. & vxor.
y l. quod si vir. ff. eod.
z l. si sponsus. in fin. ff. eod.
a ad c. cum contin. par. nu. 289.
b d. l. cum hic status. & l. a marito. C. eod. de donat. inter vir. & vxor.
1 l. si inter. ff. de reb. dub. d. c. vlt. de donat. inter vir. & vxor.
c d. l. vlt. C. de non num. pecun.
d in consil. 240
e in consil. 83 vol. 1.
f in consil. 101 vol. 2.
g ad rubr. de testam. par. 3. nu. 10.
h ad d. cap. vlt.
i ex d. l. vlt. C. de non num. pecun.
k d. l. cum hic status. & aliys iam citatis.
l d. l. cum hic status. & d. cap. vlt. & l. si maritus. C. eod. de donat. inter vir. & vxor.
m argumento l. sennius. §. etenim. ff. de mor. caus. donat.
n l. 1. & tot. tit. ff. de iur. & fact. ign.
o consil. 105.
p l. 2. ff. de donat. caus. mort.
q l. qui mortis. ff. eod.

promissionem factam non reuocandi dona-
tionem causa mortis efficere, vt donatio ip-
sa censeatur facta inter viuos, idque testi-
monio Martiani [r] Iurisconsulti, qui ait. *Vbi
ita donatur mortis causa, vt nullo casu reuo-
cetur, causa donandi magis est, quàm mortis
causa donatio*. Et ideo perinde haberi de-
bet, atque alia quæuis inter viuos donatio:
quam singularem esse dicunt Imola [s], Are-
tinus [t], Alexander [u], & Iason [x]. Quemad-
modum etiam: si ita donauerit, dono causa
mortis, & alio meliori modo: hoc enim ca-
su videtur esse inter viuos donatio: non item
si dixerit: dono omni meliori modo causa
mortis, vti dixerunt optime viri doctissimi
sacræ Rotæ Rom. Auditores, auctore do-
ctissimo Seraphino Oliuario Iurisconsulto-
rum consultissimo, & Iurisperitorum peri-
tissimo, in vna, vt aiunt, Ciuitatis Castelli
Donationis Ven. xx. Iunij 1578. namque
verba illa, *causa mortis*, totam dispositio-
nem qualificant, etiam si dictum fuerit, *ple-
no iure*: quia & hæc clausula qualificatur à
præcedentibus. Item si apponatur, *pro se,
suisq. hæredibus*, quia cum ista verba respi-
ciant executionem, tunc operantur, quan-
do principalis dispositio sortitur effectum.
Igitur qui iurat, donationem causa mortis 102
factam non reuocare, videtur donare inter
viuos, ita vt numquam velit, nec possit pę-
nitere: potest enim donari mortis causa, vt 103
nullo casu fiat rei donatæ repetitio. Ideoq.
nec si conualuerit quidem donator reuoca-
bitur [y]: multo magis, si fuerit iurata, vt post
alios plerosque comprobat Didacus Couar-
ruuias [z]. Sed an idem de testamento di-
cendum sit? hoc est an in illo, qui testamen-
tum fecit, iurauitq. se non reuocaturum,
habeat locum penitentia, ita vt possit secun-
dum facere? Durandus in Speculatore [a], &
Hostiensis [b] dicunt, tantam esse iuramenti
vim, vt reuocari primum testamentum non
possit, ac nullum omnino esse secundum.
Speculatori adhæret Ioannes Corrasius [c]:
Didacus falsam putat Durandi opinionem
ex eo, quod sæpius repetitum est, iuramen-
tum sortiri naturam illius actus, cui adhæ-
ret. Huic Didaci assertioni & illud conue-
nit, quòd Iurisconsultus dixit, neminem il-
lam legem sibi posse imponere, à qua ei nõ
liceat recedere [d]. Et quia libertatem in su- 104
premis iudicijs constringere non [e] possu-
mus, & quia ambulatoria est hominis vo-
luntas vsque ad extremum vitæ [f] spiritum:
item quia testamenti factio est iuris publi-
ci [g]: at ius publicum priuatorum pactis læ- 105
di non potest [h]. tandem quoniam secun-

r l. vbi ita donatur. ff. eod.
s ad l. si socer. § Lucius ff. solut. matrim.
t ad l. nemo potest. ff. de leg. 1.
u, x, ad l. quæ dotis. ff. sol. matr.
y l. si alienam in fine. ff. eod. c. 9 donat. cau. mort.
z ad rubr. de testam. par. 2. n. 13.
a tit. de instr. edit. §. compendiose num. 25.
b in sum. tit. de sepult. §. an sicerem.
c in prælud. ad l. admonendi n. 34. ff. de iureiurand.
d l. si quis in princ. ff de legat 3.
e l. si fratres § idem respondit in ff. [illegible] so.
f l. 4. ff. de adim. legat. c. cum Marthæ de celebrat. miss.
g l. 3. ff. de testam.
h l. ius publicum ff de pact.

106 dum testamentum tollit primum, etiam per
107 Principem confirmatum [i]. Quibus fretus
rationibus, aliàs existimabam, Didaci opi-
nionem aduersus Durandum veram esse.
Hodie prior sententia mihi rectior est ex
eadem regula illa, de qua in quæstione de
insinuatione dictum est: vt iuramentum se-
qui debeat naturam illius actus cui accedit,
ita tamen, vt renunciare possimus ijs, quæ
pro nobis, & in gratiam nostram sunt intro-
ducta, non item illis, quæ in aliorum vtilita-
tem, & commodum inuenta, & excogitata
sunt, vel quia non potest seruari sine interi-
tu salutis [k] æternæ, vel quia sit præstitum
contra publicam vtilitatem [l]. At iusiuran-
108 dum istud potest seruari sine interitu salutis
æternæ, nec respicit publicam vtilitatem,
quia licet testamentum sit iuris publici, pa-
rum tamen reipublicæ interest hunc, vel il-
lum hæredem institui: neque tendit in di-
spendium tertij, sed duntaxat ipsius testa-
toris, qui cum liberam haberet testamenti
factionem, voluit se vni testamento iurisiu-
randi religione obstringere: sibi igitur im-
putandum est, quòd beneficio pro se intro-
ducto renunciauerit. Non mihi tamen di-
splicet, quod placuit Archidiacono [m], cui
assentitur & Corrasius [n], scilicet, vt con-
clusio ista procedat, rebus ita stantibus: nam
si quidpiam emerserit de nouo, de quo te-
stator tempore testamenti non cogitasset,
poterit ab eo recedere [o]: prout in quæstio-
ne de insinuatione disseruimus. Pro nobis
quoque stat communis interpretum senten-
tia: namque Alciatus [p], Philippusq. Pro-
bus [q] dicunt, communem doctorum opinio-
nem esse, vt licet testamentum secundum
primo debeat præferri, testatorem tamen
periurum esse, quod farentur glossa [r], Archi-
diaconus [s], Ioannes Andreæ [t], & alij
quamplurimi. Quæ communis sententia
an vera sit, necne, modò non quæro: satis
est, quòd omnes concludant, periurum es-
se, si secundum fecerit testamentum, cum
iurauerit, se nõ reuocaturum primum: quod
tamen, si regula illa (iuramentum scilicet
recipere naturam actus, cui adhæret) hoc
casu locum haberet, iste non esset periurus
ex eo, quòd primam reuocauit voluntatem,
vt in Iustinianæa constitutione [u], in qua
adeo iusiurandum assumit naturam actus
illius, vt periurus non censeatur, quamuis,
quod iurauit, non obseruet. Eadem ratio-
ne, si statuto caueatur, quòd instrumentum
fidem non faciat, si in eo desint aliquæ so-
lemnitates, neque si instrumentum iuratum
fuerit, fidem faciet, quia, sicut non probat
contra-

i l. omnium. C. de testam.
k c. si vero. de iureiur. c. cum dilectus. quod met. caus.
l c. si diligenti de foro comp. & te nosti ad c. nullo ecclesiastica. verbis. ex eo aut. in fin. de concess. præbend.
m ad c. [illegible] tima [illegible] tas 23. q. [illegible]
n in [illegible] dijs. [illegible] l. [illegible] monendi. 31. ff. de [illegible] iur.
o argumen. l. si hominem. ff mandati.
p ad d. cap. cum contingat nu 77.
q ad c. fin. de procur. lib. 6.
r s ad can. vltima voluntas.
t ad reg. quod semel. de reg. iur. lib. 6.
u ad l. vlt. C. de nõ numer. pecun.

contractum[x], ita nec iuramentum: quare post Ioan. Andr. respondit Alexander[y], statutum posse inualidare instrumentum, & probationem ipsius, etiam sine causa, quia probatio instrumenti est iuris positiui, non diuini. Idem sentit Abbas[z], scribens, stante statuto, quòd nullum instrumentum probet sufficienter, nisi de eo duo fuerint rogati notarij, instrumentum, quamquam iuratum, de quo vnus tantùm notarius rogatus sit, non fidem facere, cùm, sicut non probat contractum, ita nec probat iuramentum. Sunt quoque iurisiurandi vires aliæ, alijq. effectus, quò ad contractus, aliosq. humanos actus, de quibus strictim videre aliquid possumus: omnia enim ista faciunt ad nostrum hunc tractatum: illudq. in primis in disceptationem venire potest, an actus, siue contractus, quibus boni mores aduersantur, confirmentur iuramenti vinculo: trita est illa regula[z]. *Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.* Quæ regula omnium interpretum consensu recepta est, vt accipi debeat de contractu, siue actu bonis moribus naturalibus, & canonicis contrario, non æque de actu, vel contractu bonis moribus ciuilibus aduersante; ac proinde actus iuri naturali, vel canonico contrarius etiam sacramenti religione nequaquam possit confirmari, actus verò iuri tantum ciuili aduersus iuramento firmetur. Ratio diuersitatis illa esse potest, quòd lex quælibet ciuilis aliquem prohibens actum, habet fundamentum in bonis moribus: idcirco actus is erit contrarius bonis moribus ciuilibus: haud dubium tamen est, quin actus iure ciuili prohibitus, pluribus in casibus iuramento firmetur[a]. Sed quæstio hæc digna videtur, vt paulo altius repetatur. Morem esse dicit in animi iudicio Varro (prout refert Macrobius[b]). quem sequi debet consuetudo. Iulius Festus, morem esse scribit institutum patrium, ad religionem, cæremoniasq. maiorum pertinentem, vti etiam ipse in Paratitlis[c] dixi; & vtramque definitionem Virgilium paucis verbis comprehendisse idem Macrobius memoriæ prodidit: ait enim[d] ille.

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum: nunc maxima rerum
Roma colit ——————

Et quia Varro dixit, morem præcedere, sequi consuetudinem, Virgilius, *mos erat*, subiungit, *quem protinus vrbes Albanæ coluere, & nunc maxima rerum Roma colit*, quo perseuerantiam consuetudinis mõstrat.

x Paul. Castr. cons. 62. post princ. vers. præterea per statutum lib. 2. Alciat ad d. cap. cum contingat num. 249. de iureiur.
y cons. 170. num. 1. & 2. lib. 7.
z ad d. c. cũ contingat. n. 26. Abbatẽ sequitur Socinus cõs. 97 n. 5 li. 1. & cons. 110. nu. 19. eod. lib. 2. Comẽs cons. 64. n. 7. prope fine. vers. hinc est. lib. 3. Brun de formul fol. 83. col. 4. ad fin. vers. aliqual. do vero: Mars. singul. 700. Ruin. cons 108. n. 14. lib. 2. & cons. 9. nu. 12. post medium. lib. 3. Roland. cõs. 43. n. 3 & 4. lib 3. & post alios Cantucius decis. 204 nu 2. diuers. par. 2.
z regul nõn est de regul. iur. lib 6.
a vt ad c. nulla de cõcess. præbẽd. solet adnotari.
b lib. Saturnal. 3. c. 8.
c tit. de cõsuetud.
d li. Aeneid. 7.

Verum, quoniam Festus pertinere ad cæremonias ait, ideo Virgilius addidit, *Sacrum*, dicens, *quem protinus vrbes Albanæ coluere sacrum*. Adijciendo igitur *sacrum*, ostendit Virgilius, morem cæremonijs dicatum, vt tradit Festus, quod indicare voluit, dum dicit alibi[e]. *Morem, ritusq. sacrorum adijciam.* Quo loco ostendit haud obscure, morem ritus esse sacrorum: etsi tandem huius verbi significatio in aliam significationem more maiorum recepta est, vt perinde sit, atque consuetudo, sed præit mos, & eum sequitur consuetudo. Namque mos (vt ex Varrone retulimus) in animi iudicio consistit, & à consuetudine incrementum capit, testimonio Aristotelis[f]: Et vbi melior est mos, necesse est, vt melior fiat consuetudo, quæ causa erit melioris reipublicæ, vt idem ait Aristoteles[g]: mihi verò eleganter, & clare admodũ videtur dixisse Beatus Thomas[h]: duo videlicet morem significare, quandoq. consuetudinem ipsam, vt passim in libris nostris, atque Iurisconsultorum videre est, necnon in sacris literis: nam in Actis[i]. *Nisi*, inquit, *circumcidamini secundum morem Moysi, non poteritis salui fieri*. Interdum verò propensionem, siue (vt ipse loquitur) inclinationem quandam naturalem, vel quasi naturalem ad aliquid agendum: vnde & brutorum animalium aliqui mores dicuntur. Aristoteles[k] de historia animalium. *Sunt*, inquit, *vel in plurimis ceterorum animalium vestigia morum animi humani*: quamquam hæc apertius in homine discernantur. Inest vrbanitas, feritas, clementia, acerbitas, fortitudo, ignauia, metus, fiducia, ira, malitia, sicut habetur in ipsa sacra pagina nam legitur[l], quòd more leonum irruentes in hostes, prostrauerunt eos. Et à more in homine moralis dicitur virtus, prout mos significat propensionem quandam naturalem, vel quasi ad aliquid agendum. Huic igitur moris proxima, & affinis est alia iuris gentium lex, quæ consuetudo rectè appellatur: siquidem consuetudo certo quodam modo in naturam mutatur, & similem fere naturali propensionem habet. Consuetudo autem ista mos naturalis dicitur: dicitur naturalis, propterea quòd à natura, vel ab ipso naturali iure rationem habet: sic & canonici mores dicuntur, & ciuiles: canonici, quia à sacris canonibus proueniunt, ciuiles, quia à ciuili ratione proficiscuntur. Vbicumque ergo vetitum est aliquid natura, vel à iure naturali, si fiat, bonis moribus, & quidem naturalibus aduersari dicitur, & omnino contrarium. Sed exem-

e lib. 12.
f lib 2. Eth. ad Eudemũ.
g lib. Politic. 8. cap. 1.
h 1. 2. q. 58. art. 5.
i Act. 15.
k lib 8. c. 1.
l 2. Mach. 11.

plo

plo res fiet illustrior. Ius naturale est, vt parentes libetis alimoniam præstent, vt parentibus, & patriæ pareamus [m]. Si quis pactus fuerit, vel iurauerit liberos non educaturum, parentibus, & patrijs legibus non obtemperaturum, dicitur fecisse contra bonos mores naturales [n]. Huius rei exemplum præbet Beatus Augustinus [o] de Hubaldo quodam, qui impulsu concubinæ iurauit, se propriam matrem vnà cum fratribus domo expulsurum, nihilq. alimoniæ eis erogaturum: quod iusiurandum ideo seruandum non fuit, quòd sine parricidij crimine ser- 113 uari non potuerit. Alia sunt eiusdem generis non plura, quæ cùm lege naturali prohibeantur, quia contra bonos mores sunt, nec firmantur iuramento, nec illud iuramentum iure etiam pontificio seruandum est: cum non sit obligatorium aduersum bonis moribus iuramentum [p]. Ratio, quia lex hu- 114 iusmodi subnixa est æquitate naturali, quæ indispensabilis est, & incommutabilis, per iurantem maximè, qui [q] est persona priuata: cum nec quidem ciuilis legis auctoritate [r] possit abrogari. Est etenim diuina quadam prouidentia constitutum, ideo firmum, & immutabile [s] permanet. Neque dubitandum est, quin illud sit prorsus contrarium bonis moribus ciuilibus, quod bonis moribus naturalibus aduersatur, cum lex ciuilis non possit in hoc differre à ratione naturali, quia vtriusque iuris est præceptum vt honeste viuatur, neque à canonico iure, cum 115 iuris canonici, & ciuilis eadem sint principia, & primæ iustitiæ præcepta, nempe honeste viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere [t]. Hinc videmus, quòd si lex ciuilis censet, aliquid esse bonis moribus contrarium, id vt plurimum refert ad bonos mores naturales, & canonicos: ideo Paulus Iurisconsultus [u] respondit, stipula- 116 tionem pœnalem de futuris sponsalibus interpositam irritam, & inanem esse, quia oppugnet bonos mores, ac libertatem matrimonij, quod liberum esse debet [x], quod & alibi reperies [y]. Si vero quid esse contrarium moribus simpliciter lex ciuilis responderit, hoc ad ciuiles tantum mores pertinebit [z]: quod Didacus Couarruuias [a] animaduertit rectè. Mores itaque simpliciter 117 cum dicunt, consuetudines intelligunt. *More maiorum ita comparatum est* (ait Iulianus) *vt is demum* [b] *iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet*, hoc est prudentum consuetudine introductum [c] est. Sic & pupillaris substitutio moribus inducta dicitur [d]: moribus absque tutoris auctoritate pupillus se obligare non potest [e]: moribus inter virum, & vxorem donationes prohibitæ [f]: moribus prodigo bonorum administratio [g] interdicta: moribus ciuilia officia fœminis adempta [h]: moribus quoque tutor datur mulieri, pupillove, qui aduersus tutores suos aliquam habent actionem, vt Vlpianus in Institutionibus scribit [i]. Quod dicendi genus perquam familiare est Ciceroni: nam de officijs [k]. *Nostro quidem*, ait, *more cum parentibus puberes filij non lauantur*. In Verrem [l]. *Tum ille negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres*. De Oratore [m]. *Hic enim est mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando*. Pro Cæcinna [n]. *Prætor, quemadmodum more, & exemplo opitulari possit, non habebit*. Aliquando vtitur vtroque: nam pro Cluen. [o] *Non mos, consuetudoq. seruata*. alibi: *contra morem consuetudinemq. facere*. alibi: *vis contra ius, moremq. facta*. Quemadmodum etiam aliquando vsum, & morem dicit. De Oratore [p]. *Græcorum prudentiam posse ad nostrum morem, vsumque transferri*. Et in eodem libro [q]. *Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in vsu, atque hominum more, & sermone versatur*. Non est igitur dubitandum, quin hoc verbum, *mores*, simpliciter prolatum sit pro consuetudine accipiendum. Immo interdum Iurisconsulti licet non exprimant, subintelligi tamen volunt, vt videas passim. Vlpianus [r] ad edictum libro 39. *Est*, inquit, *receptum, eoq. iure vtimur, vt si quis maior, vel æqualis subijciat se iurisdictioni alterius, possit ei, & aduersus eum ius dici*. *Est receptum*, hoc est more introductum est: quo
118 pro iure vtimur: vbi enim leges desunt, id custodiri solet, quod moribus, & consuetudine inductum est [s]. *Diuturna consuetudo pro iure, & lege, in ijs, quæ ex non scripto descendunt, solet obseruari* [t]. Et si quandoque mores leges in suam potestatem ducunt: propter quod Plautus (vt omnia solet) doctè in Trinummo exclamat.

——————— *Mores*
Leges perduxerunt iam in potestatem suam:
eæ miseræ etiam
Ad parietes sunt fixæ clauis ferreis, vbi malos mores
Adfigi nimio fuerat æquius.

Ibidem paulò post.

——————— *Nunc mores nihil faciunt, quod licet,*
Nisi quod lubet: ambitio iam more sancta, si
libera est à legibus.

Regu-

m l. 2. in ff. & l. 2. ff. de iustit. & iur.
n c. ex quidam. de iureiur. c. inter cetera. 22. q. 4.
o ibidem.
p d. reg. nõ est.
q c. 1. dist. 5. c. quæ contra dist. 8.
r l. 2. ff. de vsufruct. earum rer.
s § sed naturalia. instit. de iust. & iure. & d. cap. 1.
t l. iustitia. ff. eod. & in prooem. Decret.
u l. Titia. ff. de ver. obligat.
x c. loco. c. requisiuit. de sponsalibus.
y l. si. apud Labeonē. § item air ff. de iniur. l. 1. §. 1. ff. de extraor. crim. Paulus l. 5. Sentent. tit.
z l. Mercalem. C. de condit. ob turp. caus. l. fin. C. de pact. l. ex eo. C. de inutil. stipul. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig.
a l. fals. ff. mandati.
a ad d. cap. quamuis p. 2. § 1. nu. 1. de pact. li. 6.
b l. more. ff. de iur. omn. iudic.
c l. 2. §. ijs legibus ff de origin. ior.
d l. moribus ff. de vulg. & pupil. sub stit.
e l. more ff. de acquir. hered.
f l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.
g l. 1. ff. de curat. fur.
h l. 2. ff. ad Vellcian. & l. cum Prætor. §. moribus. ff. de iudic.
i tit. 11.
k lib. 1.
l in Orat. 2. in Verrem.
m de Orat. lib. 1.
n in orat. pro Cæcinna.
o in orat. pro Cluent.
p lib. 1. de Orat.
q eod. lib.
r vel in l. est receptū. ff. de iurisd. omn. iudic.
s l. de quib. ff. de legib.
t l. diuturn. ff. eod.

109 Regulariter igitur, quando ciuilis legiſlator dicit, aliquid eſſe contra bonos mores, non aliud intelligit, quàm quod illud ſit turpe, & à naturali ratione penitus [u] alienum. Noſtra ergo regula, qua cauetur, non eſſe obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, ſentit de bonis moribus naturalibus, canonicis, atq. etiam ciuilibus, quatenus ij ciuiles mores naturalibus conueniunt, quos conuenire poſſe ſupra oſtendimus. Quamobrem optime mihi videtur dixiſſe Andreas Alciatus [x], nempe, vt nulla conſtituenda ſit inter ciuilem legem, & canonicam differentia, ſed eſſe vtiq. attendendum, an iſti boni mores, contra quos aliquid geſtum dicimus, ſint fundati ſuper ratione naturali, tanquam ipſa cauſa proxima, & immediata: quo caſu non eſt obligatorium iuſiurandum: ſi vero boni mores ſunt fundati ſuper ratione naturali, tanquam cauſa remota, tunc iuriſiurandi religione confirmatur actus his bonis moribus contrarius [y].
110 Omnis quippe lex eſt ſuper bonis moribus ciuilibus, & æquitate ciuili fundata [z], eſtq. variabilis [a], ideo non impedit vim iuramenti. Siquidem pontificia lex, quæ in eo ſemper tota fuit, vt omnis omnino via periurijs [b] præcluderetur, ac vt ſacroſanctum Dei nomen non pollueretur, aſſumereturve in vanum [c], huiuſmodi bonos mores pro nihilo quodammodo habuit. At quando bonis moribus vtroque iure, canonico, & ciuili introductis contrarium præſtatur ſacramentũ, turpe equidem eſt, & peccatum parit, quia eſt contra rationem immediate naturalem, atque ideo ſeruari non debet. Quapropter Dinus videtur, ipſam [d] regulam germano ſenſu donaſſe, dum voluit non firmari iura-
111 mento ea, quæ ſunt prohibita ob ſui turpitudinem. Hinc non importune quæri poteſt, vtrum pactio illa de hæreditate viuentis, cuius mentio fit in Iuſtinianæa [e] conſtitutione, turpis, ac bonis moribus tantum ciuilibus, an etiam naturalibus contraria ſit, adeo, vt ſacramenti religione minime con-
112 firmetur: conuentio ſcilicet futuræ ſucceſſionis facta abſque conſenſu viuentis de eius bonis, quæ legiſlatori talis viſa eſt, vt nec ſtipulatione [f] firmari eam voluerit, cum captandæ mortis alienæ occaſionem præbeat; male enim de ijs præſumit legiſlator, qui tam anxie paciſcuntur de viuentis [g] hæreditate, quaſi aduerſus omnem charitatem proximo inſidias tendere [h] videãtur. Quod alienæ vitæ periculum odioſum etiam Ro-
113 manis Pontificibus ita viſum eſt, vt non ſolum promiſſionem ab alio de viuentis beneficio factam confirmare, ſed etiam valere collationem de huiuſmodi beneficijs non vacantibus ab ipſis factam noluerunt. Immo omnem promiſsionem vacaturi beneficij, etiam [k] incerti. Nam ex hac conſtitutione [l] Pontificia omnis omnino promiſsio prohibita eſt, quibuſcumq. verbis concipiatur, etiamſi dictum fuerit, *quandocumque ſe*
114 *obtulerit occaſio*; licet talis promiſsio ante ipſam Bonif. conſtitutionem non eſſet [m] prohibita. Hodie vero nec vllo quouis iuramenti vinculo poteſt obſtringi, vt poſt alios late tradimus [n]. Dubitatur item, an idem ſit in re profana, præſertim in conuentione futuræ ſucceſſionis. In præcedenti quæſtione diximus, ea, quæ propter ſui turpitudinem ſunt prohibita, non confirmari iuramento. Atqui pactum de viuentis hæreditate turpe cenſetur, eo quòd inducit votum captandæ [o] alterius mortis: qua in re mihi mirum in modum placet, quod & Didaco Couarruuias [p] placuit, videlicet, in citata Iuſtiniani conſtitutione [q], quamuis pactio illa bonis moribus contraria videretur ex eo, quòd occaſionem præbeat captandæ mortis, ſola tamen ea ratio turpem principaliter non efficit hanc pactionem, ſed illa, quòd turpe ſit agere de hæreditate illius hominis, cui forſan ſuccedendum eſt, eo viuente, & non conſentiente, vt in dicta conſtitutione [r]
115 conſtat manifeſte: nam ex illius conſtitutionis ſententia conuentio illa turpis non cenſetur, ſi conſenſerit ille, de cujus bonis agitur, & vſque ad mortem in eo conſenſu perſeuerauerit: quemadmodum etiam in illis iuris auctorum reſponſis [ſ], in quibus aufertur hæreditas ei, qui viui ignorantis bona, vel partem bonorum donauit. Si ſola igitur ratione illa votum captandæ mortis turpis exiſtimatur, nec ex conſenſu paciſci, aut donari poſſet, apparet etiam ſubſtitutiones, & bonorum vincula, quæ ex primogenijs originem trahunt, vt poſt vnius mortem alter ſuccedat, occaſionem captandæ mortis quodammodo ſceleſtis, & diuitiarum cupidis hominibus exhibere, prædictas
116 tamen ſubſtitutiones, & primogenia licite fieri, & honeſtiſſime permitti paſſim audimus, oculiſque noſtris cernimus, maxime in Gallia, in qua generalem conſuetudinem, præſertim inter nobiles, eſſe ſcribit Tiraquellus [t], vt in ſucceſsionibus ſit longe melior conditio primogeniorum, quàm cæterorum. Hinc commode ſatis quæri poteſt, an ſit neceſſaria abſolutio à vinculo illius iuramenti, quod eſt ad promiſsionem actus turpis, contractumq. turpitudinem con-

u d. l. Mercalem & l. ſi quis inquilinos § vlt. ff. de leg. 1.
x ad c. cum contingat n. 77. de iureiurando.
y vt in c. ſignificante de pignor. d. c. quamuis de pact. lib. 6. & d. cap. cum contingat.
z can. conſuetudo. diſtinct. 1.
a c. non debet. de conſanguin. & affinit.
b can. in nouit 22. q. 1.
c Leuit. 19. & can. habemus. cum ſeq. 22. q. 1.
d d. reg. non eſt obligat.
e l. vlt. C. de pact.
f l. ex ea C. de inutilib. ſtipulat.
g l. 2. § in tertio ff. de vulg. ſubſtit.
h d. l. vlt.
i c. nulla eccleſiaſtica. de conceſſ. preben. c. ne captandæ eod. lib. 6.
k cap. deteſtanda. eod. lib. 6.
l d. c. deteſtanda.
m c. accedens de conceſſ. preben.
n ad d. cap. nulla. verſ. ſed ad rem noſtram.
o d. l. vlt. C. de pactis.
p ad rubr. de teſtamẽ. par. 2. n. 15.
q d. l. vlt.
r d. l. vlt.
ſ l. 2. in fin. ff. de his, quibus vt indig. l. quidam § vlt. ff. de donat.
t in tract. de iur. primog. in princ. n. 5.

continentem præstitum. Et non esse neces-
sarium communi interpretum consensu [u]
receptum est, propterea quòd tale iura-
mentum non habet tres illos comites, quos 107
habere debere testatur Hieremias [x]. *Iura-
uit, viuit Dominus in veritate, & iudicio,
& iustitia*. Vbi S. Hieronymus, *Animad-
uertendum*, inquit, *quòd iusiurandum hos
habet tres comites, veritatem, iudicium, &
iustitiam; si ista desuerint, nequaquam erit
iuramentum*. [y] *sed periurium*. Primum au-
tem iuramenti comitem esse iudicium asse-
runt & sacrarum scripturarum, & iuris pon-
tificij interpretes peritissimi, cum à iudicio
ipsa iurandi necessitas proueniat, quæ alios
comites amplectitur: fieri enim non debet
iusiurandum, nisi adsit necessitas, & fiat ma-
gna cum circumspectione in re quidem
graui, & vbi iusiurandum perquam neces-
sarium est ad persuadendum id, quod iura-
menti religione affirmamus. Quis etenim
nescit, temeritatem quandam esse, & pla-
ne irreuerentiam diuinum numen citra ne-
cessitatem pro quacumque re, etiam mini-
ma iurare? atque id esse nomen Dei in
vanum assumere, frustraq. fieri iuramen-
tum, & suo fine carere? Namque finis iura- 108
menti est ipsa necessitas persuasionis, vt ve-
ritas confirmetur, ac credatur asserenti, &
promittenti. Vnde CHRISTVS apud
Matthæum [z]. *Sit sermo vester, est, est,
non, non: quod autem his abundantius est,
à malo est*. Quem locum in Paratitlis [a] in-
terpretatus sum ex Ioannis Gagnei aucto-
ritate, id non significare, malum esse iura-
mentum ex se, sed quòd occasionem ex se
habuit a malo, hominum scilicet inter se
diffidentia, & incredulitate: hoc est non ita
de facili, vt vulgò solet, ad iusiurandum
esse deueniendum, nisi vrgeat necessitas;
videlicet, si is, cum quo res agitur, asserenti,
vel promittenti non credit, vt veritas ma-
nifestetur, & credatur, iurari potest. Ita
quoque videtur nobis explicasse ipse sum-
mus Ecclesiæ [b] Antistes, Innocentius III.
Abbati, & capitulo Castellionis scribens,
dum asserit, iuramentum per se malum non
esse (cum Dominus ipse iurauerit) si ne-
cessitate trahente præstetur, sed frequens, &
incautum, quòd periurium sæpe fiat; sicut
vinum modice sumptum non prohibetur,
sed prodest; immodicum verò inebriat, &
damnatur. Ibi igitur iudicium deficit, si ius-
iurandum præstatur, vbi nulla adest iurandi
necessitas. Necessitas vero iurandi tunc ve- 109
re contingit, cum veritas, quæ iureiurando
firmata est, non potest alia ratione compro-
bari, eaq. iuratio necessaria est ad fauorem,
& tutelam veritatis: siquidem Deus non est
ex quauis causa in testem, & iudicem vo-
candus: sed, vti diximus, ex graui, & magna
duntaxat, adhibita consultatione, matu-
roque iudicij examine, ne polluatur sacro-
sanctum Dei nomen, & assumatur in va-
num. Secundus iuramenti comes, veritas
est. Dicit enim Beatus Thomas [c], morales
110 actus ex fine speciem sortiri. Finis autem
iuramenti est confirmatio dicti humani.
Huic vero cõfirmationi falsitas opponitur,
quæ proculdubio finem iuramenti extin-
guit, atque tollit prorsus, atque ideo à fal-
sitate præcipue manifestatur iuramenti per-
uersitas, quæ periurium dicitur. Ex quibus
non obscure constat, quòd veritas est ne-
cessarius iurisiurandi comes, quæ si deficiat,
periurium efficitur. Namque veritas omni-
no requiritur in iuramento, vt id, quod af-
firmatiue dicitur, verum penitus sit, atque
id, quod negatur, vtique falsum. Quare mi-
111 hi videtur Didacus [d] rectissime dixisse, ve-
ritatem esse medullam, & substantiam ho-
nestatis iuramenti, abest enim iuramento
omnis eius substantia, si veritas deficiat, as-
112 sumiturq. nomen Dei in vanum. Omne igi-
tur assertorium iuramentum peccatum pro-
113 ducit, & quidem mortale, si veritas deside-
ratur, etiam si ioco fuerit factum, immo ma-
iorem irreuerentiam committit in Deum,
qui falsum ioco asseuerat iureiurando, prout
& idem ipse B. Thomas asseuerat [e], quàm,
qui seriò. Tertius iuramenti comes à iustitia
ipsa descendit, nam vt iuramento insit iu-
stitia, necesse est, vt licitum sit, aut decens
id, quod iuratur. Quocumque enim modo
quis iurat illicitum, eo ipso falsitatem in-
currit, nec obligatur obseruare quod iura-
uit, atque ideo, licet iusiurandum vrgens in
dispendium salutis æternæ, vel contra bo-
nos mores (vt iam dictum est) non sit [f]
114 obligatorium, quia impia est promissio, quæ
scelere adimpletur, peccat tamen, qui ita
temere [g] iurat. Hinc oritur non inelegans
dubitatio, an sit absolutio necessaria à vin-
culo illius iuramenti, quod ad confirmatio-
nem actus turpis, contractusve turpitudinẽ
continentis præstatur. Et quamquam fre-
quentiori doctorum calculo sit per manus [h]
traditum, necessariam non esse, attamen du-
bium facit, & quidem maximum Vrbani ter-
tij [i] constitutio, qua probatur, necessariam
esse absolutionẽ à iuramento ei qui iurauit,
se non velle alloqui patrem, matrem, soro-
rem, fratremve, aut ipsis nõ exhibere huma-
nitatis subsidia. Licet etenim summus ipse
Anti-

u ad d. c. etsi contingat, de iureiur.
x Hieron. 4
y c. 2. 22 q. 2. c. vlt. 22. q. 4. D. Thomas 2. 2. q. 89. artic. 3. glos. ad cap. etsi Christus de iureiur.
z Matth. 5.
a tit. de iureiurando.
b d. cap. etsi Christus.
c 2. 2. q. 98. art. 1.
d ad d. cap. quamuis. p. 2. §. 1. tertio, num. 5.
e d. q. 98. art. 3.
f d. reg. non est obligatorium. & d. c. cum contingat. & d. c. quamuis. & c. si vero. & cap. cum quidã. §. vlt. & c. sicut de iureiur. c. in malis. c. qui sacramento. cũ aliis in tit. 22. q. 4.
g d. c. cum quidã. §. vlt.
h ad d. c. cũ contingat.
i d. §. vlt.

Antistes ibidem expresse dicat, tale iura-
mentum illicitum esse, & rationi prorsus
contrarium, quia negare colloquium proxi-
mo est contra charitatem erga extraneos,
erga patrem est contrarium paternæ reue-
rentiæ: item non subuenire egenti repugnat
naturali [k] rationi, absolutionem tamen di-
cit esse necessariam. Glossa, Hostiensis, Imo- 135
la, & Abbas dicunt [l], requiri absolutionem
in ea specie potius ad cautelam, quàm ne-
cessariò. Cardinalis, Innocentius, Antonius,
& Felinus [m], quibus adstipulatur Alcia-
tus [n], existimant constitutionem illam Vr-
bani intelligendam esse ita profectò, vt ne-
cessaria sit absolutio à iuramento, quoties
in aliquo casu potest iusiurandum seruari
absque interitu salutis æternæ, quamquam
eius obseruatio peccatum inducat aliquo
casu, vt in exemplo ab ipso Rom. Pontifice [o]
proposito. Quod possit contingere, vt, etsi
illicitum sit huiusmodi iuramentum, atque
bonis moribus, etiam naturalibus repugnet,
non sit prorsus illicitum aliquo casu, & eius
obseruatio non sit peccatum, & possit eiu-
scemodi promissio absque vllo penitus vi-
tio, & culpa omitti, vel quia parentes non
opus habent hac familiaritate, nec esset
opportuna, aut conueniens, vel parentibus
alimenta exhibere, aut subuenire non velle
iurat, quia non indigent, & sunt diuites.
Didacus Couarruuias [p] contendit, absolu-
tionem in specie illius constitutionis [q] re-
quiri non à iuramento, sed à peccato, quod
iurans commiserit, ita temere iurando, nec
potest negari, quin tale iusiurandum fue-
rit temerarium, cum [r] sit illicitum; ideo pec- 136
catum, qui iurauit, iureiurando commisit,
cum iuramento promiserit obseruantiam
eius, quod ad dispendium salutis æternæ
aperte vergebat. Ego ipse ad hanc vsque
diem eiusdem fui sententiæ: sed re tandem
cognita, beneque ac non indiligenter per-
specta, consultisque veteribus collectioni-
bus, animaduerti aliam fuisse Vrbani tertij
mentem [s]: nam in prima Decretalium col-
lectione, in qua idem Vrbani rescriptum
vltimum obtinet locum, videmus tres ca-
sus fuisse Vrbano summo Romanæ Eccle-
siæ Principi ab Archiepiscopo Pisano pro-
positos. Primus fuit, quòd Episcopi qui-
dam Sardi iureiurando promiserant, se cer-
tam pecuniæ quantitatem soluturos, nec
tamen soluerant. Alter est, quòd Episcopus
quidem non statis diebus ordines celebra-
ret. Tertius, quòd quidam iurauerant, se
non velle patri, matri, sorori, vel fratri lo-
qui, nec quodlibet eis humanum subsidium

k cap inter cætera. 22. q. 4. l. si quis a liberis. §. si parens ff. de lib. agn.
l omnes. ad d. §. vlt.
m ibidem.
n ad d. c. cum contingat num. 60.
o d. c. cum quida. §. vlt.
p ad d. cap. quamuis in initio. 2. par. num. 4.
q d. §. vlt.
r d. can. inter cætera.
s d. §. vlt. c. cum quida. de iureiur.
Videas primam compilatione Decretalium apud Anton. August.

præstare, petebat vero huius iuramenti ab-
solutionem. In quibus cum nesciret, quid
sibi agendum esset, velletque se exhibere
summo Pontifici perquam diligentem, & se-
dulum in his, quæ ad pastorale munus spe-
137 ctant, ipsum consuluit, cuius est [t] singulo-
rum precibus, & consultationibus respon-
dere, obscura interpretari, & dubia decla-
rare: qui perbenigne, vt moris est Romanis
Pontificibus, ad singula respondit, videli-
cet, Episcopos illos, qui suum transgressi
erant iuramentum, esse tanto grauius pu-
138 niendos, quanto maiori præeminebant di-
gnitate, ne eorum exemplo facilius alij ad
similia prouocarentur. Episcopum vero, qui
alio, quàm, quo debuit, die ordinationes
celebrauit, canonica disciplina corrigen-
dum, & ordinatos à susceptis ordinibus tan-
diu debere abstinere, quandiu apud eun-
dem Pontificem, vel successores restitutio-
139 nis gratiam essent [u] consequuti. Ad vlti-
mum rescripsit, illos esse absoluendos ab il-
lius obseruantia iuramenti, cum illicitum es-
set, & omni contrarium rationi, iniuncta ta-
men eis de hoc, quòd male iurauissent, pœ-
nitentia competenti: non enim æquum vi-
sum est Vrbano, vt cum illi peterent benefi-
cium absolutionis a iuramento, licet esset il-
licitum, & bonis moribus repugnaret natu-
ralibus, ita non obtenta absolutione abi-
rent, & iusiurandum prorsus contemnere-
tur. Multa siquidem fiunt, dum petuntur,
quæ alioquin non fierent: nam si ille, qui
ita temere iurauit, absolutionem non petijs-
set, nec ea opus habuisset, dum tamen pe-
tit, ne contemptui iusiurandum sit, datur
absolutio, argumento illius pontificij iuris
regulæ [x], Non est sine culpa, qui rei, quæ ad
140 se non pertinet, se immiscet. Qui tale igitur
emittit iusiurandum, nulla præmissa absolu-
tione contra iuramentum venire potest im-
pune: si nulla ex parte seruari potest sine in-
teritu salutis æternæ: non æque si aliquo
casu seruari condecenter potest, vt ex Car-
dinali, Innocentio, Antonio, Felino, atque
141 Alciato diximus. In foro tamen interiori
minus dubito, quin ei iniungenda pœniten-
tia sit, quòd male, temereq. iurauit, inuo-
cando in re penitus indecenti, & vetita di-
142 uini numinis testimonium [y]. Ex quibus sane
constat, iusiurandum contra bonos mores
præstitum non esse obligatorium, nec con-
firmare contractum cōtra bonos mores ge-
stum, aut contra legis prohibitionem à bo-
nis moribus procedentem. Quemadmodum
autem non tenet iuramentum contra bo-
nos mores præstitum, sic etiam non tenet, si

t cap. 1. de rescrip. in prima Decr. collect.
u vt habetur etiam in c. cum quidam de tempore ordin.
x reg. non est sine. de reg. iur. li. 6.
y c. quanto, de iureiur.

actui in fauorem publicum principaliter
prohibito fuerit adiectum [z]. Ratio est in
promptu, quia ius publicum priuatorum pa- 143
ctis, vel iureiurando infringi non potest.
Eiusdem sententiæ est & Bartolus [a], quem
pontificij iuris interpretes omnes [b] sequun-
tur, adstipulante Alciaro [c]: etsi Didacus
Couarruuias [d] quibusdam in casibus hoc
non esse obseruandum contendat, quòd
multa iure veteri fuerint statuta, quæ per
desuetudinem, aut contrarium vsum plane
sublata sunt. Illud maiorem habet difficul-
tatem, an iuramentum confirmet actum, seu
contractum iure ciuili præcipue, aut sane
principaliter propter priuatam vtilitatem,
minus principaliter, & (vt nostri loquun-
tur) secundario publicam vtilitatem respi-
cientem. Et hic videtur esse casus, de quo
Innocentius, & Bonifacius, alter in *cap. cum*
contingat. tit. de iureiuran. alter *in c. licet,*
eod. titul. lib. sexto. Nam etsi Reipublicæ in- 144
terest, dotes mulieribus conseruari (cũ do-
tatas esse fœminas ad sobolem procrean-
dam, ciuitatemq. liberis replenuam maxi-
me sit [e] necessarium, atq. ideo lex Iulia pro-
hibucrit alienationem [f] fundi dotalis) hu-
iusmodi tamen prohibitio directe priuatam
vtilitatem, & fauorem videtur respicere, &
minus directe, ac minus principaliter publi-
cum commodum. Quæ tamen propositio
non est visa quibusdam satis recta, propte-
rea, quòd finem præcipuum in rebus agen-
dis attendi oporteat, & hic finis in legibus
constituendis semper sit ad commune bo-
num, tanquam ad potentius, & excellen-
tius, directus: ea etenim, quæ ad communẽ
vtilitatem spectant aliquo modo, principa-
liter, & ex priori causa introducta sunt ad
commune bonum. Hinc Isidorus [g] dicebat, 145
legem nullo priuato commodo, sed pro cõ-
muni ciuium vtilitate esse conscriptam.
Idem videtur dixisse philosophorum prin-
ceps Aristoteles, dum [h] ait. *Legalia iusta*
dicimus factiua, & conseruatiua felicitatis,
& particularium ipsius politica communione.
Quæ verba sensum habent, quòd illæ leges 146
dicuntur iuste positæ, quæ efficiunt felicita-
tem, vt eæ, quæ ad felicitatẽ conducunt, non
tam respiciendo ad bonum priuatum, quàm
ad politicum, siue ad ciuile commune.
Vnde B. Thomas [i]. *Sicut*, inquit, *ratio est*
principium humanorum actuum, ita etiam in
ipsa ratione est aliquid, quod est principium
respectu omnium aliorum: vnde ad hoc opor-
tet, principaliter, & maxime pertineat lex.
Quamobrem, si leges aliquæ dicuntur ad
priuatam vtilitatem fuisse constitutæ, ideo

> z c. si diligenti. de foro compet. c. ad apostolicam. de regul. l. ius publicum ff. de pact.
> a ad l. si quis pro eo. n. 7. ff. de fideiuss.
> b d. c. cum contingat.
> c ibid. n. 8.
> d d. par. 2. §. 1. n. 2. cum seqq.
> e l. 1. ff. sol. matr. l. 2. ff. de iure dot. l. 2. ff. de priuileg. cred. l. 2. ff. de dote præleg. l. prætor. in fi. ff. de pact. dotal.
> f l. lex Iul. & tota tit. ff. de fundo dotali.
> g lib. etymolog. c. 10. & 21. & in c. erit dist. 4.
> h lib. Ethic. 5. cap. 1.
> i 1. 2. q. 90. art. 2.

dicuntur, quia tales leges non disponunt
super rebus publicis, & ad omnes in com-
muni pertinentibus; & tamen quoniam ne-
cessarium est, quòd particulares regantur ad
regimen totius, ideo supradictæ leges, quæ
priuatam vtilitatem continere videntur, ad-
huc spectant bonũ commune, & hic respe-
ctus principalis est, non secundarius. Idcir-
co non videtur esse verum, quòd lex quan-
doq. directe, & principaliter priuatum fauo-
rem, & vtilitatem respiciat, & minus princi-
paliter, siue secũdario bonum commune, vt
Bartolus [k] (quem alij sequuti sunt [l]) existi-
mauit. Hunc tamen dicendi modum defen-
di posse, scribit Didacus Couarr. [m] si atten-
damus, finem cuiusq. dispositionis duplici-
ter accipi principaliter, videlicet, vel quo ad
intentionem, vel quo ad executionem. Finis
autem principalis communi significatione
147 dicitur, qui propinquior est in executione,
quamuis remotior sit in intentione legis:
lex ergo, quæ de priuatorum rebus dispo-
nit, principaliter intendit commune bonũ:
sed quia ex lege ista prius bonum ad priua-
tos defertur, dicendum est, legem hãc prin-
cipaliter fauere priuatis: principaliter, in-
quam, executione; secundario autem inten-
tione. Quare cum Accursius [n] dicat leges
quasdã secundario respicere fauorem publi-
cum, & principaliter priuatum, est intelligẽ-
dus, quòd dicat, secundario, non quoad in-
tentionem, sed quoad executionẽ. Qua sane
ratione quælibet lex, etiam de priuata vtili-
tate tractans, intentione quidem principali-
ter ad cõmune bonum spectat: illa vero lex,
quæ de rebus publicis disponit, principali-
ter intentione, & executione ad bonum, &
commodum publicum tendit. Audiui ego
aliquando, dum Theologiæ operam darem,
à viro doctissimo Ioanne Ambrosio Barba-
uario, ordinis Prædicatorum, Sereniss. Caro-
li Emanuelis Allobrogum Ducis Theolo-
go, necnon à confessionibus, dum publice in
Taurinensi gymnasio B. Thom. [o] Aquin. ex-
plicaret, omnia Principis præcepta ratio-
nem legis habere pro quanto bonum com-
148 mune respiciunt. Nam si Princeps præcepit,
vt Titius, qui cum Sempronio iurgia habet
cum periculo cædis, intra proprios lares se
contineat, vsque ad compositam inter il-
los pacem, talis sequestratio regulatur lege
illa communi, de qua in Decalogo: *Non*
occides; siue hac, de qua apud Cicer. de le-
gibus [p]. *Iurgia inter ciues non sunto.* Item si
præcipiat Episcopus lanijs ne tempore qua-
dragesimali vendant carnes, hoc præcipien-
do, applicabit legem illam vniuersalem de
ieiunijs

> k ad d. l. si quis pro eo.
> l ad c. cum contingat.
> m d. par. 2. §. 1. num. 6.
> n ad l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iure.
> o ad d. q. 90.
> p lib. de legibus 1.

ieiunijs seruandis huic particulari actioni. Etsi in practicis bonum singulare referri non debet ad bonum commune communitate generis, vel speciei, sed communitate causæ finalis; neque adeo dicendum est, quòd vendere carnes sit ieiunium, sed quòd fiat propter ieiunium: nam vnum est propter aliud: sicut non dicimus, frænorum, aut nauigiorum factricem artem esse equestrem, aut ad nauigandum pertinere, sed propter equestrem, aut nauigatoriam exerceri.

149 Et quemadmodum idem B. Thomas [q] asseuerat, omnis pars ordinatur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum, ita homo vnus est pars communitatis perfectæ, idest ciuitatis. Sic etiam beatitudo singularis hominis pendet à beatitudine totius communitatis. Lex igitur, quæ respicit finem vltimum humanæ vitæ, proprie respicit ordinem ad fœlicitatem communem, hoc est ad

150 beandam ciuitatem, quia perfecta communitas, teste [r] Aristotele, est ciuitas. Præterea in quolibet genere id, quod maxime dicitur, est principium aliorum, & alia dicuntur secundum ordinem ad ipsum, sicut ignis, qui est maxime calidus, est causa caliditatis in mixtis, quæ in tantum dicuntur calida, quatenus participantur igne. Et cum lex dicatur maxime secundum ordinem ad bonum [s] commune, præcepta de particularibus agentia non habebunt rationem legis: nisi pro quanto referuntur ad bonum commune. Sed, vt paulo ante dixi, quid-

151 quid præcipit Princeps, semper regulatur aliqua communi lege. Quælibet ergo lex, etiam priuatam vtilitatem respiciens, intentione legislatoris, & quidem principaliter ad commune bonum pertinet.

152 Lex autem Iulia, quæ de fundo dotali alienationem prohibuit, intendit consulere bono publico, ne mulieres perdant dotes: immo illas conseruent ad sobolem procreandam, replendamq. liberis [t] ciuitatem, quamquam finis ipsius legis Iuliæ principaliter ad hanc, vel illam mulierem priuatam respectu executionis conueniat, & quoad commune bonum respectu intentionis. Verum quoniam alienatio ista fundi dotalis lege Iulia fuit prohibita: res erit paulò altius repetenda, & ab re fortasse non erit videre, quæ sit ista lex Iulia. Nullum enim legum nomen esse magis celebre, & frequentatum hoc ipso Iuliarum legum, scribit vir doctissimus Antonius [u] Augustinus. Quod C. Iulij Cæsaris, & eius adoptiui filij Augusti honori est datum, quorum cognomen ad ceteros omnes Imperatores peruenit. Has vero Iulias leges permultas fuisse reperimus, quarum latores duos illos Cæsares fuisse, atq. alios vetustiores ex eadem familia idem Augustinus rectè opinatur. Plures tamen Augusti, & insigniores fuerunt, vti est lex Iulia *de adulterijs, de pudicitia, de maritandis ordinibus, de ambitu, sumptuaria, de repetundis, agraria, iudiciaria, theatralis, de sacerdotijs, de legationibus, maiestatis, de vi publica, de vi priuata, de annona, peculatus, de residuis, de tutoribus à præsidibus dandis,*

153 *de bonis cedendis, de fundo dotali.* Sunt itaq. Iuliæ leges numero viginti, quæ an ad Augustum, an vero ad Caium Cæsarem referendæ sint, dubitat idem Antonius Augustinus, etsi alias fuisse leges ab ipso Cæsare Dictatore latas, quarum nomẽ ignoramus, ex Suetonio, alijsque bonis auctoribus probatur. Ipse tamen, licet minus dubitem, quin aliquæ esse possint à Cæsare Dictatore latæ, plures tamen puto ab Augusto. Ratio est in promptu, siquidem Caius Cæsar per decennium, quamuis Consul, Dictatorq. perpetuus esset designatus, anno tamen ætatis suæ quinquagesimo sexto, Dictaturæ initæ anno tertio, viginti tribus vulneribus est in-

154 terfectus. Augustus vero tanto tempore Romanæ præfuit Reipublicæ, quanto vixit Cæsar. Cum enim eam rexisset cum Antonio, & Lepido annos duodecim, ac solus annos quadraginta quattuor, vrbe optimis institutis, legibus, munificentissimisq. operibus exculta, magno totius Romani imperij desiderio decessit anno ætatis suæ septuagesimo sexto. Qui cum diu imperium tenuisset, verisimile sit plures tulisse leges. Sed quoquo modo sit, sat est in præsentia nos intelligere, prohibitionem alienationis fundi dotalis lege Iulia inductam esse. Nam Caius [x] Iurisconsultus scribit legem Iuliam, quæ de dotali prædio prospexit, ne id marito liceat obligare, aut alienare, plenius esse interpretandam, vt etiam de sponso

155 idem iuris sit, quod de marito. Vlpianus [y], *Dotale*, ait, *prædium accipere debemus tam vrbanum, quàm rusticum. Ad omne enim ædificium lex Iulia pertinebit.* Iustinianus [z], *Lex Iulia fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri à marito non consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier consentiebat.* Quod idem Iustinianus ad Prouincias porrexit tandem, vti videas in Institutionibus [a], vbi legitur sic. *Cum lex Iulia in solis tantummodo rebus locum habebat, quæ Italicæ fuerant: & alienationes inhibebant, quæ inuita muliere fiebant: hypothecas autem earum rerum, etiam volente ea:* vtrique

[q] d. q. 90. art. 3.
[r] lib. Polit. c. 1.
[s] d. ca. erit. dist. 4.
[t] d. l. 1. ff. solut. matr. cũ alijs omnibus supra citatis.
[u] lib. de legibus, & S. C. in verbo Iulia.
[x] in l. lex Iulia ff. de fund. dotali.
[y] in l. dotale ff. eod.
[z] in l. vnica. §. & cum lex C de rei vxor. act.
[a] tit. quibus alien. licet. vel non. in princ. & in Nouell. 61.

vtrique remedium impoſuimus, vt etiam in eas res, quæ in prouinciali ſolo poſitæ ſunt, interdicta ſit alienatio, vel obligatio, vt neutrum, eorum, neque conſentientibus mulieribus, procedat, ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuertatur. Eandem rationem reddit idem[b] Imperator, ne ſcilicet fragilitate naturæ ſuæ ad repentinam deducatur inopiam. Quare ego[c] aliàs ex Plutarcho, Ariſtotele, Auicenna, Quintiliano, Baldo, B. etiam Ioan. Chryſoſtomo, & alijs dicebam, more fuiſſe receptum, ne mulieres propinquis matrimonio iungantur: quia cum imbecilles ſint, multorum ope, & auxilio indigent, vt ſi quæ à maritis ſuis iniuria afficerentur, cognati eis opem ferrent. Quæri etiam poſſet, an lex Iulia de fundo dotali extendi poſſit ad res propter nuptias donatas: & videtur dicendum, non poſſe. Siquidem alienatio fundi dotalis ob id etiam prohibita eſt: quia licet dotalia prædia ſint in bonis mariti, mulieris[d] tamen ſunt, atq. ideo liberum eſt mu- 157
lieri ea vindicare rectâ vindicatione, quaſi ſua, vel hypothecaria, quaſi aliena. At prædia donationis propter nuptias mulieris nondum ſunt, quia non donantur ſtatim, nec donatio ſtatim ſortitur effectum, ſed aſſignantur, & conſcribuntur in cauſam donationis. Quemadmodum tamen, legem Iuliam plenius interpretandam eſſe dixit Caius[e], vt etiam de ſponſo idem iuris ſit, quod de marito, ſic etiam Iuſtinianus in ſua Nouella[f] porrigendam eſſe ad prædia, quæ propter nuptias donata ſunt, ne fraudarentur mulieres lucro nuptiali, quod ſperant ex donatione propter nuptias in caſu mortis, vel diuortij, & conſequenter liberi communes, quibus plerumque lucra nuptialia ſeruare parentes ſolent. Et quamquam Iuſtiniani tempore nonnulli exiſtimauerint, valere alienationem, reuocari tamen, & reſcindi poſſe, aut pignus vtili vindicatione, idem tamen Iuſtinianus[g] ſtatuere rectius putauit, nullam eſſe alienationem, vel hypothecam ipſo iure, quàm poſſe agi reſciſſoria. Eſt igitur nulla alienatio, nulla hypotheca ipſo iure, quantum ad mulierem pertinet. Inter ipſos autem contrahentes ratam eſſe voluit conuentionem. Sicut enim 159
rei alienæ hypotheca nulla eſt, quòd ad dominium attinet, inter ipſos tamen contrahentes valet, & parit actionem[h] pignoraticiam: idem eſt in venditione rei alienæ. Ioannes[i] tamen vetus interpres 160
putat, illam exiſtere differentiam inter dotem, & donationem propter nuptias, quòd

b d. §. & d. lex.
c in c. 14. lib. 2. Animaduer.
d l. quæſiit ff. de iure dot. l. in rebus. C. eod. l. Lucius §. idem reſpō. dit. ff. ad municipal.
e d. l. lex Iulia.
f d. Nouell. 61. quæ eſt in vulgari Codice ſub tit. vt immobil. ante nupt. donat. neq. hypoch. dentur.
g d. Nouell. 61.
h l. ſi rem alienam l. pen. l. ſi pignore § ſi prædo ff. de pignor. act. l. ab eo ff. de pignor.
i ad d. Nouell. in ver. valebant.

prædij dotalis alienatio, vel hypotheca non valeat, etiam ſi ſæpius conſenſerit mulier: prædij vero donati propter nuptias alienatio valeat, ſi conſenſerit mulier ipſa ſemel, atque poſt biennium iterum, dummodo ex alijs mariti bonis contingentem ſibi portionem lucri ex tabulis nuptialibus ſeruare[k] poſſit. Quod videtur ſancitum ad
161 exemplum Senatuſconſulti Velleiani de interceſſionibus mulierum, quo Iuſtinianus[l] conſtituit expreſſe, mulierem non tuuari, ſi perſeuerantia apparuerit, eam maturo animi iudicio, ac deliberato interceſſiſſe, non leuitate quadam, hoc eſt, ſi poſtquam interceſſit, biennio elapſo, pro eodem eiuſdem rei nomine intercedat. Quod ſane exemplum, vt rectè animaduertit Cuiacius[m], per omnia non quadrat: propterea quòd alienatio rei propter nuptias donatæ, etiam conſentiente muliere ſemel, atque poſt biennium iterum, non tenet, niſi aliæ adſint res mariti, ex quibus refici poſſit caſus donationis propter nu-
162 ptias. Licet ex alia Nouella[n] conſtitutione appareat, mulierem, quæ pro marito interceſſerit, etiam ſi eam interceſſionem ſæpius confirmauerit, ipſo iure non teneri, niſi manifeſte probetur, quòd pecuniæ, pro quibus interceſſerit, in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ ſint. Hinc Placentinus vetus gloſſator exiſtimauit illam[o] Codicis conſtitutionem ex poſteriori No-
163 uella[p] fuiſſe correctam. Alij (quos Cuiacius[q] bis nominat & ſequitur) putarunt, eandem Nouellam[r] intelligendam eſſe de marito, aliam[s] vero de extraneo, vt ſi pro marito interceſſerit, ac etiam millies conſenſerit, ipſo iure non teneatur, ſi pro alio interceſſerit, teneatur, cum exceptione tamen Senatuſconſulti Velleiani. Item, ſi pro alio interceſſerit, & poſt biennium interceſſionem confirmauerit, omnino[t] teneatur. Ratio eſt elegans: nam quo facilius intercedit mulier pro marito, quàm pro alio, eo magis, ſubuenitur illi. Hæc interpretatio mihi illas conſtitutiones bene intuenti viſa eſt recta: quandoquidem in Codicis[u] conſtitutione nulla prorſus fit mariti mentio: non item in Nouella, maxime in illa[x] parte, quæ tota de marito eſt. His ita peractis examinemus, quæ ad legem Iuliam pertinent, atque ad eius extenſionem facere vi-
164 dentur, an ſcilicet lex ipſa Iulia de fundo dotali locum habeat, ſi in alienatione de rebus dotalibus, & alijs propter nuptias donatis facta, adiectum ſit iuſiurandum. Hanc

dubita-

k d. Nouell. 61.
l l. ſi mul. 22. C. ad S. C. Velleian.
m ad d. Nouell. 61.
n Nou. 134. quæ eſt ſub tit. vt nulli iud. liceat §. & illud. & auth. ſi qua mulier. C. eod. ad S. C. Velleian.
o d. l. ſi mulier.
p d. Nouell. 134.
q ad dd. Nouell. 61. & 134.
r Nouella 134.
s d. l. ſi mulier.
t d. l. ſi mulier.
u d. l. ſi mulier.
x in § & illud. d. Nouell. 134.

Digitized by Google

dubitationem Innocentius tertius Summus Pontifex suo y rescripto sustulit omnino, vt reuocari, rescindiq. non possit alienatio cum iuramento facta, nisi vis, vel dolus intercesserit. Immo, cum iudices quidam laici dictam Innocentianam constitutionem non obseruarent, Bonifacius z octauus mandauit, eosdem ad seruandum ius pontificium per locorum ordinarios censura ecclesiastica compelli. Locus admonet, vt quæramus, an alienatio rei dotalis facta à muliere, quæ iurauerat, se non alienaturam fundum dotalem, teneat: & videtur dicendum, eam tenere, quia, licet alienatio facta sit contra duplicem prohibitionem; legis a, scilicet, & hominis, expressam videlicet mulieris, quæ, se non alienaturam iurauerat, quo casu non videtur b valere, vt est communis doctorũ c conclusio: huic tamen opinioni plures obstant exceptiones, eaque præsertim, quòd glossæ, & communis opinionis opinio locum habet, quando emens sciuerit iuramentum mulieris de non alienando, & sic præcedentem hominis prohibitionem, secus, si ignorauerit: quæ etiam dicitur communis opinio d. Rota tamẽ tenuit, huiusmodi alienationem non valere, quia emptor, emendo rem dotalem, contractui consentit à iure prohibito, proinde sibi imputandum, quod cautiùs non contraxerit, nempe diligenter perquirendo, an seruandum iuramẽtum tale esset, vt sine peccato seruari posset, & an aliud præcessisset, maxime, si mulier ex simplicitate id fecisset, prioris fortasse iuramẽti oblita, prout in dubio præsumitur, nisi contrariũ probetur, non æque, si mulier dolose id fecisset, quia tacuerit, se non alienaturam iurasse causa decipiendi emptorem: quo casu alienationẽ valere pronunciauit Rota *. Sed illud magis vrget, nimirum, an iuramentum duntaxat seruandum sit, aut an & cõtractus ipse alioquin inualidus iuramenti religione cõfirmatus, firmus haberi debeat? Firmum babendum scribit summus ipse e Antistes, neque ab eo dissentit Imperator f. Quorum profectò auctoritatibus hæc ipsa opinio mirifice probatur, scilicet, vt nõ modo iusiurandum seruetur, sed contractus sit validus: quam opinionem sequuntur Caldilinus, Ancharanus, Cardinalis g, Abbas h, & Imola i. Item Bart. Bald. & alij k, præsertim Corneus, qui l tradit, non esse ab hac sententia, siue in iudicando, siue in respondendo de iure recedendum, quemadmodũ etiam asseuerat Didacus m, qui dicit non esse locum disputationi huius controuersiæ, quo ad tribunalia, tametsi huiusmodi quæstio dubia esse possit, quo ad priuatam disputationem. Eandem fatentur esse communem, eamq. sequutus Abbas n, & post eum Ias. o Curt. iun. p Aretin. q & Alciatus r. Contraria tamen sententia suos habet auctores, quippe qui opinantur, hoc in casu iuramentum seruandũ esse, non tamen confirmari contractum ratione iuramenti, nec validum fieri, vti existimatunt Antonius s, Cumanus t, Ioan. Faber u, Portius x, Ioan. de Lignago y, Iason z, Fortunius a, & Ioannes Igneus b. Eidem opinioni adhærere videtur etiam Bart. c ipse. Quamobrem Andr. Alciat. d hanc opinionem disputando optime defendi posse dixit ex auctoritatibus etiam eorundem legumlatorum, quas recenset, & refert idem ipse Alciat. & ante eũ Ias. e qui etiã referunt effectus istius opinionis, si vera esset, & recepta. Potissima autem horum interpretum ratio est, quòd contractus iuramento quidẽ confirmatur ad hunc effectũ, vt non obtenta absolutione à iuramenti vinculo is quidem seruandus sit, non item si absolutio fuerit obtenta, quòd in iuribus citatis non dicitur esse obseruandum contractũ, sed obseruandum iusiurandum. Ego tamen arbitror Bartoli, & sequacium opinionem veriorem esse: adeo vt non sit prorsus in iure dicendo, aut in respondendo de iure ab ea recedendum. Siquidem verba principalis f constitutionis, Pontificiorumq. g rescriptorum talia sunt, vt nullã patiantur contrariam responsionem, ac proinde cum Didaco h ipse sentio, non esse locum disputationi huius controuersię, quo ad tribunalia. Sed vlterius dubitatur, an contractus iste alienationis fundi dotalis, & huiusmodi, iurisiurandi religione firmatus secuta ex aliqua iusta causa absolutione à iuramenti vinculo, adhuc valeat, atque opus sit, vt iudicio ordinario ad eius rescissionem agatur, an vero sit omnino irritus absolutionis beneficio? Abbas Panor. sibi ipsi contrarius videtur: nã i sequutus Angel. k dicit, contractum ab initio sacramento firmatum, non ex eo irritum fieri, quòd postmodum, esset iuti siutandi l religio. Attamen idẽ Cardinali, & Antonio adhætens m, contrariam sententiam veriorem existimauit: cuius opinioni subscribit & Felin. n asserens, contractum irritum manete præstita absolutione à vinculo iuramenti, quoties is contractus à solo iuramẽto robur accipit. Si vero contractus alioquin & absq. iuramento firmus sit: tametsi aliquem ex adiectione iuramenti effectum sortiatur, vt in specie cõstitutionis o Diocl. & Maximiani: tunc (ait Abbas cũ alijs) adhuc firmum ius

y d. c. cum contingat.
z d. c licet. eod. de iureiur. lib. 6.
a l. 1. §. & cũ lex. C. de rei vx. act.
b glos. Ancharan. Hostien. Ioan. And. & alij ad cap licet mulieres, de iureiur. li. 6. cum aliis allegatis a Didaco ad cap quãuis. p. 2 §. 2. nu. 2 & per Rom. in princip Instit. quibus alien. licet, vel non. nu. 218 cũ duobus seqq.
c Didac loco conten.
d vt post Fabr Imol d. Alexand. Rum consil. 118. n 4 voluit idem Bald Iason, Ripa, & c à peg per Riminald. relata ad d. princ. n 231. cum seq. & per Didacũ d. § 2. nu. 4. post mediũ. vers. tamen etiam controuertitur, vbi hãc opinionem receptam esse ait.
* decis 45. n. 17. cu seq. diuers. p. 2.
e d. c. cum contingat d. c. licet. & d. c quãuis. de pact. lib 6
f in auth sacramenta puberum. ibi inuiolabiliter. C. si aduers. vendit.
g omnes ad d. c. cũ contingat.
h ibid n. 8.
i ibid n. 18.
k ad d. authen sacramenta.
l ibid. n. 56.
m ad d. cap. quamuis. p. 2. §. 2. vers. posterioris. in fine.

n ad d. cap. cum contingat num 8.
o ad d authen. sacramenta n. 36.
p cons. 47.
q cons. 22.
r ad d cap. cum contingat. nu 121.
s ibidem.
t ad d. l. si quis pro eo. ff. de fideius.
u ad princ. tit. Institut. quib. alien. licet vel nõ.
x ibid. & ad § extraneo. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.
y ad d cap. cũ cõtingat.
z ad d. authen. sacramenta. n. 17. cum seq.
a in tract. de vlt. fine. illat. 19.
b ad l c. § si vir aut vxo. n. 24. ff. ad S.C. Syllan.
c ad l. qui superstites. ff. de acqu. hæred.
d ad d. c. cũ contingat. num 180.
e ad d authen. sacramenta. n. 36.
f d auth sacramenta.
g d. c. cum cõtingat. & d. c. licet. & d. c. quãuis.
h d § 2. vers. posterioris. in fine.
i ad c. 1. n. 12. de iureiurando.
k cons. 160.
l reg. facti legitime. de reg. iur. lib. 6.
m d. c. debitores. de iureiur.
n d. c. c. nu. 16.

ius ex contractu ortum esse, etiam impetrato absolutionis beneficio: hæc autem quæstio decidi, ac determinari poest, si ad tria præcipue capita eam reducamus. Primum 166
erit, quòd vbi contractus est sui natura nullus, nec iuramenti adiectione confirmatur, sed iurans renetur rantum obseruare, quod iureiurando promisit: cuius rei exemplum peti potest ex rescripto Alexandri p Papæ, in cuius specie solutio iuramẽti vinculo per absolutionem, contractus remanet omnino nullus absque vlla prorsus contractus rescissione, prout ipse asseuerat Abbas q. Se- 167
cundum caput erit, cum contractus per se validus censetur, etiam si nullum ei appositum fuisset iusiurandum, & tamen propter virtutem iuramenti, is qui iurauit, non potest aliquo iuris remedio aduersus eundem contractum agere, vt in supradicta principalis constitutionis r specie. Quo casu accepta ab Episcopo absolutione à præstito iuramento, nihilominus contractus ille vim adhuc aliquam retinet: sed qui iurauit, agere poterit aduersus contractum eo sane remedio, quod sibi iure competeret, si non adhibuisset iusiurandum: & in hoc iudicio tractabitur de remedio, & actione aduersus ipsum contractum regulariter competentibus. Quod sentit & Abbas f ipse. Tertium, & vltimum erit: quando contractus est alioquin omnino inualidus, & solo iuramento roboratur: & hoc caput est alijs longe difficilius: hoc est, an data absolutione à iuramenti vinculo, adhuc virium aliquid habear contractus, an verò remaneat prorsus inutilis, & inualidus. Angelus t dicit, hoc casu adhuc contractus vim superesse, quem sequutus est Abbas u. Contraria tamen sententia tandem eidem Abbati x placuit, quemadmodum placuerat Cardinali, Antonio de Butrio, atq. etiam Paulo de Leaz. quem idem Abbas citat, & Felinus y. Inquiunt enim, inutilem prorsus, & futilem esse huiusmodi absolutionem, si adhuc contractus validus, & irreuocabilis remaneat, quod est contra z aliam Alexandri constitutionem. Sed hunc quæstionis nodum soluere videtur Alciatus a noster, quem sequitur duobus in locis Couarruuias b illa perleganti distinctione: quòd aut absolutio 168
impartita fuit, & concessa ad effectum agendi duntaxat: & hoc casu, vtcumque sit, contractus remanet firmus, vimq. habet eam, quam haberet nondum data absolutione ab ipso iuramenti vinculo: tantum sane iuranti videtur concessum, vt non obstante iuramento, possit in iudicio tractare de viribus contractus, & an aliquid roboris ex iuramento acceperit: aut absolutio obtenta fuit, non modò ad effectum agendi, verum etiam soluendi ipsam iurati contractus obligationem: quo casu nulla superest conuentionis, siue contractus obligatio, aut vis vlla: adeo vt de viribus eius vlterius agi non possit. At dicet aliquis. Quonam pacto dignosci poterit, an absolutio data sit ad effectum agendi duntaxat, aut potius ab omni contractus obligatione? Respondendum, cognosci posse ex ipsa negotij serie, vel ex modo procedendi, agendi, cognoscendi, & definiendi de præstanda absolutione quæstionem. Namque absolutio ad effectum agendi præstita hunc habet sensum, vt qui iurauit, non obstante iuramenti vinculo, libere possit agere aduersus contractum illum: quòd si probauerit, eum vsurarium esse, vel alio modo illicitum, ab eius iuramenti obligatione solutus sit, vt scribit & ipse Paulus Castr. c Et non solum conceditur beneficium absolutionis ad effectum agendi, sed & ad effectum excipiendi, au-
169 ctore Ludouico Gom. d etsi Ioannes Sta-
170 phil. e scriptum reliquit, in Rom. curia ex stilo Signaturæ minime concedi absolutionem ad effectum agendi à iuramento præstito in obligationibus conceptis in forma Cameræ Apost. Sed an absolutio à quouis iuramenti vinculo concedi possit ab habente potestatem, parte, in cuius gratiam præstitum est
171 iusiurandum, minime vocata? Dubium facit ad hoc, quòd aduersus inauditam partem nihil est definiendum f. At iusiurandum regulariter obligat iurantem, & ea obligatio ex diuina intercessione homini, cui præstitum est, acquiritur: quare videtur prope iniquum, si iuranti daretur absolutio, parte non vocata, vti notant omnes g, præsertim Cardinalis, Abbas, & Felinus, item Curtius iunior h, Decius i, Selua k, Guido Papæ l, Carolus Ruinus m, Archidiaconus n, & alij. Quam opinionem, communem esse aiunt Curtius, Decius, & Selua. Et licet, citationem partis necessariam esse (quando datur absolutio à iuramenti vinculo tantum ad effectum agendi) nonnulli existimarint, vt Federicus de Senis o, & Dominicus p, quod adnotarunt etiam Anchar. q Alexander r, & Guido Papæ s, quorum opinionem, tutiorem esse censet Felinus t, esseq. communem testantur quoque Curtius Senior u, & Hip-
172 pol. x contrariam tamen sententiam tenuerunt Oldradus y, Anchar. z & Decius a: quam esse communem fatetur Andræas Alciatus b, ac Gomesius c, & apud Galliarum tribu-

p d. cap. debitores. de iureiur.
q d. c. cum contingat, num. 19.
r d. l. 2. C. de rescind. vẽd.
f ad d. cap. cum contingat num 19.
t d. cõs. 160.
u ad d. c. 1. eod. de iureiurando.
x ad c. cum contingat. num. 9.
y ad d. c. 1. eod.
z c. si verò. eod. de iureiurando.
a ad c. cum contingat. nu. 137. cum sequ.
b ad d. cap. quamuis. §. 2. n. 7. par 2. & c 4. nu 5. lib. 1. variarum resol.
c conf. 359. col penult. lib. 2.
d tract. breuium nu. 47.
e de litteris gratiæ. & iu stit. fol. 133.
f c. 1. de caus. poss. c. causam 3. quæst 9. l. de vnoquoque. ff de re iud. l. ea quæ C. quomodo, & quando iudex.
g ad d. c. 1. & d. cum contingat.
h cons. 65.
i ad c qua fronte. de appell.
k de iureiu. q vlt
l decis. 140. & 115.
m cons. 66. n. 2. lib 6.
n & alij. ad c. licet canon. de elec lib 6.
o cons. 300.
p cons. 10.
q cons 27. & cons 188.
r cons 2... n. 8 lib. 2.
s d. dec. 285. & dec 310.
t ad d. c. 1.
u cons. 44. art. 2.
x ad d. l. de vno quoq.
y cons 102.
z cons. 18.
a d. c. qua fronte.
b ad d. cap. cum contingat. nu. 137.
c d tractat. biennium. n. 46.

tribunalia seruari tradunt Gulielm. Benedict. [d] & Ioan. Rappallus [e]. Qui omnes vno ore fatentur, citationem minime requiri, quoties tractatur de danda absolutione à iuramenti vinculo ad effectum dumtaxat agendi, ex eo, quòd in eo iudicio summatim tractatur de absolutionis causa tantum, ac proinde parum, aut nihil fere damni, & præiudicij huiusmodi absolutio parti afferre potest: cum ea virtus, quæ ex iurisiurandi adiectione contractui accedit, salua, & inuiolata permanet. Et hanc postremam opinionem magis praxi congruentem esse testatur & Didac. [f] atque ita quotidie obseruari videmus, & experimur. Verum, si absolutio petitur non modò ad effectum agẽdi, sed etiam, vt simul tollatur obligatio ex iurisiurandi religione contracta, & omnino ipsius contractus vis euanescat, cum tunc agendum sit de iustitia, & veritate contractus, atque agitur, vt soluatur, & rescindatur penitus contractus, profectò non potest concedi absolutio, nisi in ius vocata parte. Et hæc est catholica sententia, atque ideo Gregorius Tertius [g] mãdauit iudicibus ecclesiasticis, vt censura ecclesiastica compellant creditores, ad iuramenta super vsuris sibi soluendis præstita relaxanda. Quod ar- 173
gumento est, iusiurandum non ita de facili remitti debere, quando in vtilitatem alicuius priuati est præstitum. Nam etsi Romanus ipse Pont. valet omne omnino iuramenti vinculum exoluere, si ex iusta, & rationabili causa moueatur, & alij etiam inferiores ecclesiastici Præsides in ijs, inquã, quæ ad liberam eius, & eorum dispositionem pertinent; attamen si in fauorem, & commodum alicuius priuati præstitũ fuerit iusiurandum, simpliciter iudex ecclesiasticus, 174
ac etiam summus ipse Antistes non poterit directe remittere iuramenti vinculum, etiam ex iusta, & euidenti causa, vt in Paratitlis [h] dixi, licet aliter senserit Abbas [i]: cogere verò per censuras ecclesiasticas partẽ, vt relaxet [k], poterit. Quòd, si pars nullo modo inducatur ad illud relaxandum, tunc iudex ecclesiasticus iurantem absoluet, vt perite censuit Innocen. [l] At obijciet aliquis, idem planè dicendum videri, si ad effectum agendi tantum cõcedatur iuramenti remissio. Solutio est in promptu: siquidem remissio iuramenti, vt superius diximus, ad effectum agendi dumtaxat facta, parum, aut nihil affert præiudicij, cum virtus conuentionis, siue cõtractus adhuc salua remaneat, & integra, quia datur absolutio ad hunc solum effectum, vt secure, & absque periurij

d ad d. cap. Rayņut. in verbo duas haber filias. col. vlt. de testam.
e lib. 2. forens. Instit. c. 11.
f d. c. 4. n 6. in fin. lib. 1. variar. resolut.
g d. c. 2. de iureiur.
h tit. eod & iureiur. & c. 9 lib. 2. Animad.
i ad c. quanto eod.
k d. c. 1. & c. significauit. in fine de censib.
l ad d. c. debitores eod. de iureiur.

periculo, qui iurauit, possit agere, vel excipere contra iuratam conuentionem. At quando conceditur absolute, hoc est, vt non modo possit agere, verum etiam, vt simul omni soluatur obligatione, tunc alteri infertur non modicum præiudiciũ: & ideo pars, cui iuratum est, in ius vocari debet, vt possit allegare causam, ob quam qui iurauit, nõ
175 debeat absolui. Iudicem vero ecclesiasticũ esse congruum, & competentem iudicem, quo ad remissionem iuramenti, nemo, quòd sciam [m], dubitat, licet vterque, actor scilicet, & reus laicus sit: quia, cum iusiurandũ sit quid spirituale, & ad Dei reuerentiam, fidemq. præstandam tendat [n], ratione quadam consequenti, vt aliàs dicebam [o], ad Prælatos, ecclesiasticosq. iudices eius inter-
176 pretatio, obseruatio, & remissio spectat. Sed quid dicemus de magistratu ciuili? poterit ne cogere partem ad relaxandum iuramentum illicitum, aut turpe? Posse per manus traditum est [p]: quamquam Felin. [q] dubitat, & Didacus [r] negat: quia sicuti laicus iudex laicum cogere potest ad obseruantiã iuramenti liciti [s], ita & compellere non prohibetur eundem ad remittendam obligationem iuramenti ex eius parte illiciti. Quæ sententia vera est. Non placet tamen quod idem Didac. subiecit: vt si hoc remedium satis sufficiens non fuerit, ob cõtumaciam alterius, possit iurans ab Episcopo petere absolutionem ab huius iuramenti vinculo, quod per absolutionem Episcopi ordinarij tolli potest ex eo, quòd illicitum est ex parte recipientis [t]: quia, etsi hæc vera sunt,
177 non acquiesco, vt (si iurans petat absolutionem, non solum ad effectum agendi, sed etiam ad rescissionem contractus, quamquã illicitum sit ex parte recipientis iuramentum) recta Episcopus descendat ad iurantis absolutionem: sed vt compellat partem ad relaxandum, quo modo diximus, nisi id fecisse cõstet manifeste magistratum ciuilẽ, nempe coegisse partem, voluisse tamen iuramentum remittere: quo casu recta, & immediate poterit Episcopus ei beneficium absolutionis impartiri. Et si existimo, esse vsu receptum, & quidem recte, vt nulla præmissa à seculari iudice ad relaxandum iusiurandum coactione, semper ab Episcopo petenda sit absolutio: qui quantum fieri potest, curare debet, ne quis veniat directe contra proprium iuramentum, vt adnota-
178 uit Innocen. [u] scilicet, vt si quis iurauit soluere vsuras, soluat, deinde repetat [x]. Quousque autem aliter prouideri potest commode, Episcopus non veniat ad absolutionem

m ex d. c. 8. vbi notant omnes.
n c. venerabilẽ de elect. c. nouit. vbi omnes notãt de iudic. d. c. debitores & licet.
o c. vlt. sup. lib 2. & in Paratit. de iureiur. & d. c. 9. lib. 2. Animaduersionum.
p Fede. cõs. 271 Rom. sing. 482. Felin. ad d. c. 8 n. 22 Matth. de Afflict. decis. 263 Guido Papæ cõsil. 28. in fi.
q ad c. cum sit generale. nu 7. de foro comp.
r d. c. 4 n 8. lib. 1. variar. resolut.
s c. licet. de iureiur. li. 6.
t c. si vero. c. cum quidam §. vlt. de iureiur. c. nuper. de sent. excom. Abbas ad c. ad aures de his, qui vi metusve caus. fiũt Feli. post alios ad d. c. 8. nu. 16.
u ad c. ad aures.
x d. d. debitores, & c. ad nostram. de iureiur.

à iuramento, quamuis contra ius non esse putet idem Innocent. si alijs omissis absoluat, hoc est, vt credo, quando aperte constat Episcopo, tale iusiurandum esse ex parte recipientis prorsus illicitum, aut turpe. Sed an in specie constitutionis Innocent. [y] & Bonif. [z] indistinctè competat absolutio? Vincent. [a] vetus interpres asserebat, mulie-
tem (de qua ibi sermo habetur) debere pe- 179
tere absolutionem: cui opinioni adstipulati sunt plurimi, vt tradit Alciat.[b] Sed Abbas [c] contra. Negat enim mulieri hoc casu esse concedendam absolutionem, ob id nimitum, quòd in citata Innocent. [d] constitutione manifesta inducatur differentia inter cõtractum spontaneum, & coactum: nam si cõtractus est metu factus, absolutio [e] conceditur: si spontaneus, non est concedenda.
Cùm enim iuramentum potest seruari sine 180
interitu salutis æternæ, nec ei subest ex parte alterius turpitudo, neque peccatum, perpetuò seruari debet, si cesset vis, metus, aut dolus. Immo Abbas [f] putauit, quòd si contractui sit metu consensum, licet regulariter sit petenda absolutio, tamen, si ei contractui resistat etiam lex, vt in casu dictæ constitutionis [g], non tenebit mero iure iusiurandum, neque necessaria erit absolutio: vsu tamen receptum videmus peti absolutionem: idque arbitror factum, quia difficilis est probatio vis, metus, atque do-
li. Quamquam iudices ecclesiastici non ita 181
de facili ad remissionem iurisiurandi deuenire debent, nisi causa cognita, bene, diligenterq. perspecta. Nam, si sine causa, & legitima quidem iuramentorum vincula remittunt, proculdubio peccant. Nec illi, qui-
bus absolutio concessa est, tuti sunt, aut 182
periculo exempti apud Deum de iuramento contra Dei maiestatem temere violato, sed ecclesiastici magistratus, vti late aliàs dixi [h], tantum videntur remisisse pœnas aduersus periuros humana lege statutas. His itaque sic constitutis, consequentet videndum restat, num lex ciuilis quæ contractum prohibet, nec eius tantum simpliciter stipulationem, ac celebrationem, sed & iusiurandum contractui appositum, præstitum, & adscriptum irritum fore declarat, valeat, & sine aliquo iurisiurandi incommodo, aut detrimento, aut Dei offensa possit obseruati? Dubitationem siquidem nobis maximã facit, quòd cum iurisiurandi religio (vt paulo ante dictum est) ad reuerentiã Deo præstandam, veritatemq. asserendam tendat, tatione consequenti ad magistratus ecclesiasticos, veluti res spiritualis pertinere

y d. c. cum contingat.
z d. c. licet. de iureiur. lib 6
a ad d. c. cũ contingat.
b ibid. n. 196
c ibid.
d ibid.
e d. c. cũ cõtingat. d. c. licet. d. c. quãuis de pactis lib. 6.
f add. c. cũ cõtigat. in vi. notabili.
g d c. cum cõtingat.
h in Paratit. tit. de iureiu. & c. 9. lib. 2. Animaduer.

videtur eius declaratio [i], interpretatio, remissio: idcirco leges ciuiles de iuramento-
183 rum viribus disponentes, nullas esse ob defectum potestatis, & iurisdictionis statuentium, nempe ciuilium legislatorum, scribunt [k] Paulus Castrensis, & Salicetus. Item Cynus, Salicetus, Paulus [l], Hostiensis Imola, & alij [m] Pontificij iuris interpretes. Abbas [n] quoque post Ioann. Andreæ. Abbati adhærent alij quamplurimi, quos recẽsent [o] Alexan. & Iason. In specie autem propofita lex secularis velle videtur, quòd contractus iuramento non confirmetur: etsi de obseruantia iuramenti nihil tractauerit, illud etenim seruandum est: qua ratione, si iurans à vinculo iuramenti fuerit absolutus quacumque ex causa, quæ potissima erit, quia ita aduersus legis vrgentem prohibitionem contraxerit, non tenebitur stare contractui, nec contractus manebit confirmatus: prout in specie consuluit Federic. [p] & placuit Paulo Castrensis [q], Corneo [r], & Imolæ [s], à quibus non dissentiunt Fortu-
184 nius [t], & Ancharanus [u], necnon Alciatus [x],
185 qui etiam asseuerat, quòd licet dubium sit, an statuentes possint hoc facere, non est tamen dubium, quin possint facere, quòd contractus non confirmetur iuramento, ex quo validitas contractus non est à iure diuino, sed gentium, aut ciuili [y], super quo legislatores habent plenam potestatem. Nam etiam, si lex ciuilis non potest iuramenti vim tollere, poterit profectò impedire iusta ex causa, ne prohibitus contractus per iusiurandum confirmetur, per ea, quæ notat Didacus [z]. Nec obstat, quod Butrius, & Abbas [a] (quos sequitur Ioannes Baptista [b] à Sancto Seuerino) dicant contendentes, legem ciuilem non posse tollere vim iuramenti, nisi eo casu, quo lex ipsa iusta ex
186 causa præsumat metum, aut fraudem. Quod & videtur dixisse Bartolus, & alios [c], vt scilicet, quando secularis lex de directo tollit iusiurandum, nihil præsumendum sit pro statuentibus, ex quo verba de directo ostẽdunt, quod voluerunt constituere super eo, in quo non habent facultatem: sed quando per indirectum loquuntur, inducendo præsumptionem fraudis, vel metus, si coniectura est verisimilis, pro statuentibus præsumendum sit, & lex teneat. Ita etiam Alciatus [d] (qui tradens ex hoc tolli argumentum quorundam tenentium aduersus Bartolum, quia si statuentes directè non possunt de iuramento disponere, neque per indirectum debent posse [e]) respondet, quòd cum præsumptio sit, quòd statuentes fuerint viri

i c. venerabilem. de elec. c. nouit. vbi notant oẽs & iad d. c. cum cõtingat. d. c. debitores. de iureiu. d. c. licet. eod. lib 6. & d. c. quamuis. de pact.
k ad auth. sacramenta puberum. per aul. col. C si aduer. vend.
l ad l. vlt C. si cõtra ius, vel vtil. pub.
m ad c. quãto. de iureiu.
n ad c. tua. de decimis.
o ad l. vl ff. qui satisdare cogantur.
p cons. 272.
q c f ad d. auth. sacramenta n. 54
t tract. d. vl. fin. illat. 19. & 20.
u ad c. canonum statuta in 11. chart. de const
x ad d. c. cũ cõtingat. n. 137.
y l iuris gẽtiũ. ff. d pac.
z ad d. cap. quamuis p. 1 §. 1. n. 7. de pact. lib 6.
a add cum contingat. n. 11.
b in repetit. l. omnes populi. col 35. ff. de iust. & iure.
c ibidem.
d ad c. cum contingat. n. 150.
e c. quanto. de priuil.

viri probi, & honeſti, præſumitur eos in caſu licito conſtituiſſe, dato, quòd directe non potuiſſent [f]. Quæ omnia vera ſunt, quantum ad vim, quam iuramentum habet ex lege diuina, & naturali, vt ſeruandum omnino ſit, niſi iuſta ex cauſa fuerit data abſolutio: non quantum ad confirmationem cõtractus humani, cuius vis, & robur legibus ſubijcitur humanis, à quibus totius reipublicæ cura pendet. Quare mihi videtur dixiſſe, quod oportuit, Alciatus [g] mentem Fulgoſij [h] interpretans: dicebat enim Fulgoſius, quòd ſi ſtatuto caueatur, vt nullus contrahat cum minore, etiam ſi iurauerit, & ſi quis contra fecerit, omne ius deuoluatur ad fiſcum, quòd tale ſtatutum valet, & 187
poena habebit locum. Vnde Alciatus opinatur verum eſſe Fulgoſij dictum; ex quo ſtatutum ab initio prohibet, ne iuretur: ſecus ſi poſtquam eſſet iuratum, induceret aliquid, per quod non obſeruaretur iuſiurandum. Eiuſdem ſententiæ videtur fuiſſe Baldus [i], qui etiam tenet, ſtatutum, quo imponitur certa, vt ipſe loquitur, groſſa, ſeu gabella, qua non ſoluta contractus ſit nullus, valere: nam per indirectum euacuabitur vis ipſius iuramenti, etiam ſi de iuramẽto nulla facta ſit mentio. Non eſt igitur dubium, quin ciuiũs lex poſſit iuſta ex aliqua cauſa, ne fiat contractus prohibiti confirmatio per iuramentum impedire. Ideo mihi placet mirifice, quod ſenſit Didacus Couarruuias [k]: namque cum quotidie apud ſuprema, & inferiora tribunalia controuerti proprijs oculis intueamur alienationes rerum dotalium, quæ cum iuramento ita paſſim fiunt, vt nullus iam ſuperſit locus legi
Iuliæ de fundo dotali: fiunt enim hæ alienationes, 188
ſicuti ex ipſis iudicialibus quæſtionibus, forenſibusq. controuerſijs haud obſcure conſtat, frequentiſſime abſque libero mulierum conſenſu, quæ etiam, vt omittamus metum, non audent maritis alienare volentibus refragari ob maritalem reuerentiam, & amorem, quem eis exhibere indiſſolubile matrimonij vinculum poſtulare videtur, alioquin non admodum tranquillam vitam cum eis acturæ, maxime quia plerumque metus eis grauiſſimus à maritis incutitur, qui probari non poteſt: quibus litibus, & alienationibus rerum dotalium cauſam reſponſa illa [l] Pontificia male extenſa: proinde, ait, opus eſſe ad tot lites
euitandas, totque reprobas alienationes re- 189
ſcindendas, & extirpandas, remedium ali-
quod ab habentibus poteſtatem adhiberi, 190
ne tandem temere ſuis dotibus fraudentur mulieres, quas (vt ſupra diximus) reipublicæ intereſt, non mancre dotatas: atque ideo putat, fore admodum vtile legem ciuilem conſtitui, qua caueatur, ne res dotales etiam per ipſas mulieres poſſint alienari: niſi conſenſu ab ipſa vxore apud iudicem præſtito, & itidem iuramento, quo aſſeueret ſe libere, & abſque vllo metu alienare, & alienationi conſentire: & per iudicem ipſum receptis teſtibus fide dignis ſuper vtilitate ipſius alienationis, vt tandem iudex comperta vtilitate viri, & vxoris decretum faciat, quo alienationem cum vxoris iuramento permittat: omiſſa autem hac ſolemnitate, etiam cum iuramento facta alienatione, ipſum contractum nullum cenſeri propter fraudem, & metum à iure in hac ſpecie præſumptum, nulla probatione in contrarium ſuper libero conſenſu admittenda. Cuius ſane prudens conſilium aliqua ex parte ſequutus eſt excellentiſſimus
191 noſter Pedemontanus Senatus: nam cum ſeptem abhinc annis [m] nonnullas nouas ederet conſtitutiones, conſtituit formam contractuum minorum, & alienationem rerum dotalium, qua non obſeruata, decreuit nullos eſſe contractus, nullasq. alienationes, videlicet, vti minores viginti annis alienare non poſsint prædia, ac redditus, niſi coram iudice adhibitis duobus ex proximioribus, quorum nihil interſit; qui ſi defuerint, duobus vocatis vicinis viris bonæ conditionis, & famæ: ita vt iudex diligenter, & ſummarie cognoſcat alienationis cauſam, vtrum ſit vtilis, ac neceſſaria: quæ ſi comperta fuerit, decretum interponat; ſin ſecus, reijciat. Quòd ſi aliter facta fuerit alienatio, contractus erit inualidus, & nullus.
192 Quod ad mulierum vero alienationes ſpectat, decreuit Senatus, contractum alienationis rerum dotalium, niſi ſeruata forma, & permiſsione ciuilium legum, eſſe penitus nullum, non obſtantibus quibuſuis clauſulis derogatorijs, & renunciationibus ad ipſas ciuiles leges, quas tabelliones adhibere ſolent, proinde poſsint omnia bona diſtracta, alienata, & pignori, aut hypothecæ tradita repeti, & haberi: immò expreſſe iudicibus, atque ipſis tabellionibus prohibuit ſub poena falſi, & confiſcatione omniũ bonorum, ne deferant, aut recipiant iuramentum in contractibus alienationum, donationum, & ceſsionum bonorum minorum viginti annis, neque etiam in alienatione, & hypotheca rerum dotalium. Quòd ſi forte contingat, vt ijs adijciatur iuſiurandum, declarauit, contractum per fraudem, & ſimula-

f c. niſi eſſet vbi etiã notat Abbas. d. prebend.

g d. c. cum contingat. n. 160.

h ad d. auth. ſacramenta.

i d. c. cũ ctõtingat prox. in § quia vero verſimile. authen. d. non alien.

k ad d cap. quamuis p. 2. § 2. n. 8 ver. ſic ſane.

l d. c. cum contingat. & d. c. licet. eo. lib. 6.

m anno Domini 1582. 8. Kal. Dec.

mulationem censeri celebratum, & obtenta ab ecclesiastico iudice à iuramenti nexu absolutione ad effectum agendi, & excipiendi, voluit perinde ipsum iudicari, ac si nullum præstitum esset iuramentum. Sed an huiusmodi Senatus decretum sibi locum vindicare possit in alienatione rerum paraphernalium? & an res paraphernales possint alienari per vxorem absque iurisiurandi vinculo? Parapherna ea dicuntur, quæ præter dotis causam ad viros deferuntur, id 191
est res vxoris extra dotem constitutæ: παρὰ enim, præter, est, & φερνὴ, dos: præter ergo dotem parapherna dicuntur. Marcus Tullius n. *His quasi præter dotem, quam in ciuilibus malis acceperunt, agrum campanum est largitus Antonius*. Vlpianus o. *Dotis autem causa data accipere debemus ea, quæ in dotem dantur. Cæterum, si res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicunt,* 194
quæque Galli peculium appellant, videamus an statim efficiantur mariti. Idem est in responso Iurisconsulti Iurisconsultorum præstantissimi Papiniani p: qua de re præclarum extat exemplum apud Liuium q de Scipione Africano, qui capta noua Carthagine, virginem formosam, ac nobilem Allucio adolescenti Celtiberorum Principi desponsatam ita reddidit, vt pecuniam ad illam redimendam à parentibus allatam super dotem adijceret. *Super dotem*, inquit, *quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedant: aurumq. tollere, ac sibi habere iussit*. His cognitis, videamus, vtrum prohibitio alienationis fundi dotalis extendi debeat ad res paraphernales. Ioan- 195
nes Faber r vult, non extendi, propterea quòd rerum paraphernalium alienatio iure prohibita non est. Idem tenet Angelus f: 196
hos sequitur Didacus t duabus potissimum rationibus: primum, quòd nemo nescit, quantum differant in priuilegijs res paraphernales à rebus dotalibus: siquidem res paraphernales licet habent priuilegium hypothecæ u, non habent tamen prælationis, vt Accursius recte est arbitratus ad responsum illud Iurisconsulti x, quod singulare dicunt Alexander y, Iason z, Decius a, & Salicetus b, hancque communem esse opi- 197
natur Didacus c: secundum, quòd, etsi in rebus dotalibus, constante matrimonio, nulla datur præscriptio aduersus d vxorem, quòd sit eo tempore impedita e agere, in rebus tamen, quæ præter dotem dantur, ac παράφερνα à Græcis, & peculium à Gallis appellari diximus, currit præscriptio. Quam- 198
quam enim matrimonio constante vxor iu- 199

n Philip. 13
o l. si ego. Scia. ff de iure dotium.
p l donationes. §. species. ff de donat.
q lib. 26.
r in prin. tit. Instit. quib. alien. licet, vel non n. 11
f ad l. iube mus C ad S. C Vell.
t d. §. 1. n. 9.
u l. vbi adhuc C. de iure dotium l. vlt. C. d pac. conuent. vbi omnes not. Iason § fuerat de actio.
x l. si ego in verbo, iedco dixi. ff de iure dot.
y consil 26. lib. 6 & ad l. maritus. C. de procur.
z ibid.
a cons 71.
b l. assiduis § vlt. C qui potior. in pigno. habea.
c c. 7. in prin lib. 1. variar resolut.
d l. in rebus C. d iure dotium.
e l. 1. C. de ann. except.

re agere, etiam de paraphernis, sine mariti licentia nequeat, cum licentia tamen potest, & marito consentire nolente, potest iudex ex officio eam licentiam præstare ex his, quæ notant Bartolus f, & alij, & præsertim Baldus g, Decius h, & Iason i: & præscriptionem hanc in bonis paraphernalibus, constante matrimonio, contra vxorem procedere tenet idem Faber k, cui & ego assentior cum Didaco l. Verum quoniam superius diximus, legem Iuliam de fundo dotali extendi etiam ad res vxori donatas propter nuptias, quæri potest, an eiusdem Senatus decretũ locum habeat in alienatione rerũ propter nuptias donatarum. Et habere non puto ob hanc vnã causam, quòd maritus huiusmodi bona, consentiente vxore semel, atque iterum post biennium m potest distrahere, dummodo eo tempore supersint marito alia bona, quæ sufficiant solutioni dotis n. At si facta fuerit alienatio
200 lutioni dotis n. At si facta fuerit alienatio per maritum, consentiente vxore, & iurante, valebit profectò, quia, vt ait glossa o, iusiurandum habet vim duplicis, ac repetiti
201 consensus. Idem tenent Hostiensis, & Imola, etiam quo ad alienationem arrharum p, prout etiam Baldus q, & Salicetus r. Im-
202 mo maiorem vim habere iuramẽtum, quàm repetitum consensum asserit Couarruuias f, cum tempore repetiti consensus necessariũ sit, vt alienatio rei donatæ propter nuptias valeat, maritum habere bona, quæ sufficiant dotis solutioni: non sic in alienatione iurata, quæ valida est omnino, etiam si tempore iuramenti nõ supersint marito hæc bona, vti communiter volunt doctores. Ex quibus etiam intelligere possumus, male glossam t existimasse alienationẽ fundi dotalis non esse perpetuam, ex eo, quòd si post biennium iterum fœmina marito alie-
203 nanti consenserit, tenet u alienatio. Quod tamen esse accipiendum diximus de rebus propter nuptias vxori donatis, non æque de rebus dotalibus: super quibus etiam si millies consenserit, non tenebit alienatio, quemadmodum nec vnquam potest intercedere x, licet pro extraneo possit, si elapso biennio iterum intercesserit y, pro marito nunquam z, vt late superius ostensum fuit. Vltimo loco videndum restat, an impartita ab ecclesiastico iudice absolutione ad effectum agendi perpetuetur ecclesiastica iurisdictio, ita, vt principalis controuersia, & ipsius contractus substantialis obligatio ex eiusdem ecclesiastici iudicis sententia definiatur, & terminetur, an vero coram seculari finiri debeat. Hæc quæstio valde dissentien-

f l. si cũ dotẽ § eo autem tẽpore, ff sol. matr.
g ad rub. C. de contrah. empt q 24.
h ad c. auaritiæ in fi. de præbend.
i ad l. & ad pecunias. ff. de iureiur.
k ad l. 3 n. 3 C. de bonis matern.
l c 8 n 8 li. 1. var. resol.
m auth. siue à me. C. ad S.C. Velleia.
n d. auth. siue à me.
o d. c. cum contingat.
p ad c. peruenit. de emp.
q r d. auth. siue à me, & ad authen. si qua mulier. C. ad Vellei.
f ad d. cap. quamuis p. 2 §. 1. n. 10.
t ad d. c. cũ contingat.
u ex d. auth. siue à me.
x Nouel 134 §. & illud & d. authen si qua mulier.
y d. l. antepen. C. ad Velleian.
z d auth. si qua mulier.

sentientes habet Iuris vtriusque interpretes.
Baldus [a] dissentit, eum, qui absolutionem à
iuramento ab Episcopo petijt, non posse ab
ecclesiastico iudice recedere, & coram se-
culari iudice litem peragere: ideo Episco- 104
pum, etiam in principali causa, procedere
debere, quia, qui elegit præuium, & præ-
paratorium, videtur & eligere, ad quod fit
præparatio. Baldi opinionem sequuntur
Alexan.[b] Felinus [c] Iason, Curtius iunior [d],
& alij, adeo vt communem esse sententiam
tradant cum Felino [e] Decius [f], Ripa [g], &
Iason [h], pro confirmatione huiusce opinio-
nis adducentes rescriptum Imperatorum [i]
Diocletiani, & Maximini, in quo ita. *Or-*
dinarij iuris est, vt mancipiorum orta quæ-
stione, prius exhibitis mancipijs de possessio-
ne iudicetur, ac tum demum causa proprie-
tatis ab eodem iudice decidatur. Idem aliud [k]
principale rescriptum ait. *Incerti iuris non*
est, orta proprietatis, & possessionis lite,
prius possessionis decidi oportere quæstionem.
Quòd si quis iudex in causa possessionis fuit,
debet & in causa proprietatis iudicare, se-
qui videtur necessariò, iudicem causæ præ-
uiæ, & præparantis, esse etiam iudicem
competentem ad cognoscendum de causa
præparata. Nam cuiuscumque rei (vt ait [l] 105
Caius) potissima pars est principium: quod 106
& in iudicijs maxime locum habet, testi-
monio Marcelli, qui ait [m]. *Vbi cœptum*
semel est iudicium, ibi & finem accipere de-
bet. Nec aliter sentiunt summi Pontifices [n];
immo Clemens [o] Tertius inquit, eum, qui
de diuortio sententiam protulit, & de dote
sus dicere debere. Contra hanc tamen opi-
nionem tenuit Paulus Castr. [p], & Decius [q];
etsi hic scribit, in praxi ab illa non esse re-
cedendum. Paulus aduersus communem
hoc instar argumento. Accessorium tanquã
minus dignum, non debet trahere ad se
principale: atqui beneficium, seu causa ab-
solutionis à sacramenti vinculo præparato-
ria est, accessoria, & minus digna: ergo non
debet ad se trahere causam præparatam,
& magis dignam: immo principale trahit
ad se accessorium [r], vt Iurisconsul. [s] in po- 107
torio argento legato censuit, videlicet, le-
gato potorio argento venit etiam, quod bi- 108
bendi causa paratum erat, veluti colum ni-
uarium, quod est vas quoddam foramino-
sum instar cribri, quo nix colatur, vt ser-
uetur in æstiuum tempus ad refrigeranda
vina. De colo niuario Martial. [t]

Setinos moneo nostra niue frange trientes,
Pauperiore mero tingere lina potest.

Potuit etiam illud vas non esse argenteum,

a ad l. ordinarij. C. de rei vindic.
b ad l. quoties C. de iudic. & consil. 58 lib. 1. n. 7. & consil. 63. lib. 3.
c ad c. cum sit generale. n. 4. de foro comp. & ad c. 1 n. 27. de mutuo.
d ad rub. C. de eden. nu. 14.
e ad c. 2 n. 24. de sponsf.
f g ad rub. de iudic.
h ad d. l. quoties.
i l. ordinarij C. de rei vẽdicat.
k l. incerti. C. de incerti.
l in l. 1. ff. de orig. iur.
m l vbi cœptum. ff. de iudic.
n vt c. ex tẽnore de rescript.
o c. 3. de donatione vir. & vxorem.
p ad d. l. ordinarij.
q ad rub. de iudicijs. prima lectura. n. 3.
r reg. accessorium & reg. 10. in sex.
s l in argento potorio. ff de auro, & argen. leg.
t li. 14. Epig. 103.

sed ex lapide spongioso factum ad colandas
niues. Decius [u] tamen Paulo respondet,
quandoque contingere, minus dignum
coniunctum cum magis digno id ad se tra-
109 here. *Nam si alienam purpuram vestimen-*
to suo quis intexuerit (ait Iustin. in Institut.
iuris ciuilis) *licet pretiosior sit purpura, ta-*
men accessionis vice cedit vestimento. Sed
ego, antequam vlterius progrediar, abs te,
Deci, quæro huius rei rationem: cum idem
Iustin. [x] reiecta Pauli Iurisconsulti [y] senten-
tia, sanxerit, tabulam picturæ cedere: ridi-
culum enim est, picturam Apellis, vel Par-
rhasij, vt ipse ait, in accessionem vilissimæ
tabulæ cedere: & si in aliena tela imago
egregie depicta sit, quæ comparatio mate-
riæ ad artem? quo loco, quo numero tela
habebitur, si pictoris industria, artificiumq.
spectetur? Porro ea tela respectu imaginis
nihil esse apparebit, & præsertim, si acu ex
serico, argento, auro, opere phrygio elabo-
rata, Traianum bellum, aut quid simile re-
præsentauerit in crassa, & leuidensa tela,
quæ prope nullius sit pretij: & quis erit tam
hebes, tamq. obtusi ingenij, vt dicat, illam
pretiosissimam picturam tanta arte fabrica-
tam illi vilissimæ telæ debere cedere? At-
tamen Paulus [z], *Sed &*, inquit, *id, quod in*
mea charta scribitur, aut in tabula mea pin-
gitur, statim meum fit: licet de pictura qui-
dam contra senserint propter pretium pictu-
ræ, sed necesse est ei rei cedere id, quod sine
110 *illa esse non potest.* Cuius sententiam pictu-
ræ pretium non attendentem vehementer
probo. Et ita sane res se habet, si summũ ius
spectemus: aliter autẽ si picturæ (quemad-
modum Iustin. [a] dicit) præstantiam intuea-
mur: sed cur hæc tam varie? Quoniam ea-
rum rerum pretium non in materiæ substan-
tia, sed in arte positum est, vt idem Pau-
lus [b] scribit: vbicumque vero pretium non
in arte, sed in substantia consistit, tunc po-
test, quod minus dignum est, magis di-
gnum ad se trahere, & ita intelligi debet
Iustinian. [c] non sicut Ripa existimauit [d], vt
quoties magis dignum minus digno acces-
sorie accedit, quod minus dignum est, tra-
hat ad se magis dignum: nam plerumque
plus est in manus pretio (vt loquitur Vlpia-
nus [e]) quàm in re: in manus pretio, hoc est
artis. Sed vnde nostra digressa est, reuerta-
tur oratio, Decius neglecto Castr. funda-
mento, eiusdem propositionẽ alio compro-
bat argumento, videlicet ex rescripto Ale-
xan. [f] Imper. quo Præside Prouinciæ rem
iubente exhiberi, req. exhibita, apud alium
iudicem principalis causa agitari mãdatur.
quòd

u §. si tamẽ alienam in Inst. de rer. diuis.
x §. si quis in alien. eo.
y l. in rem. 24. §. sed & id quod. ff. de rei vindic.
z d. l. in rẽ. §. sed & id.
a d. §. si quis in aliena.
b l. Labeo. ff. de verb. signif.
c d. §. si tamen alienã.
d ad rub. de iudic.
e l. mulieris appellatione ff. eod. de verb. signif.
f ex l. 1. C. ad exhiben.

Digitized by Google

quòd si præparatoria secum ducerent præparata, Præses Prouinciæ, qui rem iubet exhiberi, etiam de principali causa cognosceret, non cognoscit tamen, ergo, &c. Cófirmata hac sua opinione, respondent ad rescriptum Diocletian.[g] & Maxim. quòd in specie illa iudex erat competens in vtraque possessionis, & proprietatis causa, vnde ex præparatorio iudicio noua non acquiritur
311 iurisdictio: secus in quæstione nostra: nam ecclesiasticus iudex, cum in causa principali (de qua nobis nunc sermo est) competens minus sit, non est dicendum, quòd ex præparatorijs iudicij acquirat iurisdictionem, alioquin minus dignum ad se traheret, quod dignius est, quod nec ciuile[h], nec canonicum[i] ius, nec ratio admittit. Quid ergo in hac legum, interpretumque conflictatione dicendum? Pro Baldo, communiq. senten-
312 tia facit optime constit. Bonif.[k] qua caue- tur, ratione iuramenti etiam laicum coram
313 ecclesiastico iudice esse conueniendum. In
314 hoc vertitur quæstio. Quare ego distinctione (quæ mater est solutionis) opus esse reor: scilicet, si is, qui iurauit se aliquid facturum, obtinuit absolutionem ad agendum ad rescisionem contractus, & alter, in cuius gratiam iuratum est, petit illud iudicium determinari coram auditorio ecclesiastico, à quo iuramenti remissio accepta est, non auditur: immo qui vere reus est, in ea lite poterit, si libuerit, iudicium illud declinare, allegans, se conueniri debere
315 coram proprio iudice: (cum actor[l] rei forũ sequi debeat) si vero, qui iurauit, negligit obseruantiam eius, quod iuramento promisit, & alter, cui iuratum est, petit obseruari, tunc reus etiam laicus non potest ecclesiasticum forum declinare, nec fori præscriptione vti, sed ibidem est conueniendus. Et ita accipi oportet Bonifac.[m] constit. tunc enim de iuramenti obseruatione agitur, non atque de contractus rescissione, & validitate. Neque obstat citatum Alexand.[n] rescriptum, de quo Decius confidit, quod nec intelligere potuit Ripa[o] (complures enim agit præcipites ignoratio iuris veteris) cum non valeat argumentum: Præses prouinciæ rem exhiberi iubet, ergo principalis causa coram alio iudice terminanda est. Erat vti-
316 que animaduertendum, Romanos magistratus haud solitos fuisse iudicare, sed re cognita, iudices dare, & iudicum à se datorum sententias[p] exequi, cum ipsi non iudicarent. Ideo Citer.[q] Q. fratrem reprehendit, quòd cum Prætor esset, iudicasset. *Quid, inquit, Prætor solet indicare, deberi?* Vnde

g d. l. ordinarij C. de rei vindic.
h l. si quis fecem C. en. & l. a. ff. de superfic.
i Regula: ac cessorium, de reg. iur. li. 6.
k c. vlt. de for compet. lib. 6.
l c. cũ sit generale de foro compet.
m d. c. vlt. eod. in 6.
n d. l. 1. ad exhibend.
o ad d. rub. de iud. n. 9.
p l. à diuo Pio. ff. de re iudic.
q in epist. 2 lib. 1. ad Q. fratrem.

317 Vlp.[r] respondit, qui iudicare iubet, magistratum esse oportere. Dabant igitur iudices, quia ipsi, vt plurimum, erant viri militares, & iuris ignari[s], vsque ad tempora Dioclet. qui voluit[t], & magistratus posse
318 ius dicere. Cic.[u] pro Plancio. *Populus Romanus deligit magistratus, quasi Reipub. villicos, in quibus, si qua præterea ars est, facile patitur, sin minus, virtute eorum, & innocentia contentus est. Quotus enim quisque disertus? Quotus quisque iuris peritus est, vt eos numeres, qui volunt esse?* Et ita accipitur Alex. rescriptum: nam re coram Præside, seu Prætore exhibita, ipse dabat iudicẽ, qui de causa principali cognoscebat. Si quis obijceret, idem Alexan. rescriptum in Codice esse insertum, atque ideo non posse ita intelligi: respondemus, licet sit in Codice, esse tamen Alex. (qui ante Dioclet. Rom. præfuit imperio) atque inibi ab eiusdem voluminis compilatoribus positum fuisse, vt ab eo fuit editum. Nec obstat regula illa, Dignius trahere ad se minus dignũ, & ex præparatorijs acquiri iurisdictionem. Nam respondetur, quòd cum iuramentum sit quid spirituale, consequẽter ad iudices ecclesiast. (ad quos cura religionis præcipue spectat) eius absolutio pertinet, itemque promisio iuramenti religione firmata, ne[x] violetur, aut defraudetur; & dum eccl. iudex cogit iurantem ad obseruandum iuramentum, licet ex illa obseruatione non rescindatur cõtractus, non dicitur tamen alienam occupare iurisdictionem. Quòd si Prælatus absolutionis beneficium ad effectum agendi concesserit, tunc reus non est compellendus ad iudicium coram ipso iudice ecclesiastico suscipiẽdum, quia Prælatus iam functus[y] est officio suo, ex quo sublatus est Bonif.[z] constitutionis effectus. Quod placuit & Didaco[a]. Nec obstat, quod obijcit Ripa ex respõso Marcelli[b], nempe vbi cœptum est iudicium, ibi finem accipere debere: est id enim verum, sed ex eo, quòd ecclesiasticus iudex pronunciauit, iuramentum esse nullum, vel absolutionem esse impartitus, iudicium illud
319 finem[c] habuit. Quod autem idem Ripa ex alia Pontif.[d] constitut. comminiscitur, parum equidem subtiliter, cum ea loquatur de eo, qui duo ad diuersos iudices super eadem causa rescripta impetrauit, ac cum in neutro alterius fecerit mentionem, vtriusque commodo carere eum voluit Innocent. Tertius. Perueni tandẽ ad suscepti operis finem, veluti in portum, nõ sine labore, & periculo, cuius tamen non minimam habeat delectationem recordatio. Feci, quod potui, & quod

r l. eum qui. ff. de iurisd. omnium iudicum.
s argumento est l. 1. ff. qd quisque iuris in alium stat. & toto tit. ff. de off. assess.
t l. 2. C. de pedan. iudic.
u in orat. p Plancio.
x c. nouit. de iudic. c. debitores & c. cum contingat de iureiur. & d. c. vlt. de foro compet. li. 6.
y l. iudex posteaquã. ff. de re iudic. c. litteris. 2. & c. venerabili de off. deleg.
z d. c. vlt.
a c. 4. in fi. lib. 2. variar. resolut.
b l. vbi cœptum. ff. de iudic.
c d. l. iudex posteaquã.
d c. 20. de rescriptis.

Digitized by Google

& quod per continuas occupationes licuit. Cùm ad hæc ſcribenda me conferrem, otio abundabam: poſtea vero quàm aliquantulum proceſſi, ecce tibi negotiorum, ac moleſtiarum cumulus, qui ceu aquarum inundatio, me ab incepta nauigatione interdum retraxit, reuocauitq. adeo, vt parum abfuerit aliquando, quin opus ſemiperfectum reliquerim. Eorum conſcientiam teſtor, quibuſcum mihi res agebatur, eorumq. qui officij cauſa apud me ſeſe recipiebant. Ne miretur propterea lector, ſi multa hic deſiderari videbit. Viam me ſtrauiſſe, ac religionis ſtudioſos ad ſacrarum, cum perſonarum, tum rerum defenſionem, atque ornamentum excitaſſe naucifaciendum nō eſt: quarum dignitas, & auctoritas apud me maxima ad hoc volumen edendum immature forſitan, ac celerius, quàm aliàs feciſſem, impulit. Deo igitur annuente xvj. Kalen. Martij, qui eſt hodiernus dies, anno ſalutis 1589. huic operi ſupremam manum impono, gratias eidem Creatori cum Filio, & ſancto Spiritu agens per ſempiterna ſecula. Amen.

* *
*

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

ANASTASII GERMONII

Ex Ceuæ Marchionibus,

ARCHIEPISCOPI ET COMITIS TARANTASIENSIS,

TRACTATVS DE INDVLTIS APOSTOLICIS,

siue

DE FACVLTATE COLLATIVA, quæ Summorum Pontificum liberalitate, S. R. E. CARDINALIBVS super beneficijs vacantibus, ac Sedi Apostolicæ quoquomodo reseruatis, concedi consueuit.

Ad quorum pleniorem cognitionem indultum à Sanctiss. Romano Pontifice, SIXTO V. Hieronymo Cardinali Rustereo concessum, tanquam omnium Indultorum exemplar, diligenter examinatur.

CVM SVMMIS EXACTISSIMIS, AC PER NVMEROS DISTINCTIS, à FRANCISCO AVANTIO, *ciue Veneto elaboratis.*

AD LVDOVICVM CARDINALEM LVDOVISIVM S. R. E. CAMERARIVM, &c.

Digitized by Google

ELENCHVS EORVM

quæ in hoc Tractatu continentur.

ILLVSTRISS.^MO ET REV.^MO D.
LVDOVICO
CARD. LVDOVISIO
S. R. E. CAMERARIO.

Anastasius Germonius Archiepiscopus, & Comes Tarantasiensis S. P. D.

CVM operum meorum, noua suadente editione, (LVDOVICE Cardinalis Amplissime) quem de Ecclesiasticis Immunitatibus aliàs librum edidi, summi Pontificis nomini inscripserim, non ea tantùm de causa, vt Sacrorum supremo Antistiti Sacra commendarem, sed etiam, vt vetus meum in optimum patronum studium, & ipsi, & omnibus vtcumque testatum facerem: visum est hunc quoque meum *de Cardinalium Indultis* ad beneficialia, vt vocantur, vtilissimum, elucubratis additionibus locupletatum, ex eodemq. prælo iterum in publicum prodeuntem, tibi nuncupare: tum quia beatissimi Patrui tui virtutes non minus morum grauitate exprimis, quàm sanguinis instinctu; tum etiam, vt, cùm Cardinalis, Archiepiscopus, multorumq. insuper sacerdotiorum collator, administrator, ac iudex sis, in forensium disceptationum difficultatibus, ipsisq. conferendis sacerdotijs ex vtriusque iuris interpretum sententijs, & responsis à me in hunc librum congestis, quam materiæ, & casus tulerint, in dies vtilitatem capias, hoc præsertim tempore, quo sicut Sanctissimum Pontificem vigilantia tua maximis curis exonerari, ita, & te, quibus vrgeris immensis laboribus, leuari publicè interest, vt grauissimo humeris tuis oneri imposito, par esse possis, Christiq. Vicario, cui ex tibi creditorum arcanorum fiducia tantùm debes, beneuolentiam, industriamq. tuam probare. Ac quidem fecit prudentissimus Princeps, quod sui similes facere solent,

cum ad imperij molem sustinendam, latentiaq. pericula auertenda, amicorum consilio in rebus arduis vtuntur. Quis enim, quantumuis cautus, & sapiens, populos quandoq. fluctuantes regere, aut compescere, remuepublicam rectè potest solus administrare? Quis absque adiutore inexplicabilia nonnunquam negotia ex sententia explicare? At, si pro amicis consanguinei sint, qui ingenij solertia, fideique, & amoris non obscuris argumentis onus subire, operamq. suam, quantùm expedit, præstare possint, quid iucundius, quid pulcrius, quid tandem ad dominationis felicitatem optabilius? Quod sanè, te publica curante negotia, plenè assequitur beatissimus GREGORIVS Quintusdecimus, cuius iudicium de te factum, & egregijs operibus comprobas, & omnium expectatione maius reddis, nunquam quiescens, nunquam onus deponens, immo semper vigilans, totusq. ad bonum publicum intentus, erga litteratos etiam beneficus, etiam in grauissimis, maximèq. vrgentibus occupationibus academicas admittens exercitationes ad virtutum incitamenta, adeo, vt de te dici possit, quod Velleium Paterculum de Scipione memoriæ prodidisse his verbis legimus. *Quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisq. doctrinæ, & auctor, & admirator fuit, vt Polybium, Panætiumq. præcellentes ingenio viros, domi, militiæq. secum habuerit: neque enim quisquam hoc Scipione elegantius interualla negotiorum otio dispunxit, semperq. aut belli, aut pacis seruijt artibus: semper inter arma, ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit.* Quapropter, cùm de prudentia, doctrina, pietate, cæterisq. animi tui dotibus ea circumferantur, quæ ab amplissimo quouis, ac spectatissimo viro expectari possunt, librum hunc nomini tuo nuncupatum, à [illegible]sq. studijs minime alienum, tibi gratum futurum mihi per[illegible]o. Accipe (Cardinalis præstantissime) hilari fronte, quam[illegible]uam, officiosam tamen mei in te studij significationem: [illegible]nui hoc munusculo præstare nequeo, id ab optima [illegible]tate amplitudini tuæ cumulatissime præstitum iri [illegible]onsule. Vale, meosq. labores, iam tuos, fouere, [illegible]re ne graueris. Matriti pridie nonas Decem[illegible] salutis M. DC. XXII.

Digitized by Google

ANASTASII GERMONII

Ex Ceuæ Marchionibus,

ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS TARANTASIENSIS,

TRACTATVS DE INDVLTIS APOSTOLICIS, SIVE DE FACVLTATE COLLATIVA:

QVAE SVMMORVM PONTIFICVM INDVLGENTIA S. R. E. Cardinalibus super beneficijs vacantibus, ac Sedi Apostolicæ quoquomodo reseruatis, concedi consueuit.

AD QVORVM PLENIOREM COGNITIONEM Indultum à Sanctiss. Romano Pontifice, SIXTO QVINTO, Hieronymo Card. de Ruuere concessum, tanquam omnium Indultorum exemplar, diligenter examinatur.

SVMMA EX PROOEMIO.

1 *Roma homines acuit, ac industrios reddit.*
2 *Hieronymi Cardinalis Ruuerei virtutes contemplari magnum negotium est.*
3 *Probus homo in negotio otium agnoscit.*
4 *Aetas nostra potius accepta obseruare, quàm noua docere debet.*
5 *Indulta Cardinalium æqualia.*
6 *Hieronymus Cardinalis Ruuereus ad Cardinalatum assumptus est anno salut. 1586.*
7 *Cardinalis Ruuerei mores auctori explorati.*
8 *Priuilegium Indulti Pontificij cum merito Cardinalis Ruuerei conuenit.*
9 *Cardinalis Ruuerei virtus in administratione sui sacerdotij.*
10 *Indultorum facultas valde controuersa.*
11 *Sacri Palatij Auditores, Rotales dicti, quia per circulum causas cognoscunt.*
12 *Tractatus hic ad iuris studiosorum vtilitatem est editus.*
13 *Lectores, qui iuri operam non dederint, auctoritates corpori inclusas abhorrent, quòd sensuum impedimenta sint.*
14 *Auctor scriptorum auctoritates tractatus huius corpori inclusit, vt maiorum institutum, ac morem sequeretur.*

PROOEMIVM.

ECCLESIASTICIS immunitatibus à profanorum magistratuũ cauillationibus strenue, ni fallor, propugnaris, ac in libertatem Dei auxilio vindicatis, nouum opus aggredior, cuius tractatione iuris præsertim studiosis, morem gerere in animo est: ne, cùm Roma cæteros acuat, at- 1
que industrios reddat, me obrudisse, & ignauum fecisse, videatur. Nam, etsi otio non abundo (quem scilicet negotia, & curæ distineant, præsertim pro vigilãtissimo Cardinali meo, Hieronymo de Ruuere, cuius virtutes tantum con- 2
templari magnum negotium est, quandoquidẽ imitari vix humani ingenij sit) ad solertem tamen, & probum hominem pertinet in negotio 3
otium agnoscere, & ex labore requiem quærere. Itaque ad meũ ingeniolum cõuersus, perexiguis eius, & imbecillis viribus diffidens, magno argumento onerandum nõ duxi, cui paruo succumbere facile sit: cùmque de omnibus fere materijs, quæ facultatem legalem, cui ego addictus sum, illustrant, humanæq. vitæ cõmoda, ac statutum respiciunt, à doctissimis viris scriptum

Digitized by Google

4 ptum sit, adeo vt ætati nostræ facilius,& laudabilius
sit obseruare, quæ docentur, quàm excogitare,
quid doceatur, locum à nemine, quòd
etiam, animaduersum occupabo, de Indultisq.
quibus à sacrosancta sede Apostolica donari,
præsertim S.R.E.Cardinales, consueuerunt, tractabo:
de facultate, inquã, conferendi (vt aiũt)
ea sacerdotia, seu beneficia, quæ morte, aut cessione
possidentium sub distributionem summi
Pontificis recidunt, nec, nisi ab eodem, legitime
cuiquam tradi possunt, plenaq. potestate commendantur
Cardinalibus, quibus ecclesiarum
Episcopalium, seu titulorum, seu diaconiarum
administratio, & cura demandatur. Verum
5 enimuero huiusmodi Indulta omnia, origine, &
virtute quodammodo paria cum sint, sicut pares
sunt, & æquales inter se omnes Cardinales,
quo ad Cardinalatum, de vnius substantia, natura,
ac facultate scripsisse, idem erit, ac si de
omnibus scriptum, aut tractatum sit, ac ex illis
vnum circumscripsisse erit, omnium exemplar,
atque adeo formam quandam tradidisse, vnde
quidquid ad eadem Indulta spectet, desumi facile
possit. Suscepi igitur mihi examinandum,
quod summi Pontificis Sixti Quinti, beneficio
6 Idem Cardinalis Ruuereus cõsequutus est, cùm
anno salutis 1586. mense Decembri in eum
ordinem adscitus, pileoq. rubeo, ac dibapha
donatus est. Idqùe tum, quia mihi facilius est,
quæ dicenda de alijs essent, huic vni applicare,
cuius mores, & vitã multos abhinc annos per-
7 spectam, & exploratam habeo sic, vt aliunde,
quã à me ipso huius rei fidẽ quærere opus mihi
non sit: tum etiam quòd priuilegium, seu indulgentia,
ac benignitas pontificia, quæ in huius-
8 modi Indultis plurimum elucet, tanti præsertim
viri merito conuenire videatur: vt, qui ecclesia-
9 sticos omnes ordines, beneficia, ac denique ipsa
officia, quæ interiorem delectum quandoque
non postulant, nec temere, nec inconsultò (ex
quo metropolitico iure in suo Taurinensi Archipræsulatu
vti cœpit) vnquam dispensauerit,
vt apud nostrates liquido constat: immo de
mente, ac præscripto sacrorum canonum, necnõ
bona Ecclesiæ Romanæ consuetudine mature,
sicuti religiosum, strenuumq. pastorem decet, in
probatos, honestos, dcq. religione benemeritos
viros semper contulerit, suspectosq. profanos,
desides, ab altaris ministerio, sacrorumq. contrectatione,
maxima vigilantia repulerit. Cuius
prouinciæ onus subire non exhorrui, immo eo
libentius suscepi, quo Indultorum facultatem
10 quotidie in controuersiã trahi, præsertim apud
nos, litium nodos inextricabiles parere, animosq.
hominum, nonnunquam plusquam par
est, distrahere, ac diuexare animaduerti, nec, qui
de hoc ex professo egerit, vllum vnquam repe-
ri: cùm tamen de beneficiali materia nõ desint,
qui luculenter, & diserte scripserint. Quarum
turbarum, ac litium impetum ab eminentissimis,
qui per vniuersum terrarũ orbem sunt, iurisconsultis
exceptum, experiuntur quotidie excellentissimi
supremorum tribunalium iudices, item
sacri Romani Palatij Auditores, vulgo Rotales 11
iudices (quòd per rotam, seu circulum, causas
disceptare, & cognoscere soleant) nuncupati,
qui his soluendis quæstionibus plurimum operæ,
& temporis insumunt. Nos ergo, quo ad eius 12
fieri poterit, quæ sparsim probati auctores tractarunt,
in vnum quasi manipulum rationum,
& argumentorum coacta, & constricta, doctorum
præterea virorum calculo corroborata, limatissimarum
sacræ eiusdem Rotæ decisionum
auctoritate illustrata, iuris studiosorum vsui, &
commodo maiore, qua possumus animi propensione,
destinamus. Quibus perficiendis latere
neminem volumus, nostrum institutum non esse,
omnia vocabula, seu verba (vt docti homines
aliquando consueuerunt) perpendere, atque
radicitus interpretari: cùm in eo diutius
morari necessarium visum non sit: sed ea duntaxat,
quæ argumento nostro deseruire videbuntur,
quæque interpretes sicco, vt aiunt, pede
transeundo, imminentia controuersiarum
pericula suis lucubrationibus depellere neglexerunt,
seu, quæ tractata, ad importunos, vt sæpe
fit, longeq. à re positos sensus traxerint, adeo
vt obscuriora potius, & magis confusa remanserint,
quàm, quæ intacta, & inexplicata ab ipsis
relicta sunt. De hisce igitur tractaturus, lectorem
admonitum volumus primùm, nos stylum
nostrorum iurisconsultorum sequutos, non
coniecisse in marginem canonum, ac legum titulos,
auctorumq. libros, & locos à nobis citatos,
vt Andræas Alciatus, Franciscus Duarenus, 13
& neoterici nonnulli fecerunt, & vt in nostro de
Sacrorum Immunitatibus volumine nuper edito,
diuerso consilio fecimus & nos, quoniam ij
libri cùm sint multiplicis lectionis, ad manusq.
omnium hominum peruenturi, facile contingere
potuisset, vt, qui tot allegationibus ingeniũ,
atque aures non accommodassent, illas tanquã
sententiarũ, sensuumq. inuolucra, ac prope impedimenta,
exhorruissent, ac legere detrectassent:
quod in hoc libro non dubitamus, cũ materiam
tantũ legalem comprehendat. Nunc vero, 14
quia ad iuris studiosos præcipue hic libellus dirigitur,
libuit iurisperitorum morem insequẽdo,
allegationes omnes corpori includere, ne via,
qua maiores nostri sibi gloriam, nobis commodum
pepererũt, deflexisse velle videamur: quod
à lectore æqui, boniq. consultum iri vehemẽter
cupimus. Ad indulti igitur inscriptionem transeuntes,
cætera lectoris iudicio relinquimus.

Summa

Digitized by Google

Summa ex Inscriptione.

1 *Sixtus Quintus Felix antea dictus est.*
2 *Nomen summi Pontificis mutatur, quòd* CHRISTVS *Simonem vocauerit Petrum.*
3 *Nominis mutatio in sūmo Pontif. mysteriosa.*
4 *Sergius secundus, iuxta Platinam, sibi nomen primus Pontificum mutauit, quòd Osporci vocaretur.*
5 *Vere vsque ad Sergium secundum nemo Pontificum nomen mutauit.*
6 *Nominis mutatio in Pontifice laudabilis.*
7 *Nomen mutare decet Pontificem, vt mores mutandos esse designet.*
8 *Papa homo extra hominem est.*
9 *Papa humana carne indutus, humanitatem exuere debet.*
10 *Papatus diuinum officium est.*
11 *Nomen personas, & res distinguit.*
12 *Simon obedientem significat.*
13 *Petrus petra, & saxum est.*
14 *Petri Apostoli animus inconstans.*
15 *Abraham, & Saræ nomen mutatum est.*
16 *Paulus Saulus dictus est antè conuersionem.*
17 *Nomen Pontifici mutatur, cum quod prius dabebat, seculum sapiat.*
18 *Papæ semper cum diabolo pugnandum est.*
19 *Regulares mutant nomen, quia nouum vitæ institutum amplectuntur.*
20 *Infideles, qui baptizantur, mutant nomen, vt omnino mundi obliuiscantur.*
21 *Nomen mutare Papam conuenit, vt eius noti, ipsum alium esse intelligant.*
22 *Papa signat supplicationes priori littera antiqui nominis apposita, quia illud agit vt priuatus, seu quia cum loquitur, aut scribit, videtur esse priuatus; seu quia ita fieri consueuit, seu ad tollendam suspicionem subreptionis, seu historiæ causa.*
23 *Sixtus primus iussit cani in Ecclesia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.*
24 *Sixtus secundus martyrio affectus, quia Marti sacrificare noluit.*
25 *B. Laurentius martyr B. Syxti secundi Pontificis contemporaneus.*
26 *Sixtus tertius calumniatorem Bassum superauit, seipsum coram synodo expurgauit.*
27 *Sixtus tertius ædificauit ecclesiam sanctæ Mariæ maioris.*
28 *Sixtus quartus Sauonensis antiquos progenitores suos Taurinenses habuit.*
29 *Sixtus quartus Leonardo equite patre nobilissimo ortus est.*
30 *Hieronymus præsens Card. de Ruuere eadem familia natus est, qua & Sixtus quartus.*
31 *Sixtus quartus liberalis, & beneficus.*
32 *Sixtus quintus omnibus virtutibus natus est.* *Germon. de Indultis.*

INSCRIPTIO.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei.

SIXTVS. Hic antea Felix diceba-
tur, Sixtiq. nomine assumpto, 1
quintum in ordine Pontificum,
qui ita nuncupati sunt, locum
sortitus est. Nominis mutationē
ideo fieri putant. *Nicolaus de Lyra post gloss. or-
dinariam ad cap. 6. Lucæ. & Sarnensis ad c. 1.
post nu. 48. de constitut. lib. 6. cum quibus transit
eruditissimus Quintil. Mandosius in gloss. facult.
Reg. §. volentes. in verbo. & nomen.* quod CHRI-
STVS Simonem Apostolorū Principem designa- 2
tum, Petrum vocauerit, ideo succedentes post
aliquot secula Pontifices eam mutationem my- 3
steriosam esse considerantes, nouam exinde no-
menclaturam assumpsisse: quod ad nostra vsque
tempora perdurat, etsi nonnulli nomen, quod
prius habebant, retinuerunt. Platina vero à Ser- 4
gio tantum secundo eum morem originem du-
xisse tradit, quòd is, Osporci cum vocaretur, tur-
pe iudicauerit, eo nomine summū Ecclesiæ ca-
put, CHRISTIQ. Vicarium vti, sicq. eo relicto,
Sergium appellari voluisse, quem sequuti sint
deinceps omnes Pontifices. Cui me libēter sub-
scribo, quandoquidem à Petro ad Sergiū secun- 5
dum, centum & duo numerentur Pontifices, nec
eorum quemquam nomen mutasse inueniam,
quamuis non dubitem, laudabilem esse hanc in
summis Ecclesiæ Pastoribus de nomine varian- 6
do consuetudinem: sicut enim, qui ad Pōtifica-
le fastigiū euehitur, nouos mores, nouamq. per- 7
sonam induit, ita & nomine renouari debet, vt
cum in humanis agens, extra tamen humana
claustra, atque adeo homo extra hominem, 8
quodammodo in cælis, *vt ad Philip. 3. ait Apost.*
conuersatur (dum sibi iniunctum sacrosanctum
ministerium exequitur) sciat, se humana carne
indutum, humanitatem tamen omnino spernere 9
oportere, veteremq. consuetudinem, quāquam
perfectam, ad perfectiorem illius diuini officij 10
rationem accommodandam sibi esse cognoscat.
Nomen enim & personas, & rerum naturas effi- 11
caciter distinguit. *§. si quis in nomine, Instit. de
legatis. l. ad recognoscendos, C. de ingen. manumiss.
§. sed nos plenissimo, Instit. de donat.* Ideo Domi-
nus IESVS CHRISTVS clauium potestatē praele-
cto à se discipulo traditurus, vt diximus, Simoni,
qui obedientē significat, Petrum, hoc est saxum, 12
seu petram superindidit, quo futurus sui gregis 13
Pastor admoneretur, saxeā naturā, obedientem
scilicet, ac firmā in fide, & virtutibus perseuerā-
tem esse debere summo sacerdoti, cui lex diuina
insculpenda sit ita, vt absque subiecti substantia

inde deleri non possit: quod in Petro conue-
14 nientius etiam fuit, propterea quòd volubilem,
& inconstantem eius animum probe eius ma-
15 gister explorauisset. Sicq. & mutatum est nomen
Patriarcharum fidelissimo: noluit enim Deus,
postquam ei centenario, vxori nonagenariæ
prolem dedit gratissimam, appellari ipsum vlte-
rius Abram, vt antea vocabatur, sed Abraham,
hoc est patrē multarum gentium, sicut vxorem
non Sarai, sed Saram, *Genesis.cap.*17. Quod sa-
cramento non vacare plane dicendum est,
quemadmodum & in Apostolo, qui de Saulo
16 Paulus, postquam vas electionis factus est, dici
cœpit, *Actuum Apost.cap.*13. Optimo iure insu-
17 per mutatur nomen nouo Pontifici, quasi quod
prius habebat in seculo, seculum sapiat, secula-
resq. affectus nonnihil redoleat: proinde cum
seculares curæ sint ab ipso calcandæ, & obliuio-
nii mandandæ, apte equidem cum secularibus
negotijs & secularis appellatio prorsus reijci-
tur, ne cum memoria antiqui nominis anti-
quum etiam studium, atque artes reuiuiscant,
18 quandoquidem cum seculi Principe diabolo
CHRISTI Vicario collatis signis dimicādum sit.
19 Idipsum obseruat claustralium disciplina, *vt
lib.*3. *cap.*4. *num.*43. *de Sacrorum Immunitati-
bus diximus*, inter quos eum quis suscipitur, pri-
mitiuo abrogato, nouum nomen accipit, vt ex-
purgato veteri fermento malitiæ, *iuxta Apostol.*
1.*ad Corinth.* 5. nouam fieri conspersionem stu-
deat, cum habeat nescio quid latentis vis cū pe-
riculo coniunctū præteriti nominis recordatio.
Eadem de causa & infidelibus, qui in CHRI-
20 STO per baptismum regenerantur, vt satanæ, &
mundanis pompis, atque fastui plane abrenun-
cient, atque omnino mundanas artes obliuioni
mandent, nomen vetus in nouū mutatur. Expe-
dit præterea, vt ego autumo, id fieri, vt qui de
facie, & de proximo ad Pontificatum promotū
21 agnouerunt, ex hac mutatione hominem veterē
mortuū esse, ac prorsus euanuisse sentiant, ac ne-
scio quid, noui officij gratia, diuinitatis ipsum
assecutum fuisse suspicentur, eaque de causa
magis reuereantur, ac suspiciant, tanquam au-
gustiorem, digniorémq. cuius præceptis, & vo-
luntati mundus merito obtemperet. Gomesius
in regul. vtriusque signat. compend. quæst. 16.
vers. sed hic pulcrum dubium, dum quærit, cur
summus Pontifex in Signatura supplicationum
primam litteram nominis sui Pontificalis non
ponit, sed tantummodo primam nominis pro-
prij, cum in Bullis, & Breuibus, & alijs publi-
cis scripturis ponatur, & inscribatur nomen Pō-
tificale: respondet id fieri, quia Papa duplicem
22 personam repræsentat, nempe priuatam, &
publicam; in Signatura, vt priuata; in Bullis, vt
publica. Et Bonifacius de Vitalinis *ad clem.* 1.
*num.*48. *de præbend. quem idem Gomes. refert,
& sequitur*, dicit, Papam, quando organo vo-
cis suæ loquitur, tanquam priuatam personam
videri loqui, quia per se scribere, & loqui,
sunt actus personalitatem demonstrantes: sed
quando per litteras, seu Bullas loquitur, ex quo
non loquitur per organū propriæ vocis, sed suo-
rum officialium, tunc non vt priuatus homo, sed
vt CHRISTI Vicarius, loquitur. Sic igitur di-
cendum est, quòd quando manu sua supplicatio-
nem signat, ideo nomen suum priuatum appo-
nit, quia manu sua scribendo, actū priuati homi-
nis personalē industriā denotās, facit: propterea
bene nomen impositum personæ suæ conuenit.
Sed in Bullis, quia ista per se nō facit, sed repræ-
sentatiue secundum præscriptā formam, ideo in
in illis dignitatis nomen apponitur. Ego in re
tam obscura animi pendeo: dicerem tamen, il-
lud esse consuetudinis, aut ad tollendam suspi-
cionem subreptionis fortasse introductum, aut
etiam historiæ causa ad concordanda tempora,
si de pontificia signatura dubium emergeret.
De nominis mutatione hactenus.

Quatuor item, præter hunc, fuerunt Sixti no-
mine insigniti Romani Pōtifices, quorum prio-
res duos non solum pōtificatu, sed martyrio cla-
ros fuisse cōstat. Sixtus Primus (auctore Platina
in eius vita) natione Romanus, Cæsaris Adriani 23
tempore cathedrā Petri tenuit, vir zelo plenus,
& qui primus à contrectatione rerum sacrarum
profanorum manus lege lata arcuerit, nudóq.
altaris ministerio primus sacras preces addide-
rit, mandans verba hæc: Sanctus, Sanctus, San-
ctus, Dominus Deus Sabaoth, cani inter missarū
solemnia. Alter patria Atheniensis sub impio
Decio passus, qui dum suorum temporum hære- 24
ses extinguere cogitat, tortoribus necādus tra-
ditur, quòd Marti sacrificare recusaret. Hunc ad 25
supplicium euntem (vt ex gestis S.Laurentij, &
Pontificalibus libris habetur) ita alloquutus est
B.Laurentius Archidiaconus. Quo progrederis
sine filio pater? Quo sacerdos optime sine mi-
nistro properas? Cui Sixtus: ego te non deseio
fili, maiora tibi pro fide CHRISTI supersunt
certamina. Tertius Sixtus etiam Romanus fuit, 26
& attigit Valentiniani Imperium: quem hortatu
ipsius templa quædam Sanctorum mirifice ex-
coluisse, testatur idem Platina. Hic Bassum ca-
lumniatorem superauit, non tantum vitæ inno-
centia coram synodo, diluendæ calumniæ gra-
tia coacta, sed & charitate, cum eum proprijs
manibus sepultura donauerit. Aedificauit idē
etiam S. Mariæ Maioris ecclesiam, quæ olim ad
Præsepe dicta est. Quartus vero Sixtus antea vo 27
catus fuit Frater Frācíscus de Ruuere, Ligur, pa-
tria Sauonensis, cuius tamen antiquior origo 28
ad Augustam Taurinorum referenda sit: non
plebeijs,

plebeijs, & piscatoribus parentibus (vt nonnulli perperam autumarunt) genitum, sed Leonardo patre nobilissimo viro, eiusdem stirpis, & gẽ-
29 tis, cuius extat & Hieronymus, quo de agitur, modernus Cardinalis Ruuereus. Sed de ipso,
30 vniuersaq. hac familia latius *ad S. magnis*. Huius Sixti virtutes, quia ob Onuphrio Panuuinio, alijsque veritatis studiosis eleganter descriptæ sunt, non est, cur ego eas hoc angusto loco concludam. Abundat enim præcipue vrbs Roma suæ liberalitatis, & beneficentiæ monumentis. Vltimus horum, qui hodie vniuersalem regit
31 Ecclesiam, Sixtus Quintus est, antea, vt diximus, frater Felix Perettus, deinde Cardinalis de Montealto nuncupatus, genere Picenus, ac
32 nulli Pontificum secundus ingenij dexteritate, animi fortitudine, vitæ integritate, religione, magnificentia, omnibus denique virtutibus, quibus summum CHRISTI Vicarium ornatum esse oportet, vt suorum meritorum fama iamiam orbem terrarũ vniuersum compleuerit.

Summa ex §. Episcopus.

1 *Episcopalis titulus summæ perfectionis est.*
2 *Anima apud Deum nihil pretiosius.*
3 *Christus Episcopus vocari nõ est dedignatus.*
4 *Episcopus speculatorem significat.*
5 *Episcopatus ordinum maximus.*
6 *Episcopus ratione ordinis est maior presbytero, ac diacono Cardinali.*
7 *Cardinalatus est maior omnibus dignitatib.*
8 *Cardinalis, nisi à summo Pont. non iudicatur.*
9 *Cardinalis est pars corporis Pontificatus.*
10 *Papa à solo Deo iudicatur.*
11 *Papa credentium pater.*
12 *Episcopus, superintendentes, latine est.*
13 *Episcopus est nomen oneris, non honoris.*
14 *Episcopus etiam Populus dictus est.*
15 *Episcopi olim fuerunt, qui pani, venalibusq. rebus præerant.*
16 *Episcopis vox antiqua est.*
17 *Papæ nomen antiquum non est.*
18 *Episcopi patres patriæ vocati.*
19 *P, geminata sic, PP, Papæ vocem formauit.*
20 *Episcopi, & Pontifices, & summi Pontifices appellati sunt, & summi sacerdotes.*
21 *Concil. Carthaginen. iij. vetuit, quem vocari Principem sacerdotum, aut summum sacerdotem.*
22 *Canon, Primæ sedis. 99. distinct. Papam non amplectitur.*
23 *Papa se ipsum Episcopum vocat per excellentiam.*
24 *Papa orbis Episcopus est.*
25 *Pastoralis baculus Episcopi limitatam iurisdictionem designat.*
Germon. de Indultis.
26 *Papæ non præfertur pastoralis baculus, quia non habet determinatam potestatem.*
27 *Papa est solus sui characteris Episcopus.*
28 *Papa est sui ordinis principium, & finis.*
29 *Papa non potest suam auctoritatem omnino alijs impartiri.*
30 *Episcopi sunt potius famuli Papæ, quàm fratres.*
31 *Plenitudo Papalis potestatis ad personam vnicam Papæ restringitur.*
32 *Papa orbis rector, ac Princeps.*
33 *Papæ attributa.*

§. Episcopus.

EPISCOPVS. Maximus, & eminentissimus est Episcopalis in Ecclesia Dei titulus, summæque 1
perfectionis, & excellentiæ, vt
qui solus meruerit animarum 2
cura (quibus nihil apud Deum ex rebus creatis pretiosius) insigniri, ac nobilitari ita, vt
CHRISTVS ipse aliquando, *Petri testimonio,* 3
epist. 2. cap. 2. Episcopus vocari non sit dedignatus: & quidem iure merito, cum nemo humanam salutem maiori vigilantia, ac charitate, quàm CHRISTVS Dominus speculatus, aut operatus sit: neque operetur, aut speculetur:
ἐπίσκοπος enim Græce, Latine speculator est. 4
vnde in eius Vicarium apposite nomen istud transtulit Ecclesia, vt cui CHRISTI officium, eidem & titulus congrue competeret. Glossa *ad proœmium libri sexti Decretalium, in verbo Episcopus*, appellatur, ait, Episcopus sum-
mus Pontifex, quia cum in Dei Ecclesia sint 5
nouem ordines, vel secundum Theologos, septem, omnibus maior est Episcopalis dignitas, cui ego facile assentior, namque Episcopus est præcipuus ordo in Ecclesia, & ratione ordinis
est maior presbytero, vel diacono Cardinali: 6
quod tradunt Barbatius in tractat. de præstant. Cardin. quæst. 1. partis primæ. Felinus ad rubr. de maior. & obed. num. 20. ad cap. quod super in fine de fide instrum. Decius ad cap. cum venerabilis. in principio de except. & ad cap. ad præsentiam. de appell. licet hodie, nemine prorsus discrepan-
te, receptum sit, nullam esse dignitatem in Ec- 7
clesia, quæ Cardinalatu maior, aut æqualis sit, eum ipsi Cardinales vnà cum sanctissimo Ro-
mano Pont. iudicent omnes, nec possint iudica- 8
ri, nisi ab ipso Pontifice, & collegijs, quæ ab eodem tale iudicium faciendi expressam habeant iurisdictionem, *testimonio Hostiensis, & Ioann. Andreæ ad cap. dilectus. 1. de preb. Dec. ad d. cap. cum venerabilis. num. 10. Felin. ad d. rub. de maior. & obed. n. 20. Rebuff. ad §. si quis vero. in verbo, Cardinalis, rub. de collat. in concord.* Quæ cum

veta sint,*can.nemo cumseqq.* 9.q.3.qui huic cõ-
clusioni aduersari videntur, ad rem nihil,cum
de Pontifice Romano loquantur, non item de
Cardinalibus, nisi dicamus, quòd Cardinales
9 sunt pars corporis Ecclesiæ, siue Pontificatus,
vti dictum est late *lib. 3.de Sacror.Immunit.c.6.*
10 *nu.*44. Solus autem Papa à Deo iudicatur, quia
soli Deo absque medijs subiectus est, *can.alio-
rum.can.facta.cum seqq.ead.q.*3.

Sed quæro,cur summus Pontifex se Papam
non appellet,vt vulgo appellari solet:quod sane
11 vocabulum hodie vni tribuitur Rom.Pont.qua-
si ipse sit omnium credentium pater. Siquidem
πάππαν, Græcam vocem à veteribus vsurpatã,
patrem significare ex Suida aliàs monuimus
cap.1.lib.2.Animaduers.& cur nec Pontifex ma-
ximus,vel summus sacerdos,vel Patriarcha,aut
sane Archiepiscopus, cum ista nomina maiorẽ,
grauiotemq. præ se fetre videantur dignitatem,
& prærogatiuam. Responderi posset, id ab illis
priscis,ac iuxta sanctissimis Pontificibus factita-
tum, & subinde à successoribus non temere, &
inconsultò,sed optima ratione,ac quasi pro lege
obseruatum, tum quòd Episcopi nomen humili-
tati,quam veri omnipotẽtis Dei, summi præser-
tim sacerdotes,profitentur,conueniat: alia vero
non sine gloriæ suspicione sunt, tum quòd hæc
Episcopi vox Dominici gregis pastori graphice
12 admodum cõgruere videatur. Namque Episco-
pus Latine,etiam superintendens dicitur, *testi-
monio B.Augustini lib.de Ciuit.Dei.*19.*cap.*19.*de
quo in can.qui Episcopatum* 8.q.1.& Episcopatus
13 nomen est oneris, non honoris. Quod videtur
nobis explicasse Apostolus 1. *ad Timoth.* 3. di-
cens. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus
desiderat. Theodorus Balsamon, Antiochenus
Pattiarcha,& Photij Nomocanonis interpres *in*
14 *can.*58.*Apost.* Episcopus, inquit,ideo constitui-
tur, vt quæ sui sunt populi,attendat,& ideo etiã
15 Populus est appellatus. Arcadius quoque Iuris-
consultus Episcopos vocauit eos,qui pani,cæte-
risq. venalibus rebus præerãt,quæ populis quo-
tidianum victum suggerebãt.*l.vlt.ff. de muner.
& honor.*Hinc ego in Paratitlis *tit.de temporibus
ordinat.*dicebam,Episcopos nostros esse dictos,
quòd cælesti præsint pani, rebusq. alijs, quibus
Christiani opus habent ad æternum alimenrũ,
nempe æternam salutem. Hoc etiam Episcopi
16 vocabulum initio nascẽtis Ecclesiæ in ea fuisse,
testantur Acta Apostolorum, vbi sic *cap.*20.
Qui nos posuit Episcopos regere Ecclesiam
suam. Immo,vt superius diximus, CHRISTVS
ipse Episcopus dictus est, ipso Apostolorũ Prin-
cipe *epist.*2.*cap.*2. attestante, hisce verbis. Era-
tis enim, sicut oues errantes: sed conuersi estis
nunc ad pastorẽ, & Episcopũ animarũ vestrarũ.
17 Papæ vero nomen,etsi olim omnibus Episco-
pis fuit commune. *vt latius d.cap.1.lib.2. Ani-
maduers. comprobauimus.* non esse tamen ita an-
tiquum manifeste constat. Quemadmodũ enim
Imperatores, alijq. præstantes viri olim patres
patriæ designabantur his notis,PP, sic Episcopi 18
ob singularem reuerentiam, ac venerationem,
quam eis fideles adhibere solebãt,patres patriæ
vocati sunt,& cum id ijsdem notis, PP, inscribe-
retur,scilicet geminato, & grandiori P, inualuit 19
opinio,vt mihi videtur, probabilis, ipsas Papam
significare à verbo Græco,vt ostensum est,quod
etiam Ludouico Gomesio probatur *in repetit. ad
cap.1.num.47.de constitut.lib.6.* Vocabantur & 20
olim omnes Episcopi Pontifices *cap.1.§. vnde.
de sacra vnct.cap.Messana de elect.can.clericum
cuiuslibet.*11.*q.*1. Immo summi Pontifices. *can.
si officia. ibi, iure inde summi Pontificis locum
sperare debebit. & can.miserum.*59. *distin. can.
accusatio.*61.*dist.*Item summi sacerdotes. *d.c.*1.
*§.per frontis. can.fin. in princ.*3.*q.*1.*can.viden-
tes. in princ.*12.*q.*1.*can.Pontifices.ead.q.*3. *can.
legum,vbi Archid.in verb.summum.*4.*q.*2. *Doct.
ad c.*1. *de constit. lib.*6. licet in concilio Cartha-
ginensi tertio *cap.*26. vetitum fuerit, ne quis 21
Princeps sacerdotum,aut summus sacerdos, sed
tantum primæ sedis Episcopus appellaretur. *ca.
primæ sedis.* 99. *dist.* quod de omnibus Patriar-
chis,Primatibus, & Archiepiscopis, non autem 22
de Romano Pontifice, intelligendum esse, *c.*11.
*lib.*3. *de Sacrorum immunitat.* plene à nobis di-
sputatum est ex receptorum auctorũ sententia.

Considerabam præterea dici posse, Papam 23
seipsum vocare Episcopum,non Archiẽpiscopũ,
aut Patriarcham per excellentiam. Alij siqui-
dem Prælati, seu Metropolitani, seu Suffraganei
vnius tantum Prouinciæ, aut ciuitatis admini-
strationem tenent: Papa vero totius orbis: ideo 24
dicunt nostri, Papæ, vt alijs assolet Episcopis, 25
non præferri incuruatum baculum,quem Pasto-
ralem vocant,putantq. id denotare coarctatam,
certisq. & determinatis finibus limitatam iuris- 26
dictionem. *vt in d.lib.*3. *de Sacrorum Immunit.
c.*5.*num.*60.*cum seqq.& clarius nu.*108. nullos
enim, cum quibus pari calculo coeat, Suffraga-
neos habet (cum sit solus in orbe sui charácteris 27
Episcopus, suiq. ordinis principium,& finis) ac 28
proinde non oportuit ipsum se Archiepiscopum,
aut Patriarcham inscribere:nam licet Episcopos
plurimos per orbem vniuersum constituat, fra-
tresq. qua solet humilitate, nuncupet, vt mox
dicam in verb. *Dilecto filio*, non tamen eis plenã 29
vicariatus CHRISTI iurisdictionem potest ea au-
ctoritate,qua fuit ipse à CHRISTO pronuncia-
tus, impartiri, vt videre est ex ijs, quæ diximus
*d.c.*11. *nu.*112.*cum seqq.* adeo vt Episcopi, etsi
partem oneris ferunt,sint eius potius ministri,ac
famuli,quam fratres,cũ omnia,quæ faciunt,eius 30
aucto-

auctoritate faciant, præterquam quòd multa, etiam ipso Papa volente, facere non possunt: cum papalis plenitudo potestatis ad vnam tan-
31 tum CHRISTI Vicarij personam redigatur,
32 sitque incommunicabilis. Quocirca orbis re-
ctor, ac Princeps Papa efficaciter per hanc vocem, Episcopus, à Patriarchis, & Archiepiscopis distinguitur, & significatur.

Cum igitur Episcopi nomen reliquis antiquius sit, magisq. vniuersali gregis Dominici Pastori conueniat, & humilitatis specimen præseferat, satisque pontificiam potestatem exprimat, mirum videri non debet, si sanctissimus Papa Sixtus Quintus, antecessorum suorum exemplum sequutus, Episcopum se appellet, non Pa-
33 pam, non Pontificem maximum, non summum
sacerdotem, alijsve eiusdem soni magnificis cognomentis, cum tamen re ipsa dici possit summus sacerdos, Princeps sacerdotum, Pontifex maximus, vniuersalis Papa, Episcoporum maximus, & orbis verus, & solus Episcopus, & pastor, quo modo superius explicauimus.

Summa ex §. Seruus seruorum Dei.

1 *Gregorius Magnus se seruum seruorum Dei primus inscripsit, vt censet Ioan. Andr.*
2 *Gregorius Magnus humilitatis plenus fuit.*
3 *Ante Gregorium non defuerunt, qui se seruos seruorum Dei dixerint.*
4 *CHRISTVS voluit suos non imperare, sed obtemperare.*
5 *Non est Episcopus, qui præesse diligit, non prodesse.*
6 *Deus Sanctus sanctorum, & Rex Regum.*
7 *Seruus nihil habet, ac quidquid acquirit, domino acquirit.*
8 *Apostoli, seruos se CHRISTI dicebãt, quia ab eo de mũdi tyranni manibus capti fuerãt.*
9 *Mancipium ideo dictum, quod de manu hostium captum sit.*
10 *Omnia in Dei gloriam facienda.*
11 *Qui hominibus placet, CHRISTI seruus non est.*
12 *Paulus, se omnium seruum fecisse ait, vt alios CHRISTO lucrifaceret.*
13 *Seruus seruorum Dei seruus ipsius est.*
14 *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te.*
15 *Seruum seruorum vocari, est ad humilitatem ostendendam.*
16 *Humilitas in Episcopo virtutũ splẽdidissima.*
17 *Verba vana reijciebat Gregorius.*
18 *Humilitas est clauis regni cælorum, & mysteriorum, & scripturarũ, & Deũ placat.*
19 *Ius dicentes, contemni se pati non debent.*
20 *Ex conuersatione æquali contemptus dignitatis nascitur.*
21 *Petulantes imperio coercendi sunt.*
22 *Etiam Beatus Paulus minis cum contumacibus vsus est.*
23 *Romani Pontificis maxima auctoritas in coercenda magnorum virorum audacia.*
24 *Litteræ pontificiæ, quæ hisce verbis: Seruus seruorum Dei, careant, suspectæ sunt.*
25 *Episcopo, in suis litteris se seruum seruorum Dei vocare non licet.*
26 *Inferiores nequeunt colore in vestibus vti, quo Princeps vtitur.*

§. Seruus seruorum Dei.

SERVVS SERVORVM DEI. Ita se inscribere consueuisse ante
omnes Gregorium Magnum 1
Ioan. Andreæ ex chronica Martiniana arbitratur *ad proœm. sex. Decretalium*, quem sequuti sunt alij omnes, nimirum existimantes, Gregorium se ita vocare voluisse, vt Ioannis Patriarchæ Constantinopolitani, qui se vniuersalem Patriarcham scribebat, audaciam, & temeritatem hoc modo retunderet. *can. primæ sedis. eum seq. 99. dist.* Ipse ve-
ro, etsi non dubito, quin Gregorius (qui humi- 2
litatem mirum in modum coluit, etiam quo se ipsum exinaniret, ac quasi hominum oculis subduceret) hoc dicendi modo vsus sit: vnde succedentibus Pontificibus, quasi lex humilitatis, suum exemplum remaneret: multo tamen ante
tempore, alios se seruos seruorum Dei scripsisse 3
reperio: inter quos fuit beatissimus Damasus, B. Hieronymi contemporaneus, vti ex eiusdem epistola aperte constat, tertia ad Stephanum Archiepiscopum, & cæteros Africæ Episcopos conscripta, quæ tomo primo Conciliorum habetur. Qui verò hoc vsi sunt titulo, nominantur ab omni laude dignissimo Consaluo Ponce de Leon in sua ad Caluinianum hæreticum Leonhartum Vuaramundum eleganti responsione *cap. 2. vers. cæterum, ne putes*, vbi dicit, id suo more, ac iure facere sacrosanctam Romanam Sedem, diuinæ seruitutis, & euangelicæ prædicationis vnicam hæredem, dum illo cognomine vtitur, quod fecerunt imitatione fortasse Apo-
stolorum Petri, & Pauli, & Iacobi, se in epistolis 4
seruos IESV CHRISTI scribentium. Voluit enim Saluator noster, suos non imperare, sed obtemperare, impendere, non expectare ministerium, prodesse, non præesse, *can. si qui Episcopi, in fine. 1. q. 1.* Vnde B. Augustinus *lib. de ciuitate Dei. 19. cap. 19.* de Episcopis sermonem
habens, non esse Episcopum dicit, qui præesse 5
diligit, non prodesse: & CHRISTVS *apud Matthæum. cap. 20.* Quicumque, ait, voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui

Hh 4 volue-

ædificationem, & non in destructionem. Nemo
23 enim est tam in profanis,diuinisq. litteris plumbeus, qui nesciat, quanta sit Romani Pontificis auctoritas,quanta potestas in coercendis malorum hominum, etiam magnorum Principum, delictis;quam, qui cupit exacte cognoscere,eam ex volumine nostro de Sacrorum Immunitatibus petat,vbi fere integro libro secundo, & tertio, de hoc ex professo disputauimus.

Hinc quæri opportune potest,an litteræ pontificiæ, quæ hisce verbis: Seruus seruorum Dei; careant, fidem faciant, an argui possint falsitatis. Quintilianus Mandosius amicus meus optimus, & eruditissimus, *in gloss. facult. Regen. in*
24 *verb. seruus seruorum Dei*, respondet, litteras istas esse falsi suspectas, quòd secundum curiæ stylum non sint confectæ, hocq. auctoritate *l. sacri affatus. vbi Bald. in princ. C. de diuers. rescript. cap. quàm graui. de crim. falsi. cap. porrecta. vbi gloss. in versic. confirmatur. de confirm. vtil. vel inutil. gloss. ordinaria ad cap. causam, quæ 2. in verb. rationi. de rescript. Ludouic. Rom. cons. 376. num. 12. vers. secunda ratio. Abbas ad cap. ex parte 2. num. 2. de offic. iudic. delegat. Felin. ad cap. ex par. 1. num. 16. versic. stylus. de rescript.* Quod & mihi nequaquam displicet, sicut & alia Mandosij sententia, dum quæren-
25 do, an & Episcopus valeat in suis litteris hac dicendi formula vti, Seruus seruorum Dei, concludit, ipsum non posse: quia licet omnes, præsertim clerici, Dei serui sint, Deoq. obsequi,& seruire profiteantur,ac Dei serui appellentur, *can. cleros. post princ. 21. dist. can. si. vers. fin. dist. 40. can. penult. 54. dist. can. diaconi sicut. post princip. 93. distinct. can. secundum Apostolum. de præben. cap. 2. de cleric. venat. & alijs pluribus locis*, Episcopum tamen eo titulo, seruus seruorum
26 Dei, vti debere negat, vt quemadmodum inferioribus non licet vti in vestibus colore, quo induitur Princeps, ita nec nuncupationibus, titulis, ac quibusdam proprijs, & particularibus loquendi, & scribendi formulis. Quod ante Mandosium adnotauit Ludouicus Gomesius *in repet. ad cap. 1. num. 10. de constit. lib. 6.*

Summa ex §. Dilecto Filio.

1 *Papa fratres, aut filios omnes fideles in litteris appellat.*
2 *Fideles sunt hæredes Dei, cohæredes* CHRISTI.
3 CHRISTVS *est Dei primogenitus, & primus hæres inter ceteros fratres.*
4 *Filij domini ab intestato sunt bonorum paternorum.*
5 *Hæredes sui non tenentur hæreditatem adire.*
6 *In filio non habet locum vsucapio, vel præscriptio pro hærede.*
7 *In præscriptione, præter possessionem, requiritur titulus.*
8 *Hæres extraneus præscribit titulo pro hærede in fundo à defuncto possessò sine titulo: filius secus.*
9 *Filius, vti agnatus, aut cognatus titulum pro hærede habet.*
10 *Filius succedit patri ex capite vnde liberi, ac vnde agnati, necnon vnde cognati.*
11 *Filij Papæ summus cura, & honore.*
12 *Papa Iudæos, aut excommunicatos filios non appellat.*
13 *Papa spiritum sanioris concilij Iudæis, ac excommunicatis annunciat.*
14 *Papa non vocat in* CHRISTO *filios, nisi Abbatissas, & monachas, vel maximos Principes.*
15 *Filium nostrum non vocat Papa, scribendo, nisi familiarem.*
16 *Papa Episcopo, seu Archiepiscopo, seu Patriarchæ scribens, eum fratrem appellat.*
17 *Iustam habet venerationẽ, quidquid excellit.*
18 *Patres venerabiles dicuntur ob venerationem, quam eis filij præstare debent.*
19 *Senes quoque venerabiles.*
20 *Papa Prælatos fratres vocat, tamquam in officio eodem coadiutores.*
21 *Papa Cardinales presbyteros, & diaconos Episcopis mixtos fratres appellat.*
22 *Papa Cardinales presbyteros, & diaconos filios appellat.*
23 *Papa Cardinales electos Episcopos tantum filios, consecratos fratres vocat.*
24 *Non consecratus, sed electus tantũ Episcopus solicitudinis episcopalis particeps non est.*
25 *Electus Episcopus tantum ea, quæ ordinis sunt, nequit exequi.*
26 *Papa, de Episcopo mortuo loquens, non venerabilẽ fratrem, sed bonæ memoriæ appellat.*

Dilecto filio Hieronymo, tituli Sancti Petri ad vincula S. R. E. presbytero Cardinali, de Ruuere, nuncupato, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. Dilecto.

DILECTO FILIO. Consueuit beatissimus Papa eos, ad quos scribit, aut rescribit, filios, vel fratres appellare:& quidem optima ratione, *vt ait Rebuff. in gloss. ad formam mandati, in verbo, dilectis filijs*, vt quemadmodum Deus opt. maximus pater est, 1

&

& creator omnium, *cap.1. de ſumma Trinit. & fide cathol.* ita omnes filij Dei ſumus: vnde
*Pſal.*81. Ego dixi: dij eſtis, & filij excelſi om-
nes: quod & Apoſtolus *ad Galatas* 3. compro-
bat, dicens. Omnes filij Dei eſtis per fidem: *ad*
*Rom.*8. Quicumque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt
2 filij Dei. Et quo magis id nobis certum eſſet, ibi-
dem etiam Apoſtolus hæredes nos facit dicens:
hæredes quidem Dei, cohæredes autem CHRI-
3 STI. Ipſe enim CHRISTVS, cum ſit Dei pri-
mogenitus inter multos fratres, eſt etiam pri-
mus hæres, vnde & hæres vniuerſalis dicitur:
nam *ad Hebræos* 1. ait idem Paulus. Quem con-
ſtituit hæredem vniuerſorum. Nos vero adoptio-
ne filij cum CHRISTO cohæredes ſumus, cum
quo & beati erimus. *Hierem.*3. Ponam te in fi-
lijs, tribuam tibi hæreditatem præclaram. Nihil
eſt enim, quod nos magis hæredes faciat, quàm
4 filiatio: filijs ſiquidem, ſiue ſint inſtituti hære-
des, ſiue non, dominos ab inteſtato eſſe ait. *l. in*
ſuis. in fine ff. de liber. & poſthum. vbi Paulus
5 Iuriſconſultus reſpondit, ſuos hæredes non te-
neri hæreditatem adire, quia viuo adhuc patre
quodammodo domini exiſtimantur. Itaq. poſt
mortem patris, non hæreditatem percipere, ſed
magis liberam bonorum adminiſtrationem con-
6 ſequi videntur. Hinc licet Bart. *ad d. l. in ſuis.*
*quem ibidem num.*8. *in fine ſequitur Iaſon.* dicat,
in filio non habere locum vſucapionem, vel præ-
ſcriptionem pro hærede, *l. nihil pro hærede. C. pro*
hærede. l. 2. *§. filium. ff. eod. pro hærede.* quòd ad
probationem præſcriptionis alio opus ſit titulo:
vnde, ſi pater poſſidebat fundum, eumq. ſine ti-
7 tulo, non vtique poterat præſcribere longo tem-
pore, cum in huiuſmodi præſcriptione requira-
8 tur non ſolum poſſeſſio, ſed & titulus, eo vero
mortuo, ſi ei ſuccedat hæres extraneus, poterit
præſcribere titulo pro hærede: quia etſi deficit
titulus in perſona defuncti, non tamen deficit in
perſona hæredis extranei, qui habet titulum
pro hærede habilem ad præſcribendum, *vt toto*
9 *tit. ff. & C. pro hærede.* Nihilominus, ſi filius di-
cat, ſe poſſediſſe paternam hæreditatem, non vti
filius, ſed vti agnatus, aut cognatus, poterit
præſcribere titulo pro hærede, *teſtimonio gloſſæ,*
& aliorum iuris interpretum ad l. 1. *C. qui ad-*
mitti ad bon. poſſeſſ. poſſ. Siquidem filius ex tri-
plici capite poteſt patri ſuccedere, videlicet, vn-
de liberi, vnde agnati, vnde cognati: & excluſus
ab vno, non dicitur excluſus ab alio, *l.* 1. *§. ſed vi-*
10 *dendum.* 1. *ff. de ſucceſſ. edict.* Et hoc ſingulare di-
cit Baldus *ad rubr. extra de præſcript. in* 5. *col.*
per d. §. ſed videndum. Et Alexander *ad d. l. in*
ſuis ſcribit eſſe mirabile, & iuris interpretibus
incognitum, *prout etiam tenuit ad l. qui ſe patris,*
in 4. *col. C. vnde liberi, & ad l. ſi filius, qui patri,*
*col.*5. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Si filij, ergo &
hæredes. Itaque cum Deus omnipotens nos
filios vocare dignetur, apte conuenit & eius in
terris Vicarium à nobis eodem nomine nuncu- 11
pari: non quòd filij ſimus generatione, aut ad-
optione, ſed cura, & honore, quia curam om-
nium gerit, & ei omnes deferre oportet, vti diſſe-
rit Bonifacius *ad proœm. Clement. col.* 2. *not.*4.

Regula vero iſta hanc patitur exceptionem: 12
quòd Iudæi, & excommunicati non vocantur à
Pontifice filij, teſtimonio Durandi *in Speculat.*
tit. de reſcript. præſent. §. ratione. num 5. ſed lo-
co ſalutationis, & benedictionis, ſpiritum eis 13
conſilij ſanioris precatur, & annunciat. Quod
forte fuit introductum, & vſurpatur auctoritate
Apoſtoli, qui ad Corinthios ſcribens, ait *epiſt.* 1.
*cap.*5. Quid enim mihi de ijs, qui foris ſunt vos
iudicare? Alij omnes filij vocantur, & dilecti
cuiuſcumque conditionis, & dignitatis ſint, ſiue
regia, ſiue imperiali fulgeant poteſtate, *c. quàm*
graui, vbi notant omnes, de crim. falſi. Sed eos
non vocat in CHRISTO filios, niſi ſcribat mo- 14
nialibus, vel Abbatiſſis, quo caſu ſolet addi illa
dictio, in CHRISTO, *cap. cum dilecta, de re-*
ſcript. cap. cum dilecta, de confirmat. vtil. vel inu-
til. cap. dilectæ, de except. & paſſim alibi, vel ma-
ximis Principibus, Regibus, aut Reginis. Tunc
enim ſic. Dilecto in CHRISTO filio Regi, vel
Reginæ, *cap. charisſimus, de conuerſ. coniugat.*
Ioan. de Imola, & And. Sicul. ad d. cap. cum dile-
cta, de reſcript. Ludou. Gomeſ. in tract. gratiæ ex-
*pectat. num.*6. Nec additur illa particula, no- 15
ſtro, niſi reſcriptum ipſius ſanctiſsimi Papæ fa-
miliari dirigatur, nam eo caſu apponitur, no-
ſtro, vtpote capellano noſtro, cubiculario noſtro,
eodem Durando auctore, in d. §. ratione. num. 1.

Si vero ſcribitur Epiſcopo, alijsve gradu, & 16
ordine maioribus, Patriarchæ ſcilicet, aut Pri-
mati, aut Archiepiſcopo, fratri, non filio dicitur.
d. cap. quàm graui, non dilecto, ſed venerabili,
cap. cum venerabilis, de conſuet. cap. venerabi-
lem, de elect. cap. venerabili, de offic. deleg. cap.
venerabilis. de iudic. cap. venerabilis. de dolo, &
contum. cap. venerabilis. de teſtibus cogend. cap.
venerabiles. de confirmat. vtil. vel inutil. c. cum
venerabilis. & cap. venerabilem. de except. c. cum
venerabilis, & cap. venerabili. de cenſibus, &
alijs plus, quàm quinquaginta. Nam, vt ait M. 17
Tullius, *de Natura deorum primo*, habet vene-
rationem iuſtam quidquid excellit. Vnde Liuius
*lib.*1. *hiſt. ab vrbe cond.* venerabilis vir miracu-
lo litterarum, rei nouæ inter rudes artium homi-
nes. Venerabiles quoque patres dicuntur, quia 18
filij eos venerari debent. *l.* 1. *§. ſi filius. ff. de ob-*
ſeq. à lib. præſtand. l. ſemper in ciuitate noſtra
Senatus venerabilis fuit. ff. de iure immunit. Senes 19
quoque venerabiles ſunt, & ſenectus venerabilis
eſt (ait Sapien. *cap.*4.) *non diuturna, neque an-*
norum

norum numero computata: cani aut ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata: & Moyſes Leuit. 19. *A facie cani capitis conſurges, & honorabis vultum ſenioris,* & S. Petrus 1. c. 2. *Iuniores ſubiecti eſtote ſenioribus.* Quibus aſſurgendum eſſe pluribus oſtendit ſanctus pater Antiochus monachus *homil.* 109. quæ habetur in Appendice Bibliothecæ ſanctorum Patrum, *pag.* 1088. Sed quare fratres, non autem filios eos vocat? Rationem affert Innocentius tertius *in cap. per venerabilem*, §. *ſunt autem, qui filij ſint legit.* Sunt, ait, ſacerdotes Leuitici generis
20 fratres noſtri, qui nobis iure Leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt.

21 Idcirco Papa, Cardinales Epiſcopos, de quibus iamiam mentionem faciam, fratres, non filios appellat; ac ſi contingat, eum ad plures Cardinales ſimul ſcribere, inter quos, præter aliquot Epiſcopos, & presbyteri, & diaconi ſint, fratrum nihilominus eos nomine nuncupabit, quamuis vnicus inrer eos tantum Epiſcopus exiſtat. *cap. in Geneſi, prope finem. de elect. extrauag. ad conditorem, Ioan. 22. de verb. ſignific. extrauag. execrabilis,* §. *nos itaque. iuncta gloſ. in verb. cum fratribus. de præbend. cap. 1. verſ. quod in fratribus noſtris. & ibi gloſ. de offic. legat. lib. 6. Hoſtien. ad cap. ad deliberandum. col. 3. de Iudæ.*
22 *Felin. ad rub. de offic. deleg. in princ.* Si verò ſeorſim ab Epiſcopis ad Cardinales ptesbyteros, ſeu diaconos ſcribet; filios, non autem fratres eos vocabit. *cap. 1. de ſupplend. neglig. Prælat. gloſ. ad cap. 1. de offic. legati in 6. Barbat. ad cap. in præſentia. col. 4. de probat. & ad cap. 1. col. 2. de locat.* Rebuffus *ad formam mand. Apoſtol. in verb. fratri,* recte admonet, fratres eos vocari poſt con-
23 ſectationem; cum electi tantum ſunt, filios: ſiquidem fratres dicuntur, ptopterea quòd vnà cum beatiſſimo Papa in partem ſolicitudinis ſint vocati. *cap. ad honorem. de auct. & vſu pallij. c. fundamenta.* §. *decet. de elect. lib. 6.* & per hanc epiſcopalis dignitatis participationem merito fratres appellantur, *can. præterea.* 51. *diſtinct.*
24 *can. fratres. de pœnit. diſt. 5.* At, qui nondum eſt conſecratus, adhuc particeps & dignitatis, &
25 ſolicitudinis non vtiq. videtur, cum ea, quæ ordinis ſunt, exequi nequeat, *cap. tranſmiſſam, vbi gloſſ. in verbo de talibus, & c. quod ſicut, de elect.*
26 Si vero Papa de Epiſcopo mortuo loquitur, non venerabilem fratrem appellat, ſed bonæ memoriæ Epiſcopum, *vt poſt Hieronym. Paul. in lib. qui inſcribitur Prouinciale, fol. 20. tradit Mandoſius in d. gloſ. ſi habita, in verbo, fratribus noſtris.* Quot autem modis frater quis nuncupetur, Rebuffus loco citato perſequitur.

Summa ex §. Hieronymo.

1 *Ἱερόνυμος Græce, ſacrũ nomẽ Latine redditur.*
2 *Hieronymi Eccleſiæ Doctoris maxima eruditio commendatur.*
3 *B. Hieronymus vtrumque Teſtamentum Latinum ex Hebræo, & Græco fecit.*
4 *Nomina ad placitum imponuntur.*
5 *Nomina hominnm honeſta eſſe debent.*
6 *Turpia, & abſona nomina vitanda ſunt.*
7 *Honeſtum nomen apud ethnicos laudatur.*
8 *Accurſius de proprio nomine gloriatur.*
9 *Accnrſius dictus, quòd accnrrat, & ſucurrat.*
10 *Vxor Ioan. Andreæ dictitabat, ſi pulcra nomina venderentnr, emenda eſſe.*
11 *Reprehenſibile eſt, parentum turpia nomina in liberis renouare.*
12 *A nomine turpi cauendum eſt.*
13 *Ex bono nomine reſultat bona præſumptio, ex malo mala.*
14 *Baptizandorũ nomina à ſanctis ſumẽda ſunt.*
15 *Hieronymus Cardinalis de Ruuere merito B. Hieron. alumnus, & diſcipnlus dici poteſt.*
16 *Ethnicorum, præſertim flagitioſorũ hominum nomina, nequaquam pueris imponenda.*
17 *Nicæna Synodus vetuit chriſtianorum filijs Gentilium nomina imponi.*
18 *Recte duo nomina imponuntur.*
19 *Iacob, etiam Iſrael dictus eſt.*
20 *Ioannes Baptiſta, quàm ceteros homines antecelluerit.*
21 *Natiuitas Ioannis Baptiſtæ, præter natiuitatem* CHRISTI, *tantum in Eccleſia celebratur.*
22 *Matthæus Euangeliſta Leui etiã dicebatur.*
23 *Sacræ paginæ nominis multiplicitatẽ admittũt.*
24 *Deus plura habet nomina: necnon eius filius.*
25 *Nomina Deo plura ſunt impoſita ad declaranda plura eius erga homines beneficia.*
26 *Deus eſt in omnibus omnia.*
27 CHRISTVS *vocatur vitis, ouis, agnus, &c. per ſimilitudinem, non proprie.*
28 *Plura nomina vni perſonæ imponuntur demonſtrationis cauſa.*
29 *Venetijs duo, & tria nomina baptizatis imponuntur.*
30 *Bannitus captus condemnari non debet, niſi de eius nomine, ac cognomine conſtet.*
31 *In hærede clara nominis demonſtratione opus eſt.*
32 *Clara nominis demonſtratio nõ eſt neceſſaria, ſi lex expreſſionem illam non requirat.*
33 *Forma dat eſſe rei.*
34 *Mutare formam noſtrum non eſt.*
35 *Verbũ, aliàs, & nec aliter, importat formam.*
36 *Non valet expreſſio nominis per æquipollens.*
37 *Omiſſio formæ, aut ſolemnitatis vitiat actum.*

38 *In-*

Digitized by Google

38 *Insinuatio facta per aequipollens, non valet.*
39 *In appellatione ab interlocutoria sententia est exprimenda causa appellationis.*
40 *Demonstratio facta per relationem ad aliud tantum valet, quantum expressio nominis proprij.*
41 *Nomē appellatiuū quādoq. aequipollet proprio.*
42 *Mandatum Apostolicum, nisi alicui dirigatur, nihil valet.*
43 *Expirat iurisdictio mandata morte eius, cui ea fuit mandata.*
44 *Iurisdictio mādata dignitati nō expirat morte personae, qui obtinebat eam dignitatem.*
45 *Rescriptum directum dignitati non praesentatur successori iudicis defuncti.*
46 *Accessoriū sequitur naturam sui principalis.*
47 *Angeli, atque animae non corrumpuntur.*
48 *Causa cōmissa Episcopo transit ad successorē.*
49 *Causae commissio personalis est, cum in rescripto expressum est nomen proprium: realis, cum appellatiuum.*
50 *Causa ad dignitatem directa, etiam absque nominis proprij mentione, si verba priuatam personam respiciant, non transit ad successorem.*
51 *Verba deseruiūt intentioni: nō intētio verbis.*
52 *Verba inhibitoria, & praecisa restringenda sunt secundum mentem inhibentis.*
53 *Excommunicatio directa dignitati non afficit successorem.*
54 *Noxa caput sequitur.*
55 *Successor in Episcopatu quando praecessoris debita soluere teneatur.*
56 *Censura ecclesiastica successorem ligat, si in eodem cum praecessore succedat vitio.*
57 *Excommunicatio vicarij Episcopi non ligat successorem.*
58 *Vicarius Episcopi non habet dignitatem.*
59 *Iudicis dati iurisdictio nō trāsit ad successorē.*
60 *Constituto executore testamenti amico testatoris in dignitate constituto, officium executionis ad successorem non extenditur.*
61 *Delegata causa amico, vel consanguineo in dignitate constituto, non transit ad successorem.*
62 *Causa compromissi dignitati commissa non transit ad successorem.*
63 *Praesumitur, Principē nescire nomina propria.*
64 *Iuramentum praestitum super re ad dignitatem pertinente, ad successorem extenditur.*
65 *Haeres non potest cogi ad obseruandum iuramentum à defuncto praestitum.*
66 *Haeres iurata à defuncto obseruare tenetur, non ex iuramento, sed virtute obligationis eiusdem per defunctum contractae.*
67 *Iuramentum personale est, ac tantum iurantem ligat.*
68 *Iuramenti commodum ad haeredes eius, in cuius gratiam iuratum est, transit.*
69 *Pendente coniectura, an committens causam, dignitati, aut personae committere voluerit, expressioni nominis, aut proprij, aut appellatiui standum est.*
70 *Locus pro dignitate aliquando intelligitur.*
71 *Dispositio facta sub nomine proprio non trāsit ad successorem: secus, si sub appellatiuo.*
72 *Stipulante seruo duobus dominis, in dubio praepositio nominis portionem constituit.*
73 *Error nominis in legato secundum notitiam testatoris distinguitur.*
74 *Delegatio incerta nihil valet.*
75 *Canonicus non habet successorem in onere, aut in honore, nisi ipsum Capitulum.*
76 *Acquisita per canonicum, eo mortuo, ad collegium canonicorum pertinent.*
77 *Bona clerici defuncti, qui habuerat beneficiū extra collegium, ad successorem spectant.*
78 *Dignitatem, aut personatum habenti succeditur in onere, & in honore.*
79 *Succedens canonico in causa praecessori commissa non succedit.*
80 *Causa commissa canonico alicuius tituli, absq. eius nominis proprij mentione, ad successorem transit.*
81 *Causa commissa Praepositurā ac capellaniā gerenti, si is moriatur, transibit ad illum, qui ei succedet in Praepositura tantū.*
82 *Seruo stipulāte duobus dominis, si alter acquirere nequeat, eius portio accrescit alteri.*
83 *Capellania pontificalis delegationis non est capax.*
84 *Dignitates duae simul haberi nequeunt.*
85 *Causa commissa habenti duas dignitates, si eae duobus dentur, transibit ad vtrumque.*
86 *Causa potius pluribus, quàm vni committere solet Sedes Apostolica.*
87 *Praelati nomine ecclesiarum, possident earum bona ciuiliter, & naturaliter.*
88 *Praelatus, siue petitorio, siue possessorio agat, nomine ecclesiae agere debet.*
89 *Praelati rerum ecclesiasticarum, administratores sunt, non domini.*
90 *Praelati ecclesiae conditionem facere meliorem, non deteriorem possunt.*
91 *Praelatus pro ecclesia sua potest licite non acquirere.*
92 *Praelatus nomine appellatiuo agens, pro ecclesia agit; si nomine proprio, pro se.*
93 *Nuncij iurisdictio perpetuatur mortuo Principe, ad quem missus fuit, si litterae nominis proprij mentionem faciant.*
94 *Mortuo eo, qui mandauit iurisdictionem, expirat iurisdictio, si res sit integra.*
95 *Citatio iurisdictioni perpetuandae non sufficit.*

S. Hiero-

§. Hieronymo.

1 HIERONYMO. Hoc est, proprium nostri Cardinalis de Ruuere nomen. Ἱερώνυμος Græce, Latine sacrū nomen est, & est proprium nomē viri ecclesiastici, vnius, in-
2 quam, ex sanctissimis Ecclesiæ doctoribus: qui qualis, quantusq. fuerit, testantur eius tam multa, tamq. varia scripta, quibus plurimum & ornamenti, & adiumenti rebus nostris accessit. Vetus enim Testamentum, Damasi, vt diximus, sui cō-
3 temporanei, ac Romani Pontificis iussu, ex Hebræo, nouum ex Græco Latine conuertit, magna etiā ex parte explicauit, multa præterea Latine itē reddidit scripta doctorū virorum, præterquā quòd alijs laboribus, & ingeniosis monumentis Christianā disciplinā illustrauit, ac præter lingua tum peritiā, & multiplicē eruditionem, etiā sanctitatis nomine meruit in catholica Ecclesia coli.

4 Hinc illud in primis admonere oportet, quòd licet nomen, *vt ait Cic. lib. 1. de Inuent.* sit quod vnicuiq. personæ datur, quo suo quæq. proprio, & certo vocabulo appelletur: & ad placitum imponatur, *l. si quis in fund. vocab. in fin. princ. ff. de leg. 1. vbi notant omn. Bart. ad l. Imper. §. vlt. n. 2.*
5 *ff. ad munic. & ad rub. ff. sol. matr.* parentes tamen obseruare oportet in nominibus filiorum, vt ea seligantur, quæ honesta sint, & bene sonent,
6 nec sint turpia, aut absona, ita vt, quibus ea imponuntur, quodammodo infames fiant, etenim laudatur etiā apud ethnicos de honesto nomine
7 personæ, teste inter ceteros Caio Iurisconf. *in l. facta 63. §. si dand. pecun. ff. ad S.C. Trebell. Plat. in Theage. Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 2. c. 29. Cal. Rhod. li. 13. lect. ant. c. 1. & 6. Rip. ad rub. sol. mat. n. 8. vbi etiam Ias. n. 16. & ad l. cunctos pop. lect. 1. n. 25. C. de sum. Trin. & fid. cath.* vbi etiam
8 Cynus *in 2. notab.* scribit, magnum esse bonum habere nomē. Idem etiam ibidem Salicetus. Atque ideo Accurs. *ad d. §. si dand. pecun. in verb.*
9 *cōditio est,* maxime gloriatur, quod Accursij nomen sibi contigerit: quia accurrit, vt ipse de se inquit, & succurrit contra tenebras iuris ciuilis. Refert quoque Ioannes Andreæ *ad cap. grauis,*
10 *de deposito,* consueuisse eius vxorem dicere, quòd si pulcra nomina venderentur, emenda essent. Hinc Cardinalis Florentinus *ad c. cum secundum*
11 *Apostol. in 2. not. de preb.* reprehendit vehementer parentes, qui in eorum liberis turpia progenitorum nomina renouant, & Craueta noster *in cons. 73. n. 13. lib. 1.* dicit, à nomine turpi esse penitus cauendum. Imola vero *post eund. Card. & Ioan. And. ad d. c. grauis, in col. 1. per eund. text. in*
12 *ver. vir Belial,* ait, imputandum esse illi, qui contrahit cum habente tam deforme nomen; ac si decipitur, sibi, non alijs, imputet. Nam ex bono,
hoc est, honesto nomine, vt ait Ripa *ad d. rub. sol. matr. n. 8.* resultat bona præsūptio, ex malo ma- 13
la. Antonius Thesaur. *in præfat. ad decis. Senat. Pedem. in verb. Anton. n. 33.* scribit, filios parentibus gratias habere æquum esse, qui ab eis pulcra nomina acceperunt. Et Abbas Panorm. *ad c. 1. col. penul. de iud.* dicit, quemlibet desiderare effectum in suo nomine. Quare non mihi displicet, quod placuit Nicolao Euerardo *in lib. qui inscribitur: loci argum. legal. in c. locus ab etymol. mihi pag. 10.* vt præpositio hæc locum habeat, quādo aliæ cōcurrunt coniecturæ, vt structura corporis, figura vestium, color criniū, vel faciei, & similes.

Idcirco præstantissimi illi viri, quibus à sacrosancta Tridentina synodo cura conficiendi catechismi demandata est, in eodem catechismo *tit. de sacram. Bapt. prop. fin.* hortantur fideles, 14
vt nomen, quod baptizandis imponi debet, sumatur ab aliquo, qui propter excellentem animi pietatem, & religionem in sanctorum numerum relatus fit. Ita enim facile fiet, vt quiuis nominis communicatione ad virtutis, & sanctitatis imitationem excitetur: ac præterea, quem sibi imitandum proponet, precibus propitium faciat, sperans, eum sibi adfuturum, tum in corporis, tum in animæ necessitatibus, salutemque suam, tanquam præcipuum aduocatum, semper propugnaturum. Cuius rei Card. Hieronymus 15
de Ruuere, de quo sermonem habemus, exemplum est locupletissimum, qui sibi cum sanctissimo, ac iuxta doctissimo B. Hieronymo nomē esse commune sciens, vnà cum nomine eius virtutes, & sanctitatem adeo exprimere studet, vt tanti doctoris alumnus, & discipulus meritò dici pos- 16
sit. Quare non ab re in catechismo reprehenduntur, qui Gentilium nomina, eorum præcipue, qui profligatissimi, & scelestissimi fuerunt, tā diligenter consectantur, & pueris imponunt, cum ex eo intelligi possit, quanti Christianæ pietatis studiū faciendum existiment, qui impiorum, fideliumq. auribus huiusmodi profana nomina vndiq. circumsonantia audire gestiunt. Siquidē Christiani iam ab initio nascētis Ecclesiæ, ob suam in Apostolos magnā propensionem, eorum nomina baptizandis imponebant, testimonio Niceph. *li. 6. c. 22.* qui memoriæ mandauit, Petri, Pauli, ac Ioānis nomina in christianorum liberis frequentissima fuisse. Quod confirmat Euseb. *li. 7. hist. eccl. c. 20.* Interdum quoq; Prophetarum nomina pro nominibus idolorū à parentibus ipsis impositis adulti baptismatis fonte renascentes sibi eligebant, quod idem testatur Eusebius *lib. 8. hist. ecclesiast. cap. 21.* &, ne fideles gentilium nomina 17
filijs imponerent, vetuit Nicæna Synodus *c. 30.*

Nec vlla laude, meo iudicio, digni videntur 18
illi, qui prohibent baptizandis duo simul iuncta nomina imponi, quandoquidem in veteri, & no-

uo Teſtamento aliter, atque ipſi conſtituunt,
19 obſeruatum cernimus. Nam Iacob etiam Iſrael dictus eſt, *Gen.cap.32.* hoc eſt Dei princeps: ſi contra Deum,ait ſcriptura, fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? & quia Dominum vidit, vt B. Ambroſius interpretatur,
20 *lib.2. in Lucam*. Sic ille, qui vox Dei fuit, verbumq. increatum præcucurrit, annuncians, ipſum carnem ſumpturum, qui præcelluit ceteros, antecelluit Prophetas, ſupergreſſus eſt Patriarchas,duplex habuit nomen,nempe Ioannes Baptiſta, de quo Saluator teſtimonium perhibet, dicens: Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta. Vnde Sanctus Auguſtinus *Serm.20.de ſanctis,qui eſt primus, de Natiuita-*
21 *te Ioannis Baptiſtæ*, ait:Poſt illum ſacroſanctum Dominici natalis diem, nullius hominis natiuitatem legimus celebrari, niſi ſolius Ioannis Baptiſtæ. In alijs ſanctis,& electis Dei nouimus illum diem coli, quo illos poſt conſumationem laborum, & deuictum, triumphatumque mundum in perpetuas æternitates præſens hæc vita parturijt, in alijs conſumata vltimi diei merita celebrantur: pro hac abſque dubio cauſa, quia per hunc Dominus aduentum ſuum, ne ſubito inſperatum homines non agnoſcerent, voluit eſſe teſtatum &c. Petrus quoque Apoſtolorum Princeps, & CHRISTI Vicarius, quem & Cepham Dominus vocauit, Simon appellabatur, vt diximus ſuperius, *Matth. cap.10. Luca 6.Marci 3. & Actuum Apoſtolorum* 10. Mat-
22 thæus quoque & Leui dicebatur eiuſdem Sancti Matthæi teſtimonio *cap. 9. & Luca cap. 5.* vnde Beatus Hieronymus *in lib.1.in Matthæum* ait: Ceteri Euangeliſtæ propter verecundiam, & honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgato, ſed dixerunt Leui, duplici quippe vocabulo fuit. Hæc Hieronymus: Et de Thoma Apoſtolo ita ſcribit Ioannes *c.20.* Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus. Paulus etiam, qui vas fuit electionis, Saulus dicebatur, *Actorum cap.13.* ibi,Saulus autem,qui & Paulus,repletus Spiritu ſancto. Ibidem quoque ſtatim in principio ſcribit Sanctus Lucas, in eccleſia, quæ erat Antiochiæ,prophetas, & doctores fuiſſe, in quibus Barnabas, & Simon, qui
23 vocabatur Niger. Non eſt itaque dubium, quin ſacræ litteræ nominis multiplicitatem admittant,ſi honeſtum ſit,maxime ſi à ſanctis,& Deo gratis hominibus accipiatur.
24 Quinimmo Deus, optimus, maximus, eiusq. vnigenitus filius multis nominibus appellatur, teſtimonio Beati Dionyſij Areopagitæ *libro de*
25 *Diuinis nominibus cap.1*, vbi Marſilius Ficinius eleganter poſt eum tradit,nomina, cognomina, & adiectiua, quæ à ſacris litteris varia Deo tribuuntur,non ad hoc inuenta fuiſſe,vt ipſam Dei naturam ſignificarent,quæ cum vnica ſit,& ſimplex, ſi nominanda eſſet, vnico nomine circumſcribenda eſſet, ſed ideo inſtituta, vt multa, variaq. bona à diuina bonitate largiſsime profluentia,declararent, hoc eſt pro beneficiorum qualitate,& numero nomina,& attributa eſſe impoſita, & expreſſa. Vnde idem Dionyſius concludit, quòd cum Deus omnia in omnibus agat, atque ſit ipſe in omnibus omnia, ideo ex honeſtis omnium nominibus rite laudatur. Neq; vero,idem 26
ait Dionyſius,hæc tãtum diuina nomina Theologi celebrant, quæ à prouidentijs vniuerſalibus,particularibusve, aut ab ijs, quæ prouidentia diuina reguntur,originem ducunt: ſed etiam à diuinis quibuſdam interdum viſis,quibus præceptores ſacrorum, vel prophetæ in ſacris ædibus,aut alibi illuminati ſunt, ex alijs,& alijs cauſis,atq. viribus nominare ſolent bonitatem omni nomine, omniq. luce prorſus excelſiorem. Iam vero formas illi, figuraſque humanas, vel ignis,vel electri circumponunt, ipſiusq. oculos, aureſq. & crines, facies,manus, ſcapulas, alas, brachia,humeros,pedes laudant,coronas,quinetiam, ſedes,pocula, pateras, & alia quædam id genus myſtica circa Deum fingunt. Hactenus Dionyſius.Nam & B.Auguſtinus ad illud Ioan- 27
nis *c.15.* Ego ſum vitis vera,& pater meus agricola eſt, ſic dicitur,inquit,vitis per ſimilitudinẽ, non per proprietatem, quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cetera huiuſmodi,quæ magis ipſa ſunt vera, ex quibus ducuntur iſtę ſimilitudines,nõ proprietates.
Imponuntur etiam multa plerumque nomina 28
vni perſonæ demonſtrationis ergo. *l.demonſt.& ibi Bar.& alij.ff.de condit.& demonſt.l.ad recognoſc. C.de ingen.manum. l. ſi quis nomine, C. de teſtam. l.vnica, C.de mutat. nominis.* Et in ampliſſima Venetiarum ciuitate hoc fieri,à Vincen- 29
tio Quirino, Iulij F. patritio Veneto, bonarum litterarum,& ſacrę Theologię profeſſore accepi, atq. veteri cõſuetudine receptũ eſſe ita, vt vniuerſæ ei genti quodãmodo pro lege ſit,vt ſcilicet cuilibet duo, vel tria nomina in baptiſmate imponantur. Quod fortaſſe inde initium ſumpſit, quòd creſcentibus familijs, gentiles ſuos aliquo modo diſcerni inter ſe earum auctores nominum multitudine voluerint. Omnia tamen nomina ſimul proferri non audio. Exoleuit enim hic mos, aut forte nunquam in vſu fuit.

Hac vero nominum pluralitate vitaretur periculum, de quo Angelus Aretinus *in tract. de maleſ. in verb.Caium, n.2.& 3.* circa bannitos, qui capiuntur,cũ non debeant condenari,niſi de eorum nomine,agnomine,& cognomine cõſtet: 30
tolleretur item dubium de nomine occiſorum, quo incerto nemo condemnari poteſt:etſi Clar. *in pract.cr.q.52.in fi.* dicit,aliter obſeruari: nec

eſſet

31 eſſet neceſſarium, quod iubet Iuſtinianus in l.
hac conſultiſſima, C. qui teſtam. facere poſſ. nem-
pe quòd teſtatores conuocaris, & collectis ta-
bellione, & ſeptem teſtibus, exprimant nomina
ſpecialiter hæredum, & dignitates ſingulorum,
& inditia, ne ſola nominum expreſſio quidquam
32 ambiguitatis pariat. Vnde Bartolus ad d. l. de-
monſtratio, in princip. q. 7. & ad l. liberorum, in
princ. de accuſat. aſſeuerat, ad demonſtrandam
perfecte perſonam, debere exprimi nomen pro-
prium cum alijs duabus demonſtrationibus, vt
Petri Martini de Peruſio, niſi vna ſola demõſtra-
tio clara eſſet, & omnibus nota, maxime ſi hæres
eſt perſona carens dignitate, vt Alexan. recte
ſcribit ad d. l. hac conſultiſſima, num. 3. qui etiam
recte contendit, illam claram Bartoli demonſtra-
tionem locum habere, quoties lex municipalis
non requirat in aliquo actu expreſſionem nomi-
nis proprij, patris, aui, & his ſimilium: vt tenue-
runt Bald. & alij ad l. 1. ff. de liber. & poſthum.
Anton. de Butrio poſt Bart. ad l. ſi quis ſeruum, §.
ſi inter, in fin. ff. de leg. 2. ad c. 2. de libell. oblat. Pe-
trus de Anchar. in repet. c. canonum ſtatuta, in
verſ. quæro etiam, ſi ſtatuto cauetur, de conſtit.
maxime ſi eadem lex hanc expreſsionem requi-
reret pro forma: vt ſi lege caueatur, vt aliàs actus
ſit nullus: eo enim caſu haud ſufficeret exprime-
re ſingulare nomen contrahentis: ſiquidem illa
demonſtratio videtur requiſita à ſtatuto pro ſo-
lemnitate, non æque ad probationem, aut de-
monſtrationem tantum, vti in ſimili aſſerit gloſſ.
magna ad l. teſtium, §. condemn. in fin. ff. de teſtib.
& Baldus ad l. ſtatutis, in verb. quæro, adijcit, C.
de ſent. ex breuil. recit. vbi apert. Salic. & alij,
quos citant, & ſequuntur Alexand. & Iaſ. ad d. l.
hac conſultiſſ. num. 4. Rebuff. in tract. nomin. q. 14.
n. 35. in verſic. in contrarium. Sed exprimere
proprium nomen, cognomen patris, aui, vel alio-
33 rum eſt de forma, quæ dat eſſe rei, & eam con-
ſeruat in eſſe l. Iulianus, §. ſi quis, ff. ad exhibend.
34 & non eſt noſtrum mutare formam, l. conſtitutio-
nibus, in fin. ff. ad municip. Bald. ad d. l. 1. ff. de li-
35 ber. & poſthum. nam verbum alias, vel nec ali-
ter, eius eſt naturæ, vt importet formam, vt poſt
Bart. & alios tradit Dec. conſ. 528. nu. 11. Ruin.
conſ. 92. num. 25. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 46. nu. 27.
36 lib. 4. ergo non valebit expreſsio per æquipol-
lens. Huius rationis ratio eſt manifeſta: etenim
37 omiſsio formæ, aut ſolemnitatis vitiat actum, l.
cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. cap. is, qui, &
cap. procurator, de elect. lib. 6.
Hinc Petrus Rebuffus in d. q. 14. n. 33. & 37.
cum ſeqq. dicit, non valere inſinuationem factam
38 per æquipollens, ſed neceſſariam eſſe nominis,
& cognominis expreſsionem, etiam ſi diceretur:
exhibeo nomen meum, & cognomen, de quibus
in litteris nominationum conſtat, & prout in il-
Germen. de Indultis.

lis continetur: vt quemadmodum in appellatio- 39
ne ab interloquutoria requiritur pro forma,
quòd cauſa appellationis expreſſe, & nominatim
exprimatur, cap. 1. de appellat. in 6. & non ſuffi-
cit, quòd exprimatur per relationem ad Acta, vt
(verbi gratia) allego omnes cauſas, de quibus
in Actis, Alex. & alij ad d. l. 1. ff. de liber. & poſth.
ad l. vbi, §. illud. ff. de verb. oblig. & conſ. 80. viſo,
col. 4. lib. 1. Et licet demonſtratio facta per rela- 40
tionem ad aliud tantum valeat, quantum ex-
preſsio nominis proprij, quoad demonſtratio-
nem, l. certum. ff. de rebus cred. ſi cert. petat. etiam
ſi nomen appellatiuum vni tantum conuenit, 41
quo caſu appellatiuum æquipollere nomini pro-
prio, tradit Guido Pancirolius, doctiſsimus præ-
ceptor meus in conſ. 14. n. 13. & Marcus Anto-
nius Mareſcot. de Calu. in repet. c. licet. de conſtit.
lib. 6. n. 130. ex l. 2. ff. de liber. & poſth. non ha-
bere tamen locũ in inſinuationibus nominatio-
num, ſiue nominũ, & cognominum, idem Rebuf-
fus contendit, ob id nimirum, quia eſt de forma.
Sic & Romanus Pontifex, quando alicui ſcri-
bit, aut reſcribit, aut cauſam committit, nomen
proprium loci, vel ciuitatis, vel eccleſiæ inſcri-
bit: alioquin haud conſtaret, cui eſſet cauſa com-
miſſa: & mandatum, niſi alicui dirigatur, non 42
valet, cap. mandatum, cum ſeq. de reſcript. lib. 6.
Sed multum refert, an mandatũ fuerit alicui
directum ſub nomine proprio, an vero ſub no-
mine appellatiuo, hoc eſt dignitatis nomine, ma-
xime Apoſtolicũ, quod committi nequaquã po-
teſt, niſi dignitate præditis, aut ſaltem perſona-
tum obtinentibus, ſeu cathedraliũ eccleſiarum
canonicis, c. ſtatutum, in princ. eod. de reſcrip. lib. 6.
nam morte eius, cui iuriſdictio nomine proprio 43
demandata fuerat, expirat iuriſdictio, cap. quo-
niam Abbas, de offic. iud. deleg. non æque, ſi di- 44
gnitati: ſed perpetuatur, donec lis fuerit iudica-
tione finita. Siquidem ſucceſſor iudicis præmor-
tui per omnia cenſetur eodem iure cũ defuncto.
Sed an reſcriptum debeat iterum ſucceſſori
præſentari, quæſtionis eſt. Panormitanus ad
d. cap. quoniam Abbas, ſcribit, non eſſe neceſſa-
rium, & quidem recte, quia dignitas per mu-
tationem perſonæ non mutatur, cap. ſi gratio-
ſe, de reſcript. lib. 6. Erit igitur differentia non 45
minima inter delegationem factam alicui no-
mine proprio, & factam nomine appellati-
uo, hoc eſt dignitatis nomine. Quare noſtri
dixerunt, diſpoſitionem quandoque eſſe
realem, quandoque perſonalem: & dicitur
realis, quando fit reſpectu dignitatis, & hæc
tranſit ad ſucceſſorem, propterea quòd eſt
impoſita ſuper nomine dignitatis. Dicitur per-
ſonalis, quando perſonam reſpicit tantum,
& iſta diſpoſitio concipitur ſub nomine proprio,
videlicet ſi cauſa committatur Ioanni, Paulo,

57 *iudic.deleg.* dicit, quòd ſi Epiſcopi Vicarius fuerit excommunicatus, illa excommunicatio non tranſibit ad ſucceſſorem. *cap.1. de offic. vicar. lib.6.* quod licet certo certius ſit, non placet tamen, quod Abbati placuit, vt id pro regula ſit, cum non ſolum odioſa non tranſeant ad ſucceſſorem vicarij, ſed nec fauorabilia: non etenim tranſeunt, quoties apponatur nomen dignitatis, quàm quis alterius habet beneficio, vt eſt vicarius ita dictus, quòd alterius fungatur vice, *tit. C. de offic. eius, qui vicem alter. iudic. obtin.* Caſſiodorus in formula vicarij Vrbis *lib.6.* Vice, inquit, ſacra ſententiam dicis; id eſt, *vt in Paratit.tit.de officio vicar. ſum interpretatus*, Prin-
58 cipis loco ius dicis. Etſi vicarium Epiſcopi non habere dignitatem eccleſiaſticam aſſeuerat poſt Zabarellam Benedictus Capra *in repet.Clemen. etſi principalis, num.48.de reſcript.* late Iacobus Menochius *conſ.51.num.33.lib.1.* dum contendit, vicarium quidem præeminentiam quandam habere, non autem dignitatem, niſi larga inter-
59 pretatione ſumatur dignitas. Idem dicendum in iudice dato, & vt cum noſtris loquamur, in delegato, & in ſimilibus, non enim transfertur cauſa ad ſucceſſorem, vt diſerte tradit Bartolus *ad l.& quia, circa fin.ff.de iuriſdict. omn.iud. & ad l. tale pactum, ff. de pact. argumento l. quod Principi, & l.ſi Auguſtæ, ff.de leg.2.* & *ad l. more maiorum, in fin.* & ibi Salicet. & Fulgoſ. *nu.25. verſ.ſed aliquando*, Iaſ. *num.66.in 2.limit.* Caccialup. *n.35.* Curt.iun. *ſub n.102. ff. de iuriſd. omn.iud.* Fulg. *ad l. ſi quis Imperatorem num.1. verſ.ſed, ſi ſit C.qui teſtam.fac. poſſ.* Butr. *ad d. c.quoniã Abbas, n.25.* Imola *n.19.& 20.* Felin. *n.7.* Dec. *n.9.* Bero. *n.100. cum ſeq.de off.deleg.* Gemin. *ad c. ſtatutum in princ.col.3. circa med. verſ. & per hoc idem dicitur in Vicario, de reſcript.lib.6.* quæ Bartoli expoſitio, licet communi interpretum conſenſu, teſte Decio, *ad d. cap. quoniam Abbas, n.61.* recepta ſit, hodie tamen, an locum habeat, dubito: mihi enim aliter videtur obſeruari, cum ſucceſſor vicarij in omnibus, & per omnia videatur ſuccedere mortuo, aut amoto: & ita communiter obſeruari teſtatur Cardin. *ad clem.2.nu.6.q.5. de reſcript.* at quando delegans non habuit reſpectum ad tribunal Epiſcopi, ſed ad ipſum vicarium tantum, tunc nunquam tranſit in ſucceſſorem, vti tenuit Rota in vna Papienſ. bonorum coram optimo, & eruditiſſimo Lancellotto, nunc Cardinali ampliſſimo, die lunæ 3.Martij 1578. quæ hodie eſt impreſſa in prima parte *Deciſ.Diuerſ. dec.200.* quam, cũ adhuc in publicum non prodijſſet, habui ego commodato à R.F. Vincentio Bonardo, ſacri palatij Magiſtro, viro doctrina, & moribus præclaro, atq. inſigni. Quod & *in vna Syracuſana illegitimitatis coram* Cantuc. *dec.12.n.2.diuerſ.p.2. Germen. de Indultis.* tenuit Rota, ob id nimirum, quòd communis opinio habet in ſe rigorem, ac ſubtilitatem, vt aſſerit Abbas *ad d.c. quoniam Abbas nu.2.* Caccial. *ad d.l. more maiorum n.35.* & Rota ſolet ſemper amplecti æquitatem. Sarnen. *ad reg. de valore q.11.in fin.* Cantuc. *in deciſ.9.n.9.* & *d.dec.12. num.2.* quod & ipſe adnotaui *cap.17.num.160. lib.3.de Sacror.immunit.* tum, quia, ſi locum haberet communis opinio, multæ ſubuerterentur expeditiones, tum etiam, quia contra communem opinionem eſt communis obſeruantia, vt poſt Card. ad *d. Clem.2.* & Gamb. *in Tract.de offic.& poteſt. Leg.à lat. lib.8.n.97.* ſcribit idem Cantuc. *d. deciſ.12. num.3.* Idem puto dicendum in Legato, quidquid dicat Abbas, *poſt Anton.de Butr.ad cap.nouit, in fin.de offic. legat. & Domin.ad c.ſtatutum, in princ. col.3.de reſcript. lib.6.* nam licet verum ſit, vicarium non habere dignitatem, ſi ſtricte loquamur, & proprie, & vera etiam ſit ratio, quòd commiſſio facta ſub dignitatis nomine tranſit in ſucceſſorem, ob id nimirum, quia dignitas illa nunquam extinguitur: idem tamen dici poteſt de vicario. Nam ſi admittimus, vicarium eſſe capacem delegationis pontificiæ, admitti etiam illud oportet, quòd ſucceſſor ei in mandata iuriſdictione ſuccedit: cum dignitas illa, ſeu pra eminentia numquam moriatur, quia illi mortuo alium Epiſcopus ſubrogat. Si ſub nomine dignitatis, quam quis proprio, non alieno iure habet, tranſit quidem *d.cap. quoniam Abbas*.

Ad quæſtionem etiam propoſitam facit optime, quod notat gloſſa *ad cap.2. in verbo mortuo, & verbo expreſſit, de teſtamen. lib.6.* dum
aſſerit, quòd ſi aliquis amicitia, & familiarita- 60
te erit coniunctus Abbati, vel Epiſcopo, quem ſui teſtamenti executorem conſtituerit, nomine dignitatis duntaxat expreſſo, non tranſit illud amicitiæ, & familiaritatis officium ad ſucceſſores: quoniam officia illa ſolent communiter iniungi amicis; & ex quo conſtat de amicitia, atque familiaritate, præſumendum eſt, diſpoſitionem eſſe perſonalem. Hinc Iaſon
ad d. l. & quia, num.65. voluit, quòd ſi ille, 61
cui facta eſt delegatio, eſt coniunctus ſanguine, vel ſingulari quadam deuinctus amicitia deleganti, tunc præſumatur principaliter facta reſpectu perſonæ, propter ſanguinis coniunctionem, & amicitiam: quo caſu non tranſit ad ſucceſſorem, vti probatur manifeſte *ex cap. requiſiſti, de teſtamen. gloſ. ad cap. religioſus, in gloſ. penult.de teſtamen. in 6.* Cui ſe ſubſcripſerunt Baldus, Angelus, & Fulgoſius *ad d.l. & quia. facit & cap. delecti, iuncta gloſſa, in verbo, contra, de foro compet.*

Idem ferme dici poteſt de iudicibus compromiſſarijs, de quibus magna eſt inter noſtros di-

62 sputatio, si compromissum sit factum, expresso tantum dignitatis nomine, an transeat ad successorem, necne: Baldus, & alij non pauci eius contemporanei id negant, ipseq. ita videtur respondisse de compromisso, quod in Regem Francorum fecerat Sabaudiæ Comes, *vt videas ad cap.1.de inuestit.in mari facta, col. 5. vers. sed duo magni domini*. Eiusdem opinionis fuit Bartolus *ad l.qui liberis, §. hæc verba, num.4. late Felin. ad d.cap. quoniam Abbas in princ. de offic. iud. deleg.* ac fortiter aduersus Imolam, & alios contrarium tenētes defendit Baldi opinionem, quæ mihi quoque verior est, quiã licet dignitatis mentio, non nominis proprij facta sit: videtur tamen esse electa persona, non dignitas: nã
63 hic cessat ratio superius adducta, quod Principem, vt plurimum, latere præsumetur nomina propria. Spectanda ergo sunt verba, inspiciendaq. materia, qua de agitur, & ex ijs æstimandum, num personalis sit, seu realis dispositio.
64 Quod dici etiam potest de iuramento: vt si præstitum sit alicui iuramentum, expresso nomine proprio, in re tamen ad dignitatem pertinente, etsi expressio nominis dignitatis non est facta, extenditur tamen ad successorem, *vt post gloss. recte existimauit Couarr. ad cap. requisisti, n.2. de testam.* quamquã Antonius de Butrio, Cardinalis, Abbas, & Dominicus, *ad cap. veritatis, de iureiur.* desiderent expressæ dignitatis mentionem. Quibus non acquiesco, ex his, quæ su-
65 perius diximus: nihilominus de eandem dignitantem habente intelligi potest, quod de hærede defuncti, qui præstitit iuramentum, cuius hæres non potest compelli ad obseruationem eius iuramenti, *Cagnol. ad l.si quis maior, num.208. C.de transact. quod probat & Cassad. decis.2. de*
66 *iureiur.* Nam licet hæres, vti hæres teneatur stare contractui à defuncto inito, & promissum soluere, non tamen sub vinculo, & religione iuramenti tenetur, quia etsi ex iuramento illo quædam oritur spiritualis obligatio, quo ad vim religionis, hæc tamen iurantis tantum animam ligat, sicut cæteri spirituales actus, voti scilicet, & similes, *can. vnic. 30. q.2.* non æque hæredes, vt post multos alios defendit idem Couarr. *in relect. cap. quamuis, de pact. lib.6. par.1. §.5. n.4.*
67 *& 5.* & Cantuccius *decis. 97. num.9. par.2.* Ra-
68 tio est elegans: quia iuramentum est personale, id est, personam tantum ligat, atque ideo ad hæredes non transit iurantis, quamuis transeat eius commodum ad hæredes eius, in cuius gratiam iuratum est, *vt aduersus Bald. Fulgos. & Roman. ad l.etsi hac, ff. de in ius vocand. negantes perite ostendit d.num.4. ex d.cap. veritatis, de iureiurando Couarr.*
69 Si vero ex verbis, vel ex subiecta materia nõ potest sumi coniectura de qualitate disponētis, quia materia, & verba ita sunt concepta, & connexa, vt vtrique adaptari recte possint, videlicet, personæ, & dignitati, vt in exemplo de delegatione causæ, vel de priuilegijs, quæ aliquãdo personæ, interdum dignitati solent concedi, vti haud obscure constat ex titulo de officio iudicis delegati, & de priuilegijs: tunc, vt paulo ante dictum est, inspicitur, an expressum tantũ sit nomen propriũ, & dispositio erit personalis; aut appellatiuum dumtaxat, & erit realis, *vt ex* 70
sæpe citato cap. quoniam Abbas, ibi, sub expressis nominibus locorum, & non personarum, verbum locorum, recte interpretatur Abbas, dignitatũ, quæ locis præsunt, *iuxta d.cap. mandata de præsumpt.* ibi, quas non loco tribuimus, sed personæ, quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conuersatione tua præsumamus.
Quibus etiam congruit, quod *in d.cap. si gratiose, de rescript. in sexto*, fuit responsum, quòd si 71
mandans disponit sub nomine proprio, dispositio non transit in successorem, non item, si sub appellatiuo, aut est expressum nomen propriũ, ac simul appellatiuum, vt puta, Anastasio Germonio, Archidiacono Taurinensi: in hoc dissentiunt non parum interpretes: vtrum, inquam, actus pertineat ad personam, an ad dignitatem. Alij distinguũt, quòd aut præcedit nomen proprium, aut dignitatis: si proprium, dispositio est personalis, si dignitatis, & subsequatur propriũ, est realis. Huius opinionis fuit Accursius *ad l. cum ita, ff. de condit. & demonstr. Petr. & Bart. ad d.l. & quia*, Gulielmus vero de Cuneo ibidẽ distinguebat, videlicet, quòd aut disponens habebat familiaritatem personæ, vel saltem notitiam, & eo casu censetur personalis dispositio, aut nullam habebat personæ notitiam, & tunc videtur respexisse ad dignitatem. Hæc quæstio mihi videtur iam olim fuisse proposita, atque à veteribus Iurisconsultis, Pomponio, & Iaboleno soluta. Pomponius *in l.si communis seruus, 37. ff. de stipulat. seruor.* respondet, quòd si commu- 72
nis seruus stipulatus sit dominis suis, quomodo diuidi possit acquisitio, & ponit differentiam, vtrum præpositum sit nomen proprium, an appellatiuum: nam si proprium appellatiuo præpositum sit, vt si dixerit, Lucio Titio, & Caio Seio dominis meis dare spondes? pro virili portione debetur: si appellatiuum proprio præpositum esset, pro dominica portione. Iabole- 73
nus *in l. quia habebat. ff. de reb. dub.* respondit, quòd si quis legando præposuerit nomen proprium, & appellatiuum, & errauerit in nomine proprio, seu appellatiuo (vt eum quidam duos habens seruos, Flaccum fullonem, Philonicum pistorem, vxori suæ legasset Flaccum pistorem, cum esset fullo) nec appareret, quis primo legatus esset, respiceretur, an dominus nomina

seruo-

Digitized by Google

seruorum nota habuisset, atque si habuisset, eũ
deberi, qui nominatus esset, tametsi in artifi-
cio erratum esset. Si autem ignorata nomina
seruorum essent, pistorem legatum videri, ac si
nomen ei adiectum esset. Quare concludo, di-
stinguendum esse cum Iurisconsultis: si propriũ
nomen est præpositum, dispositionem esse per-
sonalem, & appellatiuum esse pro demonstra-
tione, *d. l. si communis seruus, & d. l. qui babe-
bat, in princ. & contra:* si vero erratum esset, si-
ue in proprio, siue in appellatiuo, consulendum
esse Iabolenum *in fine, d. l. qui babebat*.

Hinc alia exoritur difficultas: numquid suc-
cedens in canonicatu, mortuo canonico, cui fa-
cta fuit delegatio causæ, cognoscere valeat de
ea. Panormitano scribenti *ad d. cap. quoniam
Abbas, num. 9.* placuit non posse: quia disposi-
tio ista est omnino personalis, non æque realis:
siquidem canonicus iudex delegatus constitu-
rus fuit per expressionem nominis proprij: nul-
lius enim momenti fuisset delegatio, vt si dictũ
74 fuisset: Cõmittimus canonico Taurinensi: quia
fuisset incerta: & sic inquit, videtur nomen pro-
prium hoc casu esse efficacius, quasi velit dice-
re, etiam si appellatiuum nomen præpositũ sit,
cum canonicus non habeat successorẽ in onere,
75 aut in honore, sed ipsum capitulum succedat, vt
volunt glossa, & Innocentius *ad c. quid sicut, de
elect.* Cui suffragatur mirifice textus *in cap. re-
latum, 2. vers. nomine autem, de testam.* vbi do-
ctores omnes asserunt, acquisita per canonicũ
76 post eius obitum pertinere ad canonicorum col-
legium, etiam si ex bonis communibus canoni-
co illi prædefuncto bona quædam separatim
fuerint assignata, vnde sumeret necessaria ad vi-
ctum, vestitum, reliquosq. vsus necessarios, ta-
77 metsi acquisita per alium clericum habentem
beneficium extra congregationem, seu colle-
gium, successori dantur: vt ea bona dispenset,
ac distribuat, veluti alia ecclesiæ bona: quod
plus quàm aperte constat *ex cap. vlt. de offic. or-
din. lib. 6. & ex cap. suscepti, de elect. extrauag.
Ioan.* Quod perelegantem habet rationẽ: nam-
que canonicus non succedit canonico in onere,
& in honore: secus vero in ijs, qui dignitatem,
78 personatumq. habent: quia habent successorem
in onere, & in honore, *cap. pastoralis, §. 1. de
offic. ordin.* successor eadem persona cum præde-
cessore censetur, vt Innocentius notat *ad d. c.
quid sicut*, ex quibus videtur vera Panormitani
sententia, quæ est, vt defuncto canonico, cui
79 causa fuit commissa, eius cognitionem non con-
tinuet successor, esseq. communem opinionem,
ab eaq. non esse recedendum, ait Decius *ad d. c.
quoniam Abbas, nu. 60. in fi. de offic. iudic. deleg.*

Sed ego ex Abbate vlterius quæro. Quid si
sanctissimus Papa canonico causam committat,
nulla facta in rescripto nominis proprij mentio-
ne, sed appellatiui tantum, vt si dicat, commit-
timus canonico Sanctæ Mariæ, vel Sanctæ Mar-
garitæ, vel alteri alterius tituli (cum in ea ec-
clesia, vti in pluribus contingit, omnes canoni-
ci pro canonicatu titulum habeant) an mortuo
illo Sanctæ Mariæ canonico, is, qui in ipsum
Sanctæ Mariæ canonicatum succedit, de causa
prædecessori delegata possit cognoscere? Ego 80
puto, posse, quia delegatio ista non videtur fa-
cta personæ intuitu, sed dignitatis, seu canoni-
catus, ex ijs, quæ in principali quæstione di-
ximus.

Illud videtur habere maiorem difficultatem,
quid iuris sit, si duplex appellatiuum nomen
exprimeretur, quorum vnum respiceret perso-
nam, alterum dignitatem, vt si diceretur Præ-
posito, & capellano, an isto vita functo, qui &
Præpositus, ac simul capellanus erat, succedat
in delegatione subrogatus in Præpositura tan-
tum? Antiquior Abbas negat, Antonius affir-
mat, dummodo qui substituitur in vna, substi-
tuatur & in altera, in capellania scilicet, & in
Præpositura. Panormitanus contra, vt latis sit 81
illi, quòd succedat in Præpositura: capellania
datur personæ, & nihil in se dignitatis continet,
& vbi duo exprimuntur nomina appellatiua,
quorum vnum est capax Pontificalis delegatio-
nis, non item alterum, quis non dicet, delega-
tionem esse factam respectu illius officij, cuius
natura delegationis munus nõ sustineat? perin-
de enim est, ac si non esset expressa. Cuius sen-
tentiæ libenter acquiesco, argumento *l. 1. §.
communis, ff. de stipulat. seruor.* vbi habetur,
quòd si seruus communis dominis suis stipula-
tur, & alter eorum talis sit conditionis, vt non 82
habeat facultatem acquirendi, seruus eo casu
acquirit soli ei, qui acquirendi habet facultatẽ.
capellania non confert eam habenti talem di-
gnitatem, vt possit delegationem Pontificalem 83
suscipere, *ex d. cap. statutum, de rescript. lib. 6.
ita quoque Felin. ad d. cap. quoniam Abbas, nu. 9.
vbi etiam Decius num. 64.* & illud verbum, Ca-
pellano, videtur esse adiectum demonstrationis
causa, hoc est, vt certius persona delegata desi-
gnetur, *l. si communis seruus, ff. eod. de stipulat.
seruor. d. l. qui habetur, in princ. ff. de reb. dub.*

Ex hac transeo ad aliam quæstionem, & du-
bito, si duo appellatiua essent expressa ambo
delegationis capacia, vt si demandetur causa
duas sustinenti dignitates, exempli gratia, Præ-
posituram, & Archidiaconatum, vel ex dispen-
satione, vel ex vnione, cum nemini liceat duas
simul, & eodem tempore habere dignitates,
cap. præterea, de præbend. an si iste moritur, ac il-
læ duæ dignitates conferantur diuisim duobus, 84
vterque, vel alter, vel neuter in iudicium causæ

succedat. Ioannes Andreæ *ad regul. rationi, de regul. iur. lib. 6. quem sequitur Abbas ad d. cap. quoniam Abbas, num. 13. de offic. iudic. deleg. vbi Decius quoque num. 65. cum sequent. & Alex. ad*
85 *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupil.* affirmat, vtrumque in delegatione succedere. quæ sententia vera est, siquidem delegatio videtur vtrique facta dignitati: atqui istæ personæ repræsentant vtramque dignitatem, cũ vtraque sit capax Pontificalis mandatæ iurisdictionis, *d. cap. statutum*, tum quia Sedes ipsa Apostolica consueuit causas duobus committere po-
86 tius, quàm vni, & tribus, quàm duobus, *c. prudentiam, §. ille quippe, de offic. iudic. deleg.* rationem ibidem reddit Cælestinus quartus, quia integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur. Et præter hæc, quoniam In-
87 nocentius, *ad cap. in litteris, num. 13. de restitut. spoliat.* ait, Episcopos, & inferiores sacerdotes nomine ecclesiarum suarum possidere earum possessiones ciuiliter, & naturaliter, & ob hanc causam, sacerdotibus ipsis ius in beneficijs habentibus non esse vtile proponere interdictum recuperandæ possessionis suo nomine ad recuperandam possessionem rerum ablatarum, propterea quòd non possident pertinẽtia ad dignitatem suam proprio nomine, sed nomine ecclesiæ, seu dignitatis, cui præsunt: idcirco per manus traditum est, *maxime ad cap. fin. ne Prælati*
88 *vices suas*, Prælatum, siue agat possessorio, siue petitorio, debere agere nomine ecclesiæ, quæ fuit spoliata, non item suo: idque tutius esse Abbas contendit, *ad cap. litteræ, n. 4. de dilation.* Cuius sententiæ ratio est elegans, nempe quia
89 Prælatus est rerum ecclesiasticarum administrator dumtaxat, non autem dominus, atque ideo
90 videmus, eum conditionem ecclesiæ facere posse meliorem, non æque deteriorem, nec posse eius bona alienare, nisi in casibus in iure expressis, seruata forma, *12. q. 2. in summ. & in can. sine exceptione.* nec tantùm prohibetur alienare, sed & compromittere. Alex. *cons. 32. nu. 2. lib. 2.* Paris. *cons. 134. nu. 11. lib. 4.* Cantuc. *decis. 160.*
91 *num. 2. diuers. par. 2.* In acquirendis tamen potest Prælatus ecclesiæ suæ præiudicare, & nolle acquirere, vt post alios tenet Iason communiter receptus ad *l. legatos, ff. de leg. 1.* quod habere locum etiam in hospitali tenuit Rota *decis. 30. num. 3. diuers. par. 3. lib. 2.* Quando possit præiudicare, vide *decis. 22. diuers. par. 2.* Verùm, si dubitatur, quo egerit nomine, suo, vel ecclesiæ, post multa Panormitanus *ad d. cap. litteræ,* concludit inspiciendum, quodnam sit expressum, nomen proprium, an appellatiuum: vt si dixe-
92 rit Episcopus, Prælatus, Abbas, siue Rector talis ecclesiæ; & eo casu videtur egisse nomine ecclesiæ: aut expressit nomen proprium, & videtur proprio egisse nomine, *vt elicitur ex Papiniano per l. post mortẽ, §. vlt. ff. quand. ex fact. tutor. & omnibus iuris pontificij interpretibus, ad d. cap. quoniam Abbas, de offic. iudic. deleg. & ad c. requisisti, de testam. Ioan. Andr. ad reg. priuil. de reg. iur. in 6. Bald. ad l. si plures, C. de condit. insert. Felin. ad d. cap. quoniam Abbas, num. 5.*

Hæc aliam trahit quæstionẽ, an scilicet mortuo Rege, vel Principe, ad quem missus fuit, rerum gerendarum causa, Apostolicus Nuncius, seu Legatus, ipsius Nuncij, seu Legati expiret iurisdictio, an vero apud successorem etiam duret? Ego puto, distinctione opus esse: quòd aut 93
expressum est nomen proprium, aut appellatiuum: si Apostolicæ litteræ ita sint conceptæ, vt dicant, apud dilectum filium Rodulphum Imperatorem, vel apud Emanuelem Philibertum Allobrogum Ducem, cessat iurisdictio: si dicat, apud Imperatorem, aut Sabaudiæ, seu Allobrogum Ducem, mortuo vtroque, perpetuatur iurisdictio: quia si moriatur Rodulphus, aut Emanuel Philibertus, nec Rex, nec Dux moritur, nec mutatur, si dignitas illa in abstracto consideratur: non item si in concreto, prout cohæret personæ, & personam sequitur, quemadmodum vmbra corpus. Quod dum ego in ciuitate Augusta Taurinorum ius Pontificium publice interpretarer, re ipsa contigit, cum inquam, Allobrogum Dux, claræ memoriæ, Emanuel Philibertus vltimum clausisset diem, ac Octauius Sãctacrucius Ceruiensis Præsul, genere & virtute nobilis, apud eum Nuncij Apostolici munere fungeretur, dubitatum fuit, an demandata iurisdictio Ducis morte expirasset: interrogatus respondi, consulendum esse Breue, seu diploma pontificium; ac si in ipso de Emanuele Philiberto indiuidua mentio fieret nominatim, munus legationis, Oratoris, seu Nuncij Apostolici iam morte eiusdem Emanuelis expirasse: sin autem præteriro, suppressove eodem nomine, ad dignitatem oratio summi Pontificis restringeretur, durare, & vigere legationem apud successorem Ducis defuncti. Sic etiam mortuo eo, qui mandauit iurisdictionem, expirat delegati iurisdictio, si res adhuc sit integra, *l. & quia, ff. de iurisdict. omn. iudic.* non item, si lis fuerit cõ- 94
testata, *l. vbi cœptum, ff. de iudic. l. 1. C. de litis contestat. l. amplius non peti, ff. rem rat. haberi.* Sed quid si lis non fuerit contestata, facta tamen fuerit in ius vocatio? dicebam, *cap. 5. lib. 1. Animaduers.* nõ perpetuari iurisdictionem: quia sola citatio non est sufficiens ad perpetuandam iurisdictionem, nec aliter cõstituit Vrbanus III. 95
in c. gratũ, de off. iud. deleg. quidquid afferant Iurisconsulti, ibi, *& ad d. l. & quia.* Sed iam satis de proprijs, appellatiuisq. nominibus. Progrediamur vlterius.

Summa

Digitized by Google

Summa ex §. Tituli.

1 *Episcopatus Siluæ Candidæ, siue SS. Rufinæ, & Secundæ, ecclesiæ Portuensi fuit vnitus à Callixto secundo.*
2 *Titulorum erectio vetustissima est.*
3 *Tituli sunt ecclesiæ, in Dei, B. Virginis, ac Sanctorum honorem consecratæ.*
4 *Titulorum præsides Cardinales, hoc est principales, dicti sunt.*
5 *Cardinalis, etiam à clericis sui tituli aliquando creatus est.*
6 *Cardinales habent in titulis iurisdictionem, quasi Episcopalem in spiritualibus, et temporalibus.*
7 *Tituli sunt vnus, & quinquaginta antiqui 27. noui 14. nouissimi 10.*
8 *Sixtus V. nouem titulos veteribus adiecit, vnamq. ecclesiam ex diaconia titulum fecit.*
9 *Episcopus, aut Diaconus Vicecancellarius potest Episcopatum, & diaconiam cum titulo retinere.*
10 *Diaconiæ sunt xiv. regionum Vrbis numero accommodatæ.*
11 *Aliquando Ecclesia vnum tantum habuit Cardinalem Diaconum, Archidiaconũ dictũ.*
12 *Roma aliàs in quattuordecim regiones diuisa fuit, sicut hodie est.*
13 *Diaconorum numerus quandoque incertus fuit.*
14 *Diaconorum vnius regionis dignior tantum Cardinalis vocatus est.*
16 *Sub Paulo Tertio, decem & nouem Diaconi Cardinales simul fuerunt.*
16 *Sub Pio Quarto, vsque ad vigintiquinque Diaconi Cardinales simul fuerunt.*
17 *Diaconiæ loca fuerunt Diaconis ad habitandum tradita.*
18 *Diaconiæ sacramenta non administrabant.*
19 *Diaconiæ à martyrum reliquijs, martyria vocatæ sunt.*
20 *Sixtus Quintus titulorum, & diaconiarum ordinem restituit.*

§. Tituli.

TITVLI. Trifariã diuiditur Cardinalium collegium: in Episcopos, in Presbyteros, in Diaconos. Cardinalium Episcopatus sunt sex, Ostiensis, (cui postea fuit adiunctus & Veliternus) Portuensis, Tusculanus, Sabinus, Prænestinus, Albanus. Fuit &
1 olim Episcopatus Siluæ Candidæ, aliàs SS. Virginum, Rufinæ, & Secundæ, aliàs S. Rufinæ: quem deficientibus incolis, vnitum fuisse à Callixto Secundo Ecclesiæ Portuensi viciniori scribit Onuphrius Panuinius, *lib. de septem Vrbis Ecclesijs, cap.* 1. Cardinalibus presbyteris, vt creati sunt, Tituli administrandi traduntur. Titulorum autem erectio vetustissima est, suntq. & 2
fuerunt testimonio eiusdẽ Onuphrij *eod. lib. c.* 2. sacræ ædes, vel Ecclesiæ, seu loca consecrata in 3
Dei, B. Virginis, & sanctorum hominum honorem, vel memoriam, à CHRISTI fidelibus erecta, & per varias Vrbis regiones à Pontificibus Romanis antiquitus distincta, in quibus animarum cura à presbyteris, qui in eis commorabantur, habebatur. Quibus, qui præerant, Cardi- 4
nales dicebantur, hoc est priores, & principales: & quamquam plures alij esse poterant in eisdẽ Ecclesijs clerici, subdiaconi, diaconi, & presbyteri, vt ministrandis populo sacramentis sufficerent, non omnes tamen Cardinales vocaban- 5
tur, sed solus is, qui omnibus præerat, presbyter à cæteris clericis illius tituli, vel ab ipso Pontifice Romano creatus, appellabatur Cardinalis. Habent in Ecclesijs, quas titulos vocamus, 6
Cardinales iurisdictionem pene Episcopalem, adeo, vt eorum vnusquisque titulum, perinde ac diœcesim, administret, quæ iurisdictio temporalis, & spiritualis est, vt latius habebis ad infra §. *Tam ratione*. Sunt autem Tituli hodie, cum antiqui, tum recentes, ac recentiores, nempe, quos sanctissimus Papa, Sixtus V. abhinc fere triennium veteribus adiunxit, anno scilicet salutis 1587. vnus & quinquaginta, præter 14. 7
Diaconias quorum antiqui sunt.

1 *S. Crucis in Hierusalem.*
2 *SS. Marcellini, & Petri.*
3 *SS. Quattuor Coronatorum.*
4 *SS. Ioannis, & Pauli.*
5 *S. Anastasiæ.*
6 *S. Sabinæ.*
7 *S. Stephani in monte Cælio.*
8 *S. Clementis.*
9 *SS. Nerei, & Archillei.*
10 *S. Susannæ.*
11 *S. Pudentianæ.*
12 *S. Sixti.*
13 *S. Petri ad vincula.*
14 *S. Martini in montibus.*
15 *S. Eusebij.*
16 *S. Priscæ.*
17 *S. Vitalis.*
18 *S. Marci.*
19 *S. Marcelli.*
20 *S. Laurentij in Lucina.*

21 *SS. Basilica xij. Apostolorum.*
22 *S. Laurentij in Damaso.*
23 *S. Balbina.*
24 *S. Cæcilia.*
25 *S. Chrysogoni.*
26 *S. Praxedis.*
27 *S. Mariæ Transtiberim.*

Tituli recentes.

28 *S. Quirici, & Iulitæ.*
29 *S. Ioan. ante portam Latinam.*
30 *S. Agnetis in Agone.*
31 *S. Laurentij in pane, & perna.*
32 *S. Thomæ in Parione.*
33 *S. Siluestri in campo Martio.*
34 *S. Pancratij.*
35 *S. Bartholomæi in insula.*
36 *S. Matthæi in Merulana.*
37 *S. Mariæ de Aracæli.*
38 *S. Mariæ in via.*
39 *S. Mariæ super Mineruam.*
40 *S. Mariæ Angelorum in Thermis.*
41 *S. Hieronymi Illyricorum.*

8 Tituli recentiores à summo Pontifice Sixto Quinto recens veteribus adiecti.

42 *S. Onuphrij in Ianiculo.*
Hic Diaconia cum esset, statu mutato, titulus ab eodem Pont. factus est.
43 *S. Augustini.*
44 *S. Mariæ de populo.*
45 *S. Alexij in Auentino.*
46 *S. Blasii de annulo.*
47 *S. Mariæ de pace.*
48 *S. Saluatoris de Lauro.*
49 *S. Petri in monte aureo.*
50 *S. Trinitatis in monte Pincio.*
51 *S. Mariæ Transpontinæ.*

Cum vero presbyteri Card. numerum quinquagenarium excedere nequeant, ita decernente eodem Pontifice, vnus Titulus abundat: quod consultò factum est, vt scilicet, si contingat, Episcopum, aut diaconum esse Vicecancellarium, occu-
9 petq. Sancti Laurentij in Damaso Titulum, nullus desit alicui presbytero Titulus, proinde Episcopus, aut diaconus ille possit Episcopatum, aut Diaconiam cum Titulo Sancti Laurentij retinere, vt paulo ante contigit in Alexandro Episcopo Cardin. Farnesio, atque eo vita functo, hodie contingit in Alexandro diacono Card. de Montealto nuncupato.

Diaconiæ sunt quattuordecim, vt 10
totidem Vrbis regionibus respondeant, nempe.

1 *S. Maria in Aquiro.*
2 *S. Maria in Cosmedin.*
3 *SS. Cosmæ, & Damiani.*
4 *S. Mariæ Noua.*
5 *S. Adriani.*
6 *S. Mariæ in via lata.*
7 *S. Mariæ in porticu.*
8 *S. Angeli in foro piscario.*
9 *S. Nicolai in carcere.*
10 *S. Mariæ in domnica.*
11 *S. Eustachij.*
12 *SS. Viti, & Modesti, in Macell.*
13 *S. Agathæ.*
14 *S. Georgij ad Velabrum.*

Sunt igitur Diaconiæ quattuordecim, etsi aliàs in numero variauerint: namque vetustissimis temporibus vnum dumtaxat fuisse diaconum Cardinalem, primum videlicet ex septem, qui Archidiaconus dicebatur, existimat Onuphrius *citato lib. de septem Vrbis Ecclesijs, cap. 3.* Quem numerum septem diaconorum vsque ad annum CHRISTI millesimum viguisse idem scribit: sed cum medietatem tantum regionum vrbis æquarent, singuli duabus præfecti sunt. Roma enim in quattuordecim regiones tunc tem- 12
poris diuidebatur, quem numerum Sixtus V. nuper restituit: postea constitutum fuit, vt quot erant Vrbis regiones, tot diaconi crearentur: atque ita alijs septem adiectis, quattuordecim facti sunt: quorum primus dicebatur Archidiaconus, vel diaconus Cardinalis: ceteri vero, more veteri, appellabantur diaconi illius regionis, cui præerant, vtpore primæ, sextæ, decimæ. Tandem, quia humanæ res in vno, eodemque statu permanere non possunt, aucta Romanæ Ecclesiæ maiestate, cum hi minime sufficerent, plures in vnaquaque regione, & Titulis diaconi 13
sunt creati, eorumq. numerus, quemadmodum presbyterorum nō Cardinalium, & incertus, & indeter-

Digitized by Google

14 indeterminatus fuit. Dignior autem, siue antiquior diaconus, quem decanum vulgò dicimus, a cæteris eiusdem regionis clericis, vel Romano Pontifice electus, Cardinalis nuncupatus est, vnde & quattuordecim postea Cardinales
15 diaconi fuerunt, totidem enim erant Vrbis regiones: duravitque diu hic numerus, neque auctus est vsque ad Paulum III. sub quo, vt tradit idem Onuphrius, anno Domini 1545. de-
16 cem, & nouem diaconi Cardinales simul fuerunt: quem numerum produxit Pius quartus additis sex, ita vt fuerint viginti quinque. Denique Sixtus quintus antiquitatis ecclesiasticæ studiosus, eos ad xiv. restituit pro numero regionum. Ex quibus dignosci potest, quare diaconi Cardinales dicantur habere Diaconiam, non autem Titulum.
17 Sed vt facilius id percipi possit, sciendum est, loca illa, vel antiquitus, vel recens fabricata, diaconis, in quibus habitarent, tradita fuisse, quæ postea Diaconiæ sunt appellata. Hæ quoq. erant sacræ ædes, siue ecclesiæ, in Sanctorum honorem, vel memoriam dicatæ, proprias do-
18 mos, vt ait idem Onuphrius, habentes, quemadmodum aliæ Vrbis Basilicæ, & Tituli, animarumq. cura solutæ. Cum enim eorum custodes diaconi, non presbyteri essent, animas non curabant, id est sacramenta non administrabāt, idcirco neque Tituli vocabantur, neque parœciæ, seu parochiæ, vt vulgò dicūtur, quamquā essent
19 in Sanctorū honorem cōsecratæ: sed Diaconiæ, vel Martyria a martyrum reliquijs inibi conditis. A quibus postea sacris ædibus, relictis regionis nominibus, diaconi Cardinales nuncupationem sumpserunt, dictiq. sunt diaconi illius, cui præerant, Diaconiæ, vt puta diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata, S. Eustachij, S. Agathæ, & huiusmodi. Hæ autem Diaconiæ adeo fuerunt a Titulis distinctæ, vt nulla ratione aut presbyter Cardinalis Diaconiam, aut diaconus Cardinalis Titulum habuerit. Quem ordinem turbasse præsertim Sixtum quartum, testatur
20 idem Onuphrius, quod fecere & alij eius successores vsque ad nostra tempora, quibus Sixtus Quintus, sicut numerum Diaconiarum præfixit, optime quoque sanxit, ne presbytero Cardinali Diaconia, aut diacono Cardinali Titulus in posterum detur: sed si contingat, diaconum Cardinalem ad presbyterarum ascendere, dimissa Diaconia, quæ presbyteris conuenire non potest, Titulum vacantem a Pontifice obtineat: & ita ad veteris moris formam omnia recte videtur tetraxisse.

Summa ex §. S. Petri ad Vincula.

1 *Marcus Antonius Cardinalis Columnius vir insignis.*
2 *Hieronymus Cardinalis de Ruuere domum sui Tituli collabentem magna impensa reparauit.*
3 *Minor affectionis respectu est restituendus.*
4 *Probibitio alienationis absque causa, nisi fiat respectu personæ, nulla est.*
5 *Aut causa, aut persona requiritur in prohibitione alienationis fundi.*
6 *Maiorum respectu probibitio alienationis tenet.*
7 *Quod tacite inest, habetur pro expresso.*
8 *Expressi ac taciti qualitates.*
9 *Pactum de futura successione non valet.*
10 *Pactum de futura successione in bonis maiorum valet.*
11 *Retractus in conseruationem agnationis fuit introductus.*
12 *Acquisitum propria industria magis est acquirentis, quam quod aliena.*
13 *Potentius est ius, quod quis habet suo iure, quàm quod alieno.*
14 *Non est verisimile, rem, quæ fuerit maiorum, si oppigneretur, non redimi.*
15 *Duo summi Pontifices, & quinque Cardin. Ruuereæ gentis Titulum S. Petri ad vincula obtinuerunt.*
16 *Maximus est affectus erga maiorum imagines.*
17 *Qui administrat Prouinciam, vel in ea militat, prædia ibi non comparat, nisi eius paterna a fisco distrahantur.*

§. S. Petri ad vincula.

SANCTI PETRI AD VINCULA. Hūc Titulum ex presbyteralibus vnū administrabat Marcus Antonius 1 Columnius, vir doctrina prudentia, integritate, & familiæ splendore perquam insignis. Quo ad Episcopatum Albanum assumpto, cum vacaret, Hieronymo de Ruuere obuenit: is namque, vbi primum ad Cardinalatum est euectus, eundem à summo Pontifice impetrauit, eiusq. possessionem 2 nactus (quamuis magna impensa, quæ restituēdæ domui Titulo annexæ, & contiguæ erat necessaria, deterreri debuisset, vt cuius pars collapsa reliquam partem in periculum adduxisset adeo, vt iamiam ruinam minaretur (ipsum tamen pius, & religiosus Dei seruus magno incōmodo, & sumptu restaurauit, collato ad id sui patrimonij ære plurimo. Quod etiam contemplatione præteritorum plurium Cardinalium suæ gentis, qui eundem titulum tenuerunt, libentius ab ipso factum fuit. Vnde bene Hermogen. Iurisconf. respondit, minorem affectionis respectu esse restituendum, *l. si emptione, 36. ff. de min.*

Digitized by Google

3 *min.xxv.ann.* nam cum res fuerit maiorum suorum, iusta dicitur affectio, testimonio Bart. *ad l. si in emptione*, necnon Ias. *ad l. si filiusfamil.* §. *diui lect. 2. num. 11. ff. de leg. 1.* vbi licet Martian.
4 apertissimis verbis ex rescripto Seueri, & Antonini dixerit, eorum, qui in testamento vetant quid alienari, nec causam exprimunt, propter quam id fieri velint, nisi inueniatur persona, cuius respectu hoc à testatore dispositum sit, nullius esse momenti scripturam, quasi nudum præceptum reliquerint: quia talem legem testamē-
5 to non possunt illis bonis imponere. Itaque vnum, aut alterum, vt valeat prohibitio a testatore facta, ne hæres fundum alienet, desideratur, nempe vt causa, vel persona exprimatur: causa, vtputa, quia à Principe fuit datus: persona, vt si testator dixerit: si hæres alienauerit, volo tem alienatam ad talem, vel tales peruenire, vel ad ecclesiam, vel ad hospitale, *vt in l. 3. §. si quis ita, ff. de adim. legat. l. Titia, §. qui Marco, ff. de ann. legat. §. fin. Instit. de legat. l. vnic. C. de his, quæ pœn. nomin. Raph. Cum. & Alex. ad d. §. diui, Angel. consil. 168. incipien. testator in omnibus suis bonis, col. 5.* sed testatore
6 tante, ne hæres alienet rem sibi à maioribus relictam, etsi causa hæc non fuit adiecta, valere tamen prohibitionem aiunt *post gloss. Cinus ad l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiss. & idem Cin. ad l. ea, C. de condit. ob caus. & Bald. ad l. 2. C. de vsucap. pro empt. & l. 2. C. de his, qui ad libert. peruen. non poss. Alex. ad d. §. diui, nu. 1. &*
7 *Ias. ibid. lect. 2. nu. 11.* Ratio est, quia licet causa hæc non sit in testamento expressa, tacite tamen ei inest: & quæ tacite insunt, habentur pro expressis, *l. quidquid, ff. de rebus cred. si cert. pet.* Non est tamen dubium, quin expressa testato-
8 ris prohibitio alienādi sit fortior, & magis operetur, quam tacita: expressa enim reddit actionem ipso iure nullam ab initio, impedit translationem dominij, & repellit alienantem, tanquā indignum, à reuocatione rei alienatæ. In tacita hæc omnia cessare tradunt *gloss. communiter recepta ad l. cum pater §. libertis, & ibi Doct. & præsertim Castren. num. 4. ff. de leg. 2. & ad l. peto §. fratre num. 2. circa medium ff. eod. tit. & alij, quos citat Cantuc. decis. 49. num. 11. diuer. par. 2.* & esse hanc communem testantur *Gomes. ad il. Tauri. & ad l. 40. num. 88. Loaz. ad d. §. diui num. 114. vbi etiam Iason lect. 2. nu. 66.* & eam omnes sequi asserit *ibi Socinus num. 19.* Expressa quoque fortiora esse, & magis operari, quàm tacita, pluribus exemplis docet *Tiraquell. de legibus connubialib. gloss. 7. num. 49. vsque ad 81. Curt. iun. ad l. cum quid num. 15. & ibi Ias. in 2. lect. num. 9. vsque ad 16. ff. si cert. pet.* Et quāuis plures sint casus, in quibus taciti, & expressi eadem sit virtus, vt per Doct. præcipue *Iason. ad d. l. cum quid*, de quo, & late *Euerardus in libro suo de locis argumentorum, loco 27.* cuius titulus est: *Ab expresso ad tacitum, in princ. vsque ad medium.* atque ideo tacitum, & expressum se inuicem habeant, tanquam excedentia, & excessa, vt asserit idem Euerardus *vbi supra post medium*, attamen Doctores in hac materia communiter concludunt, quòd ad effectum annullandi actum efficacius est, & magis operatur expressum, quàm tacitum. *l. nonnumquam ff. de condit. & demonstr. l. expressa ff. de reg. iur. Doct. ad l. ex diuerso §. si in iudicio, præsertim Imol. col. 1. vers. item non obstat, quòd taciti, & expressi, & Roman. num. 7. ff. sol. matr. Dec. ad d. l. expressa num. 2. 3. & 4. & ibi Cagnol. num. 1. & 2. Alex. ad d. l. cum quid num. 9. in fi.* & alij, quos citat, & sequitur *in d. decis. 49. num. 16.* quamuis expressum non faciat cessare tacitum, dummodo in tacito eadem sit ratio, quæ in expresso, *Crauet. ad l. cū filio par. 2. n. 28. ff. de leg. 1. Signorolus cons. 173. n. 13. cir. med. & d. decis. 49. n. 46.* Valebit etiā testatoris dispositio (vt ad rē redeamus) si prohibuerit, ne alienetur turris, *vt notant omnes post glos. ad d. l. quoties ab omnibus*, quæ videtur tutissimum refugium agnatorum suorum; vel prohibuerit, ne castrum, vbi palatium mira arte extructum est, alienetur, *vt post Bart. notat Ripa ad d. §. diui, nu. 4.* quoniam causa videtur inesse ob affectionem, quòd sit decus, & ornamentum totius familiæ, vt respondit August. Beroius *in consil. 81. num. 16. vol. 2. Hieronymus Gratus in consil. 17. num. 42. lib. 1. Laurentius de Penu in consil. 17. num. 11.* dicens, quòd licet regulariter non valeat pactum 9
de futura successione, tanquam contra bonos mores initum, *l. stipulatio hoc modo concepta, vbi notant omnes, ff. de verb. oblig. l. fin. C. de pact.* maxime cum tollitur libera testandi facultas, aut inducitur votum captandæ mortis 10
alienæ: si tamen pactum fuerit de bonis maiorum, valebit: quia ob affectionem cessat illa præsumptio. Nicolaus etiam Boerius tradit *decis. 76. num. 5.* retractum in fauorem generis, & 11
conseruationis agnationis fuisse introductum per singularem textum *in l. 1. ff. de priuileg.* quē non reperiri alibi asserit Alber. *ad rubric. eiusd. tit. & Lud. Bol. consil. 25. in tertio dubio:* rationem reddit duplicem idem Boerius, altera est ex glossa *ad l. si quid, in verbo, erat, ff. de captiuis*, quod acquisiui ex diligentia mea, magis 12
meū est, quàm quod accepi à maioribus meis, *alleg. tex. in l. 3. ff. de interd. & relegat.* quia potentius est ius, quod quis suo iure habet, quàm 13
quod alieno beneficio, *l. more maiorum, ff. de iurisdict. omn. iudic.* altera, quæ ipsius est, quia in acquisitis non cadit affectio, cum non fuerint suorum prædecessorum, *d. l. si in emptione ff. de minor.*

minor. 25. *ann.* Paulus item de Castro, & post eum Iason *ad l.qui post, n.*2.*in princ. C.de legat.* scribunt, dispositionem *l.qui habebat*,99.*ff.de legat.*3. qua prohibetur, bona,quæ alienari non possint, pignori dari pro pretio, quanti valent, non habere locum in re,quæ fuerit maiorũ,quia
14 verisimile non est eum, qui pignori dedit, non velle redimere,quod & Ripæ placuit *ad d.*§.*n.*3 maxime cum sint lares paterni, vt ait Gratus *in d.conf.*17. & appendices magnæ domus habitationis auorum,in quibus maxima cadit affectio, vt dici potest de amplissimo Card.Ruuereo,qui ob memoriam nobilium maiorum suorũ ad Titulum S.Petri ad vincula maximum habet affectum. Ante eum siquidem sex item ex nobilis-
15 sima, & antiquissima Ruuerea familia Cardd. fuerunt, qui eundem Titulum tenuerunt: Franciscus scilicet, qui postea Pontif. Max. fuit, & Sixtus IV.dictus Iulianus, qui etiam ad Papatũ assumptus Iulius.II.est appellatus,ac, dum Cardinalem ageret, eius Tituli nuncupationẽ semper retinuit:tertius fuit Galeottus, quartus fuit Sixtus quintus: Leonardus, sextus, Iulius Cardinalis Vrbinàs dictus, septimus,quo de agitur, modernus Hieronymus. Horum quattuor, aut quinque in palatio ipsius tituli extant depictæ imagines, quæ ad viuum eos exprimunt, ita vt earum aspectu, quasi tantorum virorum virtutis recordatione quadam non modò posteriorum, sed externorum animum recreari non dubito. Ait enim Constantinus Imperator, dum prohibet, minorum domus, aliaue bona immobilia à
16 tutoribus, curatoribusve abalienari: Nec verò domum vendere liceat,in qua defecit pater,minor creuit, in quã maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre, satis est lugubre. Ergo,& domus,& cætera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant, nullumq. ædificij genus, quod integrũ hæreditas dabat, collapsum tutoris fraude depereat, *l.lex quæ tutores*, §. *nec verò,cum seqq. C.de administ. tutor.*
17 Et Modestinus Iurisconsultus *in l.qui officij,ff. de contrah.empt.* respondit, eum, qui officij causa in Prouincia agit, vel militat, prædia comparare in eadem Prouincia non posse, præterquam, si paterna eius à fisco distrahantur.

§. S. R. E. Presbyt Card.

S. R. E. Presbytero Cardinali. Presbyteri Cardinales, qui sint intelligi potest ex ijs, quæ ad §. Tituli proxime diximus. Quare verò S.R.E. Cardinales appellẽtur,non autem simpliciter,& indistinctè Cardinales,latius à nobis disputatũ est *c.*6.*a n.*2.*vsq. ad* 32.*lib.*3.*de Sacr.Immu.* vbi etiã de Cardin. vocabulo,& significatione, & origine latissime. *Germon. de Indultis.*

Summa ex §. de Ruuere nuncupato.

1 *Cardinales antiquitus à titulo nuncupabãtur.*
2 *Cardinales hodie etiam a patria, ab Episcopatu, atque à familia nuncupantur.*

§. De Ruuere.

De Ruuere nuncupato. Cardinales antiquitus à titulo, seu diaconia,cuius occasione ad Car- 1 dinalatum assumebantur,nomẽclaturam sortiebantur, & quidẽ rectè. Conuenit etenim inde nomen accipi,vnde & officium, & ministerium nomini consequens accipitur. Arquia procedente tempore irrepsit consuetudo,nescio quo pacto, vt eorum nuncupationes etiam aliunde deductæ sint, hodie varie nuncupantur. Et verò tam presbyteros, quàm diaconos ab eo,qui ipsis commendatur, titulo, seu diaconia appellari par esset ita. Hieronymus, tit. S. Petri ad vincula S. R.E. Presbyt. Card. Ascanius, SS. Viti, & Modesti 2 S.R.E. Diac. Card. Verum, vetusto ordine turbato,alij à patria,vt Florentinus,Samanus: alij ab Episcopatu, quem administrarunt,vel cum promouentur,administranr,vt Veronæ,Cremonæ,Montisregalis: alij à genre,& familia,vt Palæottus, Aldobrandinus, Sfortia, cognomen accipere consueuerunt. Ideo præter tituli expressionem, adijcit hic summus Pont. *De Ruuere nuncupato*, sicut & adijceretur quibuscumq. ab Episcopatu,aut à patria nuncupari vellent. Qui vero nomen à titulo accipiunt,ita inscribuntur. Ioan.Antonius,tit. SS.quattuor Coron. S.R.E. presb.Card. Io. Baptista, tit.S.Marcelli S.R.E. presbyt. Card. Bernardus, S. Mariæ in porticu S.R.E. Diaconus Cardinalis, vbi cætera nomina tam gentis, & patriæ, quàm Episcopatus supprimuntur,quia titulus est huiusce nuncupationis forma, & character.

Summa ex §. Salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 *Salutandi mos in litteris, & apud Christianos, & apud ethnicos in vsu fuit.* 2
2 *Angelus Gabriel priusquã exponeret B. Virgini diuina mandata, eam salutauit.*
3 *Iacobus, & Paulus, & Petrus, & Ioannes in eorum epistolis salutationem præmiserunt.*
4 *Salutationis effectus.*
5 *Salutatio grandioribus litteris scribi debet, & tota poni in vna linea.*
6 *In litteris Papæ nulla dictio diuidi debet.*

§. Salutem.

1 SALVTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. Hic planè salutandi mos non modo apud CHRISTI fideles, sed & apud Gentes in vsu fuit: nãque ethnicos ita sibi mutuo scripsisse adnotauit Mãdosius *in sua gloss. Facult. S. habita, in verbo, fratribus nostris, in fine*, argumento omnium Marci Tullij Ciceronis epistolarum, quibus semper inscribitur, salutem plurimam dicit, vti videas etiam apud Plinium, in quo omissa est illa dictio, plurimam, quemadmodũ & in Symmachi, & Cassiodori epistolis. Fuit & hic veterum Iurisconsultorum stylus, qui Plinij contemporanei fuerunt, *vt in l. Domitius Labeo Celso salutem, ff. de testamen.* Neque Angelus magnus Dei nũcius
2 ab B. Virginem Mariam matrem Domini missus, prius Dei mandatum executus est, quàm salutem sanctissimæ Virgini impartiretur: ideo dixit, Aue gratia plena. Vnde apud Lucam *c.* 1. statim subijcitur: cogitabat (Maria scilicet) qualis esset ista salutatio. Iacobus Apostolus in suæ epistolæ principio. Iacobus Dei, & Domini no-
3 stri IESV CHRISTI seruus duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Apostolus Paulus in vnaquaque fere epistola, *vt ad Phil. cap. vlt.* Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti 1. *Thess. c. vlt.* Salutare omnes in osculo sancto, *&* 2. *c. vlt.* Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, *in* 2. *ad Timoth. c. vlt.* Salutant te Eubulus, & Prudens, & Linus, & Claudia, *ad Tit. cap.* 3. Salutant te, qui mecum sunt, omnes: saluta eos, qui nos amant in fide, *ad Hebr. vlt.* Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Petrus *epist.* 1. *cap. vlt.* Salutat vos ecclesia, & Marcus filius meus: Salutate inuicem in osculo charitatis. Ioannes *epist.* 2. Salutant te filij sororis tuæ Electæ, *&* 3. Salutant te amici, saluta tu amicos nominatim. Florus magister in expositione Missæ dicit in Missæ sacrificio osculum pacis præberi ex Apostolorũ traditione, qui eos, ad quos scribebant nonnunquam salutabant in osculo sancto, idest, pacifico, vero, ac columbino, nõ ficto, nec subdolo. Illi igitur osculo sancto salutant inuicem, qui non diligunt proximum verbis tãtùm, aut lingua, sed opere, & veritate. *Alcuinus de diuin. officijs, cap. de celebratione Missæ.* A quo autem pacis osculum in Missæ sacrificio primùm fuerit institutum, ostendit *Ioann. Durantus lib. 2. de ritibus Eccl. cath. cap.* 14. Non est itaque dubium, quin salutatio semper in vsu
4 fuerit: quæ quidem, vt bene scribit Rebuffus *ad formam mandati Apostolici, in verbo, salutem*, producit actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis, iucunditatis, & necessitatis. Quare Romani Pontifices hoc salutandi modo semper vsi sunt, *vt videre est in proœm. Decret. lib. sex. & Clement. & quod* 5
notant ad eosdem locos omnes. Et hanc salutationem debere scribi litteris grandioribus, & totam debere poni in vna linea idem Rebuff. tra- 6
dit: forsan, vt magis salutatum afficiat. Nam Archidiaconus scribit *ad summ.* 25. *q.* 2. nullam dictionem in litteris Papæ diuidi debere, vt in fine vnius lineæ sit alicuius dictionis principiũ, aut in principio alterius sit finis. Sed in hoc, ait ille, non sunt positæ fortunæ nostræ: proinde ad ea, quæ magis ad rem nostram faciunt, transeamus.

Summa ex Initio.

1 *Gratiarum munera à diuina clementia procedunt.*
2 *Mundum sine Deo factum non esse, nec gubernari posse, etiam Stoicis placet.*
3 *Humanũ spiritũ visitatio superna custodit.*
4 *Omnia à Deo sunt.*
5 *Omnis motus tam voluntatis, quàm naturæ, a primo mouente procedit.*
6 *Nullius rei virtus aliquid potest, nisi per virtutem Dei.*
7 *Deus agit per causas non ex insufficientia, sed vt dignitatem causandi communicet creaturis.*
8 *Scientia in Deo est perfectissima, & semper in actu.*
9 *Homerus pro dijs Deum intellexit.*
10 *Omnia recordari diuinum potius, quàm humanum est.*
11 *Deus intelligit simul omnia vnica cognitione.*
12 *Deus scientiarum Dominus.*
13 *Socrates sapiens, quia suam inscitiã agnouit.*
14 *Intellectus humanus oculo noctuæ ab Arist. comparatus.*
15 *T. Varro à Cicerone laudatur.*
16 *Omnia scire est impossibile: pauca, non laudabile.*
17 *Angeli per se futura minime sciunt.*
18 *Cogitationes hominum ne Angeli sciunt.*
19 *Cor hominis inscrutabile.*
20 *Dæmones futura ignorant.*
21 *Dæmones cognoscunt per imaginariam visionem, non autem per mentis illuminationem, quæ homo non cognoscit.*
22 *Dæmones, Deo permittente, cogitationes nostras sciunt.*
23 *Deus per Balaam, quamuis malũ, locutus est.*
24 *Hieronymus Ruuereus gratiarum munera, quæ obtinuit, Deo accepta refert.*

INI-

Digitized by Google

INITIVM.

Ad personam tuam, quam diuina clementia.

1 RECTE sane summus Pont. gra-
tiarum munera, quibus Hieron.
Ruuereus illustratus est, diuinæ
clementiæ tribuit. Namque, *vt
ait Iacobus Apost. in epist. can. c.*1
Omne datum optimum, atque omne donum
perfectum de sursum est, descendens à patre lu-
minum: à quo principium luminis petimus, &
agnoscimus: vnde regius Propheta *Psal.* 117.
Deus Dominus illuxit nobis. Et sequenti. Ma-
nus tuæ fecerunt me,& plasmauerũt me: & Iob
cap. 20. Manus tuæ fecerunt me, & plasmaue-
runt totum in circuitu. Cum mundum sine di-
uina ratione fieri nõ potuisse, & cæci ipsi Stoici
2 affirment, vnumq. Deum esse, qui omnia con-
diderit, ac qua virtute condidit, moderetur, in-
telligant omnes, qui sapiunt, vt disserit Lact.
lib. de falsa religione, c. 2. *&* 3. Deus etenim do-
na tribuit, & conseruat. Ideo Iob *eod. cap.* Visi-
tatio tua custodiuit spiritum meum. Quod in-
3 terpretando Gregorius, ait. Humanum quippe
spiritum visitatio superna custodit, cùm hunc
virtutibus ditatum, vel flagello percutere, vel
compungere amore non desinit. Cui sententiæ
aptatur, quod 1. *Reg.* 3. habetur, nempe: Domi-
nus pauperem facit, & ditat, humiliat, & suble-
uat, & Paulus 1. *ad Cor.* 1. In gratia Dei, quæ
data est vobis in CHRISTO IESV, quod in
omnibus diuites facti estis in illo. Cui conuenit
illud Salomonis *Prouerb.* 8. Benedictio Domini
diuites facit: *Eccles.* 11. Bona, & mala, vita, &
4 mors, paupertas, & honestas à Deo sunt. Om-
nia siquidem à Deo sunt. Quare Iudas Aposto-
lus in sua epistola. Soli Deo Saluatori nostro
gloria, & magnificentia, imperium, & potestas
ante omnia secula. Idem & Apost. *ad Rom.* 11.
ita. Quoniam ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt
omnia. *&* 2. *ad Cor.* 5. Omnia ex Deo, prout etiã
Isaias dixit c. 43. atque etiã Apost. 1. *ad Cor.* 15
Tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit
sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Vnde
Dionysius Areopagita *lib. de diuinis nominibus
c.* 1. Cum Deus omnia in omnibus agat, atque
ipse sit in omnibus omnia: ideo ex honestis om-
nium nominibus rite laudatur. S. Cyprianus *in
epist. ad Demetrianũ*, Deus cum sit, inquit, mun-
di dominus,& rector, cuncta arbitrio eius,& nu-
tu geruntur. Namque motus omnis tam volun-
tarìs, quàm naturæ à Deo, sicut à primo mo-
uẽte, procedit; cui adstipulatur B. Tho. Aquinas
5 1.2.*q.*6.*ar.*1.*et* 2.2.*q.*104.*ar.*4. asserens etiam,
nullius rei virtutẽ posse aliquid, nisi per virtutẽ
Dei, à quo est omnis virtus, & virtutis conserua-
tio, & ordo ad effectũ 1.2.*q.*109.*ar.*1. Nec vir-
tus, nec rectitudo voluntatis humanæ potest cõ- 6
sistere, nisi diuinæ voluntati cõformetur, & eius
sequatur imperiũ, ait idem sanctus vir *d.q.* 104.
*art.*4. & Deus omnia immediate producit, vt ip-
se docet 1.*q.*65.*ar.*3. *&* 3.*q.*6.*ar.*1. vnde *Ps.*88
Domine Deus virtutũ, quis similis tibi? potẽs es
Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Et licet
Deus agat per causas, nõ tamen id facere ex in-
sufficientia, sed vt dignitatẽ causandi cõmunicet 7
creaturis, probat eleganter idem Angelicus do-
ctor 1.*q.*22.*ar.*3. *& q.*103.*ar.* 6. *&* 106. *art.* 4.

Quemadmodum autem omnia à Deo proce-
dunt, & Deus est omnia in omnibus, quod vni
soli Deo conuenit: sic solus Deus omnia nouit:
immo secretorum omnium cognitor est. *can. eru-
bescant,* 32. *dist.* & sciens omnia, *c. fundamenta,*
§. *perinde, de elect. lib.* 6. Quod sane non iure solũ
diuino, naturali, & supernaturali, sed & Põtificio,
ac etiã Cæsareo, ethnicorumq. auctoritate opti-
me comprobatur. Legitur enim 1. *Reg.* 2. Deus
scientiarum Dominus, & illi præparantur cogi-
tationes. Paulus ad *Hebr.* 4. Nulla creatura est
inuisibilis ipsi, omnia enim nuda, & aperta sunt
oculis eius: quod habetur etiam *can. Deus omni-
potens.* 2. *q.* 1. Cui suffragatur mirifice illud Da-
uidis *Psal.* 138. dum Deum alloquens, in hæc
verba prorumpit. Quo ibi à spiritu tuo, & quo à
facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic
es: si descendero in infernum, ades. Ideo B. Tho.
1.*q.*14.*art.*1. scribit, scientiã in Deo esse perfe-
ctissimam, nec esse vniuersalem, nec particularẽ, 8
nec in potentia, vel habitu, sed semper in actu.
Neque ethnici hanc, quam in Deo scientiã esse
dicimus, ignorarunt: immo apertissime professi
sunt: nam Homerus *Odissea* 4. dicit, deos omnia
scire: pro dijs enim Deum intellexit: & Aristo- 9
teles *lib. de bono fortunæ*, Deũ videre præsentia,
præterita, & futura. Cicero *de natura deorum* 1.
Quis Deum non timeat, omnia prouidentem, &
cogitantem, & animaduertentem, & omnia ad
se pertinere putantem? quod Virgilius efficaci-
ter ostendit in Aetna: & Iuuenalis *Satyra* 10.

——————at illis (dijs scilicet)
Notum, qui pueri, qualisq. futura sit vxor.

Ouidius *lib. de Ponto.*

Nescit enim Cæsar (quãuis Deus omnia norit)
Vltimus hic, qui sit conditione locus.

Boetius *Metro.* 2. *lib.* 5.

Quæ inquit, sint, quæ fuerint, veniantq.
Vno mentis cernis in ictu:
Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.

In cuius rei confirmationem innumera afferri
possent, non Boetij tantum, qui Christianus, &
summe doctus fuit, sed aliorum, qui religio-
nem Christianam vix à limine salutarunt, ac ne-

que primoribus, vt aiunt, labris litteras degustarunt, quos longum esset recensere. Non prætermittam tamen, quod scriptũ reliquit Iustin. *in l.1. in princ. C. de vet. iure enucl.* in qua profitetur, se omnem spem in sola summæ Trinitatis prouidentia collocare, vnde & mũdi totius elementa processerunt, & eorum dispositio (vt eius verbis vtar) in omnem terrarum orbem producta est. *& in l.2. §. si quid habetur, eod. tit.* omniũ
10 habere memoriam, inquit, & in nullo errare, diuinitatis magis, quàm mortalitatis est. Hinc eleganter Innocentius tertius *in cap. nouit, de offic. legati, & in cap. nouit, de iudic.* dixit. Nouit ille, qui nihil ignorat: quasi nobis indicaret, id proprium esse, & peculiare summi Dei rerum omnium creatoris. Quod si proprium est ei, alteri conuenire non potest: quod est enim alicuius proprium, non potest communicari alteri, sed soli illi congruit *l.2. ff. de adopt. vbi Bart. &*
11 *alij notant.* Et non modo Deus intelligit omnia, sed & simul omnia, atque vnica cognitione, quod S.Thomas haud obscure demonstrat *1.q. 14. art.7. & 1.q.19. art.2.* At vero diximus *ex cap.2. lib.1. Reg.* Deum scientiarum omnium do-
12 minum esse. Atque ideo Hierem. *cap.1.* Quæ humana miseria est, nemo nouit, an sit amore dignus: & *Ecclesiast. c.9.* Nescit homo suum finẽ, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo. Socrates magnus ille philoso-
13 phus, sapiens Apollinis oraculo iudicatus, licet rerum ignorantiã cum ceteris haberet communem, eo tamen nomine alios vicit, quòd suã inscitiam agnouit. Solebat enim dicere, hoc vnũ se scire, quòd nihil sciret. Aristoteles quoque,
14 quem Plinius *lib.8. cap.6.* appellat summum in omni sciẽtia virum, aperte fatetur *2. Metaph.* intellectum nostrum se habere ad naturæ manifestissima, quemadmodum oculus noctuæ se habet
15 ad lucem: Horatius *lib. Carminum 4. Ode 4.*

Nec scire fas est omnia.

Marcus etiam Terentius Varro (quem Cicero *primo Academicarum quæstionum libro* ad cælũ vsque extollit, dicitq. Latinos omnes in scribẽdi genere vicisse: & alibi hominem omnium facile acutissimum, & sine vlla dubitatione doctissimum appellat) asseuerabat, omnia scire esse
16 impossibile: pauca verò, non laudabile. Martinus ab Azpilcueta, aliàs Doctor Nauarrus *ad d.c. nouit, in primo notab. de iudic.* dicit, nec An-
17 gelos nosse omnia, namq. Angeli non norũt futura per se, norunt autẽ per reflexum Dei visioni consequentẽ: quia illud proprium Dei est. Vnde Isaias *c.41.* Annunciate nobis ventura, inquit, & sciemus, quòd dij estis. Quod *Ecclesiast.8.* innuit, cum dicit, multam esse afflictionẽ hominis, quia præterita ignorat, & futura nullo potest scire

nuncio. Immo multa sunt præsentia, quæ neque ab Angelis, neque ab hominibus sciuntur, neque sciri possunt ab eis, videlicet cogitationes, 18
& affectus illius, qui nolit ea sciri ab aliqua creatura: neque illa manifestat verbo, gestu, nutu, vel alio exteriori signo. Hoc enim ad Deum solum pertinet, attestante id Hierem. *c.17.* Prauũ 19
est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscit illud? Ego Dominus scrutans corda, & probans renes. Quod esse item Dei proprium docet Angelicus doctor *1.q.12. art.8. & 9. & q.57. art.4. c. de occidendis, vbi gloss. 23.q.5. cap. in ciuitate, in fine, de vsur. can. consuluisti, 2.q.5. can. numquid, in fine, de pœnit. 1. dist. Angel. ad l. plagij, col.1. C. de plag. Ioan. Iacob. de Leonard. inter consilia Bruni cons. 114. nu.522. Craueta. cons.958. n.10. vol.5. Menoch. cons.31. num.26. lib.1. & cons.149. n.27. lib.2. Azo à Ramenghis ad can. nos in quemquam, nu. 8. 2. q.1.* Quòd si 20
Angeli futura non norunt, nec nosse poterunt dæmones, licet intellectu præstantes cum sint, & longæui, ac longa rerum experientia, atque vsu valde exercitati, scire possint quæ remota sunt ab humana cognitione, vt disputat B. Augustinus *lib. de natura dæmonũ*, ex quo desumptus est *can. sciendum, 26.q.4.* atque ea manifestare hominibus: non quidem per mẽtis illuminatio- 21
nem, sed per aliquam imaginariam visionẽ, aut sensibilem locutionem, vti S. Tho. tradit *2.2.q. 172. art.1.* quem sequitur *ad d.c. nou. nu.25.* Nauarr. & Steph. de Gaieta *in repet. can. ad limina, 30.q.1. n.77.* qui etiã lectorem reijcit ad ea, quæ notantur ad citatũ *can. sciendum, vers. an cognoscat cogitationes hominum*, scire tamen omnia nõ 22
possunt, nec ista ad perfectam prophetię rationũ sufficiunt. Nõ negamus attamen, dæmones scire aliquo modo posse, quid cogitemus, quid velimus, etiã sine vllo exteriori signo nostro, speciali permissione diuina, sicut eodẽ modo prænoscere nonnulla futura contingentia, & reuelare mor- 23
talibus: vt habetur *Num. 22. cum seqq.* Dominus loquutus est per Balaam, quamuis esset malus: vtitur enim quandoque Dominus Deus malis ad vtilitatem bonorum, quo res, quæ nũciatur, creditu sit facilior aduersariorum testimonio: quod etiam S.Tho. non negat *d.q.172.* Quare dicendum est cum eodem beato viro *1. quæst. 77. art. 14. & quæst. 86. art. 3. ac Hippol. Rimin. ad cap. quæ in ecclesiarum, num. 134. de constitut.* solum Deum habere veram, & plenam scientiam de futuris contingentibus ex semetipso, homines verò, aut Angelos, aut dæmones ex seipsis suapte natura præscire haud quaquam posse, nec solum futura contingentia, verum nec humanas cogitationes, aut affectus, quos qui gerit, aut concipit, aut tractat intrinsecus, ad extrinse-
cam

eam notitiam non deducit. Quapropter in confesso est apud omnes homines, eos præcipue, quibus Christiana lux affulsit, solum Deum esse, qui omnia norit, non item ullam creaturã, in eoq. omnia consistere, atque ab eo omnia
24 bona proficisci. Ideo ad ipsum esse omnia referenda, tanquam ad rerum omnium parentem, ac certissimum auctorem. Itaque eius diuinæ clementiæ accepta refert Hieronymus Ruuereus omnia gratiarum munera, quibus eum ornatum asserit diploma pontificium. Quæ verò sint hæc magna munera, paulò attentius consideremus.

Summa ex §. Magnis.

1 *Hieronymi Cardinalis Ruuerei interna, & externa bona plurima.*
2 *Illustrium familiarum notitia ad publicam vtilitatem vehementer confert.*
3 *Gentis Ruuereæ initia Augustæ Taurinorum 660. an. Sal. extare cœperunt.*
4 *Chronica familiæ Ruuereæ apud fratres ordinis Prædicatorum Taurini asseruantur.*
5 *Hermundus Ruuereæ gentis Taurini, auctor fuit.*
6 *Ruuerea gens Taurini locum semper inter quattuor primarias familias obtinuit.*
7 *Magistratus Raurini aliquando Ruuereæ gentis nomine distributi.*
8 *Equestri honore olim, nonnisi virtute, aut nobilitate præditi homines, donari solebant.*
9 *Equestris ordinis Ricardus Ruuereus coniurationem aduersus Sabaudienses Principes conflatam strenue suppressit.*
10 *Principes Sabaudienses à Ruuereis hominibus in eorum locis vllam prægustationem sibi fieri passi sunt.*
11 *Simon Ruuereus, Crassus dictus, Sauonam cum suis substantijs primus transiuit, ibiq. familiam, quæ nunc in ea ciuitate est plantauit.*
12 *Ruuerea gens Sauonensis in patria sua præcipuos honores semper obtinuit.*
13 *Mendacium dixerunt, qui Sixtum et Iulium summos Pontif. villa Albizzola oriundos asseruerunt.*
14 *Sixtus quartus, dum Præfectum Franciscanorum ageret, se de Ruuerea stirpe descendisse aperte professus est.*
15 *Ante Sixtum quartum familia Ruuerea Sauonensis Episcopum vnum Nouariensem, canonicumq. vnum Taurinensem habuit.*
16 *Sixtus quartus Cardin. & Papa, se Ruuereo sanguine prognatum asseruit.*
17 *Litteræ Sixti quarti, dum Cardinalem gereret, conscriptæ, quibus Christophorum, & Germon. de Indultis. Dominicum Ruuereos Taurinenses suos consanguineos appellat, asserens etiam se de illis regionibus originem traxisse.*
18 *Breue Sixti quarti, quo de Taurinensi ciuitate se, & suam de Ruuere vetustissimam familiam originem ducere affirmat.*
19 *Ruuerei Taurinenses semper in ciuitate sua primum locum hucusque obtinuerunt.*
20 *Aedes Ruuereorum in eorum oppido Vici noui elegantissimæ.*
21 *Complures homines Ruuerei militia, & præfecturis clari.*
22 *Petrus Ruuereus magni nominis monachus.*
23 *Petrus Ruuereus alter insignis poeta.*
24 *Sixtus quartus nouus Romulus dici meruit.*
25 *Iulius secundus ciuitates Ecclesiæ iniuste occupatas Sedi Apostolicæ recuperauit.*
26 *Iulius secundus pater patriæ dici debet.*
27 *Domus Ruuerea, præter duos Pontifices, nouem Cardinales hucusq. habuit, multosq. Prælatos, ac Priores duos Hierosolymitanos.*
28 *Dominicus Cardinalis Ruuereus, præter ædificia pia, palatium etiam Romæ sumptuosum in vrbe Leonina extruxit.*
29 *Vrbini ciuitas genti Ruuereæ tradita.*
30 *Hieronymus hodiernus* Card. *Ruuereus maxima omnium lætitia eum honorem est assecutus.*
31 *Gens Ruuerea etiam Soræ Ducatum habuit.*
32 *Franciscus Maria senior, Dux Vrbini ætatis suæ Mars.*
33 *Guidus Vbaldus Vrbini Dux liberalis, & benignus.*
34 *Franciscus Maria iunior, Vrbini Dux summus Princeps, summus philosophus.*
35 *Beata est Respublica, cui philosophi dominãtur, aut cuius domini philosophantur.*
36 *Felix* Ruuerea, *Ioan. Iordani Vrsini vxor, præclara fœmina.*
37 *Lauinia* Ruuerea *præstantissima Heroina, præcipue scientiarum fama, atque habitu.*
38 *Lucretia* Ruuerea *epistolarum elegantia insignis.*
39 *Leonora Ruuerea Principum Sabaudiensium regimini præfecta.*
40 *Romana præfectura quinquies in familia* Ruuerea *fuit.*
41 Ruuereorum *complures torquati milites præcipuorum ordinum fuerunt.*
42 *Plures* Comites, *Barones, ac Marchiones e* Ruuerea *familia prodierunt.*
43 Ruuereum *nonnulli patritij Veneti, & Ianuenses facti.*
44 *Leonardus & Ioannes Franciscus* Ruuerei *militia insignes: hic etiam litteris, & legationibus.*

45 *Lelius Ruuereus, Hieronymi Cardinalis nepos Geometriæ, ac Mathematices studiosus.*

46 *Iulius Ruuereus, Hieronymi Cardinalis nepos, moribus, & virtute ornatissimus.*

47 *Ruuereorum hominum peculiares virtutes.*

48 *Ruuerei homines ad bene merendum de humano genere e cælo delapsi.*

49 *Hieronymus Cardinalis Ruuereus omnium virtutum archetypus.*

50 *Hieronymus Cardinalis Ruuereus nascitur anno Salutis. 1530. xij. Kalend. Februar. Lelio Ruuereo, & Maria Guasca parentibus.*

51 *Guasca familia Alexandriæ nobilissima.*

52 *Ingenij Hieronymi Ruuerei miracula tanguntur.*

53 *Hieronymus Ruuereus ter de loco superiore orationem Ticini habuit.*

54 *Alfonsus Daualus Hieronymum Ruuereum ad se vltro accersiuit.*

55 *Inicus Cardinalis Aragonius curiæ Romanæ lumen, & splendor.*

56 *Hieronymus Ruuereus à Frãcisco primo Galliarum Rege vltro accersitus.*

57 *Hieronymus Ruuereus orationes duas Romæ, & Pisauri habuit.*

58 *Idem orationem ad Iulium tertium habuit.*

59 *Ex Patauina Academia decem Cardinales effluxerunt, qui eodem tempore studijs operam nauarunt, quorum vnus est Hieronymus Ruuereus.*

60 *Idem Paulo quarto valde acceptus fuit.*

61 *Henricus Rex Galliarum Hieronymum Ruuereum Episcopum Tolonensem nominauit.*

62 *Idem Hieronymus Episcopus Tolonensis designatus, duas alias orationes sermone Gallico Lutetiæ Parisiorum habuit.*

63 *Idem tertiò orauit ibidem Catarinæ Reginæ rogatu in anniuersario Francisci secundi Galliarum Regis.*

64 *Idem à Tolonensi ad Taurinensem ecclesiam translatus est.*

65 *Idem summæ rerum administrationi præfectus à Duce Emanuele Philiberto, cum Nitiam ipse concessisset.*

66 *Ciuitas Montisregalis Taurinesi suffraganea est.*

67 *Idem quæcumque bonum pastorem decent, in administratione suæ ecclesiæ sollicite, ac pie executus est.*

68 *Idem & suis, & externis Principibus gratissimus.*

69 *Idem à Sixto quinto maxima omnium gratulatione Cardinalis creatus est.*

Magnis illustrauit gratiarum muneribus, paternæ dirigentes considerationis intuitum, & attente prospicientes.

§. Magnis.

MAGNIS. Magna profectò sunt gratiarum munera, quibus Hieron. Card. Ruuereus Dei benefi- 1
cio locupletatus est, ita vt nemo amplius: siue eius animi interna bona inspiciantur, candor ingenuus, doctrina exactissima, linguarum peritia, rerum vsus, & experientia, præter ea, quæ à libris non petuntur, in omni item vitæ genere idem tenor, ac moderatio: siue externa, nempe Principum erga ipsum amicitiæ, & beneuolentia, omnium ordinum, ac populorum propensio, antiquitas item, nobilitas, ac gloria suorum maiorum ob res præclare gestas, cum primum huius familiæ recentia indicia emerserunt, quæ cum mille fere abhinc annis clarescere cœperit, operæpretiũ me facturum existimo, nec ab instituto meo alienum, si altius eius initia à me repetantur: confert enim plurimum ad pleniorem rerum cogni- 2
tionem, atque adeo publicam vtilitatem, antiquitatis, & illustrium familiarum notitia. Gẽtis igitur Ruuereæ primordia Augustæ Taurinorũ 3
extitisse circiter annum CHRISTI sexagesimum supra sexcentesimum testantur peruetusta 4
chronica, quæ apud cœnobitas ordinis Prædicatorum eiusdem ciuitatis iamdiu asseruantur, Hermundo copiarũ duce auctore, qui Luitpran- 5
di Longobardorum Regis tempore, eas regiones cum moderaretur, vrbis partem cum locis finitimis suæ potestati subditam habuit, posterisq. possidendam reliquit. Ipsi, posteaquam per connubia, & affinitates, potentiores eius tractus proceres, populis circumquaque adiacentibus imperitantes sibi deuinxerunt, celsiorem locum deinceps inter quattuor primarias 6
ciuitatis familias semper retinuerunt sic, vt dum Augusta Taurinorum in reipublicæ statu permansit, publica magistratuum munera Ruue- 7
reorum hominum nomine distribuerentur, atque à cæteris ciuibus, non solum vltrò deferentibus, sed etiam conuentione adstrictis peterentur, vt ex antiquis eorum monumentis liquido constat. Tulit hæc progenies deinde quamplurimos equites, quo titulo ea ætas, non nisi spectatæ virtutis, aut nobilitatis homines cohonostare consueuerat, inter quos vnus Ricar- 8
dus nomine, periculosę coniurationis Sabaudięsium Principum capiti imminenti, propria vir- 9
tute, & fœderatorum auxilio opportune occurrit, seditiosis exterminatis, ac eorum domibus solo æquatis. Proinde tanto ijdem Principes 10
fauore,

Digitized by Google

fauore, & amore Ruuereos homines prosecuti
sunt, vt cum ad eorum, siue domos, siue oppida
accederent, nec cibi, nec potus prægustationem
vllam sibi fieri admitterent, quod item præclaro
veterum monumentorum testimonio compro-
batur. De Hermundi stirpe septem fratres pro-
dierunt, quorum Simon, quòd corpore valde
obesus esset, Crassus appellatus, pro bonorum
sibi ex paterna hæreditate obuenientium por-
11 tione, pecunia accepta, ad vada Sabatia (hodie
Sauonam) Ianuensibus ad mare Ligusticum
conterminam ciuitatem domicilium transtulit:
ibiq. cum sedem fixisset, familiæ Ruuereæ Sauo-
nensis, quæ hucusque perdurat, radix, & auctor
12 fuit. Hæc procedente tempore in patria sua
præcipuos honores, & magistratus, quibus ma-
iorum gentium patritij ornabantur, consecuta
est, quemadmodum publicis scripturis, sepul-
13 chrorum titulis, in Sauonensi maiori ecclesia
existentium, ac testibus compertum est. Vnde
iure optimo falsitatis redarguuntur, & menda-
cij, qui Sixtum, & Iulium, Romanos Pontifices
non fuisse Ruuereo sanguine prognatos, nec pa-
tria Sauonenses dixerunt, in villamq. Albizzo-
lam quodammodo eos relegarunt, quò eorum
maiores, vt fit, sese aliquando in prædia sua, pe-
stilentiæ declinandæ causa, recepisse constat.
14 Quod eo magis commentitium esse conijcitur,
quo Sixtus, cum ordinis Franciscani summam
gereret præfecturam, se de hac stirpe descendis-
se, publice semper & verbis, & scriptis professus
est, vt eius quamplurima diplomata testantur,
ac præsertim, quod anno salutis 1447. Nonis
Sextilibus datum est: cuius principium habet.
FRATER FRANCISCVS DE RVVERE DE
15 SAVONA, &c. Huius cognominis aliquanto
supra eius tempora alium Sauona oriundum,
necnon ecclesiæ Nouariensis Præsulem, & alium
16 Galeatium nomine, canonicum ecclesiæ Tauri-
nensis fuisse liquet, ad quam ciuitatem Sixtus,
non solum in Cardinalatu, quod frequentibus
eius epistolis probatur (præsertim quadam XV.
Kalen. Iun. anno Sal. 1468. Romæ data, cuius
exemplum ex autographo, quod à Hieronymo
Cardinale Ruuereo hodiernus Vrbini Dux ha-
buit, desumptum, hic attexere libuit) sed etiam
postquam est ad summum euectus pontifica-
tum, antiquiora suorum progenitorum initia
constanter retulit, seque ac suam de Ruuere
vetustissimam familiam inde originem traxisse
litteris suis in forma Breuis sæpius attestatus
est: ex Augustæ Taurinorum in Archiuo ciuita-
tis asseruantur, quarum tenorem epistolæ sub-
nectemus, quæ ita habet.

Spectabili viro D. Christophoro de Ruuere, 17
Illustrissimi Ducis Sabaudiæ Consiliario,
ac vallis Secusæ Iudici, affini
charissimo.

F. Sauonen. tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis.

PECTABILIS, & egregie affinis charissime. Quàm libenter litteras vestras viderim, vosmet iudicare potestis, quòd viso Dominico fratre vestro, voluptate maxima sum affectus, nihil enim mihi gratius offerri potest, quam propinquorum meorum incolumitatem audire, & prosperitatem; eorum præcipue, quorum amor, & beneuolentia multis argumentis perspecta est, & cognita. Dominicum verò ipsum libenter vidi, & amicè complexus sum: habebitur à me loco filij, amo illum vehementer, & quidem amandus est propter eius singularem modestiam, & egregiam indolem: non deero illius virtuti, quantum in me erit. Quòd autem omni humanitate vsi fueritis in procuratores meos apud communem dominum nostrum Illustrissimum Ducem, & Illustrissimam Ducissam, habeo vobis gratias. Scripsit ad me prænominatus Dux Sabaudiæ in ea causa: sed omnes mihi victoriam pollicentur huius controuersiæ: pugnat pro nobis iustitia ipsa, & honestas. Res fortasse aliquantulum protrahentur. Vnum velim vos mihi impendere, pro egregia vestra fide erga me. Licet in amplissima dignitate Cardinales omnes constituti simus, tamen facere non possumus, quin Principum fauor, & præsidium necessarium nobis existat, propter beneficia in eorum dominijs contenta, sine quibus dignitatem nostram sustinere impossibile est, vel difficile. Ego verò adhuc nulla consecutus sum, præter hoc Hospitale Vercellense, quod est, vt videtis, litigiosum. Quare pro singulari prudentia vestra, & pro maxima auctoritate vestra apud illos Principes Illustrissimos, vos hortor, vt recto modo inquiratis, & procuretis litteras habere ab Illustrissimis illis Ducibus, quæ me summopere Pontifici maximo commendent, asserentes, me suum esse, & ab eis regionibus familiam meam ortum habuisse: Quare velit suo intuitu Sanctitas sua habere me commendatum, si quæ beneficia, in eorum præcipue principatu, contigerit vacare: possunt enim huiusmodi litteræ plurimum mihi prodesse. Quare huic rei, & mature, & sapienter inuigilabitis. Scribo super ea re ad eorum Illustrissimam dominationem, quarum litterarum exempla introclusa vobis mitto, vt si vobis præsentandæ videbuntur, illas præsentetis. sin autem, omittatis: hoc enim prudentiæ vestræ relin-

Digitized by Google

quo, paratus semper ad omnia vestra beneplacita. Datum Romæ, ex Palatio Sancti Petri ad vincula, xiij. Maij 1468.

Litterarum verò, quæ apud Taurinenses extant, tenor talis est.

Dilectis filijs Sindicis, & Communitati ciuitatis Taurini Sixtus Papa IV.

18 *DILECTI filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Iamdiu inter ceteras nostras curas cogitauimus in ciuitate ista Taurinensi, ex qua nos, & nostra de Ruuere vetustissima familia originem ducimus, aliquod monumentum relinquere, quo & noster in illam præcipuus amor eluceat, & eiusdem vrbis, totiusq. viciniæ ornamento pariter, & vtilitati consulatur. Et multa nobis voluentibus animo, nihil accommodatius huic nostro desiderio occurrit, quàm in ea collegium scholarium erigere. Quare cum statuerimus collegium huiusmodi isthic construere, & fundare, in quo vigintiquattuor studentes tam iuri diuino, quàm humano commorari possint, nostramq. intentionem super hac re dilecto filio, Abbati Casænouæ aperuerimus, hortamur deuotionem vestram in Domino, vt Abbati ipsi super hoc fidem indubiam adhibere, & fauores opportunos impendere velitis, vt huic pio nostro desiderio melius satisfiat. Quod nobis erit gratissimum. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxiij. Martij, 1482. Pontificatus nostri anno xj.*

19 In ea verò nobilitate, primum locum Ruuereos homines ab antiquissimo tempore obtinuisse, & hucusque obtinere, ex eius vrbis Annalibus, in manifesto est, quod præcipue testatum reperio in quodam fidei publicæ diplomate, à Taurinensibus ciuibus, eam ciuitatem moderantibus, quibusdam mercatoribus Lucensibus aliàs concesso, & in alio, quo Delphinus eius Prouinciæ, quæ nunc Delphinatus Viennensis appellatur, dominus, eadem ciuitate donatur, ea conditione, vt ibidem domum perpetuam habeat, siue, quod apud iurisconsultos celebratur, domicilium contrahat, alijsq. monumentis compluribus, quæ ad memoriam reuocare difficillimum esset. Horum vero, quæ diximus, germana, & incorrupta testimonia, ad hanc memoriam retinendam, ac probandam, primum confecta, apud Ruuereos proceres in oppido Vici noui eorum ditionis, elegantissimis in ædibus, quæ castra à prouincialibus vocantur, frequenti aduenarum, ac Principum virorum hospitio illustria, quod ab Augusta Taurinorum sex millibus passuum distat, asseruantur. Hinc prodierunt virtutis fama viri conspicui non pauci, inter quos Hermundus iam dictus, Castillo, Carolus, Ricardus, Bartholomæus, Ioannes, Antonius, Leonardus, Brunettus, superiori Sabaudiensium Principum tempore rei bellicæ, & præfecturarum variarum administratione clarissimi fuere. Petrus item Cisterciensis ordinis magnæ 22 auctoritatis monachus, alterq. eiusdem nominis Neapolitanorum Regum, Galliæq. Narbonen- 23 sis, aliàs Prouinciæ, Comitum familiaris & insignis aulicus; & poeta, vt ex eius vita poetarum celeberrimorum illius seculi vitis inserta perspicitur. Hanc nobilissimam familiam propriam, vti diximus, agnouerunt duo summi, ijdemque optimi Pontifices: quorum alter, Sixtus quartus, 24 vrbem Romam operibus, ædificijs, ac beneficentia adeò auxit, vt alter eius conditor, seu nouus Romulus meritò dici possit: alter Iulius II. vere dicam Iulius, pontificiam maiestatem asseruit, insignibus ciuitatibus Flaminiæ, Aemiliæ, 25 Piceni, Vmbriæ (quarum pars temporum iniuria in tyrannorum potestatem cesserat, pars iniusto titulo occupabatur) sub ecclesiasticum imperium strenue receptis, vnde illi Patris patriæ cognomentum iure debetur. Hinc ortum ha- 26 buere quamplurimi veneratione digni Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, atque Abbates. Nec defuere Priores Hierosolymitanæ militiæ 27 duo, Romæ vnus, alter Longobardiæ, ac nouem Cardd. præter eos, qui ad pontificatum assumpti sunt, F. Franciscum, ac Iulianum, quorum alter Sixtus, vt diximus, alter Iulius appellatus 28 est, quos ordine recensere non pigebit: nempe Christophorus, Tarantasiensis Archiepiscopus: Dominicus eius frater germanus, qui claram etiam legationem in Allobrogibus obiuit, vir pius, & religione insignis, vt qui maiores ecclesias duas Augustæ Taurinorum, ac Montis Flasconis, cœnobium item Ariniani, ædesq. sumptuosissimas, ac magnificas in vrbe Leonina, cui Burgo nomen est, ædificauerit: Hieronymus, qui Sabinensem, atque Recinetensem: Clemens, qui Mendensem administrauit ecclesiam: Leonardus Agennensis Episcopus eius frater, S. Petri ad vincula presbyter, maior Pœnitentiarius, ac legatione Romana conspicuus: Galeottus, itemque Sixtus, sicut eodem sanguine geniti, ita eodem titulo, & officio potiti: fuerunt enim ambo titulares S. Petri ad vincula, ambo S. R. E. Vicecancellarij: Iulius Feltrius ex prosapia Du- 29 cum Vrbinatum, quorum imperium iam in Ruueream gentem cesserat, Sabinensis, ac Rauennatensis Præsul, & Hieronymus Taurinensis Antistes, vir non tantum vita hac, quam sancte, ac feliciter agit, dignissimus, sed sempiterno illo æuo, quo beati, chariq. Deo spiritus fruuntur. Horum igitur quinque Cardinales, præter

vtrumq.

vtrumque Pontificem, vt aliàs adnotauimus, S. Petri ad vincula sacerdotium, seu titulum, vt appellant, administrarunt, quorum nouissimus est
30 noster Hieronymus, à Sixto quinto plaudentibus omnibus ordinibus, tertium abhinc annum, in Cardinalium collegium meritò adscitus, qui iisdem ædibus à Dominico gentili suo, vt superius diximus, extructis cum ornatissima familia, quam alit, pro domicilio vtitur. Ecclesiasticos viros comitantur sex generosi, & strenui Duces:
31 tres Soræ, Leonardus, Ioannes, Iulius; & tres Vr-
32 bini: Franciscusmaria militum fortissimus ductor, ætatisq. suæ Mars, ac belli fulmen, & ter-
33 ror, Guidoubaldus, prudentiæ, liberalitatis, &
34 benignitatis exemplar, & Franciscusmaria iunior, nostrorum temporum decus, & veri Principis effigies, vt qui liberalibus omnibus disciplinis, & pacis, & belli artibus apprime excultus, non præsidijs militum, non mœnibus creditos sibi populos in officio contineat, sed ciuilibus, dicam ne ex seipso, an ex philosophia depromptis præceptis, quorum sectator studiosissimus est, amorem populorum, atque adeo bonorum omnium sibi conciliet, verum esse illud Platonicum re comprobans, beatam scilicet il-
35 lam rempublicam, cui philosophi dominentur, aut cuius domini philosophentur. Nec à viris longe distant Ruueræ fœminæ, vt quibus proprium semper fuerit prudentia, ac virtute digniori sexui non concedere, nec pati, sese ab hominibus vinci: quod vel patrum memoria Felix
36 Ruuerea, Ioan. Iordani Vrsini vxor, horumque Principum Vrsinorum, & Columnensium, quos nunc suspicimus, auia vere felix, pudicitiæ, atq. inuicti animi exemplum, præstitit, præstatq. hodie vnica fœminei sexus claritas, & musarum
37 deliciæ, Lauinia Hortensiæ sorori, Stephani Columnij fortissimi Ducis vxori superstes relicta, Pauloq. Vrsino Nomentanorum Regulo olim matrimonio copulata, præstantissima Heroina: cum supra muliebrem conditionem tantum in litteris profecerit (præsertim in studijs philosophiæ, cui ab ineunte ætate, Lasthemiam Mantineam, & Axiotheam Phliasiam, quas Platonem virili veste sectatas fuisse Diogenes Laertius tradit, æmulata, assiduam operam nauauit) quantum culmen scientiarum pertingere satis est: nam & congredi cum summis philosophis, & subtilissimas quæstiones tractare, quandocumque occasio ferat, non sine audientium admiratione consueuit, præterquam quòd eloquentia, ac Latina lingua cum disertissimis huius seculi oratoribus conferri potest: vnde est, vt plurimi, qui Romam veniunt, externi homines eam de facie cognoscere, ac coram tueri velint, quibus ipsa comitate, doctrina, ac sermonis lepore sua maxima cum laude maxime satisfacit: quod ego pluries expertus sum. His proxime accedit lectissimum par alterum Taurinensium 38
fœminarum, eiusdem gentis Lucretia, & Leonora, vtraque clarissima, vtraque laude dignissima, altera nostri Cardinalis Hieronymi soror germana, vere soror, cum fratri simillima, ingenij acumine suorum maiorum splendorem, si augeri potest, felici contentione augeat, ac sermonis, stylique elegantia in epistolarum præsertim scriptione (vt de Gracchorum matre Cornelia tradit Cicero in Oratore) eius artis professoribus non concedat, prudentia insuper œconomica huius seculi matronarum nulli secunda: altera, Leonora scilicet, eiusdem Card. consobrina, 39
Caroli que Ruuerei, Allobrogum magni Ducis cubiculi præfectura insignis (quo honore, nisi Principi sanguine propinqui, non donantur) soror, quæ Elisabethæ Valesiæ, quondam Hispaniarum Reginæ, dum ei ab intimo cubiculo inseruiret, charissima, vniuersæ etiam Hispaniensi aulæ gratissima, eò existimationis peruenit, vt ab eodem Duce ad sobolis, quam cum Infante Catarina Austria vere tanto Rege digna filia, communem habet, accita, quattuor eorum filij Leonoræ fidei, ac disciplinæ crediti sint, cuius industria ipsorum tenella ætas moribus tanta prole dignis formetur, ac virtutibus imbuatur: quod ipsa Principis vtriusque gratia, aulæque Taurinẽsis fauore cumulate præstat. Quinquies 40
insuper hanc familiam Romana præfectura (qui honor est maximus, ac principatum referens) perfunctam inter omnes constat, item complures militares Imperatores, necnon eorum ordinum, quotquot apud Christianos Principes præ- 41
cipui habentur, torquatos milites habuisse. Prætereo Comites, Marchiones, Barones, vt vulgò 42
aiunt, aliosq. eximios viros, quos Ruuerea fœcundissima arbor produxit, item amicitias, affinitatesq. cum præstantioribus Italiæ, Germaniæ, ac Transalpinis familijs initas. Tantum 43
addam, eos, non solum apud Sauonenses, sed etiam Ianuenses primi ordinis honorem consecutos, clarissimarumq. Italicarum ciuitatum priuilegijs, quæ primarijs ciuibus tantummodo communicantur, donatos, præcipue Venetiarum, ad cuius patritiatum (quandoque nobilibus familijs indigenis negari solitum) non solum antiquioris Franciscimariæ meritis postulantibus, sed etiam Bartholomæi Ruuerei, tantæ stirpis contemplatione, assumpti sunt. Hieronymo Cardinali nostro duo fratres fuere, Leonar- 44
dus, & Ioannes Franciscus, rei militaris experientia, ac ciuili prudentia præstantes, forisque non minus, quàm domi clari, hic etiam litteris cum Græcis, tum Latinis, & publicis legationibus, vt qui vnius anni curriculo quinquies ad magnos Christianorum Principes à magno Al-

lobrogum

lobrogum Emanuele Philiberto Duce pro ar-
duis negotijs gerendis missus fuerit. Ioan. Fran-
ciscus duos reliquit filios superstites, Lælium, ac
45 Iulium: Lælius ætate maior, Grecæ, ac Latinæ
linguæ non ignarus, Geometriæ prætereа, ac
Mathematicarum disciplinarum studiosus, mili-
tari cultu, atque animo militiam Caroli Ema-
nuelis Allobrogum magni Ducis, ac inuictissimi
sequitur, eiq. ab intimo cubiculo adscitus, in ex-
46 peditione Geneuensi strenue militat. Minor Iu-
lius ecclesiasticæ disciplinæ addictus, ac moribus
plane ecclesiasticis grauis adolescens eò virtutis
processit, vt sua indole, ac in bonis artibus pro-
fectu potius in suis progenitoribus, si adessent,
admirationem esset excitaturus, quàm absen-
tium gloriam sibi sit vendicaturus. Ceteros,
quos ex eadem familia præclaræ Italiæ ciuita-
tes, vrbisq. Romæ æmulæ suspiciunt, consultò
47 præterimus. Vniuersæ verò huic familiæ gentile
fuit, sicut fœminis ingenium, & dotes non fœ-
mineæ, sed viriles, ita viris religio, fortitudo, be-
neficentia, liberalitas, morum suauitas, animi
candor, erga egentes charitas, erga amicos stu-
dium, erga suos Principes fides, erga litteras,
ac litteratos munificentia, erga omnes amor sin-
gularis, ita vt eos e cælo delapsos, ad beneme-
rendumq. de humano genere natos omnes di-
xeris, vt præsertim ex omnium virtutum arche-
48 typo, eodem Cardinali Hieronymo perspicuum
49 est, cuius vitam, rei, & loci opportunitate, vt no-
bis videtur, maxime suadente, hic attexere non
50 pigebit. Natus est hic ipse anno Sal. MDXXX.
xiij. Kal. Febr. die B. Sebastiano sacra in oppido
suæ familiæ, cui Viconouo nomen est: patrem
habuit Lælium, Stephani, & Lucretiæ item Ru-
uereæ filium, quam Sixtus quartus neptem
suam in familiæ suæ caput collocari voluit. Læ-
lius Ioannam, Ioanne Iacobo, Noui domino, &
51 Comite Plozasci, & Maria nobilissima Alexan-
driæ familia Guasca natam vxorem duxit, ma-
tronam vere illius Lucretiæ socrus alumnam, in
quorum domestica disciplina hic noster pie edu-
catus, & litteris imbutus est, erga quas maxi-
ma, ac prope diuina ingenij indole ferebatur,
adeo vt quattuor annos natus paucula, quæ à
præceptore oretenus hauserat, orationem scili-
52 cet Dominicam, & salutationem Angelicam,
ijsdem verbis, tum Latine, tum Græce, exactè
pronunciaret. Ad annum verò septimum cum
peruenisset, statim Grammaticæ addiscendæ
adhibitus, mirum qua facilitate eam perceperit,
& ad reliquas artes sermocinales capessendas
aditum sibi patefecerit, vnde contradisputanti-
bus respondendi, & alios vltrò lacessendi sæpius
53 experimentum fecerit. Quod in Ticinensi gym-
nasio (hodie Papiam eam ciuitatem vocant)
iam nouennis, tota plaudente corona, multoties
præstitit, vnde & ciuibus, & aduenis, & schola-
ribus, & artium ipsis professoribus admiranti-
bus, tenerrimum puerulum ea ætate, qua vix pri-
mis Grammatices rudimentis alij imburi essent,
id eruditionis assecutum, pro monstro, ac plane
miraculo ab omnibus haberetur. In eodem
gymnasio de loco etiam superiore ter orationem
habuit: & annum agens decimum plurima, eaq.
eximio poeta digna carmina heroica, domesti-
ca, amatoria, rustica edidit, quæ impressa ex-
tant. Hinc domum rediens, mox à Marchione 54
Vasti, Alphonso Daualo, non minus ingenio-
rum, & elegantiarum omnium verissimo æstima-
tore, quàm Caroli Quinti Imperatoris Augusti
exercitus ductore fortissimo, ac Mediolanen-
sium Gubernatore, vehementi postulatione ex-
citus est, vt vnà cum eius liberis, e quibus vnus
curiæ Romanæ lumen, & splendor est, amplissi- 55
mus Inicus, Cardinalis Arragonius, studia litte-
rarum tractaret. Sed paulò post à Francorum
Rege Francisco primo, Principe artium omnium 56
liberalium, ac scientiarum parente (quo elogio
ab omnibus regni, atque adeo terrarum vniuersi
orbis ordinibus publice ornatus est) sæpius ac-
cersitus, vt quasi paternæ fidei obses honorifice
haberetur, in Galliam se contulit, ac Lutetiæ Pa-
risiorum regia pecunia subleuatus, sex annis ibi
litteris operam dedit, ac postea Romam Paulo
tertio summo Pontifice Victoriam neptem Gui- 57
do Vbaldo Vrbinatum Duci nuptui tradente,
venit, vbi & Paulum luculenta oratione Latina
in eius coronationis anniuersario salutauit, & ab
eodem Duce Iulio fratri Cardinali tum creato
studiorum comes traditus, orationem item La-
tinam, dum ei à Raynutio Farnesio, Sancti An-
geli Cardinali nuncupato, galerus rubeus, Car-
dinalatus insigne, traderetur, Pisauri habuit.
Inde verò Patauium digressus, iuris vtriusque
studia amplexus est, & tamen interea Romam
religionis ergo repetijt, cum Iulius tertius Pon-
tifex maximus recens creatus Iubileum aperuis- 58
set, eodemque tempore Guido Vbaldo Vrbini
Duci ad Vrbem appulso, quo obedientiam ipsi
Pontifici more maiorum exhiberet, operam na-
uauit, ac eius Ducis nomine orationem in Con-
sistorio publico biduo ante sibi demandatam,
annum tum vigesimum agens, maxima summi
Pontificis gratia, ac ingenti totius sacri collegij
Cardinalium applausu habuit. Deinde Roma
Patauium redijt, vbi incredibile dictu, quantam
ciuitatis, & publicæ Academiæ beneuolentiam
sibi comparauerit, cum etiam priuatam illu-
strium adolescentium Academiam, tum primum
institutam primus ipse Academiæ Princeps mo-
deratus fuerit, vnusq. iam numeretur inter de- 59
cem S. R. E. Cardinales, qui vno, & eodem
tempore (vt alios Antistites, qui inde effluxe-
runt,

Digitized by Google

runt, omittam) in ea ciuitate litterarum studijs
incumberent. Sed ingrauescentibus bellorum
dissidijs, matre ijsdem annis, quibus ille Patauij
morabatur, vidua effecta, ac tum corpore, ani-
moque ægra, ad paternam domum, ac ditionis
suæ loca se conferre necesse habuit, nec multis
post mensibus, dum in vlteriori Gallia esset, ea-
dem vita functa, Romam tertiò redijt, ibiq. sub-
stitit vsque ad Iulij tertij Pontificis obitum, ac
tum Sede Apostolica vacante, in conclaue se
contulit (est is comitiorum pontificiorum con-
uentus) in quo S. Crucis Cardinalis Ceruinus
est Pontifex renunciatus, Marcellusq. vt antea
vocabatur, nuncupatus: eoq. paucis post diebus
vita decedente, iterum conclaue ingressus est,
quo Ioannes Petrus Carafa Pontifex creatus, &
60 Paulus quartus appellatus est. Hunc, dum Car-
dinalem ageret, hic noster mirifice coluit, atque
ei valde acceptus fuit, ad quem etiam eius pon-
tificatus tempore bis ad tractanda negotia re-
dijt, & qui iam à Iulio tertio Protonotarius Apo-
stolicus declaratus fuerat, à Paulo quarto To-
lonensis Episcopus electus, & forsan alijs ab
optimo Pontifice honoribus donatus fuisset, nisi
præpropera eius mors præclaris cœptis obstitis-
set. Fuerat hic noster in Belgio, quo tempore
inter duos potentissimos Reges ictum est fœ-
dus: proinde cum magnus Dux Allobrogum
Emanuel Philibertus Lutetiam Parisiorum ad
desponsandam Margaritam Biturigum Ducis-
sam, Henrici secundi Galliarum Regis sororem,
venisset, ac ex obitu Cardinalis Triultij Legati
Apostolici ecclesia Tolonensis rectore vacaret,
61 Henricus Rex Hieronymum Episcopum Tolo-
nensem nominauit; ac paucis post diebus, eo-
dem Henrico ex humanis sublato, Hieronymus
iam Episcopus designatus in Henrici funere
62 orationem sermone Gallico in æde Beatæ Ma-
riæ Lutetiæ vnam, & in Beati Dionysij alteram,
in qua Francorum Regum monumenta visun-
tur, habuit, & ab ipso Allobrogum Duce penes
Franciscum II. Henrici filium orator relictus est.
63 Quo in legationis munere valde difficili, eo præ-
sertim tempore, quo idem Franciscus decimo
septimo regni mense, annum agens ipse item
decimum septimum, mortem obijt, in cuius an-
niuersario Hieronymus maximis Catarinæ Re-
ginæ Francisci matris precibus euictus, in æde
S. Dionysij etiam sermonem habuit: cumq. om-
nia aulæ, & regni munera varijs conuersionibus
agitarentur, Carolo nono nouenni Rege suffe-
cto, eam diligentiam Hieronymus adhibuit, vt
insignis ciuitas Taurinensis, & tria præclara
oppida, quæ ex fœdere exacto triennio eidem
Duci restitui debebant, haud multò post restitu-
ta fuerint, licet multum contranitente Hiero-
nymo, Pinerolium, vnum ex prioribus illis op-
pidis, & Sauilianum recens traditum Francis
cesserint, quæ tamen decenno post, aut paulo
plus ab eodem Duce recepta sunt. Cum verò 64
per illos ipsos dies Cæsar Cibo Taurinensis Ar-
chiepiscopus Tridenti in Concilio diem obijs-
set, statim Tolonensis noster ad eam ecclesiam,
tum ab ipsis magnis Allobrogum Ducibus, tum
à clero, & populo postulatus est. Sed cum Pius
quartus Pont. maximus eam omni virtute cla-
rissimo Inico, Cardinali Arragonio contulisset,
agente Marchione Piscariæ eius fratre, ad eam
tandem Tolonensis translatus est. Porrò, dum
ea res aliquantum differtur, Dux ipse grauissi-
mum in morbum incidit, quo tempore egregia
Tolonensis, & eius familiæ in eum fides, eiusq.
filium bimulum extitit, cui ex morbo recreatus
Dux Tolonensem adesse voluit, & summæ rerum 65
administrationi præesse, dum ipse ad vires recu-
perandas, Niciam, vt tepidioris cæli secessu vte-
retur, concessisset. Taurini verò Archiepiscopus
effectus, ipsos Duces in Gallias ad Regem Ca-
rolum proficiscentes assectatus est, ac cum pri-
mum redijt, synodum prouincialem indixit, quo
tempore Pius quintus summus Pontifex, tum
Cardinalis Alexandrinus, Episcopum Montisre- 66
galis (quæ ciuitas Taurinensi suffraganea est)
agebat, eiusq. nomine Hieronymus Ferragatta
Episcopus Verensis, Montisregalis Suffraga-
neus, concilio interfuit. Qualis porro inde fue-
rit Taurinen. nostri in ecclesia sua administra- 67
tio, quot synodi diœcesanæ habitæ, locorum dif-
ficiliorum visitatio, hæresum extirpandarum
cura, & solicitudo, seminaria erecta, constitutio-
nes, & decreta edita, sacrarum litterarum, &
Theologiæ studia, sermones frequenter habiti,
quibus fœlicis recordationis Carolus Cardinalis
Borromæus bis, & Gabriel Cardinalis Paleottus
semel interfuerunt, quot pastorales epistolæ,
quot ordinationes exhibitæ, quæ Romam profe-
ctiones, & ipsius Pij V. & Gregorij decimitertij
temporibus, nempe cum à Guido Vbaldo Vrbi-
ni Duce ad filij, qui nunc viuit, Francisci Mariæ
Ducis optimi, fortissimi, eruditissimi, nuptias
euocatus est, & Iubilei anno, quæ item à dictis
Pontificibus, ipsoq. Pio quarto impetratæ, ma-
ioresq. semper speratæ gratiæ, quamq. magnis
Allobrogum Ducibus, Carolo Emanueli, & Ca-
tharinæ Austriæ Hispaniarum Infanti, atque ipsi 68
Francisco Mariæ Vrbini Duci, ceterisq. Princi- 69
pibus gratus extiterit, vel ipsa eius à Beatissimo
Papa Sixto Quinto in Cardinalium numerum
cooptatio, tantaq. Vrbis, & omnium pene gen-
tium gratulatio satis aperte demonstrant. At,
quæ eius in Cardinalatu vitæ ratio, quod insti-
tutum sit, cum omnibus clare pateat, de hoc su-
perfluum videtur, vt verba faciamus. Vt enim
ea, quæ superius recensuimus, quamuis in ipsa
luce

Digitized by Google

luce hominum semper peracta sint, quia tamen omnibus fortasse non ita seriatim nota esse arbitrabamur, libenter persecuti sumus, ita hæc, quia in ipso Vrbis splendore, vel nobis tacentibus, sese offerunt, atque ab omnibus perspiciuntur, silentio prætерimus. Magnis igitur, inmo maximis, gratiarum muneribus, & dotibus fuit Hieronymus Ruuereus Dei beneficio cohonestatus, cum genere, eruditione, rerumq. vsu cum eminentissimis vbicumque terrarum sunt, viris merito conferendus, religione insuper, & in virtutibus profectu, ac perseuerantia nulli secundus, inter ecclesiasticos patres id ponderis, & nominis sit assecutus, vt collegio Cardinalium, cuius ipse nobile membrum existit, splendorem attulisse perspicuum sit. Sed ad Indulta nostra iam redeamus.

Summa ex §. Quod tu Romanam.

1 *Cardinales vnum corpus cum Papa sunt.*
2 *Cardinales sunt pars corporis Papæ.*
3 *Cardinalis Romanæ Ecclesiæ filius sit statim atque creatus est.*
4 *Cardinales extra patriam potestatem sunt.*
5 *Cardinalis cum Ecclesiæ potestati supernaturali subijciatur, legitime statim, ac creatus est, potestate patris naturalis eximitur.*
6 *Dignitas patritiatus quemuis sui iuris efficit.*
7 *Cardinales, quam habuerunt patritij, dignitatem habent.*
8 *Præsides, & Consules potestati patriæ non subijciuntur.*
9 *Priuilegia Cardinalium non à iure ciuili, sed diuino pendent.*
10 *Card. statim, atque promotus est, sui iuris fit, licet Cardinalitia administrare non inceperit.*
11 *Potestas parentum, & dominorum in filios, & seruos de iure gentium, & ciuili est, non autem naturali.*
12 *Eius est ligare, cuius & soluere.*
13 *Adoptante extraneo, filius patria potestate non liberatur.*
14 *Ecclesia Catholica credentium mater est.*
15 *Auctoritate Principis sui iuris quicumq. sunt, adoptari possunt: non iure magistratus.*
16 *Arrogari dicitur, qui cum sui iuris sit, adoptatur.*
17 *Princeps extraneum pro naturali filio habere potest.*
18 *Cardinalis sine Papæ licentia testamentum non condit.*
19 *Card. de bonis patrimonialibus testatur libere, ac de relictis respectu personæ, non dignitatis.*
20 *Concessa à Principe testandi facultate ei, qui libere testari potest, intelligitur concessum, quod possit testari, omissis iuris solemnitatibus.*
21 *Concessa à Principe facultate testandi homini intestabili, intelligitur concessum, quòd testetur cum iuris solemnitatibus.*
22 *Fructus ecclesiastici non regulantur secundū Imperatorias leges, sed secundum Pontt.*
23 *Testamentum iure Pontificio cum duobus, aut tribus testibus valet.*
24 *Facultas testandi* Cardinali *concessa non est ad solemnitates trahenda, sed ad potestatem disponendi de bonis, quorum dispositio ei aliàs interdicta erat.*
25 *Facultas testandi restringitur ad pios vsus. Ex Barbatio.*
26 *Licentia testandi, etiam sine causa clericis concessa valet. Ex Couarr.*
27 *In licentia Papæ præsumitur semper inesse causa, ait Alexander.*
28 *Somniat Manfredus, dicens ex præscripta consuetudine* Cardd. *licentiam testandi habere.*
29 *Facultas testandi* Cardinalibus *concessa, nisi registretur in camera Apost. nihil valet.*
30 *In odiosis, & onerosis simplex concessio primū actum tantum respicit, ait Couarruuias.*
31 *Ciuitas potest reuocare statutum factum de licentia Principis.*
32 *Testamentum non operatur, nisi post testatoris obitum.*
33 *Apostoli auctoritas est pro multis legibus.*
34 *Episcopus ex facultate testandi primum testamentum reuocare, & secundum facere potest.*
35 *Testamentum factum à Cardinali ante facultatem habitam testandi, per eam non validatur, nisi ipse declarauerit, se velle in ipso eam facultatem consummare.*
36 *Testamentum* Cardinalis *pro valido reputatū, præsumitur de licentia Papæ conditū.*
37 *Ex diuturnitate præsumitur, quod non præsumeretur.*
38 *Ex diuturnitate præsumitur titulus.*
39 *In facto antiquo, & vltra centum annos omnia præsumuntur solemniter facta.*
40 *Pars est eiusdem iuris cum suo toto.*
41 *Filius fidelitatis iuramentum, ob feudum sibi à patre concessum, non præstat.*
42 *Patrimonium patris censetur, ac si esset filij.*
43 *Omnes Prælati fidelitatis sacramentum Papæ exhibent, præter* Cardinales.
44 Cardinales *iurantes fidelitatem, vt ecclesijs præfecti, iurant.*
45 Cardinales *hodie ex Pij quarti constitutione fidelitatem iurant.*
46 Cardd. *iurant fidelitatem coram capitibus ordinum*

ordinum collegij Cardd. in sacello palatij Vaticani.

47 Cardinales, quòd iuramentum *fidelitatis præstent, non desinunt esse filij Papæ.*

48 *Soli Cardinales Legati de latere dicuntur.*

49 *Legati designati magistratus insignia de latere summi Pontificis sumunt.*

50 *Henricus Gaetanus Card. insignia legationis Gallicæ suscepit sex. Nonas Octobris, anno Salutis* 1589.

51 *Cura Ecclesiæ vniuersalis etiam Cardinalibus nititur.*

52 *Papa ecclesiasticum feudum absque Cardinalium consensu dare non debet, ait Bald.*

53 *Papa, ait Laudensis, negotia ardua sine Cardinalibus tractare non potest.*

54 *Benedictus vndecimus statuta à prædecessore absque consilio fratrum suspendit.*

55 *Defectus in persona facientis reddit factum inutile.*

56 *Pontifex maximus ardua tractare solus potest, sed non debet.*

57 *Papam de ordinaria potestate ardua negotia solum tractare non posse, censent plerique doctores: de absoluta secus.*

58 *Papæ negligentiam in grauibus casibus supplent Cardinales.*

59 *Petro in necessarijs à Deo dati coadiutores sunt Apostoli.*

60 *Deus Apostolorum loco Cardinales in subsidium suæ Ecclesiæ constituit.*

61 *Deficiente Papa, Cardinales Ecclesiam administrant.*

62 *Cardinales, Sede vacante, ius positiuum supplere possunt.*

63 *Leges, Sede vacante, Cardinalibus subiacent.*

64 *Decet, Cardinales esse magis familiares Papæ, quàm Reges.*

Quòd tu Romanam Ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum, dignum, quin potius debitum reputamus, ea tibi fauorabiliter concedere.

§. Quòd tu Romanam.

1 ITAQVE Cardinales Romanæ Ecclesiæ corporis honorabilia membra sunt: membrum etenim supponi non potest absque corpore, proinde vnum corpus cum summo Pontifice in substantia esse dicuntur, & in administratione, seu officio membra, *cap. fin.*
2 *de pœn. lib.6. & ibi Archid. & Ioan. Andr. quod Germon. de Indultis.*
notatur etiam ad cap.1. de offic. legati, eod. lib.6.
Ioan. Monach. ad cap.1. de schismat. eod. lib.6.
Ioan. de Lignano ad cap.2. de cleric. non resident.
vbi asseuerat, Cardinales esse partem corporis
sanctissimi Papæ, idem ex Ioanne Andræa, *ad*
cap. antiqua, de priuileg. ait Boscus Codeca
Papien. *in repet. rub. de constit. num.* 81. *Andr.*
Barbat. in tract. suo de præstant. Card. q.1. n.25.
Martinus Laudensis etiam in tractat. de Cardin.
in 2. tract. q.5. Nam vbi primum quis in Cardi- 3
nalem eligitur, efficitur Romanæ Ecclesiæ filius,
teste Hieronymo Manfredo *in tract. de Cardd.*
c.8. atque ideo filij vocantur, & filij primi gra-
dus, *vt ex can. si quis ex Episcopis, dist.79. no-*
tant Ioan. And. & Imola ad d.c. fin. de pœnis, li.6.
Ludouic. Gomes. lib. regul. Cancell. 4. q. in proœm.
num.3. Qua de causa, cum filij Romanæ Eccle- 4
siæ fiant per Cardinalatum, legitime eximun-
tur e patria potestate naturali, & transferuntur 5
in supernaturalem ecclesiæ, (quæ omnium ec- 6
clesiarum mater; & magistra est) potestatem,
cùm duplici, & incompatibili vinculo ligari
non debeant: qua potestate non eximuntur ex 7
eo, quòd propter dignitatem patritiatus quili-
bet efficiatur sui iuris, §. *filiusfam. Instit. quib.* 8
mod. ius patr. potestat. soluat. & Cardinales ean-
dem habeant potestatem, quam olim habebant
patritij, *vt in can. Constantinus, 2. distinct.96.*
neque ex eo, quòd æquiparentur Præsidibus,
& Consulibus, qui patriam potestatem non
agnoscunt, *auth. sed episcopalis dignitas,* C. *de*
Episcop. & cleric. vt voluit Bald. ad l.1. ff. de
offic. præfect. prætor. vel ex alijs causis, quas re-
fert Andræas Barbat. *tract. de præstant. Card.*
q.1. num.54. cum seq. & q.3. in princ. sed ex eo,
quòd Ecclesiæ cardines, & columnæ sunt; neque 9
iure ciuili, aut humano, sed diuino, & Apostoli-
co huiusmodi, & amplioribus priuilegijs donati
sunt, vt aliàs docuimus, *nempe de Sacr. Immun.*
lib.3. tot. cap.6. Quare mihi admodum placet,
quod idem Barbatius *d. num.54.* scribit, scilicet,
Cardinalem statim atque est in collegium illud 10
adscitus, sui iuris effici, licet adhuc non susce-
perit administrationem eorum, quæ ad Cardi-
nalatum pertinent, sed eximitur patria potesta-
te: quia cum Romanæ Ecclesiæ filius sit, natu-
ralis patris filius, vt diximus, saltem iuris fictio-
ne esse non potest. Omnes enim natura liberi
nascuntur, testimonio ipsius Imperatoris Iustin.
in §. ius autem gentium, Instit. de iure naturali
gent. & ciuil. & in §.1. tit. de libert. sed iure gen-
tium, & ciuili factum est, vt filij parentibus, & 11
serui dominis non solum obtemperent, sed & su-
biecti sint, §. *seruit. de iur. pers. & d. §.1. de libert.*
Quo ergo iure filij patriæ potestati subijciuntur,
eodem etiam eximuntur, ex vulgata iuris regu-
la: eius est ligare, cuius & soluere, & econtra.

13 Et quamquam ex noua Iustiniani constitutione, *l. cum in adoptiuis, C. de adopt. & §. sed hodie. Instit. eod.* filiosfamilias à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem dato, iura patris naturalis minime dissoluuntur, nec quidquam ad patrem adoptiuum transit, nec adoptatus potestatis eius fit, cum tamen quis efficitur Cardinalis, non videtur à patre naturali in adoptionem extraneo datus, sed ei, in cuius potestate esse poterat, & in quo manet stabile ius patris
14 adoptiui, cum Ecclesia Catholica, cuius caput est Romanus Pontifex, omnium credentium sit mater, *can. 1. dist. 12. can. dudum, 3. q. 6. cap. antiqua, de priuileg. d. cap. fin. de pœnis, lib. 6.* vel
15 quia Principis, hoc est Papæ, auctoritate fuit adoptatus: qua sane auctoritate potest quis
16 quoscumque, sui iuris sunt, adoprare, non æque iure magistratus, *l. 2. ff. de adoption. §. 1. Instit. eod.* quæ species adoptionis dicitur arrogatio, *d.*
17 *§. 1.* Neque vlli dubium esse potest, quin Princeps, qui ius vitæ, & necis habet, possit sibi extraneum in proprium filium adoptare, & eum pro filio naturali habere, sicuti antiquos Imperatores factitasse perspicimus ita, vt quos adoptarunt, tanquam Cæsares, & Augusti, orbis gubernacula tenuerint. Immo tanta est illius filiationis subiectio erga Pontificem maximum, vt absque eius expressa licentia Cardinalis te-
18 stari non possit. *Hostien. in fin. tit. de pœnit. in §. cui confitendum, versic. cui Cardinales, Bald. ad auth. licet, C. de Episcop. & cleric. Iacob. de consil. lib. 1. in litt. C. quod pluribus etiam ostendit And. Barbat. in d. tract. de præstant. Card. q. 3. & 4. per tot.* quod tamen intelligi debet de bonis oc-
19 casione Cardinalatus acquisitis, non item de bonis patrimonialibus, & ex industria, studio, diligentia, ac virtute propria partis, vel respectu personæ, non dignitatis relictis, quod idem Barbatius disputat *in d. q. 3. num. 4. cum seqq.* Quod autem idem Barbat. post Salicetum *ad l. si quando, C. de inoffic. testam. in d. q. 4. num. 8.* comminiscitur, vt concessa alicui inhabili testamenti factione inspiciendum sit, an sit sublata solemnitas iuris ciuilis, an verò canonici, parum quidem subtiliter. Nam quando Princeps concedit alicui liberam testamenti factionem, tunc inspicere debemus, *vt in lib. 1. c. 10. Animad. vers. de illa clausula, vt quis liberè possit appellari, dixi,* cui, quaq. de causa, & qua mente id conces-
20 serit Princeps. Nam si concesit ei, qui libere potest testari, vtique videtur concedere, vt omisis omnibus solemnitatibus testamentum facere
21 posit: si verò ei, qui aliqua causa impeditur, vt puta filiofamilias, vel liberto, tunc videtur eos tantum soluere ea lege, qua impediebantur, ne testamentum facerent, ac concedere, vt facerēt, seruatis tamen solemnitatibus: vt filiusfamilias perinde testamentum facere valeat, ac si in patris non esset potestate, & libertus, ac si nullo patronatus iure impediretur: & ita intelligi debet *d. l. si quando.* Quibus accedit, quòd, si statuto prohibeatur alienatio rei immobilis positæ iuxta confinia, eodemque statuto caueatur, ne minor contrahere valeat, nisi quibusdam adhibitis solemnitatibus, & minori data fuerit licentia alienandi easdem res immobiles, quæ alienationi non erant obnoxiæ, non intelligitur tamen, eum posse eas alienare, omisis solemnitatibus à statuto requisitis. *Rota in vna Bononien. Terrarum die 17. Nouemb. 1578. coram Cantuc. quæ est 84. decis. diuers. par. 2.* etiam, si adiecta sit clausula; non obstantibus quibuscumque. *Rota decis. 1. sub num. 7. de preb. in nouis. Felin. ad cap. nonnulli num. 23. de rescript. d. decis. 84. num. 2.*

Quibus stantibus, inanis etiam redditur quæstio illa: an si Papa concedat Cardinali testandi facultatem, hæc facultas accipi debeat, prout ius ciuile disponit, aut prout pontificium. In qua sane controuersia mihi tempus conterere videntur interpretes nostri, quos citat, & sequitur Andræas Barbat. *in d. quæst. 4. num. 7. vers. sed potest quispiam, vsque ad finem.* Nam si verum est, vt est vero verius, Cardinales posse de rebus proprijs, patrimonialibus, inquam, & ex propria industria acquisitis, vel ab amicis, & affinibus intuitu personæ, non æque dignitatis relictis, libere disponere: si verum quoque est, prout est, Principem concedendo testandi facultatem alicui, videri concedere, quod ille non habet, videtur Pontifex maximus Cardinali concedere, vt testari possit de acquisitis ex fructibus rerum ecclesiasticarum, quæ sane bona regulantur, vt nemo nescit, secundum pontificias dispositiones, non autem Cæsareas constitutiones. Atqui iure pontificio cautum est, 22 23
vt videas in cap. cum esset, cap. relatum, 1. vbi omnes notant de testam. subsistere testamentum, In quo duo tantum, vel tres fuerint adhibiti testes, cum septem iure ciuili esse debeant. Vnde in ea sum sententia, vt existimem, facultatem testandi Cardinali concessam, non de solemnitati- 24
bus intelligi debere, sed de dispositione bonorũ, de quibus aliàs ipse testari non poterat: etsi idē Barbatius parum caute post Salicetum putauerit *in d. q. 4. num. 9.* Cardinalem hac facultate habita, quo ad solemnitatem testamenti non teneri testes adhibere, licet teneatur, quo ad probationem. Quæ quidem solutio absurda non videtur in eo, qui cum liberam habeat testamenti factionem, facultatem testandi à Principe obtinet: quia licet tunc possit omittere solemnitates, præcipue quoad numerum testium de iure communi necessariorum, rectius tamen fecerit, si

propter

Digitized by Google

propter pleniorem probationem nos adhibuerit, ne in falsitatis discrimen veniat testamentum.

Sed in dubium venire posset, an Papa sine causa possit clericis indulgere, vt de redditibus suorum beneficiorum possint testari. Abbas *ad cap. cum esset, num.* 30. *de testamen.* non modò causam requirit, sed maximam. Abbatem sequuntur Barbat. *ad cap. cum in officijs, col.* 1. *eod. Franc. ad rubr. eiusdem tit. in* 6. *col.* 36. Immo idem Barbatius *in d. q.* 4. *de præstant. Cardin.*
25 dicit, licentiam testandi à Romano Pontifice clericis concessam de redditibus beneficiorum esse intelligendam, quòd restringatur ad pios
26 vsus, non aliter. Rectius Couarruuias *ad d.c. cum in officijs, num.* 7. dum asserit, huiusmodi licen-
27 tiam absque vlla penitus causa valere: ersi Alex. *consf.* 101. *num.* 8. *vol.* 7. putat, in Papæ licentia
28 semper præsumi inesse causam. Quod autem Hieron. Manfred. *in suo tract. de Cardinal. decis.* 126. tradit, consuetudine huiusmodi præscripta Cardinales sine licentia ius testandi habere, nescio an forsan somniauerit: nam *d.c. cum in officijs, & cap. relatum, de testam.* quæ ipse adducit, tantum abest, vt ad rem faciant, vt potius contrarium probent: nec testari eos videmus,
29 nisi expressam habeant à summo Pont. facultatem, nec facultas huiusmodi suum sortitur effectum, nisi in camera Apostolica fuerit registrata: non ex eo propterea, quòd expresse de hoc aliquid caueatur, sed propter constitutionem Pij IV. qua impetrantes quasuis gratias interesse cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentes, intra tres menses illas præsentare, ac registrari facere in Camera tenentur: quæ constitutio cum ceteris eiusdem Pontif. est in Bullario clausa numero 131. eique facile derogari consueuit. Et quando conceduntur huiusmodi licentiæ, si sunt pro certa, & limitata summa, soluitur compositio ad rationem vigintiquinq. pro centenario, quamuis aliàs solueretur ad rationem quindecim: videtur tamen, hodie esse in facultate sanctissimi Papæ Datarij, quòd possit summam vigintiquinque minuere: ideo plerumque solet illam reducere ad viginti, & ad octodecim, vt ipse expertus sum. Maior hæsitatio est, an licentia testandi Cardinalibus, alijsve clericis de redditibus Ecclesiæ concessa per primum testamentum extinguatur, aut ad secundum, ac tertium extendatur. Decius *consil.* 512. & Socinus iunior *consil.* 89. *lib.* 1. responderunt, extingui per primum. Decium
30 post multos alios sequutus est Couarruuias *ad d. cap. cum in officijs, num.* 8. *de testam.* dicens, quòd in his, quæ odiosa sunt, simplex concessio primum actum tantum respicit, & idem in onerosis, *cap. non potest*, §. 1. *de præbend. lib.* 6. *l. dotis promissio, ff. de iure dot.* Idem tamen

Germon. de Indultis.

Couarruuias post primam, & secundam sui operis editionem mutauit sententiam, atque Andrææ Tiraquello adhæsit, qui *ad l. boues*, §. *hoc sermone, limit.* 17. *ff. de verbor. signific. post Baldum ad cap.* 1. *in princip. colum. penult. vers. deinde quæro, pone quòd Princeps, tit. de pace Const.* dicit, sermonem simpliciter prolatum de primo actu, non etiam de secundo esse intelligendum, nisi ille actus secundus sit reuocatorius primi, qui aliàs suapte natura sit reuocabilis: quia tunc reuocari potest. Verbi gratia, Princeps ciuitati potestatem fecit statuendi: quæ 31
quidem ciuitas vsa ea potestate, quidpiam statuit, an postea poterit statutum illud reuocare, & aliud facere? & dicit posse, argumento *l. omnium, C. de testam.* Eiusdem sententiæ fuerunt Ioannes Andrææ, & Dominicus *ad d. cap. non potest*, §. *illud*, vnde subijcit Tiraquellus: apparet, statuta potius accedere ad vltimam voluntatem, quàm ad contractum. Quibus conuenit quod eleganter tradit Hieronymus Albanus, Card. amplissimus *in tract. de Card. q.* 48. *in fin.* vt scilicet sermo, seu simplex concessio intelligi debeat de illis actibus, qui prima facie suum sortiuntur effectum, non de actu testandi: cum testamentum nullum sortiatur effectum, nisi post 32
testatoris obitum, *l.* 1. *ff. de test am. l.* 1. *C. de sacrosanct. eccl.* quod & Apostolus, cuius auctoritas 33
est pro multis legibus, *ad Hebr. c.* 9. testatur, dicens: Vbi enim est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris: testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioqui nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Concessio igitur illa talem operatur effectum, vt sæpius, & quandocumque libuerit, fieri possit testamentum. His peractis, & fere iam impressis, inuenio, me iuisse in sententiam doctissimorum sacræ Romanæ Rotæ Auditorum, quæ *in vna Pient. coram excellentissimo Rubeo, nunc benemerito eiusdem Rotæ Decano, decimaquarta die Ianuarij* 1578. *quæ hodie est impressa in parte prima Decisionum diuers. decis.* 47. tenuit, Episcopum ex 34
facultate testandi sibi concessa posse primum testamentum reuocare, & facere secundum. Insurgit vero ex superiori alia dubitatio, an scilicet testandi facultas Card. concessa retrotrahi possit, ac validare testamentum antea factum. Quæstionem hanc idem Albanus *in d. q.* 48. *ibi, in casibus autem, in quib. licentia summ. Pont. &c.* proponit, sed quam partem tueatur, non liquet. Quamuis videatur magis inclinare in eam par- 35
tem, quòd ea facultas confirmet iam factum testamentum: quod mihi non placet, nisi Cardinalis habita testandi licentia, declarauerit, suam intentionem esse, vt valeat testamentum iam factũ, velleq. in eo testãdi facultatem consummare, argumento *l. Titius, ff. de milit. test.* alioquin

Ll 2 non

Digitized by Google

non valere, in Romana Rota decisum fuisse tra-
36 dit Caputaquen. *decis.*258.*par.*3. Mihi tamen
satisfacit, quod idem Albanus ex Alex. *d. cons.*
101.*num.*5.*vol.*7.refert, quòd si testamentum
Cardinalis antiquum reperiatur, quod publice
pro legitimo, validoq. habeatur, ac in eo de bo-
nis dispositum sit, de quibus sine licentia summi
Pontificis disponi posse vetitum sit, eaque non
ostendatur, nihilominus existimandum esse, il-
lud de Papæ licentia conditum esse, argumento
eius, quod scribit Archidiaconus *ad can. nemo
ecclesiam, de consecrat. dist.*1. vt si locus habeat
formam ecclesiæ, & ibidem publice celebrent
sacerdotes, præsumatur illum locum, seu orato-
rium fuisse constructum cum licentia, & auctori-
tate Episcopi: nam propter diuturnitatem, &
37 antiquitatem temporis præsumitur solemnitas
extrinseca, quæ aliàs non præsumeretur *iuxta l.
quæcumque, §.fin.ff.de public.Bald. & Angel. ad
l.sciendum,ff.de verb.obligat.Hostien.Ioan.And.
ad cap. Albericus, de testib.Doct.ad cap. in præ-
sentia, de renunciat. ad cap. cum in iure, de offic.
deleg. & Tiraq. in tract.de præscript.§.1.nu.*54.
38 *cum seqq.* scribit, ex diuturnitate temporis præ-
sumi titulum, & quod diu possessum est, præsumi
ex mandato, & mandatum ipsum ex longo tem-
poris spatio etiam præsumi. Hinc Baldus *consil.*
84.*in fine lib.*1. longa, inquit, & tenax populi
memoria pro veritate habetur. Quod de solem-
nitate extrinseca præsumi dicimus, verum est, si
39 allegetur ab eo in cuius fauorem præsumptio
oritur. *Cantuc.decis.67.nu.5.diuers.par.*2. secus
autem, si ab eo solemnitas interuenire negetur.
*Salic. ad l.filius col.2.circa med.vers. vt faciant
hæc, C.de petit.hæred.* dicens, præsumi patris ius-
sum præcessisse, si præsumptio à patre allege-
tur, secus, si negetur. Hunc sequitur *Alexan.
cons.9. num.9. vers. potest etiam lib.3. & Ruin.*
loquens generaliter de quacumque solemnita-
te *cons.23. num.20.lib.5. necnon Gabriel.de præ-
sumpt. concl.1. num.*74. Et hæc solemnitas ex-
trinseca non solum præsumitur, cum agitur de
magno, sed etiam de modico præiudicio. *Curt.
senior consil.36. colum. penult. Decius ad cap.1.
colum.3.de iudic. Rota decis.281.num.21.diuers.
par.*2. sic, quando sumus in facto antiquo, & vl-
tra centum annos, omnia præsumuntur solem-
niter facta, ad not. in *l.sciendum de verb. oblig.
ad l. si certi anni. C.de pact. Rota decis.*340.
*nu.3. diuers.par.*2. Est igitur, vt initio diximus,
Cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ filius, &
per consequens, honorabile eius membrum:
quòd autem sit vere filius, ex eo etiam de facili
potest intelligi, quòd nullibi videas filium, vt
filius est, patri iuramentum fidelitatis præstare.
40 Immo Andræas Barbatius *in d. tract. de præ-
stant. Cardinal.quæst.1.num.26.ex Hostiensi,
ad cap. ego N. de iureiuran.* dicit, partem esse
eiusdem iuris cum suo toto, *l. qua de toto, ff. de
rei vindicat. cap.super quæstionem, de offic.deleg.*
quare si dominus feudi concessit filio feudum, 41
filium non teneri iurare patri fidelitatem, cum
vna, & eadem persona cum patre censeatur, *l.
fin. C.de impuber.* refertque Alberic. de Rosate
dicentem, quod si statuto caueatur, neminem
posse magistratum esse, nisi habeat mille æris in
bonis, filius ad suscipienda munera publica
idoneus erit, si eius pater mille in bonis habeat,
propterea quod patris patrimonium censetur
esse patrimonium filij, *l. in suis, ff. de liber. &* 42
posthum. quod videtur adnotasse Romanus *ad
l.1.§.domini ff.ad S.C.Sillanian.* & cum Cardi-
nalis filius Papæ sit, & pars eius, ac eidem inui-
sceratus, vt idem Barbatius ait, *d. q.1. num.*25.
dicunt nostri, non præstare iuramentum fideli-
tatis, nempe *Hostien. Ioan.And. Anton.de Butr.
& alij, ad d.cap. antiqua, de priuileg. Gondis. de
potest.eccl.Franc. ad c.super eo, de hæret.n.3. &
14.Martinus Laudens.in tract.de Cardin.q.39.
& in secundo tract.q.4.& Hieron.Manfred. in
eod.de Card.tract.decis.*144. & quamquam alij
omnes, videlicet Episcopi, Archiepiscopi, & Pa-
triarchæ iurent, *d. cap.ego N. de iureiur. & d.
cap. priuilegia,* Cardinales tamen non iurant, vt 43
ibidem Hostiensis, Ioannes And. & alij notant.
ac si aliqui Cardinales Episcopi iurant, non vti-
que iurant, vti Cardinales, sed vti Episcopi, &
ex eo, quòd illi ecclesiæ sunt præfecti. *Ioannes* 44
*Franc.Paui.tract.de offic. & potest. cap.sed va-
cant.par.1. prælud.6. num.*9. Verum licet sese
iurisiurandi religione erga Pontificem maximũ
minime deuinciant, nihilominus tamen, vt bene
dixit Cardinalis Florentinus *ad d. c. ego, N.* de-
bent reputare se præceptis adstrictos ad obser-
uandam Papæ fidelitatem, ideo Papa eos dilige-
re debet, sicut seipsum, & omnibus eorum neces-
sitatibus boni viri arbitrio subuenire. Quidquid 45
sit, hodie, *vt in lib.3. de Sacr. Immunitat. cap.6.
num.46. adnotaui*, ex noua Pij quarti constitu-
tione iurant, nec prius rubrum accipiunt pileum,
quàm iureiurando promittant, quidquid in di-
cta constitutione continetur: quod ego pluries
fieri vidi. Iurant enim in sacello palatij Vatica-
ni, quod Sixti nuncupatur: à Sixto enim Pa- 46
pa quarto fuit ædificatum, ac egregijs picturis,
& emblematibus exornatum. Si plures sunt,
vnus pro omnibus constitutionem legit, qua
lecta, omnes secundum promotionis, quem
obtinuerũt, locum, tactis sacrosanctis Dei Euan-
gelijs, iurant coram Cardinalibus, præsertim
ordinum capitibus, quorum est tunc præcipuum
officium sacramentum eorum suscipere Papæ,
seu collegij nomine, iurant inquam se ea ser-
uaturos, quæ in dicta, & alijs constitutionibus
conti-

Digitized by Google

47 continentur. Sed hoc iuramento non adeo affi-
ciuntur, vt filij Papæ esse desinant, quo modo
antea fuerant: quia adhuc filij vocantur, & con-
siliarij, coadiutores, & ijs similia nomina ha-
48 bent, *vt citato cap. 6.* ostendimus, & soli ipsi
Cardinales Legari de latere dici possunt, ita vsu
Romanæ curiæ obtinente, vt testatur Durandus
in Speculat. *tit. de legat. §. sequitur videre, circa
principium*, quod probari potest *ex cap. volen-
tes, de offic. legat. cap. ad audientiam, de sentent.
excommunic. ex Hieron. Manfred. in d. tract. de
Cardinal. par. 1. cap. 18. & Andræas Barbat. in
tract. de Cardinal. legat. in prælud. num. 3.* & à
49 latere dicuntur non solum, quia, vt diximus, sunt
filij, sed quasi de latere ipso summi Pontificis
prodeunt, ac proficiscuntur: quod vt magis elu-
cescat, cum nouo Legato sunt insignia eius su-
premi magistratus tradenda, ipse iuxta eundem
50 Pontificem stans, consistit, ac sub eadem vmbel-
la ea suscipit lateri pontificio proximus: quod
sæpe aliàs factum est, ac proxime vj. Nonas
Octobris, nempe hesterna die huius anni 1589.
quo magna & Cardinalium, & Romanorum, &
aulicorum frequentia tradita sunt eadem insi-
gnia in palatio pontificio in monte Quirinali
ædificato, Henrico Gaetano Cardinali optimo,
ac nobilissimo, ad sedandos Gallorum tumultus
eius regni Legato designato.

51 Quòd autem Cardinales membra sint Ro-
manæ Ecclesiæ, & quidem honorabilia, ex eo
dignosci potest, quòd vnà cum beatissimo Papa
gerunt curam, & solicitudinem vniuersalis Ec-
clesiæ, vt clericis Rauennat. ecclesiæ rescripsit
Innocentius tertius *in cap. bona, §. nos igitur,
vbi glos. in verbo generali, de postulat. Prælat.
item glos. ad cap. 2. in verbo, Cardinalium, de
offic. Archipresbyt.* quæ licet rectè scribat, Car-
dinales dici, quia per eos regitur vniuersalis
Ecclesia, non intellexit tamen ibi illud ver-
bum, *Cardinalium*: non enim de Cardinalibus
S.R.E. accipi debet, neque de primoribus sacer-
dotibus inferiorum ecclesiarum, vt in margine
notatur, sed de translatis ex vna ad aliam eccle-
siam sacerdotibus, de quibus nostro *de Sacror.
Immunit. lib. 3. cap. 6. num. 20.* late sermonem
fecimus. Capita enim vniuersalis Ecclesiæ vo-
cantur à Martino Laudensi *in citato tract. q. 31.*
quod intelligi potest eos vnà cum summo Pon-
tifice supremo capite, cuius membra sunt, curam
52 Ecclesiæ, & solicitudinem gerere. Vnde Baldus
ad l. cum multa, C. de bon. quæ liber. tradit, Pa-
pam non debere ecclesiasticum feudum sine in-
teruentu, & consensu Cardinalium dare: & Mar-
tinus Laudensis *d. tract. par. 2. quæst. 12.* Immo
censet Abbas *ad cap. per venerabilem, §. ratio-
nibus: qui filij sint legit. per illum textum, quem
ad hoc singularem esse asseuerant nostri*, Papam

Germon. de Indultis.

sine consilio Cardinalium ardua negotia tra- 53
ctare non posse, nec facere, dicit collegium Car-
dinalium esse in hac quasi possessione, & vtique
posse ipsam defendere, etiam de iure diuino *ex
d. §. rationibus.* Cui assentiri videntur Archidia-
conus *ad d. can. sunt quidam. 25. quæst. 1. Card.
Florent. ad c. perpendimus, de sentent. excommun.
Ioan. Monach, & Petr. de Anchar. ad cap. super
eo, de hæret. lib. 6.* vbi in quadam additione
idem Ioannes Monachus scribit, vt refert Bar-
batius *in d. tract. de præstant. Cardin. quæst. 2.
num. 22. & 23.* à Benedicto vndecimo fuisse
suspensa omnia statuta, quæ suus prædecessor
Bonifacius absque consilio fratrum dederat Pi- 54
centibus, vel, vt ipse loquitur, Marchianis, quia
tangebant ardua: quamuis ex illis multa essent
iusta, dicens, defectum in persona facientis red- 55
dere factum inutile, *ex cap. ecclesia S. Mariæ, de
constit.* sed præter hæc quamplura alia congerit
pro vtraq. parte idem Barbatius *in d. q. 2. per tot.*
licet magis videatur inclinare, vt non possit. In
qua ardua de arduis negotijs quæstione ego di- 56
cerem, Pontificem maximum posse, sed non de-
bere: vno enim verbo ius, altero honestas signi-
ficatur: non debet, sed potest: rectè enim fecerit,
si in rebus arduis, & perdifficilibus suorum fra-
trum, & consiliariorum consilium, & assensum
exigat: quod etiam voluere ijdem Ioannes Mo-
nachus *ad d. cap. super eo, vbi etiam Franc. nu. 3.
de hæret. Archid. ad d. can. sunt quidam, 25. q. 2.
& ad can. redemptor. 12. quæst. 2. Felin. ad cap.
fin. §. 1. de officio delegati, ad c. 1. de probat. Card.
in cons. 250. & ad cap. perpendimus, de sentent.
excommunicat. Bald. ad d. l. cum multa, C. de bon.
quæ liber. Cardin. Alex. ad cap. per venerabilem,
§. rationibus, qui fil. sint legi.. Aret. ad l. 2. ff. so-
lut. matrimon. Ancharan. cons. 295. Iason ad l.
placet, C. de sacrosanct. eccl. Hostien. & Ioan.
Andr. ad d. cap. antiqua, de priuileg. Speculat. in
tit. de legat. §. qualiter, in fin. Socin. cons. 95. vol. 3.
Aluarot. ad c. 1. Episc. vel Abbat. in feud. Cardin.
Zabarel. de schism. n. 99. vsq. ad n. 113. Iacobat.
de consil. lib. 1. litt. C. & D. Martinus Laudens.
in tract. de Card. par. 2. q. 45. Hier. Manfr. eod.
tract. dec. 237.* & alij quamplurimi dicunt, de 57
ordinaria potestate Papam non posse sine Car-
dinaliũ consilio, & consensu ardua facere nego-
tia, per ea, quæ idẽ Barbatius vndequaq. colle-
git, & quasi in fasciculum redegit, *d. q. 2. à n. 11.
vsque ad* 25. de plenitudine verò potestatis, vel
vt ipsi loquuntur, de absoluta potestate, ipsum
omnia, quantumuis ardua, sine Cardinalibus
expedire posse, testimonio Alberici de Rosate
*ad rubr. C. de legib. Ioan. de Anania ad c. firmissi-
me, de hæret. Ioan. And. ad c. sane, de cleric. coniug.
Barbat. cons. 1. vol. 1. Card. Alex. ad can. in istis,
dist. 4. Dec. ad rub. de constit. lect. 2. Ant. Burg. in*

repet.cap. canonum statuta,num.110. de constit. Ioannis Croti in repet.rubr .eiusd.tit.de constitut. lib.6. n.2.& 3. vbi dicit, hanc esse communem nostrorum sententiam:quod nemini dubium esse potest ex ijs,quæ diximus *c.5.& 11.lib.3. de*
58 *Sacr.Immun.*sicut neq. dubium est,quin Cardd.
in grauioribus malis Ecclesiæ impendentibus,cũ
Papa illis occurrere negligit, debeant,& possint
omnes neruos in eam curam intendere, ne quid
Christiana Respublica detrimẽti patiatur, quod
eleganter docuit Hieron. Mansied. *in tract. de*
*Card.c.*28. Nam licet CHRISTVS Petro,velut
59 Ecclesiæ capiti,omnem omnino dederit potesta-
tem,constituit tamen Apostolos,vt Petro in ne-
cessitatibus essent adiumento : constituit,inquã,
eos Principes super omnem terram, *vt ait Psal.*
44. *&* 18. in omnem enim terram exiuit sonus
eorum,& in fines orbis terræ verba eorum: quo-
rum locum tenent Cardinales, *c.fundam. §. de-*
cet,de elect.lib.6. Non enim verisimile est,CHRI-
STVM velle sponsam suam Ecclesiam, quam ita
dilexit, vt semetipsum, *ait Apost. ad Eph.*5. pro
ea tradiderit, eamq. proprio sanguine redeme-
tit, *c.pro humani. de homic.lib.6.* orbatam omni
60 auxilio iacere,sed Apostolos instituisse, & Apo-
stolorum loco Cardinales, qui ei opem ferrent,
eamq. vsque ad finem regerent,ne pastore amis-
so, vniuersus grex CHRISTI diriperetur, *c. ne*
pro defectu, de elect. aut percusso, oues eius di-
spergerentur,vt ait Dominus *apud Matth.c.* 26.
61 Vnde si quoquo modo deficiat summus pastor,
Cardinales omnem rei administrandæ habent
auctoritatem, vt Ecclesiæ vniuersæ corpus illæ-
sum seruetur, vbi etiam ius positiuum supplen-
dum est,ac requiritur absoluta auctoritas.Si ve-
ro Pontifex nullus extet,ad eos pertinet, neces-
sitate cogente, aut periculo Christianis immi-
nente,cœtu sacrosancto coacto,summa cum cõ-
cordia prouidere,ne aliquid Christiana vniuer-
sitas damni, aut incommodi accipiat, *c.licet de*
vitanda, de elect. c.vbi periculum maius, §. idem
quoque, eod.de elect.lib.6.can.si duo contra fas,&
62 *can.si quis pecun.dist.*79. Habent itaque Cardi-
nales cum Pontifice plenam auctoritatem in
Ecclesia, quo defuncto, penes illos residet po-
testas, ita vt etiam ius positiuum supplere pos-
63 sint, vt quibus leges tunc subiacent, quando-
quidem ipsis alij propiores non sint summo Pa-
stori, *d.cap.fundamenta, & cap.1. de offic. legat.*
64 *lib.6. cum ibi notatis.* Vnde recte Martinus Lau-
densis *in d. tract. par.2. de Cardinal. quæst.*86.
dixit, Cardinales magis debere familiares esse
Papæ,quàm Reges, & alios Principes. Quare
dubium non est,quin ipsi Cardinales sint mem-
bra S. R. E. & quidem honorabilia, cum sint
vnum corpus cum Pontifice maximo, vt iam
ostendimus.

Summa ex §. Per quæ sublatis.

1 *Omnia ab initio inter Christianos communia fuerunt.*
2 *Multitudo clericorum bonorum communioni impedimento fuit.*
3 *Clerici non habent votum paupertatis.*
4 *Bona clericorum quadrifariam diuisa sunt: inter Episcopum,clerũ,ecclesiam,pauperes.*
5 *Distributio bonorum ecclesiasticorum facta fuit tempore Augustini, & Hieronymi, anno CHRISTI circiter 470.*
6 *Clerici sunt domini fructuum sic, vt non teneantur ad restitutionem consumptorum in profanos vsus vltra necessaria.*
7 *Bona ecclesiastica ex decimis, & legatis pijs constant.*
8 *Prisci Christiani omnia bona in commune contulerunt.*
9 *Prædia in primitiua Ecclesia vendi solita, matricibus ecclesijs tradita sunt vtilitatis gratia.*
10 *Pietantia est cibi distributio, quæ regularibus fit, & à pietate forsan nomen accepit.*
11 *Bonorum immobilium communio diutissima inter clericos fuit.*
12 *In Germania primùm peculiares redditus assignati sunt.*
13 *Mansus est ager certi modi, & mensuræ.*
14 *Mansus vnicuique ecclesiæ assignatus fuit.*
15 *Massa capitularis est omnibus canonicis communis.*
16 *Partitio bonorum ecclesiasticorum à Simplicio Papa facta est.*
17 *Gregorius quartus voluit, suos vnamquamq. ecclesiam habere prouentus.*
18 *Pluralitas ecclesiarum à Leone quarto Papa sublata fuit.*
19 *Qui commendatam habet ecclesiam, non est eius Prælatus, sed procurator.*
20 *Ex commendis mala sæpe proueniunt.*
21 *Mansus olim, hodie beneficium est.*
22 *Bona omnia ecclesiastica sub beneficij vocabulo comprehenduntur.*
23 *Episcoporum potestas in beneficijs capit, cum ipsa clericis distributa singulatim sunt.*
24 *Plenitudo episcopalis potestatis diu apud summos Pontifices integra mansit.*
25 *Gratiarum expectatiuarum, aut beneficiorum reseruatorum, seu affectorũ mentio in Decreto Gratiani nusquam reperitur.*
26 *Papa aliàs alicui de beneficio prouideri mandaus, hanc conditionem adyciebat, quatenus pro alio non scripserimus.*
27 *Per litteras monitorias Papæ de prouidendo, acquirebatur potius ius ad rem, quã in re.*
28 *Litteræ Papæ ad Episcopos de prouidẽdo triplices:*

Digitized by Google

ces: monitoria, præceptoria, & executoria.
29 Papa nullas olim expectatiuas gratias concedebat: nulla ſibi reſeruabat beneficia.
30 Reſeruationes beneficiorum a Nicolao primo fluxiſſe Thomas Feltrius exiſtimat : a Ioanne vigeſimoſecundo Gomeſius : a Clemente quinto Burſatus : ab eodem Ioanne, Simoneta.
31 Ioannes vigeſimus ſecundus reſeruationum communiter auctor habetur.
32 Litteræ monitoriæ, & præceptoriæ de prouidendo non ſunt in vſu : ſed tantum executoriæ.
33 Papa pro moniali recipienda monitorijs, & præceptorijs vtitur litteris.
34 Reſeruationes ad vnicam reſtringuntur ex communi doctorum ſententia, ac cancellariæ obſeruatione.
35 Reſeruationes factæ ſunt, ad alendos litteratos, & reuocandos abuſus ordinariorum.
36 Conciliorum decretis, & canonum auctoritate bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio penes loci Epiſcopum eſt.
37 Gregorius renuit vocari vniuerſalis Patriarcha.
38 Eius eſt deſtruere, cuius & condere: eius ſoluere, cuius & ligare: eius velle, cuius & nolle.
39 Nulli iniurius eſt, qui ſuo iure vtitur.
40 Papa de beneficijs ſolus iure diſponit.
41 Summus Pontifex ius eccleſiæ acquiſitum auferre poteſt, etiam ſine cauſa.
42 Aduerſus Papam nullus poteſt allegari titulus, aut ius quæſitum.
43 Inferiores Epiſcopo conferre nequeunt, niſi eo permittente.
44 Epiſcopis conferre beneficia vetitum eſt, niſi quantum Papa permittat.
45 Papæ maiorem penes ſe retinuerunt, quàm conceſſerint, conferendi facultatem.
46 Papa eſt collatiuæ poteſtatis fons, & origo.
47 Princeps transferens iuriſdictionem, ſe ea omnino abdicaſſe non præſumitur.
48 Concedens caſtrum cum iuriſdictione, ea ſe priuaſſe non præſumitur.
49 Imperator concedens iuriſdictionem, eiuſdem maiorem partē ſibi reſeruare intelligitur.
50 Soli Papæ impartitus eſt Deus poteſtatis plenitudinem.
51 Epiſcopi in partem ſolicitudinis ſunt vocati.
52 Epiſcopi vicarij Papæ ſunt in ſuis diœceſibus, & ab ipſo poteſtatem habent.
53 Papa poteſt mutare, & limitare, quod conceſſit.
54 Papa poteſt omnia beneficia mundi conferre cui, & quandocumque libeat.
55 Papa expectatiuas ad omnes menſes concedere, & omnia orbis beneficia ſibi reſeruare poteſt.
56 Expectatiuæ per concilium Tridentinum ſublatæ ſunt.
57 Papa expectatiuas concedere poteſt non obſtante concilio, dum id expreſſum in derogatione ſit.
58 Concilio non intelligitur derogatum, niſi conciliaris conſtitutionis mentio facta ſit.
59 Plenitudo papalis poteſtatis difficilius ad conciliares conſtitutiones, quam ad alias extenditur.
60 Concilium concilio derogans per verba ſpecialia derogare debet.
61 Criminalium cauſarum appellatio, & commiſſio ab Epiſcopo ad Metropolitanum, ad viciniorem ve Epiſcopum ex concilij Tridentini præſcripto tranſire debet.
62 Priuilegium iuri communi detrahens, ſtrictiſſimam interpretationem recipit.
63 Priuilegium iuri communi contrarium tantum diſponit, quantum loquitur.
64 Priuilegium iuri communi contrarium non comprehendit omiſſa.
65 Aduerſatur iuri communi, appellationem dari a ſuperiori ad inferiorem.
66 Delegatus ſummi Pontificis eſt maior omnibus Epiſcopis.
67 Si ceſſet vſus priuilegij per quadraginta annos, priuilegium amittitur.
68 Priuilegium poſt decennium expirat, ſi cum venerit caſus, neglectus fuerit.
69 Lex generalis non tollit ſpecialia priuilegia.
70 Priuilegium Parmenſe viget prout in textu. Videas caſum.
71 Qui iudicat, vel iudices dat vigore indulti Apoſtolici, Papæ gerit vices, ſedemq. Apoſtolicam repræſentat.
72 Actus ſumit robur ab eo, qui iuriſdictionem mandat.
73 Concilia Apoſtolicis priuilegijs non derogare præſumuntur, niſi de illis ſpecialem faciant mentionem.
74 Cancellaria in litteris Apoſtolicis derogationem concilij non ſupplet. De concilio Tridentino. Videas intus.
75 Priuilegij reuocatio non præſumitur, niſi reuocatum fuiſſe expreſſe conſtet.
76 Papa eſt ordinariorum ordinarius.
77 Collatio quattuor menſium, nempe Martij, Iunij, Septembris, ac Decembris, a Papa Epiſcopis conceſſa eſt: ſi vero reſidcant, ſex, videlicet Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Septembris, ac Decembris.
78 Beneficia reſeruata, & affecta, ab Epiſcopis etiam ſi in eorum menſibus vacent, conferri non poſſunt.

79 *Papa dominus, & creator beneficiorum eſt.*

80 *Papa in omnibus, quæ ſub cælo ſunt, pleniſſimam habet poteſtatem.*

81 *Liberalis eſt, qui dat quod dare non tenetur.*

82 *Collatio Papæ in menſibus ordinariorum, ſi ſit anterior, potior eſt.*

83 *Concurrentibus collationibus Papæ, ſeu eius Legati cum Epiſcopo, ſi tempus dubium ſit, erit potior conditio poſſidentis: ſi nullus poſſideat, prouiſus a Papa, ſeu Legato, præferendus eſt.*

84 *Iniquum eſt quemquam rei ſuæ iudicem eſſe.*

85 *Nemo in cauſa propria idoneus eſt teſtis.*

86 *Legati, Nuncij, ac Gubernatores eccleſiaſtici Epiſcoporum iuriſdictionem ex concilio Tridentino nullo pacto impedire poſſunt.*

87 *Summi Pontificis poteſtas ſemper fuit, & ſemper erit eadem.*

88 *Impedimenta collationis beneficiorum per indultum, ſeu alternatiuam collationem tolluntur.*

89 *Indulta, & alternatiuæ collationes ſunt gratiæ fauorabiles.*

90 *Indulta non ampliant iuriſdictionem, ſed remouent obſtacula.*

91 *Scipio Lancellottus olim Rotæ Auditor: nunc magnæ auctoritatis Cardinalis.*

92 *Indultum eſt remotio impedimenti, quod ordinarijs collatoribus per regulas cancellariæ infertur.*

93 *Indultum ordinarium eſt, quod datur habenti eccleſiam, ſeu titulum ſuper beneficijs ab ea eccleſia, ſeu titulo pendentibus.*

94 *Indultum extraordinarium eſt, quod datur eccleſiam, aut titulum non habenti ſuper beneficijs alienæ diœceſis tempore menſium Apoſtolicorum.*

95 *Indultum extraordinarium eſt odioſum, ordinarium fauorabile.*

96 *Sub derogatione indultorum Cardinalibus conceſſorum non cenſetur derogatum indulto Cardinalis ordinarij.*

97 *Papa indulto derogante, intelligitur ſublatum potius quod ex non iuſta, quam quod ex iuſta cauſa conceſſum eſt.*

98 *Papa indulto Cardinalis derogare non conſueuit.*

99 *Indultum conferendi beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis non habet locum Sede vacante.*

100 *Regulæ cancellariæ reſeruantes ſex, aut octo menſes ſummo Pontifici, Sede vacante, expirant.*

101 *Extincta regula cancellariæ, omnes menſes ſunt pro ordinario.*

102 *Papa a ſe datum priuilegium reuocare poteſt.*

103 *Priuilegio Regibus conceſſo derogari non ſolet.*

104 *Priuilegium Principi conceſſum de non concedendo beneficia, niſi oriundis, & eidem acceptis, non habet locũ in loco mixto.*

105 *Nominationes in quibuſdam beneficijs Regibus Scotiæ conceſſæ olim ſunt.*

106 *Prioratus S. Auguſt. non veniunt ſub appellatione beneficiorum monaſterialium.*

107 *Conceſſionum Apoſtolicarum interpretatio curiæ Romanæ ſtylo accommodanda eſt.*

108 *Priuilegia ſtrictam recipiunt interpretationem.*

109 *Priuilegia Regibus conceſſa odioſa ſunt.*

110 *Priuilegia Sabaudiæ Ducibus conceſſa non habent locum in beneficijs parochialibus.*

111 *Diſpenſatio contra ius, indultum contra ſtatuta, & regulas datur.*

112 *Regem Franciæ priuilegium habuiſſe, ne excommunicaretur, vulgò circumferri ſcribit Rebuffus Iuriſconſultus.*

113 *Henricus Tertius Gallorum Rex Cardinalem Aloyſium Guiſium trucidari iniuſte mandauit.*

114 *Indultum, de quo ſupra num. 111. aduerſus Cardinales non extenditur.*

115 *Henricus Tertius Cardinalem Borbonium, Lugdunenſemq. Archipræſulem in cuſtodiam tradidit.*

116 *Henricus Tertius à F. Iacobo Clemente interficitur Kal. Auguſti, ann. Sal. 1589.*

117 *Religio Hieroſolymitana de quibusuis cauſis cognoſcendi habet Indultum Apoſtolicũ.*

118 *Indultum extraordinarium eſt conceſſio Prælatis, & Principibus facta conferendi beneficia, ad ipſos aliàs non pertinentia.*

Per quæ ſublatis impedimentis quibuslibet, poſſis de beneficijs tuæ diſpoſitioni commiſſis ſalubriter prouidere.

§. Per quæ ſublatis.

PER QVAE SVBLATIS. Locus admonet, vt rem paulò altius repetendo, ſtudioſi lectoris laboribus conſulamus. Namque (vt 1
diximus ſemel, atque iterum *cap. 3. num. 43 cum ſeqq. & c. 17. nu. 4. cum ſeqq. lib. 3. de Sacr. Immun.*) omnia initio naſcentis Eccleſiæ inter Chriſtianos fuerunt communia, & quanquam poſtea creſcente fidelium numero, conceſſum fuit, vt vnuſquiſque Chriſtianus ſuas retinere valeret ſubſtantias, ſacerdotes tamen, diaconi, necnon aliarum eccleſiarum adminiſtri per aliquot annos ſimul coeuntés omnia inter ſeſe communia eſſe profeſſi ſunt. Sed 2
deinde

deinde aucta clericorum multitudine, vix illa communis vita tolerari poterat: quocirca permissum est, vt vnusquisque propriū habere posset, *can. nolo, in fine*, 12. *q*. 1. Huius rei rationem reddit Dominicus Soto *lib*. 10. *de iustit. & iure*,
3 *q*. 4. *art*. 1. & 3. quia clerici non habent votum paupertatis, neque talis obedientiæ, quam non quisque in domo sua præstare Episcopo possit. Quæ nota cum essent Romanis Pontificibus, videlicet votum paupertatis non esse sacro ordini annexum, nec inter clericos posse vitam retineri communem, vtilem futuram, ac licitam bono-
4 rum Ecclesiæ partitionem duxerunt, proinde illis quadrifariam diuisis, primam portionem Episcopo, sequentem clero, fabricæ, ecclesiæq. necessitati tertiam, pauperibus quartam adiu-
5 dicarunt. Distributio autem ista facta videtur anno natiuitatis dominicæ circiter quadringentesimo, septuagesimo, quo tempore floruerunt SS. Hieron. & Augustinus, sedente Simplicio Papa, qui de diuisione hac mentionem facit expressam *in can. de redditibus*, 12. *q*. 2. quam partitionem videtur cōfirmasse Gelasius, vt videas *in can. vobis, & in can. quattuor, ead. q*. 2. & licet constitutiones Gelasij apud Gratianū præcedant Simplicij constitutionem, nulli tamen dubium esse debet, quin annis circiter viginti ipsum antecesserit Simplicius: immo inter Simplicium, & Gelasium, si ijs, qui de vitis Pontificum scripserunt, credimus, fuit Felix tertius. Ipsam confirmauit Gregorius quoque Magnus, qui Romanæ fuit præfectus Ecclesiæ anno salutis sexcentesimo, vt eius epistola tertia libri vndecimi Maximiliano Syracusano Episcopo scripta testatur: ex qua canonē habemus *ead. q*. 2. *qui incipit, cognouimus*. Huius partitionis meminerunt B. Thomas Aquinas 2. 2. *q*. 185. *ar*. 7. vbi etiam Caietanus, Præpositus in summa 44. *dist. col*. 5. *Syluester in verbo, clericus* 4. *q*. 20. *& in verbo, restitutio*, 3. *q*. 5. *Adrianus in* 4. *Sent. incipient. Pro clariori*, 4. *conclus. Soto in d. art*. 3. *q*. 4. *Ioannes Faber ad §. nullus, Instit. de rer. diuis. Couarr. ad cap. cum in officijs, nu*. 3. *de testam. M. Anton. Columna Marsilius in tract. de eccl. reddit. orig. & iure, par*. 1. *cap*. 4. *&* 6. *& par*. 3. *cap*. 20. qui omnes ex illa partitione con-
6 stanter asseuerant, clericos beneficiatos vere esse dominos fructuum eius portionis, quæ sibi ex illa distributione obtigit, adeo vt non teneā-
7 tur ad restitutionem consumptorum in profanos vsus vltra necessaria.

Omnia autem ecclesiastica bona ex duobus potissimum constare, nempe ex decimis, & pijs legatis diximus *cap*. 17. *num*. 14. etsi Dominicus Soto *d. q*. 4. *art*. 3. quadruplicia esse contendit. Sed illa quattuor duo ista comprehendunt, sicut duobus istis quattuor illa includuntur, nempe quidquid Ecclesiæ, aut eius ministris obuenit, aut decimarum iure datur, aut iustis piorum hominum largitionibus. Habebant siqui- 8
dem in primitiua Ecclesia CHRISTI fideles omnia communia, & in commune omnia conferebant: vt inde tam clerici, quàm pauperes alerentur. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, eas vendentes, offerebant pretia eorum, quæ distrahebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, vt testantur *Acta Apostolica cap*. 4. Postea eum animaduerterent summi Ecclesiæ Principes plus vtilitatis, & commo- 9
di allaturas hæreditates, & agros, quos vendebant, si ecclesijs, quibus præsidebant Episcopi, traderentur, quod ex redditibus eorum, & illis, & succedentibus temporibus plura, & elegantiora ministrari possent fidelibus communē vitam ducentibus, quàm ex pretio, cœperunt prædia rustica, & vrbana, quæ distrahi solebant, matricibus ecclesijs tradere, vt de redditibus earum clerici victum caperent, *cap. videntes autem* 12. *q*. 1. & hoc est, quod primum bonorum ecclesiasticorum genus Dominicus Soto appellat. Alterum est bonorum, quæ postmodum offerri etiam ecclesiæ cœperunt, non modo fabricæ, & pauperum subsidio, sed tanquam stipendium alicuius perpetui sacerdotij, seu vt vulgò dicimus, capellaniæ. Tertium genus bonorum ecclesiasticorum constat ex quotidianis pietantijs, quas distributiones vulgò dicimus. Est verò pietantia cibi portio, quæ personis claustralibus in loco communi comedentibus, quod refectorium vulgò appellari consueuit, datur; & forsitan à pietate nomen accepit. Quartum, & 10
vltimum genus consistit in quota decimarum iure clericis debitarum. Sublata itaque clericorum communione, primò bonorum patrimonialium, deinde ecclesiasticorum diuisio fuit instituta, ac non ecclesiasticorum quidem omnium, sed mobilium dumtaxat, eum rerum immobi- 11
lium communionem diutissime permansisse scribat M. Antonius Columna *in d. tract. par*. 1. *c*. 6. deinde, vt diximus, & rerum immobilium: ac primum Anachoretis, Monazontis, Sarabaitis, & id genus alijs assignata fuit pars, vt idem Columna auctor est *eod. cap*. 6. qui opportune sequenti capite examinat, vbi locorum primum peculiares cuique clerico reddit us cœperint assignari: neque male, vt ego arbitror, opinatur, id primum in Germania ortum habuisse sub 12
Leone Tertio anno CHRISTI 799. vt in VVormatiensi synodo *c*. 50. *de quo in can. sancitum est*, 23. *q*. 8. vbi ita: Sancitum est, vt vnicuique ecclesiæ vnus mansus integer absque vllo seruitio attribuatur: & presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, neque de domibus, neque de atrijs, vel de

de hortis iuxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod seruitium faciant, præter ecclesiasticum: quæ verba relata sunt *in cap. 1. de censib. exact. & procur.* Mansus quid sit, in
13 Paratit. *eiusdem tit. de censib.* explicauimus, quod scilicet sit ager certi modi, & mensuræ: quæ quanta esse debeat, nondum inter interpretes constat: sed videri possunt, quæ *ad d. tit. de cens.*
14 diximus. Vnaquæque igitur ecclesia suum mansum habere cœpit. Quod videtur confirmasse synodus Arelatensis circa annum salutis octingentesimum celebrata, dum ait. Quicumque beneficium de rebus ecclesiæ habuerit ad sartatecta curanda teneatur. Et licet pluribus ante annis facta fuerit bonorum ecclesiasticorum
15 partito: in ea tamen sum sententia, vt illa portio, quæ clericis fuit assignata illius ecclesiæ, & ciuitatis clericis esset communis (prout hodie
16 in collegijs canonicorum fieri videmus, in quibus quædam est portio, quæ massa capitularis dicitur) ita vt à Simplicio, à quo partitionem esse factam apparet, ad illud vsque tempus VVormatiensis synodi communis permanserit, videlicet, vt Episcopus suam haberet, ecclesiæ fabrica suam, & clerici omnes suam: quæ aucto forte ipsorum clericorum numero, cum sufficere non posset, factum est, vt præter illam communem portionem, vnicuique ecclesiæ mansus daretur. Idq. vel ex co intelligi potest, quòd pau-
17 co potest tempore elapso Gregorius Quartus clericis plenius prospiciens, curauit suos vnamquamque ecclesiam habere prouentus, ex quibus alerentur sacerdotes, ne præ inopia quæstū facere, ac diuinum cultum deserere cogerentur: quod & Platina in eiusdem Gregorij vita adno-
18 tauit. Hinc Leo quartus, qui anno incarnationis octingentesimo quadragesimo octauo Pontifex maximus est renunciatus, statuit, ne quis plures simul ecclesias retinere posset, & si plures, vna titulata, altera sub commendatione
19 esset, *can. qui plures, 21. q. 1.* Nam qui commendatam habet ecclesiam, illius ecclesiæ non est Prælatus, sed potius procurator, *can. obitum, &*
20 *can. Catinensis, dist. 61.* mala enim plerumque ex commendis prouenire attente considerat Rebuffus *in sua praxi benefic. tit. de commend. num. 12. cum seqq.* Hinc factum esse existimo, vt qui ecclesiam administrandam habebat, ille diceretur habere beneficium, cum ecclesiam obtinere nequaquam posset, nisi & mansum haberet, hoc est assignationem illam fructuum, quibus condecenter viuere, & diuinis vacare ad vtilitatem animarum sibi subiectarum posset: qui quidem mansus, seu reddituum assignatio
21 paulatim beneficium ecclesiasticum dici cœpta
22 est. Quo sane vocabulo cuiusque ecclesiæ, cui quis præpositus sit, bona omnia sacri canones comprehendunt, *cap. cum secundum, de præbend. cap. 1. de eccles. ædific. regul. beneficium, de regul. iur. lib. 6.* Hoc autem nomen beneficij in vsum recipi ex sermonis angustia idem Marcus Antonius Columna *d. tract. cap. 9.* ex seneca multiplicato testimonio scriptum reliquit, atque non solum, quod benefice præstatur, sed illam ipsam quoque beneuolam actionem, per quam alicui benefit, rectè hoc communi nomine beneficium appellari, atque beneficiarios dictos, qui talia obtinent beneficia.

His sic se habentibus, scire quoque oportet, 23
quod statim atque beneficia vnicuique clerico assignari cœpta sunt, plenam in beneficijs potestatem habuerunt Episcopi, vti manifeste cōstat ex *can. regēda, & can. nouerint, 10. q. 1. prout etiam tradit glossa ad cap. quamquam, in verbo secus, de elect. lib. 6. Abbas Panormit. in q. 5. quæ incipit, Augerio, num. 6. vers. secundò probatur, & ad cap. cum olim, num. 2. vers. hæc rationunquam, de maior. & obed. & ad cap. 2. num. 3. de restit. spoliat.* Quibus assentitur Gomesius *in* 24
tract. de grat. expect. num. 3. asserens insuper, ob hanc vnam causam Romanos Pontifices non facile eosdem ordinarios onerasse reseruationibus: quod videtur nobis indicare Gregorius primus, Romano defensori Siciliæ scribēs *epist. 32. lib. 9. de qua in can. peruenit, 11. q. 1.* vbi ita in fine. Nam si sua vnicuique Episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur? Vnde est, quòd in Gratiani Decreto de gratijs expectatiuis, de rescruatis, & 25
affectis, & ijs similibus nulla fit mentio, testimonio Abbatis *ad cap. mandatum, num. 3. in fine, de rescript.* cui adstipulatur Aeneas de Falconibus *in tractat. de reseruat. benefic. in primo præludio.* Abbas autem, *ad d. cap. mandatum,* tradit, *prout & ad can. constitutus, in princ. vers. noto primo, eod. de rescript.* postea successu temporis summos Pontifices cœpisse expectatiuas dare, parce tamen, & curialiter. Nam cum Papa pro aliquo scribebat, vt ei de beneficio prouideretur, tribus præsertim litterarum formulis vti solebat, loquendo cum magna circumspectione. Vtebatur enim hoc moderamine, videlicet, *quatenus pro alio non scripserimus*, vt ait Dominicus, *ad cap. duobus, col. fin. de rescript. lib. 6. Abbas ad d. cap. mandatum, num. 3. in fine. per eundem textū, cum duobus sequentibus.* Ex quibus clare liquet, ita solitos fuisse scribere summos Pontifices. De hac clausula, *quatenus pro alio,* late disserit Abbas loco proxime citato. Sed latius Rebuffus *super Concord. tit. forma mandati Apostolici, in verbo, pro alio,* qua clausula frequentius, vti solent hodie summi Pontifices, dum ad Gallicanos collatores scribunt, ac ad alios quuscūque: 26

propte-

propterea quòd Papa virtute Concordatorum semel in suo Pontificatu litteras in forma mandati dare potest, videlicet vnum collatorem habentem collationem decem beneficiorum in vno: habētem autem collationem quinquaginta beneficiorum, & vltra in duobus beneficijs grauari dumtaxat, §. 1. *rubr. de mandatis Apostolicis, & ibi Rebuffus per totum*. Abbas etiam de tribus illis litterarum formulis, *ad d. cap. constitutus, in princ.* Siquidem priores vocabantur monitoriæ, quibus Papa ordinarium collatorem monebat, vt illi, pro quo ipse scribebat, prouideret: per quas quidem potius videbatur acqui-
27 ri ius ad rem, quàm in re, vt voluit Petrus de Ancharano *ad cap. in litteris de rescript.* quod videtur probari *ex cap. dilectus, 1. de præbend. &*
28 *ibi notat idem Ancharan.* Solum enim videtur inducere monitionem de congruo: quia si ordinarius illis sibi præsentatis monitorijs litteris non parebat, secundo loco Papa dabat præceptorias, exinde si ordinarius illas etiam negligebat, executorias litteras concedebat, per quas executor loco Papæ deputatus, compelleret ordinarium. Per istas tamen tres litterarum species non tribuebatur ius in re, ac in beneficio, vel ad illud, sed solum dabatur facultas implorandi officium iudicis, id est executoris, quoniā ius in re acquirebatur per receptionem auctoritate Papæ factam, *vt asserit Speculator tit. de*
29 *action. & petit. §. 4. in princ.* Itaque videmus, Romanos Pontifices initio nulla sibi reseruasse beneficia, nullas gratiæ expectatiuæ litteras, nisi parce, & cum moderamine dedisse. Sciendū tamen est, has reseruationes, quas sibi faciebāt de prouisionibus beneficiorum ecclesiasticorum Romani Pontifices, non annullasse collationes ordinariorum, licet ordinarij ipsi contrauenientes mandato Papæ essent priuandi: atque ideo cœptum est apponi decretum irritans, vt annullaret dictas ordinariorum collationes. *cap. si eo tempore, de elect. lib. 6.* Sed quis auctor reseruationum fuerit, quæstionis est. Paulus Granutius Lucensis, vir eruditus, atque industrius, meusq. contubernalis, *in q. prima, quam adijcit quæstionibus reseruat. benefic. Iacobi Simonetæ*, varias
30 refert interpretum opiniones. Prima videtur fuisse Thomæ Feltrij, *in tract. reseruat. circa princ.* existimantis, Nicolaum primum fuisse, qui anno Domini 860. nonnulla inceperit sibi reseruare beneficia. Secunda Ludouici Gomesij *in regul. cancellariæ proœm. vers. redeamus igitur, & in tract. de grat. expect. num. 4. in fine*, qui hāc reseruationem Ioanni vigesimo secūdo tribuit: hic enim regulas, quas cancellariæ vocamus, in ordinem redegit, scriptores litterarum Apostolicarum certo numero distinxit, taxas ipsarū litterarum ordinauit. Ex recentioribus Bursatus *cons. 126. n. 18. lib. 2.* à Clemente V. anno 1305. originem habuisse putat. Ipse Iacobus Simoneta *in d. tract. q. 3.* eidem Ioanni Vigesimosecundo hoc tribuit: quod magis receptum videtur.
Deinde Benedictus duodecimus, & Gregorius 31
vndecimus hoc domesticum peculium magis auxerunt, vt post Polydorum Virg. *lib. 8. cap. 2. de inuent. rer.* auctor est idem Gomes. locis supra citatis. Ab ijs autem, veluti ab antesignanis, posteriores omnes Pontifices reseruationes, & regulas suas expectatiuas, veluti per manus acceperunt, plura addendo, & formas varias inducendo, vt ex lectione regularum cancellariæ, & pluriū extrauagantium colligere possumus. At vero reseruationem in iuris corpore clausam multo ante tempore, videlicet à Clemente tertio, vel vt alij malunt, quarto factam esse cōstat
ex cap. 2. de præben. lib. 6. Nostris tamen tempo- 32
ribus, sublatis duabus antiquioribus formulis, executoriæ litteræ sunt in vsu, vt post Ioan. de Imola *ad cap. capitulum, in 2. notab. de rescript. notat Gomesius in d. tract. de grat. expect. num. 6.*
Monitoriæ verò, ac præceptoriæ in desuetudinē 33
abierunt, nisi eo tantum casu, quo Papa pro moniali aliqua recipienda rescribat, *vt dixit Abbas post Ioan. Andr. ad cap. ex insinuatione, de rescript.* quod etiam constat non obscure *ex cap. cum dilecta, eod. tit.* Reseruationes verò plures esse nemo negat: sed vna, an plures sint in corpore iuris clausæ, dubitatio est certe non mediocris: communiter tamen nostri vnicam esse 34
putant, *de qua in d. cap. 2. de præben. lib. 6.* atque ita tenere cancellariam, retulit mihi Iosephus Ferrerius, Sauonensis S.D.N. Referendarius, & Abbreuiator de parco maiori, vir egregie doctus, diligens, & in re beneficiaria, alijsq. Cancell. expeditionibus magnopere versatus, videlicet, quòd nulla alia reseruatio dicatur esse clausa in corpore iuris, quàm inducta *per d. c. 2.* quæ etiam inducitur, non modò secundum modos solitos vacationis, si sequatur in curia, sed etiam si beneficium vacet, vt dicitur, iuxta decretum, vt si ponatur in litteris prouisionis decretum dimittendi obtētum, aliàs vacet eo ipso, ac si in indulto confetendi ponatur decretum, quòd prouisus teneatur expedire nouam prouisionem, aliàs beneficium vacet, & similia: quia in istis beneficijs datur reseruatio apud Sedem Apost. etsi aliqui, præsertim Gomesius *in reg. triennali, q. 31. versic. secundus igitur articulus*, & Aeneas de Falconibus *in d. tract. de reseruat. q. 2. princip. num. 12.* plures esse contendunt: vterque etiam docet, quam vtilitatem afferat huiusmodi quæstio: quæ cum ad institutum nostrum non pertineat, longius nō progrediemur. Sed videamus, quænam fuerit reseruationū potissima causa. Duas refert principales Simoneta -

in d.

Digitized by Google

35 in d.tract.reſeru.benef.q.3.n.6.cum ſeqq.vt alte-
ta ſit, quo prouideretur viris litteratis, & virtu-
te præſtantibus: altera quo abuſui ordinariorum
occurreretur. Nam cum Rom. Pont. longa ex-
perientia cognouiſſent, ordinarios collatores nõ
viris idoneis, ac virtute præditis, ſed conſangui-
neis, amicis, aut familiaribus beneficia, vt plu-
rimum, conferre conſueuiſſe, vel ſi alijs confe-
rebant, id aut precibus, aut fraudibus, aut illici-
tis laicorum artibus, plerumque etiã ſimoniace
factitaſſe, reſeruationes introducere cœperunt.
Quare Ioannes vigeſimus ſecundus in extrau.
ex debito de elect. dicit, ſe illam beneficiorum
reſeruationem feciſſe, vt facilius, & vtilius ec-
cleſijs prouideretur, quarum diutina vacatio
pernicioſa eſſet pariter, & damnoſa, propter fre-
quentes in electionibus, & prouiſionibus diſcor-
dias. Benedictus quoque duodecimus in extra-
uagan. ad regimen, de præbend. & dignit. vt viris
idoneis de eccleſijs prouideretur, qui eis & præ-
eſſe, & prodeſſe poſſent.

Hinc opportune quæri poteſt, an eiuſmodi
reſeruationes iure fieri poſſint. Dubitationem
36 facit cap.19. Concilij Toletani 3. de quo in can. ſic
quidem, 10. q. 1. ibi enim cum ſermo habeatur
de bonis eccleſiæ, quæ beneficia ſunt (vt ſupe-
rius dictum eſt) ſubijcitur: omnia ſecundum
conſtitutionem antiquã ad Epiſcopi ordinatio-
nem, & poteſtatem pertineant. Et in Concilio
Cabilonenſi 2. decretum eſt, vt omnes eccle-
ſiæ cum dotibus ſuis, & decimis, & omnibus ſuis
iuribus in Epiſcopi poteſtate conſiſtant, atque
ad ordinationem ſuam pertineant. Idem in Cõ-
cilio Toletano 4. cap.32. Nouerint, &c. iuxta
canonum ſtatuta, ſicut eccleſiam, ita & dotem
eius ad ordinationem Epiſcopi pertinere. Facit
etiam, quod Leo tertius conſtituit can. regen-
da, ead. 10. q. 1. & quod Gregorius primus can.
peruenit, 11. q. 1. Nam, inquit, ſi ſua vnicuique
Epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud
agitur, niſi vt per nos, per quos eccleſiaſticus
cuſtodiri ordo debuit, confundatur? Abbas ad
cap. mandatum. num. 3. de reſcript. Siquidem
Prouinciæ, teſtimonio Anacleti Papæ in can. 1.
diſt. 99. multo ante CHRISTI aduentum tem-
pore diuiſæ ſunt, & poſtea ab Apoſtolis, &
37 B. Clemente ipſa diuiſio eſt renouata. Vnde
Gregorius cap. vlt. ead. diſt. 99. reprehendit Pa-
triarcham Alexandrinum, quòd eum vniuerſa-
lem Papam vocauiſſet: ſi enim, inquit, vniuer-
ſalem me Papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe
hoc eſſe, quod me fatetur vniuerſum. Quibus
conuenit, quod Honorius, & Theodoſius Im-
peratores reſcripſerunt, vt in l. omni nouatione,
C. de ſacroſanct. Eccl. & in l. vnica, C. de priuileg.
vrbis Conſtantinop. lib. 11. nempe vt vrbs Con-
ſtantinopolitana, ſiue Eccleſia prærogatiua
eadem, qua vetus Roma lætaretur. Plura hu-
iuſmodi afferri poſſunt, quibus videtur, Roma-
num Pontificem non eſſe ita beneficiorum do-
minum, vt eorum aliqua ſuæ diſpoſitioni iure
reſeruare poſſit. Attamen ſi diligenter, & exa-
cte, vt par eſt, cuncta penſentur, non erit, cur de
hoc ordinarij collatores grauentur. Nam eius
eſt deſtruere, cuius & condere, eius etiam ſol-
uere, cuius & ligare, ſiue, vt eſt iuris regula, 38
l. eius. ff. de regul. iur. eius eſt velle, cuius & nol-
le, & econtra. Nec vlli iniuriam facit, qui ſuo
iure vtitur, cap. cum eccleſia, vbi gloſſa de elect.
Etenim, ſi ab initio naſcentis Eccleſiæ rem re- 39
petamus, haud obſcure videbimus, ad Romanos
Pontifices, veluti ordinarios vniuerſales, &
Epiſcopos totius orbis ſpectare non modò om-
nium cauſarum iudicationem, & cognitionem,
verumetiam de omnibus beneficijs diſpoſitio- 40
nem, vt gloſſa notat ad cap. Felicis, §. fin. in
verbo, priuata, de pœn. lib.6. & ad can. ad Ro-
manam, 2. q. 6. & ad can. ſola, cum ſeq. 9. q. 3. &
ad cap. quanto, de tranſlat. Epiſcop. Immo ſum-
mus Pontifex in beneficialibus, ac ſuper bonis
eccleſiarum pleniſsimam habet auctoritatem,
& liberam facultatem, cap. 3. de præbend. lib. 6.
clem. 1. in fine, vt lit. pendent. can. per principa-
lem, ead. q. 3. can. bonæ, 12. q. 2. Abbas, & alij
ad cap. in præſentia, de probat. Quæ quidẽ adeo
vera ſunt, vt bona, & ius alicui eccleſiæ acqui- 41
ſitum, etiam ſine cauſa auferre poſſit, de ipſoq.
diſponere, vt libeat, ac ſecundum, quam habet,
plenam poteſtatem, liberamq. voluntatem, illa
ſibi, & ſedi Apoſtolicæ immediate ſubijcere,
adſtipulantibus Abbate ad cap. ſubſtitutus, n. 13
de relgioſ. domib. Paulo de Caſtro, conſ. 414. ſub
num. 1. verſ. his præſuppoſitis, & ſub nu. 8. verſic.
præterea video, vol. 1. Geminiano, ad cap. 1. n. 7.
verſ. noto, quòd Ioan. Andr de reb. eccl. non alie-
nand. lib. 6. Felino, ad cap. quæ in eccleſiarum,
num. 40. de conſtit. Decio poſt Caſtrenſem, &
alios relatos, conſ. 341. nu. 9. Beroaldo conſ. 147.
nu. 19. 21. & 23. vol. 3. Hippolyto Riminaldo,
iun. conſil. 44. num. 8. volum. 1. & conſil. 165.
num. 6. vol. 2. Nec aliquod ius quæſitum, ſeu ti-
tulus poteſt in eis allegari contra beatiſſimum 42
Papam. cap. 2. de donat. Felin. ad d. cap. quæ in
eccleſiarum ſub num. 40. & Zaſius poſt Paul. de
Caſtro, Innoc. Anton. de Butrio, & alios per eum
allegatos, conſil. 16. num. 13. Quemadmodum
verò inferiores ab Epiſcopo non habent confe-
rendi poteſtatem, niſi inquantum Epiſcopus id 43
tacite concedit, & patitur ipſam eos habere,
vt in cap. ex frequentibus, & cap. cum veniſſent, 44
de inſtitut. Hoſtienſ. in ſumma de offic. Archid. §.
quod ſit eius officium, & de inſtitut. §. qui poſſet,
Gaſpar de Peruſio in tract. de reſeruat. benefic. in
princ. num. 1. eadem ratione nec Epiſcopi, niſi 45
quantum

Digitized by Google

quantum ex ipſius Pontificis Maximi permiſſione, & conceſſione ius conferendi habent, *can. multum*, 3. *quæſt.* 6. Et quamuis initio ſanctiſſimi Papæ plenam, liberamq. Epiſcopis conferendi auctoritatem dederint, non eſt tamen dubium, quin maiorē penes ſe retinuerint, *vt reſpondit* Cald. *conſ.* 3. *tit. de præb. Rebuff. in praxi benefic. ſub hoc tit. forma, & declaratio nouæ prouiſionis, in verbo, ſeu ſi venerabili, argum. c. dudū, & c. quamuis de præb. lib. 6. Franc. Curt. conſ.* 64. *in* 5. *col. Cephal. conſ.* 539. *nu.* 49. *lib.* 4. *Caputaq. deciſ.* 337. *n.* 8. *p.* 1. *& deciſ.* 61. *&* 409. *n.* 3. *p.* 2.
46 quandoquidem non eſt veriſimile, Pontificem Maximum voluiſſe priuare ſeipſum collatiua poteſtate, & auctoritate, cū ipſe ſit vtriuſq. fons, & origo, *vt per gloſſ. notatur ad l. & quia, in verbo, nec ipſa lex, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & per omnes ad leg.* 1. *ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict.* Nec Papa ipſe ex ſua liberalitate, per quam ſe reſtrinxit, debet damnum pati, ſicut & donans, *l. diuus, ff. de regulis iuris, Rebuff. ſuper Concordatis, tit. rubr. mandati Apoſtolici, §. in verbo, vnum collatorem, verſic. nec*
47 *debemus hoc reſtringere*. Nam & Princeps laicus, ſi in aliquem transfert iuriſdictionem, non videtur ea ſe omnino abdicaſſe, quin eandem ſi libuerit, ipſe quoque exercere poſſit, cum illam videatur cumulatiue, non priuatiue conceſſiſſe, *d. cap. dudum, §. nos igitur, de præbend. lib.* 6. *Afflict. cap.* 1. *§. poteſtas, n.* 15. *quæ ſint regal. & ad cap.* 1. *§. item ſi quis*, 3.
48 *notabili, quibus mod. feud. amittat.* Quo loco præciſe ſcribit, quòd ſi dominus alicui conceſſit caſtrum cum iuriſdictione, non propterea cenſetur ei iuriſdictioni prorſus renunciaſſe: immo verò retinuiſſe eandem, quam ante conceſſionem habebat, teſtimonio Rolandi à Valle *conſil.* 1. *num.* 135. *cum ſeqq. lib.* 2. *vbi num.* 140. *refert, & ſequitur Ripam reſponſ. lib.* 2. *cap.* 4. aſſerentem, quòd licet feudatarius habeat regalia, non tamen ea ſic poſſidet, quominus dominus ſuperior poſſit imponere ſubditis noua vectigalia. *& in reſp.* 7. *col.* 4. *eod. lib.* ſcribit, Imperatorem conceſſione ciuitatis Valentinæ facta eccleſiæ cum regalibus, non priuaſſe ſeipſum iure ſuperioritatis, ac ſupremæ poteſtatis. Ita quoque in quadam cauſa Parmenſi tenuiſſe Rom. Rotam anno 1538. refert Gomeſius *in tract. grat. expect. num.* 10.
49 Nam etſi Imperator alicui Principi ſupremam concedit iuriſdictionem, maiorem tamen apud ſe retinet, per quam poteſt cum quolibet inferiori concurrere, vt late poſt alios pluribus conſilijs probat Brunus Aſtēſis, præſertim *conſ.* 47. *poſt Bald. ad cap.* 1. *quis dicatur Dux, vel Mar-*
50 *chio*. Verum ſi iſta in Principe profano admit-
51 timus, quanto magis in ſupremo totius mundi Principe admittemus: Papa ſcilicet, cui ſoli impartitus eſt Dominus plenitudinem poteſtatis? Epiſcopi verò, & alij inferiores in partem ſolicitudinis tantum vocati ſunt, *can. decreto, cum ſeq.* 2. *quæſt.* 6. *cap. ad honorem, de auct. & vſu pallij*. Vnde Epiſcopi in ſuis diœceſibus vices Papæ gerere dicuntur, *vt dicit Archid. in* 52 *tract. de hæret. quem citat, & ſequitur Gaſpar de Peruſio in tract. de reſeruat. benefic. in princ. num.* 4. & ab ipſo Pontifice Maximo poteſtatem, quam habent, accipere, ſicut Pontifex Maximus à Deo. quod & nos diſputauimus *lib.* 3. *de Sacr. Immun. c.* 5. *n.* 74. *& fuſius n.* 109. *cum ſeqq. eod. c.* Ex eo igitur, quòd Papa conce- 53
dens Epiſcopis liberam conferendi auctoritatē, & maiorem ſibi retinuit, potuit ex certa ſcientia immutare, vel limitare aliqua ex parte totū illud quod conceſſit, quemadmodum poſtea fecit: nec, vt dixi, aliquam collatoribus ordinarijs fecit iniuriam, cum in hoc vſus ſit iure ſuo, & facultate ſibi diuinitus tributa, & inueterata Eccleſiæ primitiuæ conſuetudine, vt aperte dicitur *d. c.* 2. *de præb. lib.* 6. Ex quo interpretes arguunt, Papam non modò iuriſdictionē conferendi con- 54
ceſſam poſſe ex parte limitare, & ad certū tempus reſtringere, ſed etiam de iure, ac nulla ſuppoſita negligentia ordinariorum, omnia beneficia mundi cuilibet, & quandocumque libeat, conferre. Abbas *ad c. quia diuerſitatem, in* 5. *no-* 55
tab. per illum textum, de conceſſ. præb. Idem Gaſpar de Peruſio loco ſupracit. & per conſequens concedere poterit expectatiuas ad omnes menſes, & non ſolum vnam, aut alteram eccleſiam cathedralem collatione priuare, & à poteſtate Epiſcopi omnino eximere, ſed collationem omnium beneficiorum orbis ſibi reſeruare, vt teſtatur Gomeſius *in d. ſuo tract. de grat. expect. n.* 12
quamuis hodie expectatiuæ non dentur ex con- 56
ſtitutione Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 19. *de reform.* immo omnes eiuſdem decreto fuerint reuocatæ: non eſt tamen dubium, quin Papa poſsit illas 57
concedere, non obſtante Concilio: dummodo ad fidem faciendam de derogatione Concilij in ea mentio ipſius Concilij expreſſa fiat. Namque Concilijs generalibus per quoduis Papę reſcriptū, aut conſtitutionē, aut priuilegiū, 58
aut decreti non intelligitur eſſe derogatū, niſi conciliaris conſtitutionis mentio in ijs expreſſa facta ſit, *vt tradunt eum Archid. ad c.* 1. *de conſt. lib.* 6. *Innoc. ad c. ex parte de capell. monach. Ioan. Andr. ad c. ſignificaſti, de elect. Rom. ad l. ſi verò, §. de vera, in* 23. *fallen. ff. ſolut. matr. Io. de Anan. ad c. eum diœceſi, de vſur. & elin. ad c.* 1. *de conſtit. n.* 28. *& nos latius cap.* 5. *n.* 52. *cum ſeqq. lib.* 3. *de Sacr. Immun.* vbi dicebamus, plenitudinē poteſtatis, quam Papa habet ſuper iure, longe difficilius extendi ad cōſtitutiones Concilij, quàm ad 59

Germon. de Indultis. Mm alias

alias quascumque, vti apparet *ex c. post translationem, de renuntiat.* Immo Concilium derogās
alteri Concilio generali specialem derogationē
60 facere necesse habet: non enim sufficit dicere,
non obstante ordinatione talis Concilij, *Caputaquen. decis. 176. par. 1. ita quoque decisum fuit in vna Vlixiponen. coram R.P.D. Robusterio, die 24. Nouembris, anno 1572. quæ hodie impressa est in lib. Decis. diuersorum, decis. 122. par. 1.* Sed an generale Concilium deroget priuilegio Apostolico, si de eo in derogatione non sit facta mentio, quæstionis est, atque hodie maxime dubitatur. Namque cum Paulus Tertius Pontifex Maximus ciuitati, & diœcesi Parmensi concesserit, vt causæ secundæ instantiæ cognosci possint à Parmensi Archipresbytero, vel eo absente, à Canonicorum Decano, vel a iudicibus ab ipsis datis, in omnibus causis ecclesiasticis, beneficialibus, matrimonialibus, & alijs quibuscumque, dubitatum est, an huic priuilegio per Concilium Tridentinum sit derogatum, propterea quòd *cap. 2. sess. 13.* expresse statuatur, quòd si à sententia Episcopi, vel ipsius
61 in spiritualibus Vicarij generalis, in criminalibus specialiter, appellari, ac appellationis causam Apostolica auctoritate in partibus committi contingat, Metropolitano, seu illius Vicario in spiritualibus generali, aut vni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicarijs, non autem inferioribus iudicibus causa committatur: *& c. 20. §. ad hæc, sess.* 24. in quo ita. Causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, sed Episcopi tātum examini, & iurisdictioni relinquantur. Hoc autem dubium resultat, veluti accessorium, in quadam causa, quam sanctissimus D. N. Papa amplissimis Cardinalibus, Hieronymo de Ruuere, apud quem causarum Auditoris officio fungor, & Hieronymo Matthæio, viris doctissimis ac nunquam satis laudatis, delegauit: quæ profectò decidi non posse videbatur, nisi & illud tolleretur dubium, an priuilegiū, quoad causas criminales, per conciliares constitutiones sit sublatum. Circa quam quæstionem hinc inde plura ab eruditis vtriusque iuris doctoribus cōgesta sunt, vel illud in primis, de quo modo quærendum non est: an scilicet appellatione quarumcumque causarum veniant criminales, cum in priuilegio de criminalibus non sit facta expressa mētio, sed de beneficialibus, & matrimo-
62 nialibus tantum. Quæ sane quæstio suas etiam habet difficultates, & præcipue, quòd priuile-
63 gium contra ius commune obtētum strictissime interpretari oporteat, cum tantum disponere videatur, quantum expresse loquitur, *Ioan. de Imola ad l. etiam, ff. solut. matrim. per l. ius singulare, ff. de legib. cap. dudum, in fine, & ibi glossa, de elect. l. si quando, C. de inoff. testam. clem. 1. & ibi Card. de excessib. Clem. 2. §. fin. & ibi Card. de priuil. Bald. ad l. humanitatis, col. 10. versic. decimoquarto, C. de impuber. & alijs substit. Alex. ad l. liberorum, de verbor. signif. & consil. 3. lib. 2. sub nu. 2. & est textus in l. quod verò, ff. de legib. & in l. si verò §. de viro, & ibi doct. ff. solut. matrim. Iacobus Puteus decis. 66. num. 4. lib. 1. Caputaquen. decis. 84. num. 7. par. 2.* Et quòd priui- 64
legium non comprehendat omissa, quando est contra ius commune, tenet Baldus *ad c. 1. col. 1. quib. mod. feud. amitt. in 2. rubr. per cap. licet, de translat. Episc. & Car. per glos. ibi in clem. 1. 6. q.*
Illud autem priuilegiū videtur esse omnino con- 65
tra ius commune, cum det appellationem à superiori ad inferiorem, cum ratio ciuilis, & naturalis suadeat, vt ab inferiori ad superiorem appelletur, *l. eos, de appell. cap. dilecti filij, de appell.*
Ferret. cons. 276. nu. 4. lib. 3. Corn. cons. 89. col. 1. 66
lib. 2. quod est luce meridiana clarius: etsi dici posset, quòd ille est delegatus Pontificis, & vbi adest, nullæ sunt aliorum partes, *cap. sane, 2. de*
offic. iud. deleg. & omnibus Episcopis maior cen- 67
setur: vel quia illi priuilegio videtur esse renunciatum per non vsum, quo casu saltem spatio quadraginta annorum amittitur priuilegium.
Puteus decis. 252. num. 4. lib. 3. Immo elapso de- 68
cennio tollitur, si probatur, quòd euenerit casus priuilegij, & quòd non sit tunc sequutus effectus priuilegij, *l. 1. ff. de nund.* & esse communem opinionem scribit *Decius ad cap. cùm accessissent, num. 17. de constitut.* vt post alios testatur Caputaquen. *decis. 379. par. 2.* Quæ tamen regula eam patitur exceptionem, vt, si causa vtentis sit vniuersalis, per vnicum actum particularem acquiratur vniuersalis possessio, quia attenditur magis causa actus, quàm ipsius actus exercitium. *Bald. in repetit. l. 1. num. 24. vers. Tu dic, C. de emancipat. liber. Felin. ad cap. auditis num. 19. prope fin. vers. & dicit Baldus, de præscript.* ita in Rota resolutum fuisse tradit *Cantuc. decis. 139. num. 12. diuers. parte* 2. vbi etiam asserit, quòd si ecclesia habuerit priuilegium exigendi annatas, aut dimidias annatas aliquorum beneficiorum, & exegerit dimidias annatas alicuius beneficij in priuilegio comprehensi, censetur acquisita quasi possessio exigendi dimidias annatas aliorum quoque omnium beneficiorum in priuilegio comprehensorum. Sed de his non est in præsentia disputandum, sed an Concilium deroget priuilegio. Dubium facit Bulla summi Pontificis Pij Quarti in ordine centesima trigesima, qua tolluntur omnia priuilegia Concilij Tridentini decretis aduersantia. Verum quoniam grauissimi Cardinales, qui interpretationi, & executioni Concilij Tridentini præfecti sunt, aliquando

quando responderunt, concilium non derogare priuilegijs Apostolicis, nisi de his expres-
69 sam faciat mentionem, fortasse illa ratione, quòd lex, vel constitutio generaliter loquens nunquam tollat priuilegium particulare concessum super eo, de quo constitutio illa generalis loquitur, *vt per Oldrad. consil. 266. per totum, cum pro transit Archid. ad can. renouantes, nu. 6. dist. 22. Millis in verbo priuilegium non insertũ, Card. consil. 16. paulo ante finem*, textus in l. 3. C. de silent. & decurion. lib. 12. vbi Cuiacius ex l. 3. de dignit. eod. lib. ait, maiorem dignitatem circa prioris militiæ priuilegia præiudicium non facere. *Ancbar. ad c. 1. sub num. 5. vers. & idem de priuilegijs, de rescript. lib. 6. Dec. ad l. 2. nu. 5. C. vnde liberi, Iason. ad l. 1. n. 9. ff. solut. matrim. & consil. 112. in vlt. col. in 4. Socin. consil. 153. num. 31. & consil. 209. col. 2. versic. secundo quoniam, in 2. Aret. consil. 104. num. 6. Ruin. cons. 21. num. 9. in 3. Prob. in addit. Ioan. Monachi ad c. generali, circa princ. de elect. lib. 6.* quod videtur etiam decisum à sacræ Rotæ Auditr. in illa Vlixippon. iam citata: ac eum præsertim in illo conciliari decreto nulla contineatur derogatio priuilegiorũ, ea constitutio generaliter loquens non videtur comprehendere Parmenses, qui in hoc particulare habent priuilegium. Concilium insuper, cum particulari priuilegio personæ, aut loci, aut casus derogare voluit, id expressè fecit, vt videre est in pleris. eius decretis, præsertim, *c. 11. sess. 24.* vnde cum in eo, de quo loquimur, nulla appareat priuilegij alicuius derogatio, sequitur, concilium personas, & loca priuilegiata noluisse generali derogatione cõprehendi, quia si id ei visum esset, ijsdem priuilegijs specialiter, & expressè derogasset, *argum. l. vnicæ. §. vbi autem legatarij in fine, C. de caduc. tollend.* Et cum ita sit, quòd scilicet conciliũ non deroget Apost. priuilegijs, nisi de his expressè meminerit, ac in eadem congregatione decretum fuerit, dictam Pij quarti Bullam non extendi vltra ea, quæ in concilio continentur, vigete adhuc priuilegium Parmense dicendũ videtur. Neque obstat, quòd concilij confirmatio sit cum decreto irritante, quia in ea tolluntur omnia, quæ constitutionibus concilij aduersantur: sed illud priuilegium, cum non sit contra concilij constitutionem, propterea quòd decretum *d. cap. 2. sess. 13.* in locis specialiter priuilegiatis non disponat, priuilegia illa non censentur, quo ad hoc concilio esse contraria, quia concilium de casu priuilegiato non loquitur, vt dictùm est, atque ideo dici non debet contrarium, cum conciliari decreto non repugnet, per ea, quæ notantur *ad l. vbi repu-*
70 *gnantiam, ff. de regul. iur.* Neque obstat *cap. 20. §. ad hæc, sess. 24.* quia sacra eadem congregatio de his, qui auctoritate propria volunt cogno-

Germon. de Indultis.

scere, non de his, qui auctoritate Apostolica cognoscunt, illud debere intelligi respondit. Si-
quidem Archipresbyter, siue Decanus, dum iudicat, vel iudices dat vigore indulti Apostolici, 71
gerit vices summi Pontificis, ac Sedis Apostolicæ, ac illam repræsentat, argumento *d. cap. sane, 2. de offic. iudic. deleg. vbi etiam gloss. Anton. de Butrio, Ancbar. Cardin. & alij, cæteri verò ad can. præcipimus, 93. dist. & ad can. valde necessarium, 94. dist. notantq. omnes ad cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. l. 1. §. qui mandatũ, & l. est prætor, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* & actus principaliter sumit robur, & firmi- 72
tatem ab eo, qui iurisdictionem mandat, *l. annua, ff. de ann. legat. l. quod Principi, ff. de legat. 2. cap. Romana, de offic. Vicar. lib. 6.* Idcirco dicunt nostri, quòd quando delegati scribunt partibus, melius dicunt, mandatis Apostolicis pareatis, quàm mandatis nostris pareatis, *Abbas ad d. c. sane, num. 2. vbi etiam Andr. Barbat. sub num. 1. versic. pro communi stylo delegatorum:* quo tamẽ ad priuilegium Parmense, congregatio censuit non esse ei per concilium derogatum, nisi in eo, quòd Archipresbyter, seu Decanus non possit committere causas, nisi prout concilium disponit, hoc est Metropolitano, vel viciniori Episcopo, vel eorum Vicarijs generalibus. Firma igitur erit conclusio, vt quemadmodum Papa 73
non intelligitur per quamuis constitutionem derogare concilijs generalibus, nisi de his expressa sit facta mentio: sic etiam concilia generalia nõ censentur derogare priuilegijs Apostolicis, nisi nominatim, & expressè de his faciant
mentionem. Cæterum sciendum est, quòd Can- 74
cellaria in litteris Apostolicis non supplet derogarionem concilij, sed requiritur, quòd ipsa derogatio sit in supplicatione, & supplet eam tantum, quando pars concilij, quæ obstat gratiæ, est registrata in corpore iuris: & sic suppletur in dispensatione super defectu natalium derogatio Concilij Pictauiensis, quod est *in c. 1. de filijs presbyter.* etsi non est generale, ac in dispensatione beneficiorum incompatibilium derogatio concilij generalis, quod est Lateranense sub Innocen. III. celebratum, *de quo in cap. de multa, de præben.* Concilio autem Tridentino non derogatur propter verba apposita in eius fine, per quæ ipsum concilium remittit omnia à se determinata dispositioni Papæ, qui videtur potius vti facultate sibi tributa, quàm aliquid facere contra concilium.

Quod autem ad priuilegium attinet, sciendũ est, in dubio præsumi reuocatum, *gloss. in sum. ad fi. vers. item in dubio 25. q. 2. Feder. de Senis consil. 133. prope fin. vers. item in dubio, Paul. Castr. cons. 258. col. vlt. vers. vnde in dubio lib. 1. Rom. cons. 237. n. 1. vers. est enim Calder. cons. 11. cir. fi.*

Mm 2 vers.

vers. item posito. Dec. consil. 168. col. 3. ante
num. 2. Crauetta consil. 21. n. 14. Crot. cons. 371.
num. 12. & 18. cum seq. & consil. 380. num. 24.
& 25. lib. 9. Cantuc. d. decis. 139. num. 5. & 6.
75 probans, reuocationem priuilegij non præsumi,
nisi de ea expresse constet, & ad illam proban-
dam exactam requiri probationem. Sed ad rem
redeo, & assero, Romanum Pontificem posse sibi
omnium beneficiorum collationem reseruare, &
concedere expectatiuas ad omnes mẽses, *Bald.*
ad cap. quod translationem, de offic. legat. Doct. ad
cap. 1. ne sede vacant. Brunus consil. 1. post Bald.
ad cap. 1. in princ. qui feud. dare poss. est enim or-
76 dinarius omnium ordinariorum, *Caputaquens.*
decis. 282. num. 3. par. 1. Verum cum hæc omnia
iuste, & legitime à summo Põtifice fieri possint,
non tamen sibi tradita à Deo plene vtitur pote-
state, sed liberalius agendo, iurisdictionem, &
potestatem suam cum ordinarijs Episcopis par-
77 titur, eis concedens per suas, quas vocant, re-
gulas Cancellariæ quattuor mensium collatio-
nem, Martij scilicet, Iunij, Septembris, & De-
cembris: hocq. fuit etiam potestatem pontifi-
ciam explicate, dum illis, qui non essent summi
Pontifices, quod tantummodo ad summos Pon-
tifices spectaret, concessum est. Sex deinde
menses, dum in suis ecclesijs, aut diœcesibus
personaliter residerent, concessi sunt. Ij verò
sunt, Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus,
October, & December. Quibus currentibus,
78 quæcumque beneficia, reseruatis dumtaxat ex-
ceptis, & quæ affecta dicuntur, Episcopi con-
ferre possunt: reliquorum verò sex mensium
collationem sibi reseruarũt Romani Pontifices,
quibus ordinarij propter decreta, & inhibitio-
nes regularũ conferre prohibẽtur *iuxta clem. 1.*
§. secus, de concess. præbend. Huiusmodi autem
mensium partitio facta per regulas faciem ha-
bet honesti: conueniens enim, & rationi conso-
num videtur, quòd beatissimus Papa, cũ sit do-
minus, & creator beneficiorum, & habeat ple-
79 nissimam potestatem in omnibus, quæ sub cælo
sunt, *vt ait Bald. ad proœm. Greg.* propter maiorẽ
80 eius potestatem, & sex menses, & alia beneficia
affecta, & reseruata suæ dispositioni valeat re-
seruare. Nam qui dat id quod non tenetur, li-
beralitatem vtique videtur exercere, *vt tradũt*
81 *canonistæ ad c. relatum, de præben. post gloss. ibi,*
& est textus singularis in clem. si dominum, de
reliq. & venerat. Sanct. et in cap. 1. de donat. Dat
itaque Papa residentibus in diœcesi ordinarijs
collatoribus potestatem conferendi beneficia
vacantia sex mensium, absentibus verò, & Epi-
scopo inferioribus collatoribus quatruor, cumu-
latiue scilicet, non priuatiue, *vt tradit Ioannes*
Monachus ad cap. si eo tempore, de elect. lib. 6. de
quo Bald. meminit ad d. cap. 1. qui feud. dare poss.

Et in hoc consistere potestatem istam cumula-
tiuam, scribit Gomesius *in tract. grat. expect.*
num. 14. quia si Papa confert eisdem quattuor, 82
seu sex mensibus, & eius collatio sit ordinarij
collatione anterior, erit potior, & efficacior, si-
cut in simili casu notat glossa *ad cap. 1. de inue-*
stit. in marit. facta, textus in cap. si a sede, de
præbend. lib. 6. vbi statuit Papa, quòd si à Sede 83
Apostolica, vel Legato ipsius vni, & ab ordi-
nario alteri eodem die idem beneficium confe-
ratur, nec appareat, quæ collatio fuerit pri-
mum facta, erit potior conditio possidentis. Si
verò neuter possideat, is, cui Sedes ipsa contu-
lit, vel Legatus, propter conferentis ampliorem
prærogatiuam, ei it alteri præferendus, *de quo*
in terminis extat Alex. consilium 19. in princip.
lib. 2. late Philippus Probus ad cap. eum, cui, tit.
eod. de præbend. lib. 6. Rebuffus in prax. benefic.
tit. de rescript. ad benef. vacant. num. 29.

His ita stantibus, reliquum est, vt respon-
deamus ijs, quæ videntur huic conclusioni ad-
uersari, *ac primum, can. sic quidam, & can.*
regenda, 10. quæst. 1. & Conciliorum Cabi-
lonensis, & Toletani quarti allegatis funda-
mentis: quibus omnibus ecclesiarum bona sub
Episcopi ordinatione esse iubentur, quia respon-
dendum est, illas omnes constitutiones conclu-
sioni nostræ non esse contrarias: nec ex ijs pro-
bari Romanum Pontificem non posse quæcum-
que beneficia indistinctè, & quocumque die, &
mense conferre: sed de laicis loqui, quippe qui
existimabant, se posse de bonis ecclesiæ perin-
de, ac de proprijs, & profanis dispensare, nec
ea esse sub cura, & ordinatione Episcopali: *vti*
videre est in c. 1. in c. decretum, & in c. nouerint,
ead. q. 1. Neque item obstat *c. peruenit, 11. q. 1.*
quia loquitur de Romano Siciliæ defensore, vt
ex inscriptione apparet manifeste: is etenim, cũ
Siciliã à Gregorio gubernãdam suscepisset, om-
nes clericorũ causas ad suum trahebat tribunal:
qua de re certior ab Episcopis Siciliensibus fa-
ctus Greg. Papa, ipsum Romanum reprehendit,
dicens: Peruenit ad nos, quòd si quis contra cle-
ricos in tuo facias iudicio exhiberi, &c. tũ subiũ-
git. Si quis verò clericus, vel laicus contra Epi-
scopum causam habuerit: tunc te interponere
debes, vt inter eos, aut ipse cognoscas, aut certe
te admonente sibi iudices eligant. Prohibet igi-
tur ei Gregorius, ne Episcopalem occupet iuris-
dictionem. Si verò lis fuerit inter Episcopum, &
clericum, non prohibet, ne de ea ipse cognoscat,
cum illud Episcopali iurisdictioni impedimento
non esset, quoniam Episcopus fungi non posset
duplici munere, nempe iudicis, & partis, *argu-*
mento l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad S. C. Tre-
bell. tum quia iniquum esset quemquam rei suæ 84
iudicem esse, *leg. Iulianus ait. ff. de iudic. l. vnic.*
C. ne

C. ne quis in cauſa ſua, vbi Bart. & adl. hoc Tiberius, num. 1. ff. de hæred. inſtit. ſicut nemo eſt in cauſa propria idoneus teſtis, *l. nullus, ff. de teſt.*
85 quæ autem dicatur cauſa propria, oſtendit Iuriſconſultus *in l. 1. §. in propria, ff. quando appell. ſit,* quemadmodum etiam hodie ex conſtitutione Concilij Tridentini, *cap. 20. §. legati, ſeſſ. 24.*
86 in qua vetitū eſt Legatis etiam de latere, Nuncijs, Gubernatoribus eccleſiaſticis, & alijs quibuſcumque, ne Epiſcopos impediant, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem præcipere, aut turbare præſumant, vel contra clericos, aliasve perſonas eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, aut negligente procedant, alias eorum acta, proceſſus, ordinationesq. nullius eſſe momenti mandauit, atque ad damni ſatisfactionē partibus illati teneri. Neque item obſtat *can. vlt. 90. diſt.* in quo oſtendit idem Gregorius vniuerſalem Papam ſe vocari non debere: quem ſane locum, quomodo accipi debeat, bis explicauimus *c. 10. num. 10. lib. 2. & cap. 5. num. 97. lib. 3. de Sacr. Immunit. ſicut etiam l. omni nouatione, C. de ſacroſanct. eccl. & l. vnic. C. de priuil. vrbis Conſtantinop. lib. 10. in cap. 4. n. 41. eod. lib. 2.*

Sed vrgebit iterum aliquis, & dicet. Quid ſi-
87 bi volunt illa verba, ſublatis impedimentis? Reſponſio eſt in promptu: nam licet omnis auctoritas, omnisq. poteſtas conferendi beneficia iā ab initio naſcentis Eccleſię penes ſanctiſſimum eiuſdem vniuerſalem rectorē exiſteret, duretq. ac duratura ſit in perpetuum, vt ea, quæ diuina prorſus eſt, nec humanas extimeſcit viciſſitudibes, aut accidentia: verumtamen, quia veteres Pontifices maximi contenti fuerunt collatione eorum beneficiorum, quæ Vrbis ambitu claudebantur, & permiſerunt Epiſcopis, vt omnia beneficia, quibus vellent, conferrent, demum ob cauſas ſuperius adductas nonnulla ſibi reſerua-
88 runt, quæ deinceps Epiſcopi ipſi niſi per regulas Cancellariæ conferre prohibiti ſunt, ipſi impediebantur, quominus libere conferrent, vti conſueuerant, quæ impedimenta per indultum Apoſtolicum tolluntur, ij s, quibus eſt indultum,
89 in priſtinum reſtitutis: proinde eleganter Caputaquen. *poſt Caſſad. deciſ. 214. num. 6. & 7. par. 2.* cenſet, indulta, & alternatiuas cēſeri gratias fauorabiles, quia per ea, vel eas ordinarius conſeruatur in ſua antiqua prærogatiua. Impedimentum verò faciunt regulæ Cancellariæ cōtra ius commune, quod tollitur per indultum, vel alternatiuam Epiſcopis conceſſam. *Iacob.*
90 *Puteus in deciſ. 206. num. 2. lib. 1.* dicit, indulta nihil aliud operari, quàm quòd remoueant obſtacula, non autem ordinariam ampliant iuriſdictionem: *idem deciſ. 162. num. 5. & num. 8. lib. 2.* atque etiam Simoneta *2. deciſ. 18. Creſcent. de priuileg. deciſ. 11.* & doctiſſimus ſacri *Germon. de Indultis.* Palatij, ſeu Rotæ Auditor Scipio Lancellottus, nunc magnæ auctoritatis Cardinalis, *in vna Bononienſi Optionis die 9. Ianuarij 1579.* Im- 91
mo ipſe ſanctiſſimus Papa ſupra dixerat: dignum, quin potius debitum reputamus ea tibi fauorabiliter concedere, per quæ ſublatis impedimentis quibuſlibet, poſſis de beneficijs tuæ diſpoſitioni ſalubriter prouidere. Hinc indultum definiri poterit, quòd ſit *Remotio impe-* 92
dimenti, quod ordinarijs collatoribus per regulas Cancellariæ infertur. Quæ ſane definitio ſolis indultis ordinarijs conuenit, non extraordinarijs: nam bifariam diuiduntur indulta, ſcilicet in ordinaria, ac in extraordinaria: ordinaria ſunt, quæ conceduntur ordinarijs colla- 93
toribus, vtpote Cardinalibus, qui habent Epiſcopatum, ſeu Abbatias, aliave eiuſdem generis beneficia: ex eo enim, quòd ſunt Epiſcopi, aut Abbates, aut commendatarij perpetui, habent, vel conſuetudine, vel priuilegio, collationem à iure communi omnium beneficiorum, quæ ab eorum, quos gerunt, titulis pendent: ſed vti diximus, quia impediuntur per regulas Cancellariæ, quominus quolibet menſe, & quæcumque beneficia conferant, datur eis indultum, quo obſtacula remouentur; & dicitur ordinarium, quia impediti reaſſumunt, quod per regulas amiſerunt. Extraordinarium eſt, quod 94
Cardinali Epiſcopatum, aut Abbatiam, aut commendatum beneficium, aut alium titulum collatiuum non habenti, conceditur in aliqua dioeceſi ſuper beneficijs vacantibus tempore menſium Apoſtolicorum, *hoc eſt, de quo in regul. 12. Cancellariæ, reuocatio facultatum quibuſuis conceſſarum:* iſtud verò eſt odioſum, il- 95
lud fauorabile, *teſtimonio Caſſad. deciſ. 2. & 3. de priuileg. & deciſ. 9. de præbend. Caputaquen. d. deciſ. 254.* & *Fabij deciſ. 116. diuerſ. par. 3. lib. 3.* Sic etiam Indultum Cardinalis poſt reſignationem Epiſcopatus dicitur ſuperindultum, & extraordinarium: *Achilles de Graſſ. deciſ. 1. num. 6. de offic. ordin.* Nec obſtat clauſula *prius* in indulto appoſita, quia prior poteſtas erat cauſalis, poſt reſignationem autem ex noua gratia manet eiuſdem ſeruitutis formalis. *d. deciſ. 1. in fine.* Vnde Iacobus Puteus *deciſ. 93. lib. 3.* dicit, ſub derogatione indultorum Cardinalibus conceſſorum non cenſeri derogatum 96
indulto Cardinalis ordinarij. Si verò dubitatur, an ad ordinarium, ſeu extraordinarium ſit referenda derogatio, ad extraordinarium intelligi derogatum ait *ibidem num. 6.* Siquidem indultum ordinario conceſſum eſt æquum, & fauorabile: conceſſum verò Cardinali non ordinario eſt odioſum, rationi non conſentaneum, vel vt ipſe loquitur *ibidem, num. 5.* irrationabile: atque ideo cum Papa derogat indultis, 97

videtur potius tollere, quod est concessum ex non iusta causa, quàm quod est ex iusta: ita etiam tenuit *Achilles decis.* 219. & Rota, cum ex Bullis, & supplicationibus, ordinarijs Indultis derogat, maturiorem requirit discussionem, teste
98 Fabio, *decis.* 127. *diuers. par.* 3. *li.* 3. Immo idem Puteus *decis.* 422. *lib.* 2. dicit, Papam derogare indulto Cardinalis ordinarij non consueuisse, ac sub derogatione indultorum Cardinalium non venire indulta concessa Cardinali ordinario, sed tantum extraordinario, hoc est Cardinali habenti indultum in aliena diœcesi (vt sæpe contingit) in qua non sit ordinarius collator. Et
99 de his intelligere voluit Caputaquen. *in decis.* 214. *par.* 2. dicens, indultum conferendi beneficia vacantia in mensibus Apostolicis non ha-
100 bere locum Sede vacante: nam mortuo Papa expirat regula Cancellariæ reseruatoria sex, vel octo mensium, *Sarnen. in proœm. reg. q.* 2. *num.* 2.
101 *post Geminian. cons.* 93. & extincta regula, omnes menses iure communi spectant ad ordinarium, *cap.* 2. *& per tot. de concess. præbend. Abbas ad cap. mandatum, num.* 3. *de rescript.* Caputaqu. *in d. decis.* 214. *num.* 4. *&* 5. & de istis extraordinarijs indultis debet intelligi Rebuffus *in praxi benefic. sub hoc tit. Forma, & declaratio nouæ prouisionis, in verbo, seu si venerabili:* quo loco ait. Mirandum est de summo Pontifice, quo modo hisce indultis teneri vult, & quo modo ea facile concedat: nam ea facilis concessio contemptum generat, & quosdam eorum beneficiorum mercatores facit, & in omnibus resignationibus Papa solet derogare his indultis, in alijs potest, quia maiorem sibi reseruauit potestatem, quàm concesserit, *cap. dudum, de præbend.* quamuis dixerit, se nolle aliquo modo derogare, quia faciendo huius clausulæ mentionem derogare poterit, *Bart. ad l. si quis in princ. ff. de legat.* 3. *&*
102 *Felin. ad cap. nonnulla, de rescript.* & quandiu est Papa, priuilegium à se datum reuocare potest,
103 *cap.* 1. *de constit. lib.* 6. sed si ad instantiam Regis, seu Reginæ concessum fuerit, tunc illis derogare non solet, vt statuit Alexand. vj. *in suis regul. tit. de cessio.* nec etiam per clausulas generales illis derogatur, vt consuluit Romanus *consil.* 393. *& refert Paul. Paris. consil.* 14. *col.* 1. *in* 4. *vol.* Ita se etiam consuluisse Rebuffus testatur pro Cardinali Lotharingiæ eius temporis. De Cardinalibus Gallicanis intelligit ille: nam paulò superius dixerat, quòd non tenebantur aliquem recipere, vel alicui prouidere per litteras Apostolicas non facientes mentionem de suo indulto, vt olim habebant Cardinales Gallicani: sed multi illo abutebantur, ob id iuste fuerat reuocatum, vel reuocari poterat.

Si autem definitio illa non conuenit indultis, quæ habent Cardinales in diœcesibus, in quibus non sunt ordinarij collatores, & extraordinaria sunt: multò minus conuenire poterit ijs, quæ Pontifex maximus Principibus secularibus concedit, vt de illo, cuius meminit Crescentius *de-*
cis. 14. *de priuileg.* vt indultum Imperatori con- 104
cessum, quo in quodam Ducatu suæ iurisdictionis beneficia non possint conferri, nisi oriundis, & personis gratis, & acceptis eidem: quod cum videatur odiosum, non vendicat sibi locum in loco limicroso, & mixto, *per ea, quæ notat Cald. cons.* 11. *de præbend. Gemin. ad c. cum in illis, §. vlt. eod. tit. lib.* 6. *Dec. cons.* 213. *& Bald. ad l. legatis vxori, argumento eius legis, ff. de leg.* 2. vel cuius meminit Caputaquen. *decis.* 84. *part.* 2.
nempe indultum concessum per Innoc. & Leo- 105
nem Regibus Scotiæ: quo vacantibus beneficijs ecclesiarum cathedralium, seu monasteriorum eius regni, ducentorum ducatorum annuum valorem excedentibus, supersedendum esset in posterum à Romano Pontifice, ac suspendenda eorum collatio ad octo saltem menses, à die vacationis numerandos, vt interim litteris, ac supplicationibus ad Sedem Apostolicam à Rege datis, super eadem collatione fieri posset matura, ac salubris de omnibus ijsdem beneficijs prouisio, ac distributio, exceptis ijs, quos prioratus
Sancti Augustini vocant, cum non veniant sub 106
appellatione beneficiorum monasterialium, at-
tento curiæ Romanæ stylo, cui accommodanda 107
est cuiusuis concessionis interpretatio *cap. ex litteris, de constit. Cassad. decis.* 5. *in fin. de appellat.*
Siquidem priuilegia sunt stricte, vt superius di- 108
ximus, interpretanda, prædertim ea, quæ conce-
duntur Regibus, quia sunt odiosa, *Rebuff. super* 109
concord. tit. de regia ad prælaturas nominatione facienda, in princ. in glos. in verbo, cathedralibus; Felinus ad cap. causam quæ, num. 25. *de rescr. Decius consil.* 113. *in princ.* Caputaquen. *in d. decis.* 84. *in fine.* Sic indultum concessum Sere-
nissimis Sabaudiæ Ducibus in omnibus ecclesijs 110
cathedralibus, & monasterijs consistorialibus, de quo Puteus *decis.* 23. *lib.* 2. non habere locum in ecclesijs parochialibus dixit Rota *d. decis.* 23. & Crescentius *decis.* 16. *de probat.* vt beneficia in eorum ditione existentia conferri non possint, nisi eorum subiectis, vel alias sibi gratis, vel acceptis, dixit, præsumi gratum, nisi probetur Duci esse ingratus: quorum mentionem fecimus, *cap.* 12. *num.* 28. *cum seqq. lib.* 3. *de Sacr. Immunit.* Illa ergo definitio indultis tantum ordinarijs aptari poterit: nam & Hieronymus Paulus in sua praxi curiæ Romanæ in notab. tam circa beneficia reseruata, quàm non reseruata, cui adstipulatur Rebuffus *in sua praxi benefic. tit. de dispensationib. num.* 20. In his, inquit, quæ
contra dispensationem iuris communis sunt, da- 111
tur dispensatio, in alijs, vtputà contra statuta

funda-

fundationis, vel regulas datur indultum; nec dicitur ius ſolui, ſi ſit ſecundum ius, *l. Princeps. ff. de legib. l. digna vox, C. eod.* quæ leges quo modo conciliari poſſint, explicauimus *cap. 1. lib. 1. noſtrarum Animaduerſionum.* Vnde ſcribit Rebuffus *in aliàs citato tit. Forma, & declaratio nouæ prouiſionis, in verbo, ſeu ſi venerabili, verſ. etiam*
112 *ſi eſſet*, vulgò circumferri, Regem quoque Franciæ priuilegium habere, quo ei conceditur, vt non poſſit ab alio, quàm a Papa excommunicari. Ideo Henricus tertius Calliarum Rex, etſi Aloyſium Lotharingum, Cardinalem Guiſium nuncupatum, ſuis ſatellitibus acerbiſſime con-
113 fodiendum tradidiſſet, ſe tamen in excommunicationem incidiſſe negabat: quòd priuilegium à ſummo Pontifice obtinuiſſet, quo excommunicari non poſſet, licet quemuis clericum vltimo ſupplicio affeciſſet. Sed cum præceps, ac lubricus, furore porius, quàm zelo iuſtitiæ ductus, perperam indultum pontificium interpretaretur
114 (cuius auctoritas nequaquam aduerſus Cardinales extendebatur, cùm ſane expreſſa extenſione opus haberet, ſi eidem Regi eius vigore in eminentiſſimam ſacri Senatus perſonam hoc pacto ſæuire licitum eſſet) ac non ſolum eundẽ Guiſium barbare, & inhumaniter trucidari, ve-
115 rumetiam alterum Cardinalem, Carolum Borbonium pluſquam ſexagenarium, ac cum eo Lugdunenſem Archipræſulem in carcerem conijci iuſſiſſet; à ſanctiſsimo Papa Sixto quinto citatus, quinto poſt menſe, quam hoc ſacrilegium perpetrauerat, ad iſtud ipſum defendendum, & dicendum, cur non deberet declarari excommunicatus, poſtremó die termini ſibi ad ſe iudicio ſiſtendum ſtatuti (vt ſunt iudicia Dei abyſſus multa) in proprijs ædibus, immo in caſtris inter ipſos armatos, & ſatellites exercitu ipſo, ac viris equeſtris ordinis quampluriniis ſtipatus, ad Sancti Clodouei Pontem (is vicus eſt quinque mil-
116 libus paſſuum Lutetia Pariſiorum diſtans) ab inermi, vigeſimum quintum annum nondum agente, ac ignoto quodam Fratre Iacobo Clemente nuncupato, patria Senonenſi, ordinis Prædicatorum, nihil tale cogitans, paruo cultello ad id dedita opera paulò ante elaborato ſubter vmbilicum vulneratus, ac miſerrime interfectus eſt Kalendis Auguſti, huius anni ſalutis 1589. magna & Gallorum, & totius orbis admi-
117 ratione, ita vt pene prodigium viſum ſit. Tradit etiam *Fabius deciſ. 101. diuerſ. par. 3. lib. 3.* religionem Hieroſolymitanam ex indulto Apoſtolico ius habere, vt omnes quæſtiones, lites, & cauſæ tam de beneficijs, quàm de alijs rebus à magno eius Magiſtro, & Conuentu in omni inſtantia, cognoſci poſsint, ſi controuerſia ſit inter milites eiuſdem Religionis, non æque, ſi inter militem, & non ſubditum Religioni, niſi ei ſe ſubiecerit non ſubditus, *d. deciſ. 101. num. 4.* Appellant verò milites ad ſummum Pontificem quandocumque ſe grauatos ſentiant, qui, vel Rotæ, vel Referendarijs, vel, quibus voluerit, iudicibus alijs cauſas committere ſolet: quod ſæpiùs obſeruauimus, dum vtriuſque ſignaturæ Referendarij munere fungeremur.

Illud igitur indultum, quod extraordinarium 118
eſſe dicimus, aliter definiri, ſeu deſcribi verius poterit, vt ſcilicet ſit conceſsio quædam Cardinalibus, Epiſcopis, vel Principibus à Papa facta conferendi beneficia, vel ad ea nominandi, præſentandive, ſuper quibus nullum ius, nullamque ipſi habent poteſtatem.

Summa ex §. Nos itaque.

1 *Clauſula hæc: Motu proprio, eſt optimus artifex, omnem habens virtutem.*
2 *Clauſula, motu proprio, inſtar papaueris ſomnum gignit, & quietem.*
3 *Clauſulæ, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, dubium omne de litterarũ Apoſtolicarũ certitudine tollunt.*
4 *Quod vult Princeps, & nos velle debemus.*
5 *Clauſula, motu proprio, habet locum etiam, ſi conceſſio fiat ad ſupplicationem partis.*
6 *Clauſula, motu proprio, non ampliat, ſed viuificat gratiam, ſic vt ſubreptionis ſuſpicio tollatur.*
7 *Atteſtatio Papæ non admittit probationem in contrarium.*
8 *Contra clauſulam, motu proprio, non admittitur probatio.*
9 *Sacrilegum eſt de merito ab Imper. electi dubitare.*
10 *Clauſula, motu proprio, inducit diſpenſationem inhabilitatis.*
11 *Princeps incapacem eligendo, de inhabilitate diſpenſare videtur.*
12 *Cui à Papa prouiſum eſt de beneficio, idoneus cenſetur, ideo non eſt examinandus.*
13 *Liberalis actus Principis tertio non præiudicans latam recipit interpretationem.*
14 *Motus proprius merã liberalitatem ſupponit.*
15 *Papa ſuper beneficijs latiſſimam habet poteſtatem.*
16 *Clauſula, non obſtantibus, operatur etiam in præiudicium tertij.*
17 *Clauſula, non obſtantibus, indicat Principem ſupra ius eſſe.*
18 *Motus proprius licet tollat ſubreptionis periculum, non tollit ius tertij.*
19 *Clauſula, ex certa ſcientia, poteſtatem abſolutam abſolute deſignat. Ex Innocentio.*
20 *Paria ſunt aliquid facere ex certa ſcientia, aut de plenitudine poteſtatis: ex gloſſa intus citata.*

21 Clauſula, motu proprio, eſt affinis clauſulæ, ex certa ſcientia.
22 Princeps legibus non ſubijcitur.
23 Clauſula, de plenitudine poteſtatis, tollit ius quæſitum tertio.
24 Per clauſulam, de poteſtatis plenitudine, iuri communi derogatur.
25 Clauſula, de poteſtatis plenitudine, poteſtatem ſupremam explicat.
26 Legatus clauſula, motu proprio, vti poteſt.
27 Legati motus proprius operatur, vt motus proprius Papæ.
28 Legatus omnibus maior eſt.
29 Legatus quia vices Papæ gerit, omnia poteſt, quæ Papa ſibi non reſeruauit.
30 Ordinarius poteſt vti clauſula, motu proprio.
31 Clauſula, motu proprio, magis conuenit ordinarijs, quàm Papæ, quia perſonas certius cognoſcunt.
32 Maior pœnitentiarius clauſula, motu proprio, vti poteſt.
33 Cardinalis habens indultum, clauſula, motu proprio, vti poteſt.
34 Simile non eſt idem.
35 Efficacior eſt clauſula, ex certa ſcientia, quàm clauſula, motu proprio.
36 Clauſula, de poteſtatis plenitudine, efficacior eſt, quàm clauſula, ex certa ſcientia.
37 Clauſula, ex certa ſcientia, non operatur ad præiudicium tertij.
38 Clauſula, ex certa ſcientia, in ijs, quæ facti ſunt, nihil operatur.
39 Clauſula, de poteſtatis plenitudine, duabus clauſulis, ex certa ſcientia, & non obſtante, prævalet.
40 Clauſula, de poteſtatis plenitudine, ſuperat clauſulas, motu proprio, ex certa ſcientia, & non obſtante.
41 Clauſula, de poteſtatis plenitudine, nihil opponi poteſt.
42 Per gratiam, aut priuilegium rumpitur, quod Papa cum clauſula, de poteſtatis plenitudine, non rumpit.
43 Cum cauſa ſtatus narrari debuit, & non fuit narratus, nulla clauſula periculum ſurreptionis remouet.
44 Princeps non tollit ius naturale.
45 Non præſumitur Principem alicui præiudicium inferre voluiſſe.
46 Inferior Principe clauſula, de poteſtatis plenitudine, vtitur, ſi ea ipſius anteceſſores vſi ſint.
47 Perpetuam poſsidentes inueſtituram clauſula, de poteſtatis plenitudine, licite vtuntur.
48 Motus proprij efficacia fallit in ſexdecim caſibus.
49 Impetratum priuilegium lite pendente non ſuffragatur impetrati.
50 Priuilegium motu proprio conceſſum lite pendente, nihil operatur.
51 Motus proprius, cum ſignata eſt gratia per hæc verba: Fiat, vt petitur, nihil operatur.
52 Conceſſum non præſumitur quidquam motu proprio, niſi in diplomate exprimatur.
53 Clauſula, motu proprio, & ſupplicatio ſe inuicem compatiuntur.
54 Stare poſſunt ſimul ſupplicatio petentis, & ſpontanea diſpoſitio concedentis.
55 Per clauſulam, motu proprio, non excluditur conſenſus partis.
56 Supplicatio facta in forma motus proprij, ſi clauſula, motu proprio, non ſit in ea manu Papæ appoſita, expeditur ad petitionem perſonæ.
57 Clauſula, motu proprio, non extenditur ad inſolita.
58 Præbenda obtenta contra conſuetudinem, etiam motu proprio, nihil operatur.
59 Clauſula inſolita reddit actum ſuſpectum.
60 Iudex poteſt reijcere proceſſum contra ſtylum confectum.
61 In inſtrumento ſit comparatio ſtyli.
62 Litteræ contra ſtylum curiæ confectæ falſitatis ſuſpectæ ſunt.

Nos itaque motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam.

§. Nos itaque.

NOS ITAQVE. Quem ſummus Pontifex motum proprium, Imperator *in l.3. C. de legib.* ſpontaneum motum appellat. Hæc 1
autem clauſula, motu proprio, Cardinalis teſtimonio *ad clem. ſi Romanus, q.3. de præbend. quem ſequitur Peruſ. ad cap. pluribus, not.2. de præbend. in 6.* eſt optimus artifex, omnem habens virtutem. Vnde Petrus Rebuffus *poſt Fran. Cremenſ. ſingul.135. ſuper Concordat.* 2
tit. forma mandati Apoſtolici, in verbo, motu proprio, in princ. dicit, quòd quemadmodum papauer, teſte Dioſcoride, & Plinio, gignit ſomnum, & quietem, ita & hæc clauſula habenti eam, & non poſſet eſſe maioris (vt cum ipſo loquar) importantiæ, & vtilitatis. Et Decius *conſil.456. num.1. & conſil.557. num.13.* reſpondit, clau-
ſulas, motu proprio, ex certa ſcientia, de pleni- 3
tudine poteſtatis, in gratia aliqua appoſitas claudere os omnibus, ita vt contra illam gratiam non poſsit quis de obreptione, ſubreptione, vel defectu intentionis quid opponere: atque ita fuit concluſum in vna Portuenſi bonorum,

27. No-

Digitized by Google

27. *Nouembris* 1578. cotam viro doctissimo, &
omnium bonarum artium eruditione ornatissi-
mo Seraphino Oliuario Romanæ Rotæ Audito-
4 re *decis.* 257. *in med. lib.* 1. quod enim vult Prin-
ceps, & nos velle debemus. *Decius consil.* 665.
Crauet. consil. 137. *num.* 9. *Seraphinus ibidem.* Et
licet per regulas Cancellariæ clausula, motu
proprio, non suffragetur, nisi ad tollendam, &
excludendam subreptionem: ex dispositione
tamen iuris communis non tantum operatur
exclusionem subreptionis, *cap. si motu proprio, de
præbend. lib.* 6. *Curt. Senior consil.* 66. *col.* 6. *versic.
confirmatur, Paris. consil.* 3. *num.* 57. *lib.* 4. sed &
alios quamplurimos parit effectus, quorum ali-
quot enumerat Romanus *cons.* 327. *nu.* 10. *cum
seqq. Felinus ad cap. ad aures, & cap. si quando,
de rescript. cap. causam quæ,* 2. *de testib. & cap.
cum inter priorem, de except. Ayma Crauet. consil.*
717. *fere per totum, lib.* 4. *Couarruuias in relect.
cap. alma mater,* §. *septimo, num.* 2. *de sentent. ex-
communic. lib.* 6. *Ioannes Staphil. in tract. de lit-
ter. grat. & iustit. par.* 1. *sub tit. de vi, & effect.
clausul. & quamplures alios, Rebuff. in d. verbo,
motu proprio, vsque ad numerum* 47. *inclusiue,*
qui cum partim ab eodem Rebuffo, partim ab
ipso Staphilæo particulatim recenseantur, & ex-
plicentur, ad vtrumque lectorem reijcio. Illud
tamen non prætermittendum arbitror, videli-
5 cet, clausulam hanc suos producere effectus,
quamuis concessio emanauerit ad supplicatio-
nem partis, vt si in rescripto dicatur, N. nobis
supplicauit, vt concederemus ei tale officium,
vel beneficium, vel aliud quid simile, eidem il-
lud motu proprio concedimus, nihil absurdi ap-
parere, quia vt testatur Baldus *ad cap. nisi, nu.* 4.
versic. pone, de officio Legati, licet ad alterius
supplicationem concedatur, & adijciatur clau-
sula, motu proprio, ista verba non inducunt re-
pugnantiam: quia fuit motus proprius, quo per-
suasus est animus summi Pontificis ad annuen-
dum sibi porrectæ supplicationi, cum clausula
6 ista non ampliet gratiam, sed viuificet, vt non
possit obijci de subreptione. *Baldum sequitur
Paris. ad cap. accedentes, num.* 25. *de præscript.
ibi, & hæc innuit verbum sequens, non ad ip-
sius, &c. quibus adstipulatur Decius consil.* 51.
col. 2. *& consil.* 602. *col.* 1. *& Rebuff. loco proxime
citato, versic. notandum est.*

Immo si Papa non solum dicat, motu proprio,
sed etiam in indiuiduo dicat, se non ad illius, vel
alterius instantiam illud concedere, tollitur illa
præsumptio, Papam non fuisse concessurum, nisi
præcessisset supplicatio illius, cui facta est gratia.
Ratio est plane elegans: quia talis præsumptio
esset directe contraria intentioni, vel potius at-
testationi Papæ, vt bene considerat Sarnens. *de
annal. quæst.* 10. *prope finem, Gabriel de Clauſ.
concl.* 2. *num.* 108. *Seraphinus decis.* 249. *in princ.
lib.* 1. *in vna Portuen. bonorum* 14. *Maij* 1578.
Neque enim dici potest, Papam aliàs non fuisse
concessurum, quin redarguamus eius attestatio-
nem, quæ cum sit de facto proprio, non admittit 7
probationem in contrarium: *Seraphinus ibidem
per Ioan. Andr. & alios ad d. cap. si motu proprio,
de præbend. lib.* 6.

Et quando adest clausula, motu proprio, non 8
admittitur pars ad quidquam probandum in
contrarium: quia id esset redarguere Principem
mendacij, concedentem, prout notant omnes
ad d. cap. si motu proprio, etiam si allegaretur
clausulam, motu proprio, ad partis importuni-
tatem in gratia per Papam fuisse appositam, vt
idem asserit Seraphinus *d. decis.* 249. *in medio,*
qui etiam sentit *d. decis.* 257. *post princ.* eum,
qui impetrauit, non posse gratiam eandem im-
pugnare. Nam postquam adest talis clausula,
non potest dici, ipsum gratiam impetrasse, ex
quo motu proprio à Papa concessa apparet. Et
quo ad mendacium, Imperatores *ad l.* 2. *C. de
crimin. sacrileg.* rescripserunt, sacrilegij instar 9
esse dubitare, an is dignus sit, quem elegerit
Imperator. Vnde Romanus *d. consil.* 357. *nu.* 10.
scribit, dictam clausulam inducere tacitam di-
spensationem circa inhabilitatem personæ, cui 10
beneficium concedit, etsi glossa *ibid. ad d. l.* 2.
dicit, accipi debere de eo, qui ab Imperatore ex
certa scientia eligitur. Ex eo enim quòd Prin- 11
ceps incapaci ex certa scientia beneficium, vel
gratiam confert, vel quid ei concedit, ad quod
non est habilis, eo ipso super inhabilitate tacite
dispensare intelligitur, *l. quidam consulebant, vbi
late disputant nostri, ff. de re iud.* Princeps enim,
ait: Qui magistratum dedit, omnia gerere de-
creuit, *l. item Vlpianus,* §. *sunt & alij, ff. de ex-
cusat. tut. glos. ad cap. statutum, in verbo, littera-
rum, de rescript. lib.* 6. vnde in prouinciali Eccle- 12
siæ Romanæ, *fol.* 58. *vers. & aduerte,* expresse
habetur, quòd si Papa alicui confert beneficium,
eum examinari non debere, quia censetur ido-
neus: quod tamen non obseruari in Senatu tra-
dit Rebuffus *in d. verbo, motu proprio, effectu* 27.
Nam si Princeps daret, motu proprio, officium
consulis, is cui datum est, examinaretur: & idem
seruatur in Rota, quod & obseruari passim vide-
mus, alioquin legi fraus fieret: nullus enim vn-
quam diues examinaretur: sed ista clausula, pe-
cunia redimeretur, quod est omnino absurdum.
Regulariter tamen gratia à Principe motu pro-
prio alicui concessa, nec cuiquam præiudicium
inferens, fauorabilis censetur, atque omni exe-
cutione, omniq. fauore digna reputatur. Namq. 13
actus ex mera liberalitate Principis proueniens,
nec tertio præiudicans, est late interpretandus,
etiam si materia sit exorbitans, & restringibilis,
vti

vti egregie probat Petrus de Ancharano con-
ſil.295. incip. Proclariori euidentia, vbi aſſerit,
quòd regula Cancellariæ, per quam gratiæ ſu-
per beneficijs motu etiam proprio factæ red-
duntur inualidæ, niſi verus valor exprimatur in
eis, cenſenda eſt odioſa, & per conſequens re-
ſtringenda: quia cum ſit beneficium Principis,
ac nemini præiudicet, niſi concedenti, debet
ampliari, vt ſcite reſponderunt Gozad. conſil.8.
num.20.Gratus conſil.9. nu.178.lib.1. Menoch.
conſil.103. num.47.lib.1.Staphil. in d.tract. de
litter. grat. & iuſtit. par.1. tit.de vi, & effect.
14 clauſ.ſex.notab.num.7. Ratio rationis eſt, quia
vbi eſt motus proprius Principis, ibi eſt mera li-
15 beralitas,ideo latiſſime interpretandus eſt in re-
bus præſertim, ſuper quibus latiſſimam conce-
dens habet poteſtatem, prout habet Papa ſuper
eccleſiaſticis beneficijs, cap.2.de præbend.lib.6.
Si verò præiudicat tertio,adhuc tollit ſubreptio-
nis vitium, Anton.de Butrio ad cap.ſi propter tua
debita,num.17.de reſcript.lib.6. textus in d.c.ſi
motu proprio, Romanus d.conſil.327.Curt.ſenior
conſ.66.col.6.verſ.confirmatur, Corn.conſ.313.
num.10. vol.4. Alex.conſil.116.num.13.lib.6.
Gozad.conſil.62.num.6.Pariſ.conſil.1. num.10.
16 & conſil.5.num.9. lib.4. Vbi autem adijcitur &
clauſula, non obſtantibus, tunc etiam operatur
ad non mediocre tertij præiudicium, Alex. ad l.
ſi quis inquilinum,§.ſi quis pro eo,num.7.ff. quod
quiſque iur.vbi ait eſſe communem,ſequitur Dec.
ibi num.6.Gozad.conſil.5.num.16. Crauet. con-
ſil.182.num.13.lib.1. Natta conſil.420. nu.24.
17 Vnde Cephalus conſil.617.num.29.lib.5. aſſe-
rit, per hanc clauſulam apparere Principem ſu-
pra ius diſponere poſſe, citatq. Baldum ad cap.
cum acceſſiſſent, de conſtit. Abbat. ad cap. ad hæc,
18 de reſcript.Socin.conſ.63. num.8.lib.3. Sed licet
motus proprius in reſcripto additus tollat ſubre-
ptionem: Rota in nouis deciſ.112. Caputaquen.
dec.135.par.1. non tollit tamen ius tertij, idem
Caputaquen.deciſ.37. num.2.par.2.

Circa hanc clauſulam, motu proprio, dubito
ego, an ſummo Pontifice inferiores ea vti poſ-
19 ſint. Dubitationem facit,quia clauſula, ex certa
ſcientia, operatur,quòd licet aliàs Princeps non
præſumatur vti poteſtate abſoluta, niſi de hoc
expreſſam faciat mentionem, vt voluit Innoc.ad
cap.innotuit, de elect. tamen ſi apponat in litte-
ris dictam clauſulam,videtur vti poteſtate abſo-
luta,etiam ſi de ea ne verbum quidem fecerit,vt
ſentit gloſſa ad d.cap.ad hæc, de reſcript. dum
20 contendit paria eſſe, Papam facere aliquid ex
certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis, vt
ibidem notant omnes, Baldus ad l. eos, in princ.
C.de appellat. & ad l. teſtamentum non iure fa-
ctum,C.de teſtam. Abbas ad cap.4. num.8. de re
iudic. Felin. poſt multos alios ad cap. cum inter,
num.5.de except. Corn.conſ.313. num.10. lib.4.
Decius conſil.168.col.penult. Crauet. conſil. 282.
num.18.lib.1.Menoch.conſil.103.num.50.lib.1.
& ipſe dixi in cap.11. num.57. lib.3. de Sacror.
Immunit. Atqui clauſula,motu proprio, eſt pro- 21
xima, & affinis clauſulæ, ex certa ſcientia, gloſ.
ad cap.ſtatutum, §.1.verſic. litterarum, in fine,
de reſcript.lib.6. Alexan. ad l.3. in princ.ff. quod
quiſque iur. Curt.ſen. conſil.50. col.67. Crauet.
conſil.717. num.21. lib.4. Cum ergo clauſula,
ex certa ſcientia idem operetur, quod clauſula,
de plenitudine poteſtatis, qua ſoli Principes vi- 22
dentur vti poſſe, qui ſoli legibus ſunt ſoluti, l.
Princeps,ff.de legib. tanti eſt valoris, vt & tertio
præiudicet,& auferat tertio ius quæſitum,Socin.
conſ.272.num.11.lib.2.Corn.conſ.189.num.11.
lib.4.Dec.conſ.191.num.3.& 341.num.3.Curt. 23
iun. conſ.174.num.11. Gozad. conſ.8. num.43.
Gram. conſil.8. num.15. Roland.à Valle conſ.3.
num.128. lib.1. Et cum vtitur poteſtatis pleni- 24
tudine Princeps, iuri communi videtur deroga-
re: Innoc.ad d.cap.innotuit,Alex.conſ.30.ſeu 38.
num.10. lib.5. & ſuprema, non ordinaria pote-
ſtate vtitur Princeps, cum hanc clauſulam ſuis 25
diplomatibus inſerit. Gram. conſil. ciuili 100.
num.23.Ioan.Cephal.conſil.617. num.31.lib.5.
Videtur igitur dicendum,inferiores vti non poſ-
ſe clauſula,motu proprio. Quidquid tamen ſit,
nulli dubium eſſe debet,qnin & Legatus à late- 26
re ea vti poſſit, vt vult gloſſa ad cap.fin.de offic.
Legati,lib.6. quam communem eſſe teſtatur Re-
buffus ſuper concord. tit. forma mand. Apoſt. in
verbo, motu proprio,effect.29. item gloſſa ab om-
nibus recepta, ad clement.vna, eod.de offic.Lega-
ti, Ioan. Monach. & latius Philippus Probus ad
d.cap.fin.num.3. Imola ad clem.ſi Romanus,n.4.
de præbend. Staphil.d.tract. de litter.grat. & iu-
ſtit.parte 1. ſub tit.de vi,& effectu clauſularum,
effect. ſeptimo in princ. & alij, quos refert,& ſe-
quitur idem Rebuff.loco proxime citato.Immo Ni-
colaus Boerius in tract.de poteſt.legat. de later.
num.21. ſcribit, quòd ſi vnus haberet prouiſio-
nem à Papa,& alius à Legato cum clauſula,mo-
tu proprio, eadem die, quòd præficeretur ha-
bens à Legato. idem aſſerit Probus d.nu.3. quia 27
motus proprius Legati operatur, vt motus pro-
prius Papæ, vti notat d.gloſ.ad d.cap.fin.vbi Ar-
chid.& Petrus de Ancharan.& Philippus Franc.
ad cap. ſi poſtquam, in princ. de præbend. in 6.
Maior eſt dubitatio de ordinario,an ipſe vti poſ-
ſit clauſula, motu proprio, quia licet Legatus
poſſit, non videtur tamen poſſe ordinarius. Si-
quidem Legatus omnibus maior eſt, cap.ſane,2. 28
de offic.Legati, & omnia videtur poſſe,quæ ſum-
mus Pontifex ſibi ſpecialiter non reſeruauit, 29
quia vices eius gerit, cap. cum venerabilis, de
conſuet.cap.1. de offic.Legati,Speculat. in §. nunc
oſten-

Digitized by Google

ostendendum, versic. Legatus, de Legato, Nicolaus Boerius in d. tract. num. 16. cum seqq. attamen, ordinarium posse contendit Antonius de Butrio *ad cap. tuam, num. 5. de ætat. & qualit.* vbi dicit, motum proprium cadere in inferiorem Papa, *necnon Cardinalis ad clem. 2. in fine, de offic. ordin. & post alios Probus ad d. cap. fin. de offic.*
30 *deleg. lib. 6. num. 3. & subiungit.* Non enim inuenio prohibitum, quòd ordinarius non possit conferre motu proprio: quia ordinarij originales intelliguntur prouidere ecclesiæ motu proprio, cum ad hoc non teneantur: nec debent conferre,
31 nisi persona sit eis bene nota. Immo Rebuffus loco iam citato dicit, hanc clausulam magis conuenire ordinarijs, quàm Papæ, cum maiorem certitudinem personarum habeant in sua dioecesi, quàm Papa. *ita etiam tenuit Cardinalis Aldobrandinus, dum esset Rotæ Auditor in vna Colonien. die 2. Iunij 1574. quæ hodie est impressa in par. 1. Decis. diuers. decis. 206.* Quinimmo glossa *ad cap. si Apostolicæ, de præbend.* mentionem facit de concessione, à quodam capitulo facta motu proprio, & Gomesius *in tract. Breuium, num. 13. & in regul. vtriusque signat. compend. quæst. 16. vers. differt,* tradit & maiorem
32 Pœnitentiarium, & ordinarium vti posse hac clausula. Sentio tamen cum Rebuffo, vbi dicit *in d. effect. 29. in fine,* dictam clausulam habere aliquos effectus, si apponatur à Papa, quos forte non habebit, si ab inferiore fuerit apposita. At
33 si ordinarij collatores vti possunt illa clausula, ea etiam vti poterit virtute indulti Cardinalis ordinarius, is inquam, qui habet indultum ordinarium. De habente extraordinarium dubitarem ex ijs, quæ notat glossa *ad d. clem. 2. in verbo, volumus, per eundem text. de offic. iudic. ordin.*

Modò non obstat, quòd clausula, motu proprio, similis sit clausulæ ex certa scientia, quæ
34 idem operatur, ac clausula de plenitudine potestatis: namq. respondetur, simile non esse idem:
35 quia longe plus operatur clausula, ex certa
36 scientia, quàm clausula, motu proprio, quod subinde late explanabimus; & clausula, de potestatis plenitudine, est maioris energiæ, quàm sit
37 clausula, ex certa scientia: namq. hæc nihil operatur ad præiudicium tertij, *Gozad. d. consil. 9. num. 42. Socin. iunior consil. 77. num. 126. lib. 1. & Roland. à Valle consil. 7. num. 103. lib. 3. Aretin. consil. 15. num. 6. Curt. senior cons. 142. nu. 8. versic. non obstat, Parisius consil. 1. num. 84. & consil. 11. num. 121. lib. 1. Gram. decis. 104. nu. 2. Zasius consil. 10. num. 30. lib. 2. Osasc. Pedemont. decis. 139. num. 19. in fine, Menoch. consil. 103.*
38 *num. 83. lib. 1.* Item clausula, ex certa scientia, nihil operatur in ijs, quæ non iuris, sed facti sunt, *vt respondit Rolandus à Valle d. cons. 7. num. 105. Socin. iunior d. consil. 77. n. 126. Decius cons. 292. col. penult. Crauet. cons. 241. num. 20. versic. quartò respondeo, lib. 1. Puteus decis. 70. nu. 4. lib. 3. Menoch. consil. 2. num. 130. lib. 1.* quia non apparet de ijs certiorem factum esse Principem, *Bald. ad fin. col. penult. C. sent. rescind. non posse; Alex. consil. 122. circa finem, lib. 4. & consil. 54. lib. 5.* & vbicumque adhibenda est causæ cognitio, nihil operari dicit Parisius *cons. 4. n. 33. li. 2. Zasius d. consil. 10. num. 30. Gram. decis. 66. n. 38. Roland. d. cons. 7. num. 106. Menoch. d. cons. 103.*
num. 35. Clausula verò, de potestatis plenitudi- 39
ne, est longe validior clausula, ex certa scientia, etiam si duæ sint clausulæ, ex certa scientia, & non obstante, *Felin. ad cap. nonnulli, in princ. num. 48. & num. 50. & 51. de rescript.* Immo
Cephalus *consil. 302. num. 41. lib. 3. post Bald.* 40
ad l. eos, in princ. C. de appellat. & ad l. si quis iniquum, §. si is, pro quo, ff. quod quisque iur. dicit, clausulam, de plenitudine potestatis, superare clausulas, motu proprio, ex certa scientia, & non obstante. Ex clausula siquidem, de potestatis plenitudine, liquidò constat de intentione Principis, etiam ad alterius præiudicium, *vt ad d. cap. nonnulli, ait Felinus, item Dec. cons. 341. num. 3. Andr. Alciat. tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 11. num. 13. versic. puto priorem,* & tolluntur saltem ea, quæ sunt iuris positiui, *vt tenuit Crauet. consil. 182. num. 17. in fine lib. 1.*
quo casu nihil potest opponi, quominus conces- 41
sio suum sortiatur effectum: Cephalus *consil. 28. num. 82. lib. 1. qui etiam consil. 617. num. 146. cum seqq. lib. 5. respondit post Grammat. dec. 65. num. 27. & Ruin. consil. 7. sub num. 32. lib. 1.*
quòd licet summus Pontifex per viam contra- 42
ctus etiam cum clausula, de potestatis plenitudine, non possit tollere, aut rumpere ea, quæ vel
ipse fecit, vel eius antecessores, quando ius erat 43
in spe quæsitum, Decius *cons. 410. nu. 22. Crau. de antiq. temp. par. 1. in princ. num. 33.* cum con-
tractus, & consensus sint iuris naturalis, quod à 44
Principe non tollitur. Ioan. And. & Abbas *ad cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Sarnen. *in compend. vtriusque Signaturæ num. 81. vers. &, quod dictum, & num. seq.* potest tamen per viam gratiæ, seu priuilegij. Item potest tollere contractus, obligationes, & ius ex pensionibus quæsitum. Cantuc. *decis. 161. num. 7. diuers. par. 2.* quia pendet à gratia Papæ, & subsistentia pensionis, quæ, si ab eo diminuatur, contractus, & obligatio nihil operantur. Puteus *decis. 53. lib. 1.* & Mohed. *decis. 138.* Attamen quando causæ status narrari debuit, & non fuit narratus, & Princeps concessit cum clausulis, motu proprio, ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & non obstante, non censetur voluisse inferre alicui præiudicium, sed rescriptum intelligitur subreptitie impetratum. *Curt. consil. 49. col. 22. vers.*

decimo

Digitized by Google

decimo tertio, *Decius consil.*576. *in fine*, *Gozad.*
45 *consil.*5. *num.*15. *Rota decis.*230. *in nouis*, quia
vbi Princeps negotij, ac causæ certior factus non
fuit, dictis non obstantibus clausulis, præiudi-
cium numquam inferre voluisse præsumitur, sed
rescriptum subreptitie impetratum intelligitur,
vt ex prædictis, & *Alex. consil.*125. *in fine lib.*2.
*Corneus consil.*189. *col.*3. *lib.*4. *Baldus ad l. fin.*
*col.*2. *C. sentent. rescind. non posse*, *Decius ad cap.*
*de confirmationibus. num.*10. *de confirm. vtil. vel*
inutil. Tales enim clausulæ in his, quæ in facto
consistunt, vt dictũ est, nihil operãtur, de quibus
Principem notitiam non habuisse præsumitur.
46 Præterea sciendum est, inferiores Principes
posse vti clausula, de potestatis plenitudine, si
ipsi, vel eorum antecessores ea vsi fuerint, eo
temporis spatio, cuius nulla extet contraria me-
moria, *vt in specie consuluit Craueta cons.*135.
47 *num.*3. *lib.*1. idq. possunt & alij omnes, quibus
dominium perpetuum est, seu qui inuestiri per-
petuò sunt, *vt in d. cons.*135. *num.*2. *post alios*
quamplures idem Craueta defendit, & *cons.*626.
48 *num.*2. *lib.*4. Ceterum clausula, motu proprio,
non semper operatur. Sexdecim casus enumerat
Rebuffus *in d. verbo, motu proprio, circa finem*,
in quibus dicta clausula est otiosa, & nihil pro-
ducit, vt ibi per eum. De eo verò non videtur
dixisse, an videlicet motus proprius, in quo non
49 est facta mentio litis in Rota pendentis suffrage-
tur: siquidem priuilegium lite pendente impe-
tratum non suffragatur impetranti, nec liti præ-
iudicat, nisi de lite fiat mentio, *Innocent. ad c.*
fin. vt lit. pendent. Doct. ad cap. causam, quæ, de
*test. Aegidius decis.*748. quod procedit non so-
lum in priuilegio ad supplicationem partis, sed
etiam in priuilegio, motu proprio, concesso.
50 Nam licet istud subreptitium dici non possit, ta-
men nihil operatur ex defectu intentionis con-
cedentis, *gloss. ad clem. si Romanus, de præbend.*
*Hostien. ad d. c. causam, quæ, num.*2. *Ant. de Butr.*
*ibid. Anchar. num.*4. 5. 9. *Abbas num.*3. & 4.
*Decius ad c.*1. *col.*2. *de confirmat. vtil. vel inutil.*
& hanc esse veriorem opinionem testatur Are-
tinus *ad d. cap. causam, quæ, num.*9. *Milleus in*
verbo, gratia si est impetrata, *Parisius consil.*74.
*num.*17. *lib.*4. *Rum. consil.*80. *in fin. lib.*5. & *se-*
cundum eam resoluit Rota in vna Cæsaraugusta-
51 *na*, 27. *Martij* 1585. *coram Auditore Orano vi-*
ro præstantissimo. Item motus proprius non ope-
ratur, quando signata est gratia per hæc verba:
Fiat vt petitur, etiam si in corpore dicat, motu
proprio, *Sarnen. in regul. de annali quæst.*10. *Ca-*
*putaquen. decis.*45. *part.*2.

Illud verò in hac disputatione, & interpreta-
tione indulti nostri est notatu dignissimum,
52 quòd litteræ non præsumuntur concessæ motu
proprio, nisi in eis id exprimatur, *d. cap. si motu*
*proprio, de præbend. lib.*6. etiam si probari pos-
set, eum, in cuius gratiam factæ sunt litteræ, fuis-
se absentem: quia etiam eo casu gratia non cen-
sebitur facta motu proprio, nisi per clausulam
fuerit expressum. Nam sicuti gratia facta ad pe-
titionem partis, si adest clausula, intelligitur fa-
cta motu proprio, & perinde operatur, ac si non
esset facta petitio, vt superius dictum est: ita di-
cendum est in hoc casu, siquidem illud, cum ab
animo Principis dependeat, nec sciatur, an hoc
faciat motu proprio, necne, debet exprimi,
prout requirit Dominicus ad d. c. si motu proprio,
*not. ad l.*1. *C. de petit. bonorum sublat. lib.*10. *Pa-*
normit. ad cap. fin. de vit. & honest. cleric. Bald. ad
cap. nisi de offic. Legati, *Curt. consil.*66. *sub nu.*64.
ideo Papa in Bulla indulti ait. Nos itaque motu
proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis
desuper oblatæ petitionis instantiam: & quam-
uis Papa dixisset ad tuam, vel alterius instan-
tiam, nihil tamen, vt superius explicitum est,
supplicanti obest. Nam clausula, motu proprio, 53
& supplicatio præcedens sunt compatibilia: vn-
de partis confessio, qua se supplicationem Prin-
cipi porrexisse affirmat, non probat contrarium
motus proprij, *Seraph. d. decis.*249. *lib.*1. Item
gratia, non obstante supplicatione, remanente
motu proprio, facta valet, ita vt de supplicatio-
ne nulla prorsus haberi possit ratio, *Bald. ad d. c.*
*nisi, num.*4. *vbi etiam Barbat. num.*39. *de offic.*
Legati. Ratio est illa, quoniam Papa cum cer-
tior factus de supplicatione, nihilominus con-
cessit gratiam motu proprio, reiecit illam sup-
plicationem, & propterea motus proprius non
amisit suum priuilegium. Huius rationis ratio
est, quia Papa non ignorauit supplicationem, &
nihilominus dixit, gratiam esse motu proprio
concessam, *vt recte Gabriel de leg. lib.*3. *nu.*61.
potest enim esse, vt perita sint, quæ Papa erat
omnino concessurus. Proinde stare simul non 54
prohibentur, supplicatio petentis, & spontanea
liberalitas concedentis, *Seraphinus decis.*257. *in*
*princ. lib.*1. *in vna Portuen. bonor.* 9. *Iul.*1578.
At verò gratia obtenta, motu proprio ad partis
instantiam, & Papa attestante, se id ad petentis
instantiam fecisse, attestationi eius, vti de facto
proprio, standum est, & sic intelligitur Parisius
*in consil.*1. *num.*36. *lib.*1. *per clem.*1. *de probat.*
*Seraphin. d. decis.*249. *in medio*, in qua etiam as-
serit, per hanc clausulam, motu proprio, non 55
excludi consensum partis, qui in similibus adhi-
beri solet.

Præterea sciendum est *d. cap. si motu proprio*,
*de præbend. lib.*6. non habere locum in litteris
Apostolicis, in quibus nunquam poni consueuit
petitio partis, aut concessio, motu proprio: sed
habet locum in supplicatione, in qua ad cogno-
scendum, an Papa concesserit gratiam motu
proprio,

Digitized by Google

56 proprio, attenditur signatura ipsius Papæ: nam si sit apposita clausula, motu proprio, manu sua, licet supplicatio sit facta ad petitionem partis, gratia tamen censetur facta, motu proprio, cum apposita sit illa clausula: contra verò, si supplicatio fuerit facta in forma motus proprij, & clausula non est apposita, Cancellaria expedit litteras, ad petitionem, &c.

57 Neque ista clausula extenditur ad insolita, vel non consueta, quia non præsumitur de mente concedentis procedere posse, quòd sit præter consuetudinem, nec præsumitur quis illud velle, testimonio Baldi, *per illum textum ad l. fideicommissa, §. si seruo, ff. de legat. 3.* vbi asse-

58 rit, quòd si clericus secularis impetret præbendam, quæ non est consueta clericis secularibus assignari, licet summus Pontifex omnia possit, maxime in beneficialibus, non valet tamen impetratio, etiam si hoc faceret motu proprio, quia non videtur habuisse illam intentionem: *huic adstipulatur Iason ad l. vnic. §. 1. num. 4. ff. si quis ius dicent. non obtemper. l. certi conditio, §. si nummos, 3. notabili, ff. de reb. cred. si cert. petat. & l. vt liberis, C. de collat. Decius consil. 399. col. penult. Catell. Cotta memor. in verbo, clausula inso-*

59 *lita.* Immo clausula insolita reddit actum suspectum, *gloss. ad l. si quis sub conditione, in gloss. 1. ff. de condit. instit. quam plurimum commendat Felin. ad cap. 2. num. 17. ibi. Et inducit præsumptionem latentis fraudis, de rescript. Iason ad l. testamentum, in vltim. notab. C. de testamen.* vnde Angel. *ad l. 1. ff. de offic. assess.* dicebat,

60 posse iudicem reijcere processum confectum contra stylum, & consuetudinem curiæ, *& Bald. ad rubr. C. de emend. Codice Iustin. in fine*, quòd

61 nedum in instrumento fit comparatio litterarum, sed etiam styli, *facit cap. licet, §. penult. ibi, in modo dictaminis, cum gloss. in verbo scripturæ, de crim. falsi, sic etiam Antonius de Butrio, & Panormit. ad cap. quod super his, de fide instrum.*

62 afferunt, litteras contra stylum curiæ confectas esse falsitatis suspectas, *d. c. quod super, & c. cum teneamur, de præb. c. si quand. de rescript. l. Labeo, ibi morem agentiū sequi debemus, ff. de stat. liber.*

Summa ex §. Sed ex certa.

1 *Papa dicitur scribere ex certa scientia, cū id exprimit, vel cum ex eius verbis elicitur.*
2 *Clausula, ex certa scientia, plus operatur, quàm clausula, motu proprio.*
3 *Clausula, ex certa scientia, aliquando non occurrit periculo subreptionis, nec operatur in ijs, quæ sunt facti.*
4 *Motus proprius non probatur per testes: certa scientia secus. Ex Staphilæo.*
5 *Maior scripturis, quā testibus fides adhibetur. Germon. de Indultis.*
6 *De scientia debet constare, vt gratia suos producat effectus.*
7 *Motus proprius non tollit ius tertij.*
8 *Certa scientia idem operatur, quod clausula, non obstante.*
9 *Clausula, ex certa scientia, habet vim derogatiuam.*
10 *Factum ex certa scientia Principis in dubiū reuocari nequit.*
11 *Motus proprius non tollit defectū intentionis.*
12 *Defectus intentionis cessat in gratia, quæ fit ex certa scientia.*
13 *Clausula, ex certa scientia, excludit errorem præsumptum.*
14 *Præpositura Virolæ iurispatronatus laicorum Hieronymo Card. Ruuereo collata, constito de Papæ intentione, eidem Cardinali cessit.*
15 *Motus proprius non excludit, nec tollit qualitates intrinsecas beneficij.*
16 *In gratia expedita, ex certa scientia venit beneficium dignitatem, & curam habens in consequentiam.*
17 *Clausula, ex certa scientia, trahit omnes defectus positiuos, non naturales.*
18 *Papa approbante actum ex certa scientia cum clausula, supplentes, &c. tollitur defectus solemnitatis, & substantiæ, non naturæ, vel impotentiæ.*
19 *Clausula, ex certa scientia, non excusat à subreptione eum, qui litem exprimere cum deberet, non expressit.*
20 *In alienatione rei ecclesiasticæ requiritur causa, & solemnitas.*
21 *Papa supplet solēnitates nō defectus causarū.*
22 *Causæ defectus reddit decretum nullum.*

Sed ex certa liberalitate, certaq. scientia nostra.

§. Sed ex certa.

SED EX CERTA. Summ. Pont. tunc dicitur scribere ex certa scientia, vel quando id in litteris exprimitur, *argum. c. si mot. prop. de præb. lib. 6.* vel quando ex verbis eius elici potest, *Panor. & alij ad c. ad hæc, de rescr. Fel. ad c. cum inter, de except. Ias. ad l. si quis iniq. in princ. ff. quod quisq. iur.* Sed obijciet aliquis. Quid opus est ista clausula, ex certa scientia, si clausula, motu proprio, idem operaturè *glos. ad c. statut. §. 1. vers. litter. in fin. de rescript. lib. 6. Alex. ad l. si quis iniqu. in princ. Curt. sen. consil. 50. colum. 67. Craueta cons. 717. num. 21. lib. 4.* Respondendum est, plus operari clausulam, ex certa scientia, quàm, motu proprio: nam quando apposita est ista clausula, ex certa scientia, Princeps præsumitur vti potestate absoluta,

etiam si hoc non expresserit, prout superius *in verbo, motu proprio, versic. circa hanc clausulam* dixi. Nec requiritur causæ cognitio: ex eo enim, quòd facit ex certa scientia, & illud exprimit in litteris, videtur esse de ea re factus certior, & quod concedit, minime ignorare: nisi talis fuerit causæ status, quòd Principi exponi debuerit: quo casu, nisi expositus fuerit, vt superius ostensum est, clausula ipsa non tollet subreptionem,
3 quia operatur dumtaxat circa ea, de quibus Princeps præsumitur notitiam habere, & ea, quæ in iure consistunt, non autem quæ sunt facti, *Alexand. consil. 23. num. 12. lib. 5. Decius consil. 689. vbi doctores in Apostillis late, Curt. senior consil. 49. num. 34. Socin. iunior consil. 77. num. 105. lib. 1. Roland. à Valle consil. 7. n. 105. lib. 3. Natta consil. 39. lib. 1. & ita fuit tentum in Rota in vna Portuensi bonorum 4. Nouembris 1575. coram supradicto D. Seraphino Oliuario, & eius lib. 1. dec. 197. circa med. vbi asserit, Rot. id indistincte tenere.* In hoc etiam differre certam scientiam à motu proprio asseuerat Ioannes Staphilæus *in tract. de litt. grat. & iustit. par. 1. sub tit. de vi, & effect. clausularum, versic. subsequenter, n. 13.* quia non admittitur probatio per
4 testes ad probandum motum proprium, nec aliter potest probari, atque per expressionem in litteris, *d. cap. si motu proprio, in gloss. fin. Rota decis. 131. in antiquis.* Sed certa scientia probatur etiam aliter, ac per expressionem, vt putà per testes: quod verius putat Staphilæus. Video tamen in Rota aliter fuisse resolutum, *testimonio Caputaquen. decis. 203. num. 6. & 2. par. 1.* nempe scientiam Papæ debere constare in dispositione, nec sufficere narratiuam: at si non operatur, quando non apparet in dispositione, etiam si constet in narratiua, multo minus constare po-
5 terit per testes, quia maior scripturis, quàm testibus adhibetur fides, *argumento l. in re ff. de fide instrum.* Neque mihi placet ratio diuersitatis ab ipso assignata, videlicet, quia motus proprius includit de necessitate vnam negatiuam non coarctatam, scilicet, quòd nullus super hoc vnquam Papæ supplicauerit. Talis autem negatiua, vel probatu difficilis est: *l. actor, C. de probat. & cap. quoniam contra, cod. tit.* vel valde difficilis, *vt not. per d. gloss. ad cap. si motu proprio.* Sed certa scientia nullam negatiuam, sed simplicem affirmatiuam includit, quæ probabilis est, nimirum si ista probari potest aliter, atque per solam expressionem, illa non item. Non mihi placet, inquam, tum quia & motus proprius ad supplicationem partis concedi potest, & solet,
6 vt suo loco disputatum est: tum quia de scientia debet constare, vt valeat gratia, & suos producat effectus. Potest tamen Staphilæus defendi, vt valeat gratia ex certa scientia concessa, etiam si de ea non constet, dummodo probari possit, talem fuisse Principis intentionem: quod de motu proprio dicendum non est.

In hoc bene videtur differre motus proprius 7
à certa scientia: quòd motus proprius non tollit ius tertij, veluti si Papa beneficium conferat, quod sit iuspatronatus laicorum, de quo si ipse sciuisset, nullatenus forsan prouidisset, *per ea, quæ notantur ad c. 2. de præbend. lib. 6.* & tamen certa scientia Principis rescribentis idem ope- 8
ratur, quod clausula, non obstante *l. item Vlpianus, §. fin. ff. de excusat. tut. l. quidam consulebant, ff. de re iud. Guido Papæ sing. 7.* nam eo ipso, quo prouidet de tali beneficio ex certa scientia, videtur huiusmodi qualitatem non ignorare, videlicet, quod sit iurispatronatus laicorum: atque ideo cessat tunc defectus intentionis Papæ, qui quoties pro aliquo scribit, vt alicui conferatur beneficium, non præsumitur habere intentionem ad beneficium iurispatronatus laicorum, nisi aliud exprimat, seu aliter constet de eius mente, *vt not. Ioan. Andr. ad cap. dilectus, de offic. Legat. Didac. Couarr. in cap. 36. nu. 1. pract. quæstion.* Satis autem constat eo ipso, quo illud confert, seu conferri mandat ex certa scientia, quia perinde est, ac si faceret de plenitudine potestatis. Ratio est, quia ista clausula, ex certa scientia, habet vim clausulæ derogatiuæ, *vt notat glossa ad cap. ad hæc, verbo, reperitur, de rescript. Roman. singul. 764. incip. Dixi aliàs, Hippolyt. singul. 84. num. 1. incip. Princeps, Decius consil. 390. num. 14. & consil. 373. num. 7. & 8.* vbi 9
ait, factum ex certa scientia Principis in dubium 10
reuocari non posse, & contradictori perpetuum silentium imponi debere testatur Iason *ad l. rescripta, n. 2. C. de precib. Imper. offerend. & Bald. ad proœm. feud. nu. 34.* scribit, quando Princeps aliquid vult ex certa scientia, nemo potest ei dicere: cur ita facis? Et Guido Papæ *d. singul. 7. vers. plus:* quid enim, ait, tantæ superbiæ est, feracibus manibus, & regalem sensum tegat?

Ex quibus quarta infertur differentia, scili- 11
cet, quia etsi motus proprius tollit defectum subreptionis, non tollit tamen defectum intentionis, *vt per Ioan. Andr. & alios, ad d. c. si motu proprio, Alex. cons. 215. num. 1. & 2. lib. 7. Aegid. consil. 475. incip. Præmissæ tres conclusiones,* vbi habetur, quòd motus proprius non tollit subreptionem, quæ procedit ex intentione: atqui de- 12
fectus intentionis cessat in gratia, quæ fit ex certa scientia, vt habemus exemplum in iure patronatus laicorum. Vnde Rolandus à Valle *consil. 1. num. 65. & 66. lib. 3.* respondit, hanc 13
clausulam excludere errorem præsumptum, & tollere vitium subreptionis, *quod & Alexan. placuit cons. 42. num. 7. lib. 1.*

Et quod dicimus de iure patronatus laicorũ, 14
nobis

nobis in facto contigit. Nam cum morte Cardinalis Ioannis Francisci Gambaræ vacasset inter alia beneficia Præpositura Virolæ in diœcesi Brixiensi, summus Pontifex, licet ea esset de iure patronatus laicorum ex augmento dotis, & ex priuilegio Apostolico, nec id ipse ignoraret, contulit tamen eam Hieronymo Ruuereo, Cardinali meo, quòd vacasset in curia, & per obitum Cardinalis. Et quamquam ea de re orta sit controuersia non minima, verumtamen consilio de summi Pontificis intentione, idem Hieronymus eius possessionem obtinuit, & in ea ab amplissimo Venetiarum dominio, in cuius ipsa sita est ditione, conseruatur.

15 Quintam colligit differentiam Staphilæus *loco proxime citato, num.*20. quia motus proprius nec excludit, nec tollit qualitates intrinsecas, puta curam, vel principalitatem beneficij, de quo prouidetur, seu prouideri mandatur, de quibus, si non fit mentio in gratia, etiam motu proprio facta, ipso iure est nulla, *vt censuit Rota decis.*111. *in nouis, Felin.ad cap. ad aures, num.*7. *versic.secundus casus, de rescript. Rebuffus super Concord.tit.forma mandati Apost.in verbo, motu proprio, ibi. Non tamen sufficit, versic.*5. quia hoc casu præsumitur defectus intentionis, cum Papa non intendat prouidere de dignitate, vel cura, nisi illas qualitates exprimat, *cap. cum illis, &*
16 *ibi Dominicus de præbend.lib.*6. Aliud iudicatur in gratia, quæ fit ex certa scientia, quia cessat hoc casu defectus intentionis: & consequenter venit beneficium habens dignitatem, & curam.
17 Et tanta est huius clausulæ vis, vt Alex. *cons.*79. *num.*7. *lib.*1. responderit, ipsam tollere omnes defectus, qui tam ratione solemnitatis, quàm aliàs accidere possunt, & omnes defectus inductos de iure positiuo, non autem de iure naturali, *allegat.text.in clem. sæpe contingit, de verb. signific.sed male, debet enim allegari clem. pastoralis, versic.ceterum defectus, de sent. & re iudic. incuria librarij*. dicit tamen Anton. de Butrio
18 *ad c.*1.*de transf.* quòd Papa approbando actum ex certa scientia cum clausula, supplentes, tollit defectum solemnitatum, & substantialium, *facit cap.illa, ibi, supplentes, de elect.* non tollit tamen defectum naturalem, vel surgentem ex causa naturali, vel defectum surgentem ex impotentia Papæ, vel alterius Principis, *d. clem. pastoralis, versic.ceterum, Alex.d.consil.*29.*num.*7. *ibi, non tamen tollit*, præterea remouet omne obstaculum, *Rolandus à Valle d.consil.*1. *num.*67. addita clausula, de plenitudine potestatis, quæ operatur, vt nihil opponi possit, quòd annullet gra-
19 tiam, *Roland.ibid.num.*68. Quod autem de substantialibus diximus, sciendum est, hanc clausulam, ex certa scientia, non excusare à subreptione eum, qui litem non expressit, cum debuit ex-

Germon. de Indultis.

primere. Ratio illa redditur: quia defectus litis substantialis est, qui per clausulam, ex certa scientia, non tollitur, *Felinus ad cap. ex parte* 1. *de rescript. M ill. in verbo, scientia certa, in fine, Ruin.cons.*109.*n.*15.*vol.*4.*& fuit tentum in Rot. in vna Cæsaraugust. exemption.* 20.*Maij* 1585. *coram prædicto D. Auditore Orano, per ea etiam, quæ superius dixi, in verbo motu proprio, versic. ceterum*. Nec concessio, seu confirmatio ex certa scientia tollit vitium subreptionis, dum de eo notorie constet, vel confessione partis, vel ex tenore Bullæ, alioue modo, vt post Innoc. *ad c. secund.in vltimis verbis, de confirm.vtil.vel inutil.* Abbas *ad c.*1.*num.*8.*vers. aut confirmatio, eod. tit.* Decius *ad c.*2.*num.*7. *prope fin.vers. intelligitur*. Bero. *ad d.c.*1.*num.*27. *vers. præfata tamen*, quod tenuit & Rota *decis.*36. *num.*13. *di-*
*uers.par.*2. quemadmodum dicimus in aliena- 20
tione rerum ecclesiasticarum, in quibus copulatiue requiruntur causa, & solemnitas: nec vnum sine alio sufficit, vt per Doct. *ad c.sine except.*12. *q.*2. vbi latissime Laurent. *de Rodulph.* Couarr. *variar.resol.lib.*2. *c.*17. *n.*2. Seraph. *decis.*178.
*num.*1. *diuers.par.*2. Nam, licet auctoritas Pa- 21
pæ, suppleat solemnitates, Abb. *consil.*41. *lib.*1. non tamen supplet defectum causæ, quamuis in dubio præsumatur pro decreto, *d. decis.*178.*n.*4. admittitur tamen probatio in contrarium, quòd non subsit necessitas, neque euidens vtilitas, si-
quidem defectus causæ reddit nullam interposi- 22
tionem decreti de alienando. Gemin. *consil.*48. *num.*9. tunc enim verificatur conditio, sub qua Papa rescripsit, nempe, *si cedat in euidentem, vel necessitatem, vel vtilitatem ecclesiæ*. Neque obstat, quod Socinus scribit *consil.*15. *num.*57. *lib.*1. quòd in litteris expeditis cum conditione, *Si in euidentem, &c.* non attendatur falsa expressio, quia Papa solam habet præ oculis euidentem vtilitatem, tamquam causam finalem: quia respondetur, hoc procedere, quando subreptio non versatur circa ipsam causam, tunc enim sine causa Papa concessurus non fuisset. Decius *consil.*142. *num.*5. *&* 6. vnde Feder. de Senis *cons.*249.*num.*2. dicit, quòd, quando alienatio fit ex causa vtilitatis, sit necessaria inquisitio de eo, quod magis expediat, quia hoc est inquirere de ipsa causa alienationis: secus verò, quando fit ex causa necessitatis; sufficit enim, quòd subsit necessitas: quæ magis procedunt in alienationibus, in quibus requiritur, non solùm vtilitas, sed, quòd sit euidens vtilitas. Corneus *consil.*244. *num.*3.*lib.*2. Barbat. *consil.*40.*lib.*1. & Seraphinus *d.decis.*178.*num.*10. Multa præterea de hoc dici possent, sed cum id instituti nostri non sit, pergamus ad reliqua.

Summa ex §. Tibi, quoad vixeris.

1 *Cardinales pondus diei, & aestus ferre debet.*
2 *Cardinales onerum causa, priuilegijs honorati fuerunt.*
3 *Cardinales Papae assistentes sunt ei ceteris chariores.*
4 *Labarum magnum vexillum.*
5 *Milites labaro praepositi quinquaginta fuerunt.*
6 *Honor clarissimatus praepositis laborum communicatus est.*
7 *Praepositi labarorum oneribus senatorijs exempti fuerunt.*
8 *Digniores sunt* Cardinales *praesentes, quàm absentes.*
9 *Cardinales apud Papam residentes à beneficiorum residentia olim excusabantur.*
10 *Etiam hodie* Cardinales *Papae assistentes residere videntur.*
11 *Legitima causa à residentia excusat, etiam ex concilio Tridentino.*
12 *Cardinalis in Curia residens in sua ecclesia residere videtur.*
13 *Cardinalis Sancti Marcelli depositus, quòd per quinquenniū in suo titulo nō resedisset.*
14 *Cardinales ad pluralitatem beneficiorum incompatibilium dispensantur.*
15 *Cardinales parochialibus ecclesijs non tenentur deseruire.*
16 *Cardinales cum licentia Papae à Curia discedentes eisdem fruuntur priuilegijs.*
17 *Cardinales, qui absunt cum licentia, priuilegio indulti collatiui gaudent.*
18 *Paulus tertius absentes* Cardinales *à Romana curia priuilegio indulti priuauit.*
19 *Licentia* Cardinalium *per vnicum testem probari potest.*
20 *Licentia Cardinalium per duos testes de voce, & fama probatur.*
21 *Cardinalis absens emolumenta pilei, etsi cum licentia absit, amittit.*
22 *Fructus pilei Cardinalaris distributioni quotidianae comparatur.*
23 *Distributiones non sunt fructus, sed erogationes pro certo ministerio.*
24 *Vacans beneficium per obitum familiaris* Cardinalis, *si ipse longe absit, rite confertur absque eius assensu.*
25 *Absentia multum de priuilegio demit.*
26 *Cardinalis consensus in collatione beneficij vacantis per obitum sui familiaris requiritur triplici ratione, vt Cardinalibus deferatur, vt onus alendae familiae recompensetur, vt assistant Papae.*
27 *Cardinales, quamuis familiares Papae sint, non sunt eius continui commensales.*
28 *Cardinalis habens indultum, beneficium obitu alterius Card. vacans legitime confert.*
29 *Gratia de beneficio vacaturo, quomodocumq. reseruato* Cardinali, *non comprehendit beneficium vacans per obitum familiaris* Cardinalis.
30 *Non praesumitur Papam, velle praiudicare tertio.*
31 *Qualitas sine subiecto esse nequit.*
32 *Familiaris Audit. Rotae* Card. *Legatum concomitantis non est familiaris* Cardinalis.
33 *Auditor Rotae, qui Legatum assectatur, non est suus familiaris, sed Papae.*
34 *Familiaris Auditoris Rotae Legati concomitantis nō gaudet priuilegio familiaritatis.*
35 *Habens indultum etiam per alium conferre potest.*
36 *Papa beneficium vacans obitu familiaris Cardinalis absque eius consensu conferre non solet, si is praesens sit.*
37 *Si concessum sit Cardinali absenti cum licentia, vt beneficia conferat, conferre poterit per procuratorem.*
38 *Collatio beneficiorum ex generali concessione Vicario Episcopi facta non intelligitur concessa, nisi per verba expressa.*
39 *Legatus de latere absque speciali commissione Papae beneficia confert.*
40 *Vicarius habens facultatem conferendi, superueniente indulto, etiam ea, quae sub indulto sunt, confert.*
41 *Episcopi, & Vicarij tribunal vnum, & idem esse censetur.*
42 *Vicarius dicitur, qui vice alterius officio fungitur.*
43 *Vicarius Episcopi delegatam, non ordinariam habet iurisdictionem.*
44 *Indultum Cardinalibus concessum impedimenta tantum remouet.*
45 *Indultū Cardinali priuilegiū nullū concedit.*
46 *Non potest iuris in alium plus transferri, quàm habetur.*
47 *Vicarius, quoad collationem, idem est, quòd* Cardinalis.
48 *Beneficiorum collatio speciale mandatum requirit.*
49 *Communis reputatio non approbat Vicarium in spiritualibus. Ex Innocentio.*
50 *Vicarius agens praesente Episcopo, habere auctoritatem agendi videtur.*
51 *Praesentia consensum arguit.*
52 *Vicarij collatio, quamuis de eius vicariatu non constet, valet.*
53 *Vicario oretenus ab Episcopo collatio concedi potest.*
54 *Mandatum Principis non potest, nisi per scripturam probari.*

55 *Man-*

55 *Mandatum Apostolicum incertum executioni mandari minime debet.*

56 *In mandatis inferiorum summo Pontifice, ac Imperatore pares sunt attestationes cum instrumentis.*

57 *Potestas Vicarij non negata coram ipso acta valere facit.*

58 *Probato, quòd quispiam habeatur, nominetur, aut reputetur Vicarius, coram eo acta valebunt.*

59 *Contractus nuptiarum per procuratorem reuocatum celebratus nullus est.*

60 *Valet collatio facta per primum Vicarium, creato secundo, si de ea primus notitiam non habuerit.*

61 *Rata sunt, quæ Præses antequam de successore cognosceret, fecit.*

62 *Mandatū reuocatum non operatur, quin acta ante reuocationis notitiam rata non sint.*

63 *Resignatio facta coram Vicario post mortem Episcopi subsistit, nisi probetur, Vicarium de obitu certiorem factum.*

64 *Gesta per Legatum reuocatum, & id ignorantem, rata sunt.*

65 *Episcopus patiens conferri beneficium à Vicario reuocato, & sciente, ei potestatem renouasse videtur.*

66 *Procuratore reuocato, & sciente, si dominus ipsum aliqua agere patiatur, ei potestatem renouasse videtur.*

67 *Non est propriè matrimonium inter beneficiarium, & beneficium, sicut inter Episcopum, & ecclesiam.*

68 *Matrimonium spirituale est in electione initiatum, in confirmatione ratum, in consecratione consummatum.*

69 *Ecclesia vidua dicitur propriè, cum caret Episcopo, vel Abbate; quo ad ceteros dicitur vacare.*

70 *Episcopus, & Abbas tantum sunt ecclesiarum sponsi.*

71 *Solus Papa Episcopos transfert, alios beneficiatos etiam Episcopi.*

72 *Matrimonium ex solo consensu iudicatur.*

73 *Collator pro sacerdote est, coram quo matrimonium contrahitur.*

74 *Collationem à Vicario, se reuocatū nesciente, factā tenere decet ad diuertendas fraudes.*

75 *Vicarius conferendi beneficium licentiam habens, si conferat, nesciens Episcopatum resignatum, bene confert.*

76 *Cardinales, & ordinarij collatores rite conferunt extra diœcesim, etiam Romæ.*

77 *Qui conferunt beneficia Romæ, extra mœnia ob reuerentiam conferunt.*

78 *Ordinarij collatores voluntariam iurisdictionem vbique exercere possunt.*
Germon. de Indultis.

79 *Episcopus extra diœcesim potest sui parochi confessionem audire, eumque absoluere.*

80 *Episcopus etiā Cardinalis non est maioris auctoritatis, quàm sit Vicarius summ. Pont.*

81 *Vicarius Papæ nullam extra Vrbem habet auctoritatem, præterquam in suburbijs.*

82 *Vicarius Papæ non habet iurisdictionem vsque ad centesimum lapidem, vt olim Præfectus Vrbi.*

83 *Iurisdictio Episcoporum vsque ad portas Vrbis pertinet, immo Vrbis partem occupat.*

84 *Commissio inferioris Principe extra territorium committentis non extenditur.*

85 *Vicarios tanquam ordinarios collatores conferre posse beneficia, quibusdam placet extra diœcesim.*

86 *Vicarios mandatam, non ordinariam habere iurisdictionem, censet auctor.*

87 *A Vicario ad Episcopum in collatione appellari posse, tenuit Rota.*

88 *Vicarius, quoad collationem, non est cum Episcopo idem consistorium.*

89 *A Vicario foraneo ad Episcopum non rectè appellari iudicat auctor.*

90 *Auctor sequitur opinionem Senatus Burdegalensis, quòd scilicet Vicarij extra diœcesim beneficia conferre possint.*

91 *Legatus Proconsulis iurisdictionem non habuit, nisi ab eodem demandatam.*

92 *Proconsul iurisdictionem ante Prouinciæ ingressum demandare nequiuit.*

93 *Proconsul, si moram in itinere fecisset, iurisdictionem mandare non fuit prohibitus.*

94 *Episcopus extra diœcesim Vicarium creare non prohibetur.*

95 *Episcopus Vicario alterius Episcopi beneficiorum collationem rite committit.*

96 *Beneficium vacans in curia, si à Papa intra mensem non conferatur, collatio ad ordinarium collatorem redit.*

97 *Vicarius Papæ non habet auctoritatem conferendi beneficia.*

98 *Papa, vt Romanus Episcopus, collationem extra Vrbem minime habet.*

99 *Vicarius Papæ eius vices gerit, non vt Vicarius Pont. max. sed vt Episcopi Romani.*

100 *Reseruatio collationis à Papa facta non extenditur ad suum Vicarium.*

101 *Legatus de latere beneficia Papæ reseruata confert, vt idem Papa.*

102 *Appellatione prouisionis Sedis Apostolicæ veniunt & Legatorum prouisiones.*

103 *Regula de expressione valoris procedit etiā apud Legatum.*

104 *Ad tollendam subreptionem eadem est facienda expressio in litteris Legati, quæ & in litteris Papæ.*

105 *Nuncijs Apoſtolicis collatio beneficiorum viginti quattuor ducatorum valorem non excedentium concedi ſolet.*

Tibi, quoad vixeris, ſolus per te ipſum, vel alium, ſeu alios, quem, vel quos ad hoc duxeris deputandum, ſeu deputandos, etiam quando, & quoties te de licentia noſtra, etiam pro tua voluntate, à Romana curia, vbilibet, etiam vltra montes, abeſſe contigerit, quæcumque beneficia cum cura, & ſine cura, ſecularia, & quorumuis ordinum, ſeu Hoſpitalium, vel militiarum regularia ad tuam, etiam cum alio, vel alijs, collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem.

§. Tibi, quoad vixeris.

TIBI, QVOAD VIXERIS. Hic de duobus quæri poteſt, an à Romana curia abeſſe Cardinalis poſsit ſine ſummi Pontificis licentia: & cum abeſt, an gaudere poſsit priuilegijs, perinde atque ſi præſens eſſet, & an eo abſente pro eo alius vigore indulti Apoſtolici conferre poſsit quæcumque beneficia. Quoad primum videtur, Cardinalem abeſſe non poſſe ſine expreſſa ſummi Pontificis licentia: ſiquidem Hoſtienſis *ad d. cap. eccleſia ve-*
1 *ſtra, il 2. de elect.* ſcribit, Cardinales ligatas habere alas, cum eorum officium ſit aſſumendi, & ferendi pondus diei, & æſtus, vt illi, qui ſunt vocati in partem ſolicitudinis, §. *ſunt can. decreto, quæſt. 6. argumento cap. ad honorem, de auctor. & vſu pallij. cap. per venerabilem, qui filij ſint*
2 *legit.* quam ob cauſam priuilegijs honorantur, *teſtimonio Oldradi, conſil. 48. incip. ius commune.* Contra naturam igitur ſui officij videtur eſſe, quòd Cardinalis lateri Pontificis maximi ſe vel paululum ſubducat: atque ideo ceſſare debet cauſa priuilegij, & fauoris, cum abſentes ex hoc, quòd à Principis latere non diſceſſe-
3 rint, nihil meriti acquirere poſſint: vnde Cardinales aſsiſtentes eidem ſunt ceteris chariores, *argumento l. unicæ, C. de præpoſit. laborum, lib. 12,* quam inſcriptionem explicare tranſeundo haud pigebit, cum ab omnibus non intelligatur. Nam alij legunt, de præpoſitis libellorum, quam lectionem Andræas Alciatus ibidem probat, cum tamen vulgata lectio ſit retinenda.
4 Sunt enim præpoſiti laborum, qui magno illi vexillo erant præpoſiti, quod vulgo laborum, ſeu labarum, & laborum ſolutio dicebatur, vt Iacobus Cuiacius ex Greg. Nazianzeno, & actis Nicænæ 2. ſynodi, & Sozomeno ibidem oſtendit. Nam Sozomenus, de Conſtantino loquens, ait, *lib. 1. hiſt. eccleſiaſt. cap. 4.* Iuſsit viros eruditos ex auro, & lapidibus pretioſis in vexillum crucis transformare, quod labarum vocatur. Id præpoſiti, vt quæque pars in acie laborabat, in eam, quaſi auxilij, & liberationis vice, inferebant, fuereq. iam olim, Euſebio teſte, *de vita* 5
Conſtantini lib. 1. cap. 23. 24. & 25. huic rei à Conſtantino præpoſiti milites 50. (vt ex Codice Theodoſ. liquet) ex protectoribus, & domeſticis, ideo poſt titulum de domeſticis, & protectoribus, vt ait Cuiacius, ponitur titulus de præ-
poſitis laborum, idemq. ijs honor clariſsimatus 6
defertur, qui in præcedenti titulo delatus vide-
tur decemprimis domeſticorum: hi autem præ- 7
poſiti laborum, licet veluti ex conſularibus in Senatu habebantur, non tamen agnoſcebant onera ſenatoria, velut functionem glebalem, aut præturam, *l. 1. de ſilent. & decurion. eorum, eod. lib. 12. & l. 7. C. Theod. de priuil. eorum, qui in ſacr. palat. milit.* atque ideo *in d. l. vnica* ſubijcitur. Nam & immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat, videlicet, vt præter ſenatoriam dignitatem, immunes etiam ſint à deſcriptionibus, & oneribus ſenatorijs. Labari formam graphice admodum deſcribunt Euſebius, de vita Conſtant. *c. 25.* Prudentius *contra Symmachum,* Nicephorus *lib. 7. c. 29.* ex recentioribus Onuphrius Panuuinus *lib. 2. Faſtorum,* & Pamelius *ad Tertull. c. 16. Apologetici.* Idem profectò dici poteſt de Cardinalibus præſentibus: non enim eundem ſplendorem præſtare poteſt, qui abſens eſt, quam ille qui præſens, *adſtipulante Bald. ad l. cū multa, C. de bonis, quæ liber.* qui etiam tantum vult eſſe diſcrimen inter Cardinales præſentes, & abſētes, vt *ad c. bonæ, 1 n. 4. de poſtulat. prælat.* dixerit, Cardinales reſidentes in curia æquiparari ſtellis fixis, quæ non mouentur, niſi motu orbis, ſic & Cardinales non mouentur niſi motu Papæ: Sed Cardinales Legatos, qui de licētia Papæ abſentes ſunt, æquiparari conſtellationibus, ſiue planetis, quæ mouentur motu proprio, nutu Dei, ſicut Legati nutu Papæ, *idem Bald. ad rubr. ff. de offic. proconſul. & legat. quem refert, & ſequitur Dec. ad c. clerici,*
n. 47. de iudic. ſcribit, digniores eſſe Cardinales 8
præſentes, quā abſentes a curia, *idem aſſerit And. Sicul. conſil. 57. n. 11. li. 1. quod latius etiā oſtendit*
idem Sicul. conſ. 1. col. 21. lib. 1. Hinc factum eſt, 9
quòd Cardinales apud Papam reſidentes, hoc eſt in Rom. curia, excuſantur à reſidentia ſuorū beneficiorum: quod an hodie verum ſit, non immeritò dubitari poſſet, ex eo, quòd concil. Trid.

ſeſſ. 23.

seß.23.cap.1. de reformat. decreuit omnes Episcopos, Archiepisc. & Patriarchas in sua ecclesia,
10 vel diœcesi residere debere, etiam si S. R. E. Cardinales sint: puto tamen verius, si agunt in Romana curia, & à summo Pontifice inde discedere non iubentur, perinde esse, ac si residerent, quia tacita illa Papæ approbatio videtur
11 dispensatio. Nam idem ipsum concilium *d.c.1.* dicit, ex iustis causis eosdem à residentia abesse posse, si legitimæ absentiæ causas Romanus Pontifex, aut Metropolitanus, vel eo absente, suffraganeus Episcopus antiquior residens in scriptis approbauerit. At si Episcopus iustis de causis cum licentia potest abesse, multo magis Cardinalis, qui cum Romæ commoratur, licen-
12 tiam à Pōtifice Maximo videtur habere, ac præsens in sua ecclesia intelligitur: immo singulis ecclesijs videtur deseruire, *vt ait Innocentius Tertius in d.cap. bona, de postulat. prælat. & in cap. cum defectus, de cleric. non resident. Oldrad. consil.48.per totum, Philippus Probus ad c. vnic. num.8. de maior. & obed. lib. 6.* quinimmo Leo Quartus, in Synodo Romana 67. Episcoporum, teste Anastasio Bibliothecario in eius vita vel vt in veteribus Codicibus legitur, tertius, ait *in cap.2. eod. de cleric. non resident.* quendam
13 Anastasium presbyterum Cardinalem tituli S. Marcelli fuisse depositum, quòd titulum suū per spatium quinque annorum deseruisset: hoc est fuisset absens, & non resedisset in curia in suo titulo, nec astitisset Papæ, *vt asserunt Ioan. And. in addition. ad Speculat. tit. de legat. & Oldradus d. consil.48.* vnde idem Ioan. Andræas *loco cit. & Innoc. ad cap. iam dudum, de præbend.* dixerunt,
14 Cardinales ob summam eorum dignitatem ad pluralitatem beneficiorum, etiam incompatibilium, à Papa dispensari: *quibus adstipulantur Abbas ad cap. de multa, eod. Felin. ad cap. nonnulli, num.63. de rescript.* & Ludouicus Gomes. in procemio *regul. q.4. et ad regul. de idiomate,*
15 *q.3. versic. sed posito*, defendit Cardinales, si inter huiusmodi beneficia habeant ecclesias parochiales, minime teneri eis deseruire. Rationē reddit Iacobatius *lib.1. de Conc. fol.37.* quia excusantur à residentia: quod & nos disseruimus *lib.3.c.6.n.58. de Sacror. Immun.* Debent igitur assistere summo Pontifici, *c. fundamenta, §. decet,*
16 *de elect. lib.6.* Possunt tamen aliquando à curia discedere cum eiusdem licentia: nam si sine licentia discedant, puto non eadem habere priuilegia, quæ habent præsentes: si verò cum licentia, eadem prope, quæ residentes in curia habere solent: dico prope, quia non omnia ha-
17 bent, vt habebis inferius. Nam quoad indultum conferendi, qui absunt cum licentia, etiam si nō abfuerint reipublicæ causa, sed ex pura, & mera absentis voluntate, gaudebunt priuilegio in-

dulti, quod verba illa denotant aperte: Etiam 18
si pro tua voluntate. Quod videtur iam olim à Paulo Tertio constitutum, *testimonio Caputaq. decis.86.num.1. & 2. par. 2.* à quo manauit decretum consistoriale, quo Cardinales residere iubentur in Romana curia; quod si non fecerint, priuentur ipso facto, durante tali absentia, omnibus indultis, & priuilegijs, quibus alij Cardinales gaudent, & gaudere possint, nisi cum expressa licentia Papæ apud ecclesiam Metropolitanam, seu cathedralem, cui præsint, resideant, quod & in regula septima Cancellariæ statutum apparet, ibi: Necnon ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Romana curia absentium, ratione Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit, &c. vel quod in indulto conster, posse abesse sine indulti præiudicio: vt in nostro indulto, ibi: A Romana curia vbilibet, etiam vltra montes, abesse contigerit, quæcumque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, &c.

Sed quid, si licentia non appareat? hoc ca- 19
su potest probari per vnum testem integerrimum, si deponat de facto proprio, vel quia
ipse impetrauit, vel quia vidit, vel obtulit, *Ca-* 20
putaquensis d. decis. 86. num. 3. probatur etiam per duos testes deponentes de publica voce, & fama, quòd Papa concesserat licentiam,
d. decis. num. 86. num. 4. Verum si cum licen- 21
tia etiam absuerint, non est dubium, quia pri- 22
uentur fructibus, quos ratione, vt dicunt, piei percipiunt: quia habentur loco quotidianæ distributionis, quam nisi præsentes non possunt percipere, *argumento cap. de cætero, de cleric. non resident. vbi Abbas in fine, verbo, illud victualia, rectè interpretatur quotidianas distributiones.* Ratio est, quia hæ distributiones non
dicuntur fructus beneficiorum, sed potius dan- 23
tur ratione certi ministerij personalis, *Imol. ad cap. licet, prope fin. de præbend. Rota in antiq. 33. de re iudic. & 39. de præb. in antiq. et 26. de præb. in nouis.* Et quòd distributiones quotidianæ nō dentur ratione canoniæ simpliciter, sed ratione interessentiæ, vt aiunt, & ministerij personalis, respondit Oldradus *cons.118.n.1.2. & 3. & per tot. Felin. ad c. ad aures, nu.14. de rescript. Nicol. Boerius decis.340.n.4. plura adducit.* Hinc Grassus *in vna Hispalen. pensionis 25. die Lunæ, 29. Nouembris, 1575. quæ hodie est impressa par. 1. Decis. diuersorum, decis.330. nu.2.* dixit, cum in reseruatione proposita fiat mentio de fructibus in continua residentia solitis, circumscripto communi stylo loquendi non veniunt distributiones quotidianæ, cum dentur debiti fructus residentibus, qui sunt à distributionibus sepa-

 rati

rati per supradicta, nisi in licentia expresse cautum esset, vt quo ad illos fructus perinde haberetur, atque si præsens esset, vel ob alias causas, quas Boerius enumerat, *d. decis. 340. n. 4. ibi, nisi necessitatis.*

Magis dubitatur, quòd regula *de impetr. be-*
nefic. vac. per obitum famil. Card. qua cauetur,
quòd vacante beneficio per obitum familiaris
Cardinalis, debeat exprimi nomen, & titulus
ipsius Cardinalis, etsi ille in curia fuerit, eius
ad id assensus sit necessarius, aliàs gratia desu-
per confecta sit nulla. Si autem Cardinalis fue-
rit absens à curia per duas dietas, vt puta vena-
tionis gratia, vel alia de causa, an sicut nomi-
nis expressio, ita requiratur tali casu eius con-
sensus. Gomesius *ad d. regul. de impetrand. be-*
24 *nefic. q. 17. in fine*, multa pro vtraque parte ad-
ducit; tandem concludit, communem nostrorũ
sententiam esse, quòd quando Cardinalis diu
abest, vel pro negotijs multum distat à curia,
consensus eius requiri non debet. Rationem
illam affert, quòd talis absentia reputatur pro
morte: *vt notant Doct. ad cap. præsentata, de*
test. lib. Ioan. And. ad cap. si contra, de officio delega-
25 *ti, lib. 6.* Immo absentiam modici temporis mul-
tum de priuilegijs demere dicit Ioãnes de Pla-
tea *ad l. 2. C. vt dignit. ordo seruetur.* Namque
26 tres potissimæ fuerunt causæ, ob quas Romani
Pontifices voluerũt beneficium vacans per obi-
tum familiaris Cardinalis non posse conferri, ni-
si exprimeretur nomen, & titulus ipsius Cardi-
nalis, vel accederet eius consensus: prima, vt
Cardinalibus deferretur, *teste Aegid. decis. 632.*
in princ. Secunda, propter onera, quæ subeunt
in alendis familiaribus, *decis. 16. de præbend. in*
antiquis, vel vt respondit Romanus *consil. 498.*
vt spes bene seruientium tali priuilegio sustine-
retur; tertia, vt assistant lateri Papæ, vti proba-
tum est. Verum cum istæ causæ sint inter se
coniunctæ, ratione earum omnium requiritur
Cardinalium consensus. *Iason ad l. in testamen-*
to, num. 14. versic. Tertio & not. C. de milit. test.
post Abbatem, ad cap. quoniam frequenter, §. por-
rò, vt lite non contest. facit & quod Crescentius
27 *notat decis. 3. de priuileg.* quòd licet Cardinales
dicantur familiares Papæ, non sunt tamen con-
tinui commensales, *vt not. ad cap. vlt. de verbor.*
28 *signif. lib. 6.* atque ideo Cardinalis habens in-
dultum, poterit conferre beneficium vacãs per
obitum alterius Cardinalis, non obstantibus re-
gulis inducentibus reseruationes familiarium,
& continuorum commensalium: quia cum con-
iunctim requirantur familiaritas, & commensa-
litas continua, & Cardinalis non dicatur conti-
nuus commensalis, non debet illa regula com-
prehendi.

29 Hinc emergit difficultas, an valeat gratia, quam quis obtinuit de beneficio vacaturo, etiã quomodocumque, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruato, cum consensu Cardinalis indultum habẽtis, vt cum decesserit aliquis familiaris, aut commensalis Cardinalis scilicet, an gratia illa comprehendat beneficium vacans per obitum, & an Cardinalis debeat suũ præstare consensum. Quoad primum, videtur dicendum, tale beneficium comprehendi, quia Papa per regul. 7. reseruat sibi omnia beneficia, vt superius diximus, spectantia ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Cardinalium à curia absentium, & gratia habet clausulam ad qualitercumque reseruata. Contrarium tamen verius est in vno casu, si impetrans non expressit nomen, cognomen, & titulum Cardinalis, vel si ille in curia sit, eius ad id debeat accedere consensus, *d. regul. de impetr. benefic. per obitum famil. Cardin.* aliàs gratia desuper obtenta est nulla. Si quis verò obijceret, dictam regulam esse de beneficio vacante, & per consequens non extendi ad beneficium vacaturum, quia cum gratia conceditur de beneficio vacaturo, impossibile est exprimere nomen, & titulum Cardinalis, qui adhuc est incertus, & ignoratur, cum nondum venerit vacatio, tamen si ista gratia de vacaturo non fuisset concessa, & vacasset beneficium familiaris alicuius Cardinalis, certum plane est, quòd Cardinalis deberet præstare consensum prouisioni faciendæ, vel factæ: aliàs prouisio esset penitus nulla, *d. reg. de impetr. benefic. per obitum fam. Card.* Si vero te-
neremus, clausulam supra positam compreben-
dere beneficia familiarium Cardinalium, qui- 30
bus (vt nec tertio) numquã Papa censetur præ-
iudicare, nisi expresserit, esset gratia in præiu-
dicium Cardinalium concessa, *cap. quamuis, de*
rescript. lib. 6. c. vlt. de concess. præbend. eod. lib. 6.
Crescentius decis. 5. nu. 2. eod. de concess. præbend.
Nec obstat, si Cardinalis consenserit, ex quo
prouisio Papæ de beneficio, quod vacauit per
obitum talis Cardinalis est valida, cũ adsit con-
sensus Cardinalis: quia cum illa gratia de bene-
ficio vacaturo non comprehendat beneficia
vacantia per obitum familiarium Cardinalium,
consensus Cardinalis indultum habentis non
debet extendi ad alia in gratia non contenta:
& ita tenuisse Rotam, testatur idem Crescentius
d. decis. 3. quoniam qualitas sine subiecto esse 31
non potest, *l. 1. in fine, vbi Bart. ff. de vsufruct.*
Iason. de action. in princ.

Sed an impetrãs beneficium vacans per obitum familiaris Auditoris Rotæ, qui cum Legato proficiscitur, teneatur Legati nomen, cognomen, & titulum, exprimere, vel eius habere cõsensum? Prima facie videtur dicendum, ista esse necessaria, ex eo, quòd ille familiaris in tinello,

vt cum

vt cum nostris loquamur, cum alijs Legati familiaribus comedebat, & ex illa commensalitate
32 videtur effectus familiaris. Rota tamen tenuit,
33 non esse familiarem Cardinalis Legati, quia nec Auditor est familiaris Cardinalis, sed summi Pontificis, sic familiaris Auditoris non famulatur Cardinali, sed Auditori, ideo non gaudet
34 priuilegio familiaritatis, *Crescen. decis. 5. de praeb.*

Hic altera vrget quaestio, an scilicet pro absente Cardinali alius possit virtute indulti quaecumque conferre beneficia. Dubitationem facit decretum consistoriale Pauli Tertij, *cuius ex Caputaquen. decis. 86. par. 2. superius mentionem fecimus*, item reg. 7. Cancellariae, qua Papa sibi reseruat omnia, & quaecumque beneficia, quae ad collationem, prouisionem, seu quamuis aliã dispositionem S. R. E. Cardd. à Rom. curia absentium quauis ratione spectent. Sed respondendum est, illud debere intelligi, quemadmodum reg. 7. de eo, qui absens est, nulla habita Rom. Pont. licentia, vel cui non est indultum, vt
35 omnia conferre beneficia possit, ac si praesens esset: nam cui indultum est non solum per se, sed per alium, seu alios, vt hic constat haud obscu-
36 re, quòd conferre possit: quinimmo Cardinalis indultum habens (quia Papa non solet conferre beneficia per obitum familiaris Cardin. nisi praesens est, ipsius Card. accedat consensus, *ex*
37 *reg. de impetr. benef. per obit. fam. Card.*) si de licentia summi Pont. absens fuerit; & in licentia caueatur, vt non obstante absentia, conferre possit, constituere vtique poterit procuratorem, sine cuius consensu collatio facta de beneficio ad Cardinalis prouisionem spectante nulla erit, *vt infra ad §. sed de ipsis, in fine dicetur.*

Hinc exoritur difficultas non minima: an Vicarius Episcopi ad Cardinalatum assumpti vigore indulti possit conferre omnia, & singula beneficia, quae ratione ipsius indulti conferre
38 potest Cardinalis ipse. Qua in re illud in primis, etsi in iure tritum est, admonere oportet, quòd in Vicarium ex generali concessione sibi ab Episcopo facta, non transit potestas conferendi beneficia, etiam spectantia ad collationẽ ipsius Episcopi, nisi beneficiorum collatio sit specialiter, & nominatim concessa. *textus est elegans in cap. vlt. vbi notant omnes de offic. Vic. lib. 6. & c. statutum, de praeb. eod. lib.* quod locum habere etiam in Vicario Papae, scribit Philippus Franc. *ad d. cap. vltimum. 3.* vt si Papa in aliqua
39 Prouincia aliquos Vicarios Cardinales constitueret, nisi essent Legati de latere, qui absque vlla speciali commissione possunt conferre, *c. 1. de offic. legat. eod. lib. 6.* non item alij Legati, nisi
40 specialiter eis concessum sit, *d. cap. 1.* Maior dubitatio est, quando Vicarius habet facultatem conferendi, & superuenit indultum, an possit sine alia noua commissione conferre ea beneficia, quae ante indultum conferre non poterat: & videtur dicendum posse per ea, quae tradit Puteus *decis. 488. lib. 2.* Nam Vicarius cum Episco- 41
po vna persona censetur, & vtriusque vnum est, & idem tribunal, *cap. Romana, de appellat. lib. 6. cap. 2. de consuet. lib. 6. Puteus decis. 94. in fi. lib. 1. & alij in addit. ad decis. vlt. n. 6. de offic. Vic. in nouis*, & Cantuc. *decis. 1. num. 22. par. 2. diuers.* & dicitur Vicarius, *vt supra ad inscriptionem §. Hieronymus, diximus*, ex eo, quòd vice alterius officio fungatur: Cassiodorus *in formula Vica-* 42
rij Vrbis, lib. 6. Vice, inquit sacra sententiam dicis, *& in formul. praefect. praetor.* vice sacra vbiq. iudicat, *& tit. C. de offic. Vicarij, & tit. C. de offic. eius, qui vicem alter. iudic. obtinet*, quamquam illi erant ordinarij iudices, *vt in Paratit. tit. de offic. Vicarij diximus*. Nec modò quaerimus, an 43
Vicarij nostri ordinariam habeant iurisdictionẽ, an delegatam: nam habere delegatam ostensum est *cap. 6. lib. 1. mearum Animaduers.* Quidquid tamen sit, mandata Vicario iurisdictione, dataq. eidem facultate conferendi, idem potest Vicarius, quod Episcopus. Ex ijs autem, quae 44
superius ad §. *per quae sublatis impedimentis*, adduximus, constat, indultum, quod Papa Cardinalibus concedit, nihil aliud operari, quàm remouere impedimenta, quibus per regulas Cancellariae, aliasq. Pontificias constitutiones ordinarius impeditur, quominus singulis mensibus, & quaecumque beneficia conferat. Idcirco cum Vicarius habeat potestatem conferendi, & vna censeatur persona cum ordinario, si superuenetit indultum, illud totum, quod habet ordinarius Cardinalis, transfertur in Vicarium: nec est necesse tribui Vicario nouam conferendi facultatem etiam vigore indulti, quod nouum Cardinali ius tribuit, quia indultum nihil tribuit, sed remouet, *Puteus decis. 220. n. 2. lib. 1. & decis. 93. lib. 3. Caputaquen. decis. 214. num. 6. & 7. par. 2. Crescent. de priuil. decis. 11. Lancellottus in vna Bononiensi optionis die 9. Ianuarij, 1579.*

Si quis verò obijceret, quòd in generali potestate Vicario concessa non veniunt illa, quae vigore priuilegij Cardinali competunt, *decis. 47 in antiq.* respondendum est, quemadmodum idẽ Puteus de alternatiua respõdet *d. decis. 488. num. 5. lib. 2.* videlicet, indultum nullum priuilegium Cardinali concedere, sed tantum ob- 45
stacula remouere. Praeterea, si opponatur, quòd sicut Episcopus factus Cardinalis ante assumptionem ad Cardinalatum non poterat conferre ea, quae virtute indulti confert, ita nec Vica- 46
rius: quia vulgata est iuris regula, neminem in alium plus iuris conferre posse, quàm quod ipse habet, *l. nemo plus, ff. de reg. iur.* respondetur, Episcopum ante Cardinalatũ habere potestatẽ confe-

confetendi omnia, & singula beneficia, sed il-
lam potestatem, quæ erat impedita per indul-
tum ad actum reductam, seu restitutam, in Vi-
carium transtulit: vt perinde quoad collationẽ
47 habeatur Vicarius, atque ipse Cardinalis.
Hinc alia insurgit quæstio, an valeat collatio
à Vicario facta, de cuius vicariatu, & mandato
per litteras non constat, etsi ab omnibus repu-
tatur Vicarius. Dubium facit, quia cum non
probetur vicariatus, non videtur sufficere com-
munis reputatio, ac beneficia conferre posse
requirit speciale mandatum, *d. cap. vlt. de offic.*
48 *Vicarij lib.6.* & licet probaretur, talem Vicariũ
talia solitum facere, & pro habente facultatem
talia faciendi communiter reputatum, *ex ijs,
quæ notat. ad l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* hoc
tamen non videtur habere locum in collatione
49 beneficij, sicut nec in spiritualibus, *Innocen. ad
cap. nihil, de elect. Bald. ad l. 2. C. de seruit. &
aq. Iason ad d. l. Barbarius, num. 69.* Qua in
re dicerem cum Crescentio *decis. 15. num.6. de
probat.* apud quem cum dubitaretur de manda-
to Vicarij, qui super defectu natalium litteras
concesserat, respondit, quòd aut Episcopus erat
50 præsens, quando Vicarius talia faciebat, & tunc
quia palam, & publice pro habente auctoritatẽ
reputabatur, & sic sciente Episcopo, *argumento
gloss. ad l. penult. C. de peric. tutor. & cap. nulli, de
elect. lib.6. & Card. ad clem. 1. in fine, de concess.
præbend. & alij, quos idem Crescentius citat*, præ-
51 sumitur delegationem, & mandatum præcessis-
se, *argumento l. 1. §. magistrum, de exercit. act.
per Baldum in l. 2. C. de sentent. & Iason ad d. l.
Barbarius, 13. col. in princ.* aut Episcopus erat
absens, & tunc Vicarius generalis potest talem
licentiam tribuere, *cap. nullus, §. Episcopo autem,
de tempore ordinat. lib. 6.* Sic dici debet in casu
52 nostro, cum Episcopi in generali mandato so-
leant Vicarijs impartiri quoque facultatem cõ-
ferendi beneficia ad eorum collationem spectã-
tia, Vicarij collationem valere dicendum est,
quamuis de eius vicariatu non constet. Præterea
53 commissio ab ordinario facta suo Vicario de
conferendis beneficijs valet, etiam si facta sit
viuæ vocis oraculo, atque per testes probari po-
54 test, *Rota in Nouis, de offi. Vic. decis. 5. aliàs 397.*
55 Nec verò obstat ex *l. vnica, C. de mand. Princ.*
quòd mandatum Principis non possit probari,
nisi per scripturam, *Nec ex cap. cum in iure peri-
tus, de offic. deleg.* quòd mandatum Apostolicũ,
de quo certò non constat, executioni mandari
non debeat: quia respondetur, illa iura proce-
dere in mãdatis Papæ, & Imperatoris, *d. decis. 5.
nu. 3. in fine, Abbas ad cap. constitutus, de concess.
præbend. Aegidius decis. 7. de offi. deleg. quod etiam
notatur ad d. decis. 5. in vlt. notab.* secus verò in
56 inferioribus, vt Aegidius, & alij citati dixerunt:

quia in his habent locum iura communia, vt pa-
rem vim habeant testes, & instrumenta in iudi-
cio, *l. in exercendis, C. de fide instrum. cap. cum
Ioannes, extra eod. Rota in decis. 5. de offic. Vic.
num. 4. in Nouis*, vnde Rota *in decis. 1. eiusdem* 57
tit. etiam in Nouis, dicit, valere acta in partibus
coram alicuius Episcopi Vicario agitata, licet
non probetur per litteras patentes eius pote-
stas, dummodo à partibus non negetur: si verò
ab aliqua partium negaretur eius potestas, tunc
probari debere: quoniam per negationem eius
fit res dubia, *l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig.*
sed tunc sufficit probare habitionem, nominatio- 58
nem, & communem reputationem ad hoc, vt
acta per eum valeant ex notatis ab interpreti-
bus *ad d. l. Barbarius, ff. de offic. prætor.*
Sed an collatio facta à Vicario post constitu-
tionem secundi Vicarij, aut reuocationem non
notificatam valeat, quæstionis est. Nicolaus
Boerius *decis. 347. nu. 8.* scribit, doctores tene-
re, Vicarium per creationem secundi, aut reuo-
cationem statim censeri reuocarum absque no-
tificatione, atque ideo non valere collationem,
eum notificatione opus nõ sit: quemadmodum 59
dicimus in procuratore ad contrahendas nu-
ptias constituto: qui si reuocatus fuerit, & igno-
rauerit, atque contraxerit matrimonium, nul-
lus erit contractus, *l. si pœnituit, ff. de rit. nupt.
cap. vlt. de procurat. lib. 6.* Quæ conclusio si locũ
habet in matrimonio carnali, multo magis ha-
bebit in spirituali, *vt testantur Lap. Petrus de
Anchar. Dominicus, & Philip. Francus ad cap. si.*
Contrarium tamen verius esse constãter defen-
dit idem Boerius *d. decis. 347. nu. 12.* vt scilicet 60
valeat collatio facta per primum Vicarium, etiã
reuocatum ante notificationem reuocationis,
aut creationis secundi Vicarij; & ita Baldum,
Romanum, & alios tenuisse, ac Pataulj, necnon
Romæ ita iudicatum fuisse testatur, *ex l. si forte,
ff. de offic. præsid.* quæ est adeoclara, vt tergiuer-
satio omnis frustratoria sit: sic enim Iuriscõsul-
tus. Si forte Præses Prouinciæ manumiserit, vel 61
tutorem dederit, priusquam cognouerit succes-
sorem aduenisse, erunt hæc rata, *& l. si mandas-
sem, ff. mandati.* Si mandassem, inquit, tibi, vt 62
fundum emeres, postea scripsissem, ne emeres,
tu antequam scias me vetuisse, emisses, manda-
ti tibi obligatus ero, ne damno afficiatur is, qui
mandatum suscepit: *facit & optime l. eius, ff. de
reb. cred. si cert. petat, ibi.* Placebat, debitores
quidem, qui ei soluissent, liberatos esse, si modò
ipsi quoque dominum decessisse ignorarent: *&
l. 1. §. & puto, ff. quod iussu, cap. mandato, de pro-
curat. cap. auditu, de restit. spoliat.* facit & *decisio
Soc. Guid. Papæ.* Fuit quoque resolutum in Rota 63
corã Antonio Augustino *die 27. Ianuar. 1546.*
resignationem factam in manibus Vicarij ge-
neralis

neralis Episcopi, eodem Episcopo antea per sexdecim dies mortuo subsistere, non constito, quòd obitus Episcopi peruenerit ad notitiam generalis Vicarij, licet verisimiliter potuerit, *Puteus decis. 370. lib. 2. Anton. Maria Papazon. in addit. ad d. decis. 1. de offic. Vic. in nouis, nu. 4.*
64 quia si valent gesta per Legatum, expresse etiã in publico Papæ consistorio reuocatum, & Vicarij gesta post reuocationem valere debent, *Caldilinus consil. 4. de offic. Legati*, quod etiam fit fauore publicæ vtilitatis, *vt not. ad d. l. Barbarius*: & hãc esse magis æquam, & tealẽ, quàm præcedentem opinionem, tradit idem Nicolaus Boerius *d. decis. 347. num. 13. qui etiam asseue-*
65 *rat ibid. num. 18.* quòd si Vicarius conferat beneficia post reuocationem sibi intimatam, sciẽte tamen Episcopo, & patiente, videri renouatam sibi potestatem, *Caputaquen. decis. 15. n. 6.*
66 *de probat.* quod & verum est in procuratore reuocato aliquid faciente, domino sciente, & patiente, *testimonio glossæ, vbi etiam Doct. ad l. qui mutuũ, §. non ideo, in fi. ff. mand. Alex. cons. 128. ante fi. vers. Quod aliud, lib. 6. Ludouic. Roman. consil. 76. incip. In causa nobilis viri Salamonis, in secundo dubio*, & sic reuocationem procuratoris, aut Vicarij dominus, aut Episcopus tacite nolunt sortiri suum effectum. Quibus sic confirmata nostra opinione, non obstat, quod dicebatur de procuratore dato ad contrabendas nuptias: quia respondetur primò, non dici proprie contrahi matrimonium spirituale inter be-
67 neficium, & beneficiatum, quemadmodum inter Episcopum, & ecclesiam. Rationem diuersitatis illam *cap. 19. lib. 2. Animaduers.* reddebã: quia spirituale coniugij fœdus, quod est inter Episcopum, & ecclesiam valde simile est legitimo matrimonio, quod inter virum, & vxorem
68 contrahitur: namque matrimonium spirituale in electione initiatum, in confirmatione ratum, & in consecratione consummatum intelligitur. *cap. vlt. de translat. Episc.* quæ omnia in carnali matrimonio considerantur, *cap. debitum, de bigam.* atque ideo Abbas post Ioannem Andreæ *ad cap. clerici, de vit. & honest. cleric.* ait, eccle-
69 siam proprie dici viduam, siue viduatam, quando caret Episcopo, vel Abbate, aliàs dicitur va-
70 cate, quia isti soli dicuntur ecclesiarum sponsi, *cap. ne pro defectu, de elect.* Ex quibus dicebam
71 *in d. cap. 19.* solum Romanum Pontificem posse dispensare, vt Episcopus ex vna ad aliam transferatur ecclesiam, cum alij inferiores omnes ecclesiarum Prælati possint quemquam ex vno ad aliud beneficium transferre. Præterea non valer argumentum (pace tantorum virorum dixerim) quòd sicut matrimonium à procuratore ad contrahendas nuptias dato, & à domino reuocato, etiam si ignorauerit, contractum non

tenet, ita beneficij collatio à Vicario ab Episcopo reuocato facta non valet: siquidem matrimonium contrahitur inter dominum, & sponsam, & quia matrimonium æstimatur ex consensu, *eã n. sufficiat, 27. q. 2. l. nuptias, ff. de regul. iur.* 72
si desit consensus, nullum est matrimonium: ita reuocato procuratore, etiam si ignoret, & contrahantur nuptiæ, nullæ erunt, quia deficit consensus eius, qui contrahit per procuratorẽ. Sed matrimoniũ spirituale non requirit consensum eius, qui Vicariũ dat, & constituit, quia non contrahitur inter ipsum cõferendi potestatẽ habentem, & accipientem, sed inter accipientẽ, & ipsum beneficiũ. Itaque hic non deficit consensus, ex quo æstimamus coniugium. Vnde si Vica- 73
rius, qui est reuocatus, & reuocationem ignorat, conferat: & is, in quem fit collatio, consentiar, valet collatio, *cap. si tibi absenti, de preben. lib. 6.* Namque collator fungitur vice sacerdotis, coram quo matrimonium contrahitur. & licet matrimonium legitimum esse non possit, nisi fiat præsente parocho, cum requisitis, *in cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. Concil. Trident.* consensus tamen ipsius parochi non est necessarius, nec requiritur. Quòd si non teneret collatio à 74
Vicario post reuocationem non notificatam facta, facile oriri possent fraudes multæ: quia Vicarijs clam, & secretò forte reuocatis, & reuocationem ignorantibus, alius obtineret collationem: quare opus est reuocatione: quæ quo modo fieri debeat, prosequitur Nicolaus Boerius *d. decis. 347. num. 14. cum seqq.* Contra si vi- 75
carius ab Episcopo beneficium conferendi habens facultatem, postquam Episcopus in manibus Papæ Episcopatum renunciauerit ante aduentum successoris, & notitiam resignationis, beneficium contulerit, vtrum valeat collatio. Rota *decis. 33. diuers. par. 3. lib. 1. & decis. 159. eod. lib. 2.* ex doctrina Felini videtur inclinare, vt valeat. Verum, quoniam in contrarium allegatur consilium vltimum Calderini *de re iudic.* vbi asserit, sententiam latam per vicarium post translationem, seu resignationem Episcopi esse nullam, quia cessat facultas, etiam si ignoret translationem, dubium in vtraque decisione non fuit resolutum. Ego; quidquid dicat Calderinus; in ea sum sententia, vt existimem, valere collationem per ea, quæ dicuntur *infra ad §. Necnon quarumcumque num. 23. cum seqq.* vt, si renuncians in fauorem certæ personæ possit conferre, antequam possessionem apprehendat, multo magis possit conferre eius Vicarius, qui, renunciatum esse ignoret, ex ijs, quæ supra diximus. Quod quidem locum habere debet etiã, si Episcopus libere in manibus Papæ Ecclesiam suam renunciauerit, non vtique, si ea fuerit sententia priuatus: quod infert textus à Calderino addu-

adductus *d.conf.vltimo cap.Quia cunctis.§.adij-
ciebatur,de conceß.præb.lib.6.* & *l. quæsitum, ff.
Qui,& à quibus:* quos de principali, non de Vi-
cario intelligi debere clare apparet.
Illud quoque habet dubitationem:an si Car-
dinalis Vicario suo generali dederit facultatem
conferendi beneficia, possit idem Vicarius ea
conferre extra diœcesim: namque Cardinales,
76 atque alij ordinarij collatores rite, recteq. con-
ferunt extra diœcesim,etiam si Romæ sint,quã-
uis ob reuerentiam, quam perpetuò sanctissimo
domino Papæ præstare debent, extra mœnia
77 vrbis exire, ibidemq. conferre solent. quod &
ipse aliquando feci, ac beneficia ad Archidia-
coni Taurinensis collationem spectantia, eun-
dem morem sequutus, extra vrbem ad portam
78 Angelicam contuli. De ordinarijs siquidem
dubium non est, quin possint extra eorum ter-
ritorium exercere ea, quæ sunt voluntariæ iu-
risdictionis, & causæ cognitionem non requi-
runt, *ex l.2. ff. de offic.procons. & legat. ex gloss.
ad cap.nouit.de offic. legat. late Iason ad l. extra
territorium, ff. de iurisdict.omn. iudic.* vbi *nu.7.*
79 in specie ostendit,Episcopum extra territorium,
seu diœcesim posse conferre beneficia, & paro-
chi sibi subditi confessionem audire, eumq. ab-
soluere, quod & Hostiensi placuit *in summ. tit.
de pœnit.& remiß.§. cui confitendum, vers. nun-
quid.*Est igitur quæstio de officiali,vel si mauis,
Vicario. Dubitationē facit *d.l.2.de off.procons.
& legat.in fine*,vbi aperte Iurisconsultus respō-
dit illum Legatum non habere iurisdictionem.
Secundò facit *cap.vlt.de offic.Vic.lib.6.*quo pro-
hibetur, ne Vicarius possit conferre beneficia,
nisi speciale de hoc habuerit mandatum. Tertiò
confirmat conclusionem *cap. statutum in fine,
de præben.eod. lib.6.* ibi per suos Vicarios gene-
rales in eorum diœcesibus existentes, &c. ergo
non extra diœcesim. Quartò facit, quod Epis-
80 copus, etiam Cardinalis, non dicitur esse maio-
ris auctoritatis, quàm sit Vicarius Papæ: atqui
81 ipse extra Vrbem nullam habet auctoritatem,
nisi ei specialiter sit concessa, *c.sua nobis, extra.
82 de offic.Vic.ar.*neque etiam ad centesimum lapi-
dem, vti nostri autumant, instar præfecti vrbi,
l.1.§.in initio ff.de offic.præfect.vrb. sed tantum
in suburbijs, quia vndique sunt Episcopi,quorū
83 iurisdictio vsque ad portas vrbis pertinet,ac cir-
cumquaque vrbem amplectitur,immo eius par-
tem occupat. Quinimmo Bartolus *ad l.cunctos
populos,C.de summ.Trinit.& fid.Cathol.* asseue-
84 rat, commissionem ab inferioribus Principe fa-
ctam nunquam posse exerceri extra territorium
committentis. Bartolum sequuntur Baldus *ad
d.l.2.* Philippus Francus *ad cap.vlt.n.3.de offic.
Vicar.lib.6.*cuius sententiæ fuerunt & alij, quos
citat Nicolaus Boerius *in decis.30.nu.3.4. & 5.*

Idem tamen Boerius *ibid. num.6.* contrarium
tuetur, & in Burdegalensi Senatu iudicatum
fuisse affirmat: refert quoque ita tenuisse Ro-
manam Rotam, prout testatur quoque Francus
ad d.cap.vlt. & hanc opinionem tanquam ordi-
narijs collatoribus fauorabilem in supremis cu-
rijs seruari ibidem in fine haud obscure demon-
strat. Huius opinionis rationem potissimam illã 85
esse contendunt, quia Vicarij generales Epis-
coporum ordinariam habeant iurisdictionem:
sed ordinarij collatores, vti ostensum est, extra
diœcesim conferre possunt: poterunt ergo &
Vicarij. Et licet ego nunquam senserim, vt su- 86
perius dixi, Vicarios generales habere ordina-
riam, sed tantum mandatam iurisdictionem: ta-
men concesso ipsos habere ordinariam, non vi-
deo adhuc, quare possint Vicarij extra diœce-
sim conferre: siquidem dum in Rota dubitare-
tur, an appellari posset à collatione facta per
Vicarium ad ipsum Episcopum,etsi eos vnum, 87
atque idem dicunt esse tribunal,& consistorium,
tenuit tamen eadem Rota, posse, *decis.vlt. de
offic.Vicar. in Nouis.* Rationem illam assignat:
quia Vicarius ex quacumque generali conces-
sione, sine speciali commissione, & mandato
Episcopi non potest vlla conferre beneficia,
d.cap.vlt. cum igitur huiusmodi collatio non
cadat sub generali illa concessione, Vicarius nō 88
potest,quoad hoc,esse cum Episcopo idem con-
sistorium: sed censetur vnius specialis articuli,
seu causæ commissarius, quam commissionem,
si Episcopus, vel eius officialis generalis alicui
faceret, & ab illo appellari contingeret,ad eun-
dem Episcopum, vel eius Vicarium generalem
posset appellari. Ad quod comprobandū mul-
torum interpretum auctoritates adducit ibidem
Rota *num. 2.* Opinio existimantium, appellari 89
posse à Vicario speciali, quem foraneum vulgò
appellamus, ad Episcopum, qui eum constituit,
etsi nunquam mihi visa sit recta, vti videre est
in cap.7.lib.1.mearum Animaduers. dato tamen
id fieri posse: sequitur ne, Vicarium generalem
extra diœcesim cōferre posse beneficia? Itaque
aut vnum, aut alterum fateri oportet, videlicet
aut à collatione per Vicarium facta ad Episco-
pum appellari non posse, aut Vicarium non pos- 90
se conferre extra diœcesim, cum non habeat iu-
risdictionem ordinariam, quod verius puto. Nā-
que opinionem contra Rotam, vt veriorem, à
Frācisco Ripa *cons.215.in nouis n.5.* aliquo post
huius editionis tempore, defensam inueni: quod
mihi gratissimum fuit, vt, scilicet, in tanti viri
ignorans sententiam iuerim. Idem Ripa *in tract.
de pest. cap.8. num.51.* At quoniam altera opi-
nio æqua videtur, & ordinarijs collatoribus est
fauorabilis, eaq. de causa eam sequutus est am-
plissimus ille Burdegalensis Senatus, & nos
quoque

quoque eā tueri debemus, vt facit Rebuffus nō ex professo, sed vti solet per transfennam, *ad tit. forma Vicariatus Archiepisc. & aliorum collat. num.* 227. Sequendo igitur hanc opinionem, respondeamus obiectis: nam allegata *lex 2. ff. de offic. procons. & legat.* maxime vrget: cui tamen
91 satisfieri posse videtur, si dicatur, Legatum proconsulis nullam habuisse iurisdictionem, nisi ei
92 à proconsule demandaretur, *l. legati, ff. eod.* nec ante Prouinciæ ingressum Proconsulem manda-
93 re iurisdictionem Legato potuisse, *l. obseruare, §. post hæc, ff. eod.* nisi moram in itinere facere cogeretur, *l. aliquando eod.* quo casu mandare poterat, *l. apud proconsulē. ff. de manumiss. vindict.* Cum igitur Legatus Proconsulis loco priuati esset ante susceptam à Proconsule iurisdictionem, mirum non est, si non poterat extra territorium voluntariam exercere iurisdictionem, quod lo-
94 cum habere non potest in Vicario constituto: nam Episcopus extra diœcesim factus statim vices suas mandare, Vicarium, inquam, consti-
95 tuere potest, vt nemo negat: immo & Vicario alterius Episcopi potest committere beneficiorum collationem, *d. decis. vlt. de offic. Vic. in Nouis.* Sed, vti dixi, Proconsul ante ingressum Prouinciæ, nisi necessitatis causa, Legato mandare non potest iurisdictionem, *d. §. post hæc.* Ergo cū Episcopus possit, & soleat ante ingressum diœcesis Vicario mādare iurisdictionē, acceptamq. perinde exercere Vicarius possit, ac ipse Episcopus, mirum non est, si conferat extra diœcesim, sicut Episcopus. Ex quibus inane redditur Baldi fundamentum. Neque obstat *cap. vlt. de offi. Vicar. lib. 6.* quia vero verius est, Vicarium ex quauis generali commissione non posse conferre, nisi ei id specialiter concessum sit: at nos loquimur de eo, qui conferendi habet facultatē: qua accepta conferre potest. Neque aduersatur *d. cap. statutum, de præbend. eod.* quia respondetur cum Dominico, hoc esse speciale in beneficijs in curia Romana vacantibus: & ita tenuisse Rotam scribit Philippus Francus *ad d. c. vlt. num. 3. ibi: nam ibi est, de offic. Vic. lib. 6. ita etiam tenuit Rebuffus loco iam citato, num.* 228.
96 Nam si Papa non confert beneficia in Romana curia vacantia intra mensem, post mensem ordinarius, vel eius Vicarius potest in diœcesi existens, & non extra conferre. Quod iure cautum fuit, ne collatores crearent Romæ Vicarios, & Papæ collationem auferrent, & quoniam de iure speciali competit, *vt ait Roman. singul. 48. tu habes.* Neque obstat ratio quarto loco adducta, vt si non potest Papæ Vicarius Episcopi, multò minus possit Vicarius Episco-
97 pi. Siquidem Vicarius Papæ non habet auctoritatem, seu potestatem beneficia conferendi: nam si haberet huiusmodi facultatem, *Germon. de Indultis,*

& Papa haberet collationem beneficiorum extra vrbem, vti Romæ Episcopus, vtrique posset 98
conferre, quam non habet, nisi vt vniuersalis Episcopus, & Papa. At verò Vicarius Papæ vices in Vrbe gerit, non vti Vicarius Pontificis Maximi, sed vti Episcopi particularis: etsi 99
is, qui est Romæ Episcopus, necesse est, vt sit Episcoporum omnium Maximus, Princeps, & Dominus, *vt lib. 3. cap. 5. de Sacror. Immunit. à nobis disputatum est:* Vicarius vero vices gerit Pontificis, tanquam particularis Episcopi, qui hanc facultatem suo Vicario non concedit, quam tamen concedere posse, nemo dubitat, quoniam initio nascentis Ecclesiæ, & multo post tempore Episcopi omnia, & quæcumque indistinctè conferebant beneficia, *vt supra ad §. Per quæ sublatis impedimentis, diximus.* Sed cum aliquanto post, sibi nonnulla, & quibusdam mensibus vacantia Romani Pontifices con- 100
ferenda reseruassent beneficia, congruum visum est, vt illorum collationem soli ipsi facerent, non item eorum Vicarij. Atque ideo videmus, solum ipsum Romanum Pontificem talia conferre beneficia, vel Legatum de late- 101
re, qui vna, & eadem persona cum summo Pontifice censetur.

Hinc est quòd appellatione prouisionis Se- 102
dis Apostolicæ veniunt prouisiones à Legatis factæ, *glossa ad cap. si Abbate, de elect. lib. 6. vbi Geminian. num. 5. Francus num. 4. Cardin. ad clemen. quia contingit, in 8. quæst. de relig. domib. vbi Imola col. 3. versic. iuxta prædicta, Aldobrand. decis. 206. nu. 5. decis. Diuers. par. 1.* qui etiam testatur Rotam tenuisse, regulam de expressione valoris procedere etiam in Lega- 103
to, *Sarnens. ad regul. de valor. quæst. 2. num. 7. & idem ex eadem ratione ad regul. de annal. tenuit Rebuffus in prax. ad eand. regul. gloss. 8. in fi.* sic etiam ad tollendam subreptionem, eadem 104
est facienda expressio in litteris Legati, quæ & in litteris Papæ, *cap. fin. & ibi Francus in vlt. notab. de offic. leg. in sex. similiter & dispositio, d. cap. fin. in verbo mentio, Francus ad cap. si motu proprio, in primo notab. de præbend. lib. 6.* Solet 105
etiam cōcedi Nuncijs Apostolicis quorumdam beneficiorum collatio, eorum inquam, quorum valor viginti quattuor ducatorum summam nō excedat. Poterit ergo cuiusuis Episcopi Vicarius conferendi facultatem habens, etiam extra diœcesim conferre: quod etiam probat Ioann. Franc. Pauinus *in tract. de offic. & potest. Capit. Sed. vac. q. 1. par. 2. num. 7.* hic etiam *q. vlt. num. 38. cum seqq. eiusd. tract.* de Vicario vrbis, seu Papæ agit: item de eius iurisdictione, & officio, de Vrbis diœcesi, de Prouincia, & qui olim essent Papæ Vicarij.

Summa ex §. Tam ratione.

1 *Amplissima est Cardinalis auctoritas in quorumcumque beneficiorum collatione, seu ratione Episcopatus, seu sui tituli.*
2 *Cardinales ex priuilegio Sixti Quarti omnia beneficia conferunt, quorum sunt titulares, seu commendatarij, non obstantibus expectatiuis, ac reseruationibus, nisi vacauerint in curia Romana.*
3 *Papa de beneficijs ad collationem Cardinalium spectantibus, non disponit sine eorum consensu.*
4 *Beneficia spectantia ad Cardinalium collationem, si ipsi sine licentia à curia absint, Papæ reseruata sunt, vel cum licentia sine derogatione, vel cum agitur de indulti præiudicio.*
5 *Vnica tantum est Pontificia reseruatio beneficiorum iure communi: quando scilicet vacant in curia.*
6 *Curia intelligitur, vbi residet Papa.*
7 *Curia ratione residentiæ per duas dietas extenditur, & vltra, etiam si extra vrbem resideat.*
8 *Beneficia in vrbe vacantia, quamuis non reseruata, à Papa conferuntur.*
9 *Solus Papa Romanus Pontifex appellatur.*
10 *Beneficiorum in vrbe vacantium collatio ad Papam, tanquam ordinarium collatorem iure spectat.*
11 *Reseruatio non spectat beneficia vacantia in vrbe, sed ea, quæ possent ab alijs collatoribus conferri.*
12 *Papa beneficia Patriarchalium ecclesiarum vrbis sibi reseruat expresse, ne à Cardinalibus, qui eas administrant, prætextu indultorum conferantur.*
13 *Absente Cardinale, Papa vacantia beneficia eius tituli confert.*
14 *Facultas conferendi beneficia in titulis fuit Cardinalibus concessa, vt residerent.*
15 *Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem Episcopalem.*
16 *Cardinales in suis titulis pinguius ius habent, quàm plebani.*
17 *Beneficia à titulis dependentia à Cardinalibus conferuntur.*
18 *Cardinales in suis titulis habent excommunicationem, & interdictum.*
19 *Cardinales in suis titulis habent institutionem, & destitutionem.*
20 *Cardinales in titulis, quæ sunt ordinis, non habent, nisi sint Episcopi. Ex Baldo.*
21 *Capitulum, Sede vacante, quæ sunt ordinis, & iurisdictionis exercet. Ex glossa hic allegata.*
22 *Cardinales in titulis, quæ sunt ordinis, per alium exercent.*
23 *Quæ Episcopalis ordinis sunt, ad Episcopos tantum pertinent.*
24 *Abbates minores ordines, nisi sibi subiectis, non conferunt ex præscripto Concilij Tridentini.*
25 *Maiores, & sacros ordines tantummodo Episcopi conferunt.*
26 *Consecratio Episcopis ordinem confert.*
27 *Episcopus non consecratus, quæ sunt iurisdictionis tantum, exercet.*
28 *Iurisdictionis Episcopalis exercitium ante confirmationem nullum extat, non obstante consuetudine.*
29 *Episcopus non dicitur, qui non est consecratus.*
30 *Non est Archiepiscopus, qui pallium non suscepit.*
31 *Electus, quæ sunt ordinis, per alium exercet.*
32 *Qui alium ordines conferre sinit, non dat potestatem, sed licentiam ei non subditum ordinandi.*
33 *Regula: Qui per alium, &c. habet locum, cum committitur, quod officij proprij auctoritate fieri potest.*
34 *Episcopus non consecratus criminaliter non iudicat.*
35 *Episcopus non consecratus potest clericum deponendum iudicare, non autem deponere.*
36 *Maior potestas desideratur in auferendo, quàm in conferendo ordine.*
37 *Cardinalis non Episcopus potest clericum degradatum iudicare, non degradare.*
38 *Degradare ordinis est.*
39 *Capitulum tituli Cardinalis, eo defuncto plus iuris habet, quam quoduis aliud, nisi sit Ecclesia cathedralis.*
40 *Sede vacante capitulum in spiritualibus, & temporalibus succedit: præterquam in tribus casibus, quos videas hic.*
41 *Capitulum, Sede vacante, beneficia non confert.*
42 *Capitulum, Sede vacante, res Ecclesiasticas non alienat.*
43 *Sedes titulorum Cardinalium sedi Imperiali anterior est.*
44 *Capitulum tituli Cardinalis, eo defuncto, id potest, quod poterat Cardinalis.*

Tam ratione Sancti Petri ad vincula, qui titulus tui Cardinalatus existit, quàm Taurinensis ecclesiæ, cui ex dispensatione Apostolica præesse dignosceris.

§. Tam ratione.

1 TAM RATIONE. Cardinalis ratione indulti vbicumque erit, etiam vltra montes, quæcumque beneficia cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinũ, seu Hospitalium, vel militiarum regularia ad Cardinalium, etiam cum alio, seu alijs collationem, prouisionem, præsentationem, seu quãuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem tam ratione sui tituli, quàm aliorum beneficiorum collationem habentium, quouis die, & mense vacantium spectantia, conferre potest: idque non solum ratione ecclesiarum Episcopalium, quibus ex dispensatione Apostolica præest, vel præesse potest, sed etiam ratione tituli. Naturam, atque originem titulorum perscrutati sumus superius ad Inscriptionem, §. Tituli S. Petri. Quam verò habeant iurisdictionem Cardinales in suis titulis, hìc opportune quæri potest. Si autem loquimur de collatione beneficiorum, extat amplissimum priuilegium ipsis Cardinalibus à fel. record. Sixto quarto concessum, prout refert Felinus *ad cap. his quæ, num. 1.*
2 *de maiorit. & obed.* videlicet, vt libere possint conferre omnia beneficia ecclesiarum, quarum titulares sunt, vel commendatarij, non obstantibus expectatiuis, neque reseruationibus, nisi va-
3 cent in curia: nec de illis disponit Papa, nisi accedat expressus ipsius Cardinalis ordinarij, seu commendatarij consensus. Huic similis prope
4 est regula 7. Cancellariæ, per quam reseruantur Papæ, quæcumque beneficia ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu aliam quãuis dispositionem S. R. E. Cardinalium à Romana curia absentium ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum, qui Cardinalibus assignantur, titulorum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit, canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraq. beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura vacantia, & antea vacatura, tam in eadem vrbe, quàm in ecclesijs, ciuitatibus, & diœcesibus dictorum Episcopatuum existentia: quæ sane regula intelligi debet, quando Cardinalis, *vt supra ad §. Tibi, quoad vixeris*, diximus, est absens sine licentia, & vel cum licentia sine derogatione, vel quando in indulto non constat, Cardinalem abesse non posse sine indulti præiudicio.

Germon. de Indultis.

Nec mirum videri debet, si Papa sibi reseruet beneficia, quæ spectant ad collationem Cardinalis tituli absentis: siquidem videmus, communi nostrorum consensu receptum, vnam tantum esse iuris reseruationem, *de qua in cap. 2. de* 5
præbend. lib. 6. vt Gomesius post alios tradit ad regul. de triennali possess. q. 31. nempe quando beneficium vacat in curia: quæ sane curia ad ef- 6
fectum reseruationis *d. c. 2.* intelligitur, vbi residet Papa, & hæc curia ratione residentiæ extẽ- 7
ditur per duas dietas, & vltra, *iuxta not. ad c. fin. de for. comp. & ad c. præsenti, de præb. lib. 6.* etiam si extra Vrbem resederit, quod fit ratione affectionis. Verum proprie loquendo, aliter cõsideratur vacatio in curia, aliter in Vrbe: nam si beneficia in Vrbe vacant, vltra hoc, quòd etiam in curia vacare dicuntur, habet etiam in illis summus Pont. maiorem affectionem, quàm in alijs vacantibus extra Vrbem, licet dicantur in curia vacare. Ratio est in promptu: siquidem bene-
ficia in Vrbe vacantia à Papa conferuntur, etiã 8
si non sint reseruata, tanquam vrbis Romæ Episcopo, & ordinario collatore, atque ideo inter cætera nomina, quæ iure Papæ tribuuntur, *de quibus Archid. & alij ad c. 1. de const. lib. 6. Prap. ad can. Statutum, 3. dist. alij, vt Stephanus de Gaeta in repetit. ad can. limina, in pri. not ab. 30. q. 1. alij ad clem. ne Romani, de elect.* illud est magis in vsu, & communi iure probatum, quòd solus Papa, Romanus Pontifex appelletur. Hinc
eleganter Gomesius *d. q. 31. versic. sed antequã,* 9
scriptum reliquit, necessarium non esse, Papam 10
sibi reseruare beneficia in Vrbe vacantia, quia eorum collatio ad ipsum, vti proprium, & ordinarium collatorem spectat. Reseruatio etenim
per Papam fit super beneficijs, in quibus timet 11
ab ordinarijs habentibus aliàs potestatem illa conferendi, præueniri: non æque in vacantibus in Vrbe, & sic in suo proprio Episcopatu, in quibus non cadit ille præventionis timor, cum ea nullus conferre possit. Sed objiciet aliquis: quid ergo sibi vult regula illa septima, cuius paulò ante mentionem fecimus: in qua etiam Papa sibi reseruat omnia beneficia in tribus illis Patriarchalibus Ecclesijs, videlicet Principis Apostolorum, Sancti Ioannis Lateranensis, & Sanctæ Mariæ Maioris? Ad id recte
respondet idem ipse Gomesius, hodie non esse 12
superfluam regulam, ex quo hodie in illis Ecclesijs Cardinales præficiũtur, & Archipresbyteri appellantur, quod & in Prouinciali Ecclesiarum in principio haud obscure constat: in viridiq. obseruantia est hoc quoque tempore. Namque basilicæ Principis Apostolorum præfectus est Cardinalis Euangelista Palottus supplicationum beneficialium Prodatarius, summoq. Pontifici non immerito charissimus: S. Ioannis,

Ascanius Columnius, cuius meritum aliàs attigimus: Sanctæ Mariæ Maioris, Dominicus Pinellus, vir iuris præsertim scientia eximius. Horum igitur prædecessores priuilegio Sixti Quarti, de quo supra, fortasse audaciores facti, omnia illa beneficia conferebant: vnde Romani Pontifices ea collatione ordinaria priuabantur: quare facta est regula, qua & illa reseruantur beneficia, ita vt ea nullus, præterquam ipse Papa,
13 conferre possit. Quam habere locum voluerunt etiam in titulis, absentibus tamen Cardinali-
14 bus, non item præsentibus. Nam licet tituli in Vrbe sint, & eorum beneficia iure ordinario ad Pontificis Maximi, veluti ad proprij Episcopi, collationem, & prouisionem spectent: verumtamen Pontifices ipsi, vt ostenderent, Cardinales sibi vere filios, & fratres esse, & vt eos suorum titulorum studiosos per residentiam magis allicerent, pleniorem eisdem dederant conferendi facultatem, *cap. bis, quæ, de maior. & obed.*
15 vbi Abbas, Felinus, & Antonius de Butrio *n. 17 versic. videte*, dicunt, Cardinales in suis titulis habere iurisdictionem Episcopalem: *prout etiam Ioan. Franc. Pauin. in tract. de offic. & potest. cap. Sede vac. prælud. 6. num. 9. Imola ad clem. ne Romani, num. 23. de elect. Ioan. Monach. ad c. vnic. de maior. & obed. lib. 6.* vbi etiam Philippus Probus *num. 6.* dicit, Papam sui temporis ita sibi respondisse, videlicet Cardinales in suis titulis ius habere Episcopale, *Romanus consl. 498. Hieronymus Albanus Cardinalis in tract. de Cardin. q. 46.* vnde Innocentius *ad cap. dilectus, nu. 4. de*
16 *capell. monach.* scribit Cardinales pinguius ius habere in suis titulis, quàm plebani, & Gouesius loco citato *post Bartol. Belinz. in tract. de charit. subsidio, q. 3.* dicit, maius eos ius habere in Ecclesijs subiectis titulis eorum, quàm Ecclesiæ matrices in capellis non subiectis, possunt enim omnia beneficia, canonicatus, & præ-
17 bendæ, quæ ab ipso titulo dependent, à Cardinali conferri, qui præter beneficiorum collatio-
18 nem, habet etiam excommunicationem, quæ Episcopalis mucro dicitur, *can. corripiantur, 24. q. 3.* interdictum quoque, suspensionem, & alia omnia, quæ sunt iurisdictionis, *d. c. bis, quæ, vbi etiam notant omnes*, & Dominicus *ad c. 1.*
19 *dist. 21.* asserit, Cardinales in suis titulis habere quoque institutionem, destitutionem, *idem quoque ad c. vnic. de maior. & obed. lib. 6.*
20 Dubitatur verò, an habeant etiam ea, quæ sunt ordinis, hoc est Episcopalis: Baldus *ad d. c. bis, qua, quem ibidem refert, & sequitur Felin.* scribit, habere, si sint Episcopi, non æque si
21 presbyteri, vel diaconi, Glossa *ibid. in verbo, pro bono pacis*, asserit, Sede vacante, capitulum posse exercere & ea, quæ sunt iurisdictionis, & quæ sunt ordinis; hæc per alium Episcopum ad hunc, vel illum actum adhibitum cum protestatione, quod ex illo actu non intelligatur sibi quidquam iuris acquirere; illa per se, vel per alium. quæ opinio vna est recta Abbati, *ad d. c. bis, quæ, num. 3. versic. gloss. fin.* Quòd si capitulum, Sede vacante, potest exercere ea, quæ sunt ordinis, saltem per alium, mihi dubium non est, quin Cardinales possint exercere etiam eadem 22
per alium, cum plura cócessa sint Cardinalibus in eorum titulis, quàm capitulo, Sede vacante, *vt aperte videtur in fine d. cap. bis, quæ:* nam per seipsos ea, quæ sunt ordinis, exercere non posse verissimum est. Siquidem ea, quæ sunt Episco- 23
palis ordinis, ad Episcopos solos pertinere constat: quod etiam sacrarum litterarum auctoritate, certissima traditione, omnium Patrum testimonio, conciliorum decretis, Sanctæ Ecclesiæ vsu, & consuetudine facile comprobatur. Quamuis autem nonnullis Abbatibus permissum sit, vt minores, & non sacros ordines interdum administrent, *can quoniam videmus, 69. dist. cap. cum contingat, de ætat. & qualit.* quos tamen ex 24
constitutione Concilij Tridentini, *c. 10. sess. 23. de reformat.* conferre non possint, nisi regularibus sibi subiectis: tamen hoc proprium Episcoporum munus esse nemo dubitat, quibus vnis, ex omnibus, licet reliquis ordinibus, qui maiores, & sacri dicuntur initiare, *can. fi. 15. q. 7. &* 25
cap. cum ex iniuncto, de hæret. & quod dicimus de ordinibus sacris, idem intelligi debet de alijs omnibus, quæ ad ordinem Episcopalem spectát, quæ ex consecratione illis acquiruntur, quia, vt dicit glossa *ad proœm. lib. 6.* consecratio est, quæ Episcopo ordinem confert. Hinc videmus Epis- 26
copos ante consecrationem libere exercere, quæ sunt iurisdictionis, non item, quæ sunt ordi- 27
nis, *cap. transmissam, de elect. Abbas ad c. 1. n. 9. de translat. Episc. per eundem textum, §. licet, late Felinus ad cap. eam te, in princip. de rescript.* quod intelligi debet, quando quis in Episcopú 28
est electus, & confirmatus, nam ante confirmationem non habet exercitiú iurisdictionis, *c. nosti, de elect. Abbas d. n. 9. & ad cap. nobis, num. 4. de iure patron.* sed per ipsam confirmationem Episcopus acquirit exercitium iuris quæsiti, & electionem, *glossa prima ad cap. quanto, dist. 63. Felinus ad cap. cum Bertoldus, num. 2. vers. quale ius, de re iudic. Abbas ad cap. transmissam nu. 2. circa finem, versic. item nota de elect.* Nec consuetudo inducere potest, vt electus non confirmatus habeat exercitium, *Abbas ad cap. qualiter, num. 3. cum sequent. de electión.* Nec ante consecrationem quis dicitur Episcopus, sed 29
electus, *Abbas ad d. cap. 1. num. 4. de translat. Episcopi, & ad cap. meminimus, num. 1. de accusat. Felinus ad cap. eam, te, num. 1. cum seqq.* quemadmodum non dicitur Archiepiscopus ante

ante pallij susceptionem *cap. 3. de auctorit. &*
30 *vsu pallij.* Itaque Cardinales non Episcopi mihi
videntur esse perquam similes electis Episco-
pis, & nondum consecratis, & Archiepiscopis
pallium nondum habentibus: nam hi, & illi, etsi
non possunt ante cõsecrationem, & pallij susce-
ptionem per semetipsos exercere ea, quæ sunt
31 ordinis, possunt tamen committere alteri ha-
benti potestatem exercendi ea, quæ sunt ordi-
nis, *vt recte censet Abbas ad d. cap. 1. num. 10.*
Ioan. Andr. ad cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. Sic
Cardinalis non Episcopus ratione sui tituli. Li-
cet enim electus in Episcopum non possit con-
ferre ordinem sacrum, potest tamen committe-
re Episcopo, vt clericũ suum promoueat ad or-
dines sacros. Similiter licet Archiepiscopus an-
te pallij susceptionem nequeat suos Suffraga-
neos consecrare, & alia facere, quæ ad Archie-
piscopum pertinent, *cap. quod sicut. §. super eo, de*
elect. potest tamen alijs Episcopis eam impartiri
facultatem, *cap. Suffraganeis, eod. de elect. Ioann.*
Fran. Paui. in tract. de off. & potest. Cap. Sed. vac.
32 *q. 3. n. 4. prim. par.* Rei huius ratio est elegans: si-
quidem ipse non dat potestatem illis Episcopis,
quibus committit exercendi ea, quæ sunt ordi-
nis: quia ipsi illa iam habebant ex officio, sed
solum dat licentiam, sine qua non debent, nec
possunt in illum non subditum, de quo fit man-
datum, exercere ea, quæ sunt ordinis. Immo il-
lo casu non censetur per seipsum facere: atque
illi, qui faciunt, censentur ex officio facere, licet
intercedente licentia, quæ requirebatur respe-
33 ctu non subditi. Quo casu locum non habet re-
gula: Qui per alium facit, *tit. de reg. iur. lib. 6.*
quæ tamen locum habet, vbi quis committit al-
teri id, quod habet ex officio suo, hoc est, quan-
do quis committit id, quod per seipsum potest
facere.

Sed an Cardinalis non Episcopus possit co-
gnoscere de causa criminali clerici, ratione sui
tituli sibi subiecti, quæstionis est. Nam diximus,
Cardinalem non Episcopum esse similem Epis-
copo confirmato, non tamen consecrato: at hic
videtur non posse cognoscere, *ex d. cap. trans-*
34 *missam, in fine, de elect.* immo ibidem Abbas
num. 4. quinque refert opiniones, diuersæ, va-
rieq. existimantium: alij enim dicunt non posse
cognoscere: alij contra posse, non tamen sentẽ-
tiam dicere: nonnulli posse cognoscere, & iudi-
care, clericum non esse deponendum, non posse
tamen deponere: sunt etiam, qui indistincte
asserant, posse, & qui negent. Ipse tamen Ab-
bas sibi aduersatur: nam *ad d. cap. 1. num. 10. in*
fine, de translat. Episc. dicit, Episcopum non
consecratum, haud posse cognoscere de causa
criminali ad deponendum quem ab ordine. sed
ad d. c. transmissam, nu. 4. versic. mihi places, se-
Germon. de Indultis.

quutus glossam dicit, posse omnia, excepta de- 35
positione: quod sane dictum mihi videtur re-
ctissimum: quia sicut ante consecrationem Epi-
scopus non habet facultatem, seu potestatem 36
conferendi ordinem, ita nec auferendi, nam ma-
ior potestas desideratur in auferendo, quàm in
conferendo, *can. fi. 15. q. 7. argumento est etiam*
cap. 2. de translat. Episc. Sic Cardinalis non Epis- 37
copus de causa criminali poterit cognoscere,
& si clericus erit depositione dignus, sententiam
proferre: actum tamen degradationis Episcopo 38
committere, cum hoc sit ordinis, *d. cap. transmis-*
sam, can. felix, cum seq. ead. q. 7.

Et non solum singulare ius habet in suo titu- 39
lo Cardinalis, verumetiam, mortuo Cardinali,
capitulum plus iuris habet, quàm habere soleãt
alia capitula, mortuis Prælatis Episcopo infe-
rioribus: nam vacante Episcopali sede succedit 40
capitulum in iurisdictione tam spiritualium,
quàm temporalium, *cap. cum olim, vbi Abbas*
num. 2. versic. sed circa, in fine, de maior. & obed.
Bart. ad l. vbi absunt, ff. de tutor. & curat. dat. ab
his, gloss. ad cap. his, quæ, in verbo, pro bono pacis,
eod. de maior. & obed. Speculat. de instrum. edit. §.
nunc verò aliqua, versic. item circa legitimos,
Card. ad clem. 2. de hæret. & cap. ad abolendam,
eod. & cap. 1. ne Sede vacant. lib. 6. & de hoc ne-
mo dubitat, testimonio eiusdem Ioan. Franc. Paui.
in d. tract. prælud. 6. num. 15. exceptis ijs, quæ la-
te persequitur idem Paui. Glossa *ad d. cap. cum*
olim, tres casus dumtaxat excipit, quos ibidem
num. 2. explicat Abbas. Primus est in collatione 41
beneficiorum ad Episcopum dumtaxat pertinẽ-
tium, Secundus, in dando licentiam electo se
transferendi ad aliquam ecclesiam, seu diœce-
sim. Tertius in alienatione rerum ecclesiastica- 42
rum: quibus duodecim alios adijcit idem Ab-
bas, de quibus tamen dubitabatur. Sed, an ca-
pitulum, sede Episcopali vacante, in litibus loco
Episcopi succedat, dubitatur. Cantuc. *decis. 1.*
n. 9. diuers. par. 2. tenet, non succedere, quia Ec-
clesia vacat, & legitimo caret defensore Felin.
cons. 40. n. 3. cum seqq. nisi agatur de lite ad iuris-
dictionem Episcopi pertinente, vel à Capitulo,
Sede vacante, suscepta, *d. decis. 1. nu. 11. & 13.*
Quidquid tamen sit, receptum est, capitulum
tituli Cardinalis, Sede vacante, succedere in
his omnibus, in quibus succedit capitulum, va-
cante sede cathedrali. Immo idem Paui. *d. præ-* 43
lud. 6. num. 9. sedem titulorum Cardinalium se-
cundo loco collocauit, Imperialem tertio, Pa-
triarchalem quarto, Archiepiscopalem quinto,
sexto autem Episcopalem. Et cum maxima in-
ter magistros nostros controuersia, adhucq. sub
iudice lis sit, an capitulum, morte Prælati Epis-
copo inferioris, succedat in ijs omnibus, quæ
facere poterat Prælatus, *vti videas apud Inno-*
Oo 3 *centium,*

centium, Hostienſem, Baldum, Antonium de Butrio, Abbatem, Felinum, & alios, ad d. cap. bis, quæ, de maior. & obed. Innoc. ad cap. dilectus, de capell. monach. Ioan. Monach. & Philip. Prob. ad cap. vnic. de maior. & obed. lib. 6. Imola ad clem. ne Romani, de elect. Petrus de Ancharano ad c. 1. ne Sede vacante, lib. 6. Paui. d. prælud. 6. nu. 16. nemo tamen de capitulo tituli Cardinalis de-
44 functi dubitat, *ex d. cap. bis, quæ, & ijs, quæ ibidem notantur.*

Summa ex §. Necnon quarumcumque.

1 *Cardinales quaſuis Pontificales Eccleſias obtinere poſſunt.*

2 *Cardinales in curia reſidere ex officio tenentur.*

3 *Cardinales in eorum Eccleſijs reſidere debent.*

4 *Cardinalis beneficia rite confert, etiam ſi nondum Pontificalis ſibi à Papa Eccleſiæ collatæ poſſeſſionẽ corporalem adeptus ſit.*

5 *Canonica inſtitutio eſt, in qua ſubſtantialia concurrunt.*

6 *Inſtitutio tribuit ius proprietatis: inueſtitura confirmat: inductio in poſſeſſionem tribuit adminiſtrationem.*

7 *Poſſeſſio actui ſolemnitatem tribuit.*

8 *Ordinis eccleſiaſtici non eadem ſunt officia.*

9 *Collatio Card. in Eccleſia, cuius poſſeſſionem non obtinuerit, intelligitur non eſſe in præiudicium alterius.*

10 *Proconſulis iuriſdictio ante ſucceſſoris aduentum non expirat.*

11 *Ex conſuetudine non confert, qui non poſſidet.*

12 *Poſſeſſio etiam per Breue, & nomine cameræ capitur, ſi Bullæ expediri nequeant.*

13 *Bonifacius eccleſiarum adminiſtrationem ante litteras Apoſtolicas exerceri vetuit.*

14 *In Gallijs Prælati Regibus fidelitatem iurãt pro temporalibus ante poſſeſſionem Eccleſiarum: in ſpiritualibus autem ſtatim, ac litteras Apoſtolicas receperint.*

15 *Prælatus confirmatus abſque poſſeſſione confert, niſi obſtet conſuetudo.*

16 *Electus tantum, ſi immediate Papæ ſubiectus ſit, longeq. abſit, poteſt & ſpiritualia, & temporalia exercere cũ vtilitate Eccleſiæ.*

17 *Ius commune conſtituitur in conſimilibus.*

18 *Confirmatus, etiam non capta poſſeſſione, licite beneficia confert.*

19 *Beneficia morte, renunciatione, translatione, atque amotione vacant.*

20 *Reſignatio & poſſeſſione, & titulo priuat reſignantem.*

21 *Admiſſa reſignatione, nullum ius apud reſignantem remanet.*

22 *Cardinalis, quamuis Epiſcopatum reſignauerit, antequam reſignatarius eiuſdem poſſeſſionem adipiſcatur, beneficia conferre non prohibetur.*

23 *Per reſignationem illico iuris poſſeſſio amittitur.*

24 *Facta reſignatione ad fauorem certæ perſonæ, reſignans ante apprehenſionem poſſeſſionis dicitur poſſidere.*

25 *Reſtituendus eſt ſpoliatus poſſeſſione, quam habet reſignans, antequam ea naturaliter a reſignatario capiatur.*

26 *Reſignans videtur reſignare, dum reſignatario beneficium quæratur.*

27 *Ius, quod reſignatario non quæritur, non aufertur reſignanti.*

28 *Reſignatio ſimoniaca non deſtruit ius reſignantis.*

29 *Non expreſſo vero valore beneficij in reſignatione ius penes reſignantem remanet.*

30 *Clauſula, cum facultate augendi, non operatur vt verus valor tacitus habeatur pro expreſſo.*

31 *Simoniaca eſt reſignatio beneficij in manibus Ordinarij facta ad fauorem certæ perſonæ.*

32 *Renuncias beneficium abſolute nullum titulum coloratum ſibi reſeruat.*

33 *Facta reſignatione coram Principe laico nominationem habente, poterunt ſpiritualia per reſignatarium exerceri, donec reſignatarius poſſeſſionem adipiſcatur.*

Necnon quarumcumque aliarum, etiam Metropolitanarum, ac Patriarchalium Eccleſiarum, ad quas te transferri, ſeu quibus te præfici, aut in adminiſtrationem deputari contigerit, necnon monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, & præceptoriarum quarumcumque, & quorumuis ordinum, hoſpitalium, & militiarum.

§. Necnon quarumcumque:

NECNON QVARVMCVMQVE. 1
Ex ijs ſane verbis haud obſcure
conſtat, Cardinales non modo
Abbatias, & alias inferiores Ec-
cleſiaſticas dignitates, ſed etiam
Cathedrales, Metropolitanas, atque Patriar-
chales Eccleſias obtinere poſſe. Quod intelligi
debet ex diſpẽſatione Apoſtolica: cum alioquin 2
in curia reſidere teneantur ex natura ſui offi-
cij, *vt ſupra ad §. Tibi, quoad vixeris,* item in
eorum

3 eorum ecclesijs assiduitatem requirentibus ex
decreto concilij Tridentini, *c.1.sess.23.de refor.*
de quo ad d. S. Tibi, quoad vixeris, diximus.
Hinc oritur opportuna quæstio, an Cardina-
lis habens indultum à Papa, vt nullus conferre
valeat beneficia ad eius collationem spectantia,
vti possit hoc indulto in beneficijs Episcopatus,
seu Archiepiscopatus, vel Patriarchatus, cuius
nondum sit adeptus possessionem? Pro parte
affirmatiua faciunt, quæ supra proxime scripsi-
mus: prout etiam notant Innocentius, Hostien-
sis, Ioannes Antonius, Abbas, & alij omnes *ad*
cap. transmissam, de elect. Oldradus consil. 191.
quòd statim, ac quis est electus Episcopus, &
confirmatus, potest exercere ea, quæ sunt iuris-
dictionis, vti est beneficiorum collatio, etiam ex-
tra diœcesim, & si nondum in eam se contulerit.
Sic ecclesia dicitur vacare vsque ad confirma-
tionem, *glos. ad Clem.* 1. *verbo collato, vt lite pend.*
& *ibi* not. Imola *num.* 20. *vers. iuxta prædicta.*
Felin. *ad c. cum Bertoldus col.* 2. *nu.* 3. *vers. dixit*
etiam, de re iudic. Pauin. *de offic. & potest. cap.*
sed.vac. prælud. 7. *num.* 16. *in fin.* Franc. *ad cap.*
quamuis. §. 1. *num.* 1. *de elect. lib.* 6. Rota *decis.* 6.
vers. hoc etiam, de elect. in nouis decis. 182. *diuers.*
4 *par.* 2. Quæ cum luce clariora sint, videtur di-
cendum, non opus esse possessionis apprehen-
sione, vt Cardinalis virtute indulti conferat,
etiam si eam & naturaliter, & corporaliter non-
dum cœperit, *vt ait Innoc. ad cap. cum super,*
quem ibid. num. 17. *de caus. possess. & propriet. se-*
quitur Abbas, cui adstipulantur Gemin. & Paris.
ad c. eum, qui, de præbend. lib. 6. contrariam ta-
men opinionem tuetur Archidiaconus *ad d. cap.*
eum, qui, verioremq. esse ostendere nituntur
Dynus *ad regul.* 1. *num.* 17. *de regul. iur. lib.* 6.
Petrus de Ancharano ad regul. sine possessione,
num. 12. *in fine, & num.* 13. *eod. Franc. Ripa*
consil. 11. *& tit. de rescript.* 4. *lib.* 1. *& Rebuffus*
in praxi benefic. tit. de simonia, in resignat. n. 44.
5 Dicit enim Dynus, canonicam institutionem
appellari illam, in qua omnia substantialia con-
currunt, videlicet institutio, seu collatio, inue-
stitura, seu collationis confirmatio, & missio in
6 possessionem. Per institutionem verbalem tri-
buitur ius proprietatis, per inuestituram decla-
ratur, & confirmatur illius iuris collatio, *vt cap.*
ad hæc, §. *in quadam, & cap. vt nostrum, de offic.*
Archid. & cap. cum ex iniuncto, de hæret.: & per
inductionem in possessionem tribuitur ius pos-
sessionis, vel quasi, & ius administrationis, *dd.*
cap. ad hæc, & cap. vt nostrum, ibi, ponere Abba-
tes, & Abbatissas in sede. Horum opinio prima
facie videtur æquitati, & ciuili rationi magis
consona, quàm illa, per ea, quæ adducit à simili
Petrus de Anchar. *d. num.* 13. sed textus addu-
cti ad hoc parum faciunt, vt inferius demonstra-
bo. Itaque subscribendum est Innoc. & Abbatis
opinioni, quam communem esse testatur Ioan-
nes de Selua *in tract. de benefic. par.* 3. *q.* 15. *per*
d. cap. transmissam, de elect. & cap. 1. §. *licet. de*
translat. Episcop. nec obstat *d. cap. ad hæc,* quia
loquitur de officio Archidiaconi, quod plane
versatur in examinatione clericorum, & mitten-
dis in possessionem ab Episcopo de beneficijs
prouisis, & alia non pauca facere, quæ habentur
in cap. officium, & per tot. titul. de offic. Archid. &
latius in cap. 3. *num.* 68. *cum seqq. lib.* 3. *de Sacror.*
Immunit. Pro solemnitate verò actus requiritur 7
quidem possessionis apprehensio, vt ait & ipse
Abbas *ad d. cap. cum super, num.* 17. *in fine,* & il-
la in possessionem missio fieri debet per Archi-
diaconum, non autem per alium: atque ita in-
telligitur *d. c. vt nostrum.* Nec etiam obstat *d. c.*
cum ex iniuncto, quoniam de eo loquitur, qui
temeritate propria audet, cum missus non sit,
prædicationis officium vsurpare. Vnde subijci-
tur: Sicut enim multa sunt membra corporis,
omnia verò non eumdem actum habent, ita
multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes 8
idem habent officium: quia secundum Aposto-
lum *ad Ephes.* 3. alios Dominus dedit Aposto-
los, alios Prophetas, alios autem Doctores.
Quare concludendum est, possessionis appre-
hensionem esse vtique necessariam, quoad so-
lemnitatem, vt possit prouisus ostendere se esse
in possessione, sicque illatam molestiam repel-
lere, inferendamve præcauere, non sequi tamen,
quin ante adeptam possessionem possit admini-
strare, & exercere ea, quæ sunt iurisdictionis,
dummodo tertio non præiudicet: sicq. intelligi
potest Ripæ responsum, qui immo expresse fate-
tur Innocentij opinionem non procedere in præ- 9
iudicium alterius, qui sit in possessione regendi,
& administrandi: atque ideo adducit *l. memi-*
nisse, ff. de offic. procons. vbi ante aduentum suc- 10
cessoris non expirat Proconsulis iurisdictio: vel
si vsu, & consuetudine receptum sit, ne quis ad-
ministret, nisi naturalem, & actualem acceperit
possessionem. Quod & Abbati loco proxime 11
citato placuit: & hæc consuetudo mihi videtur
esse in viridi obseruantia: non enim solent ante
possessionis apprehensionem quidquam posses-
sorij agere. Si enim Bullæ ob pecuniæ inopiam, 12
vel aliam iustam causam expediri non possunt,
expeditur Breue, vt capiatur possessio, saltem
nomine Cameræ: quod quotidie fieri videmus,
& experimur ex constitutione Bonifacij octaui,
extrauag. 1. *de elect. in communib.* Quo loco pro- 13
hibetur, ne Episcopi, ac alij superiores Prælati,
necnon Abbates, Priores, & ceteri monasterio-
rum regimina exercentes, quocumq. nomine
censeantur, ante receptionem litterarum acce-
dere, aut bonorum ecclesiasticorum administra-

tionem accipere præsumat: quòd si secus actum
fuerit, irritum, & inane sit. Immò alias recipien-
tes canonici, monachi, & alij suspensi sunt a be-
neficiorum perceptione, donec gratiam habue-
14 rint à Papa. At verò in regno Franciæ ex longa
ipsius regni consuetudine seruatur, quòd in
temporalibus non administret Prælatus ante
receptam possessionem, & factam Regi fidelita-
tem, & præstitum iuramentum, quandoquidem
ea sunt in manu Regis: secus tamen in spiritua-
libus: nam statim atque conferrur episcopatus,
spiritualia omnia suscipiuntur à Papa, & sic ab
eo tempore, quo prouisus suscepit litteras, pote-
rit conferre, *Rebuffus in d. tit. de simonia in resi-*
15 *gnat. num.* 48. Vbi igitur deerit consuetudo, qua
impeditur Prælatus, ita vt non valeat admini-
strare ante possessionis apprehensionem, statim
atque fuerit confirmatus, poterit administrare,
& si erit Episcopus, exercere ea, quæ sunt iuris-
dictionis, & ordinis, si erit consecratus: quod de-
bet intelligi, litteris expeditis, & præsentatis,
16 seu ostensis, *d. extrauag.* 1. Quinimmo electus
immediate Romano Pontifici subiectus, etiam si
non fuerit confirmatus, si longe abfit à curia,
maxime extra Italiæ fines, & ecclesiæ vtilitas id
expostulet, poterit & in temporalibus, & in spi-
ritualibus administrare, *cap. nihil est, §. Episcopi,*
de elect. sed duobus concurrentibus, nempe
longa distantia, *can. cum longe, dist. 63. cap. cum*
olim, circa fin. de dolo, & contum. cap. ex litteris,
prope fin. de in integr. restit. vtilitateq; aut ne-
cessitate ecclesiæ, *cap. ne pro defectu, de elect. c.*
quàm sit, eod. lib. 6. can. postquam, 50. dist. late
Oldrad. consil. 9. vbi quærit, an possit fieri illatio,
17 & concludit posse: quia hæc est dispensatio iu-
ris, & in corpore iuris clausa: vnde ius commu-
ne constituitur in consimilibus eandem ratio-
nem habentibus. Ponit igitur elegantem diffe-
rentiam inter iuris dispensationem, quæ in cor-
pore iuris extet, & alias dispensationes. Namq;
regulariter aliæ dispensationes stricti sunt iuris,
nec extenduntur ad casum maiorem, & haben-
tem maiorem rationem, *cap. fin. de filijs presby-*
terorum, lib. 6. Hostiensis ad cap. postulasti, de
rescrip. Excipiuntur tamen nonnulli casus, quos
enumerat Felinus *ad d. cap. postulasti, num.* 11.
cum seq. in quo sane capite habetur fere vniuer-
sa dispensationum materia. Locus admonet, vt
quæramus, an, facta electione, & sequuta con-
firmatione, expeditisq. litteris, nondum tamen
capta possessione, capitulum vacantia possit
conferre beneficia. Rota tenuit, non posse *d. de-*
cis. 182. diuers. par. 2. quia vacatio ecclesiæ, vt
dictum est, durat vsque ad confirmationem, qua
sequuta confirmatus beneficia conferre potest.
Abbas, & alij ad cap. nouit de offic. Legati. Siluest.
de benef. par. 3. quæst. 40. *Petr. de Biusio de elect.*
par. 3. cap. 44. num. 4. Nec obstat, quòd tempore
collationis per capitulum factæ nondum confir-
matus possessionem cœpisset, quia, vt diximus,
non est de iure communi necessaria, sed sufficit 18
sola prouisio, quæ tribuit exercitium iurisdictio-
nis. glossa communiter recepta *ad c. penult. vers.*
collatio, de præb. in 6. Couarruu. variar. resol. li. 3.
cap. 16. num. 1. Abbas ad d. c. transmissam. nu. 3.
vbi testatur etiam de communi, *Felin. ad c. eam*
te. col. 3. vers. & hinc est de rescript. & late ad
cap. ne Dei, num. 2. vers. 14. de Simonia, Petr. de
Biusio d. c. 44. num. 4. Franc. ad c. eum, qui §. insu-
per num. 6. de præben. in 6. Gemin. ad cap. si elect.
num. 6. de elect. in 6. Idem profectò dicendum
est de prouisione Apostolica, quæ non solùm
habet vim electionis, sed & confirmationis ita,
vt prouisus, non obstante *cap. Auaritiæ, de elect.*
lib. 6. administrare possit, suamq. iurisdictionem
exercere, vt tradit *Felin. ad d. cap. eam te col. 3.*
num. 5. vers. tertiò extende, & ibi per Abbatem
num. 2. in fin. & in cap. tua. num. 2. de his, quæ
fiunt à Pral. Calder. consil. 4. de elect. Franc. ad
c. 1. in princ. num. 4. & d. decis. 182. num. 4. Et,
quòd iurisdictio sit interdicta Capitulo, stante
prouisione Apostolica, & litteris expeditis, no-
tat glossa *ad Clement. 1. §. propter, vers. sed va-*
candum, de hæret. Paum. de offic. & potest. Cap.
Sed. vac. prælud. 7. num. 14.

Ex his insurgit difficultas, an Cardinalis, qui
resignauit episcopatum, sciente, & permittente
summo Pontifice, factaq. præconizatione, pro-
positione, & litteris expeditis, nondum capta
tamen ab Episcopo successore possessione, pos-
sit auctoritate ordinaria, & indulti conferre
beneficia, prout ante resignationem poterat?
Dubium facit, quia beneficia censentur vacare
non solum per mortem Prælati, sed etiam per re- 19
nunciationem, vel translationem, aut amotio-
nem, siue priuationem, *cap. nisi iam pridem, &*
cap. post translationem, & cap. vlt. de renunt. &
cap. ex tuæ, de cler. non resid. Doct. omnes ad cap.
susceptum, de rescript. lib. 6. Felinus ad cap. in no-
stra, eod. de rescript. Nicolaus Boerius decis. 2. n. 1.
& per resignationem quis priuatur & possessio- 20
ne, & iure, hoc est titulo, *cap. inter cetera, iuncta*
glos. in verbo assignari debent, de præbend. cap.
vnico, vbi Doctor. de rerum permut. in 6. sic in
vna Salamantina portionis *coram Auditore*
Acorambono, attestante Anton. Maria Papazon.
in addit. ad decis. 1. num. 13. de renunciat. in nouis
fuit conclusum, quòd statim valet resignatio, &
ius aufertur resignanti, antequam resignatarius
acceptet, *Petrus decis. 250. lib. 2. ibi, quòd cum*
per resignationem desinat resignans possidere, &
Crescentius decis. 14. num. 3. de offic. Vicarij, di-
cit, resignantem amittere ius, & possessionem,
quam voluit amittere in fauorem resignatarij:
quod

Digitized by Google

quod tenuere Lapus *alleg.24. Abbas, & alij ad cap. solicite, de restitut. spoliat.* & dicitur valida resignatio, quando constat de supplicatione signata, *Caputaquen.decis.88.num.1.par.3.* qui etiam *decis.81. in princ. ead. par.3.* asseuerat,
21 admissa resignatione, nullum ius apud resignantem remanere: ita etiam tentum fuit coram R. P. D. eximiæ doctrinæ viro Laurentio Blanchetto sacræ Rotæ Auditore *in vna Tuden. beneficij, Lunæ, 9. Maij 1578. quæ hodie est impressa in prima part. Decis. diuers. decis.418.n.3.* Quæ licet per se vera sint, dubium tamen non
22 est, quin Cardinalis, qui resignauit episcopatum in fauorem alicuius, sit adhuc eius dominus, & possit conferre beneficia tum ratione indulti, tum potestate ordinaria, quia adhuc in possessione est: & quamquam dicatur per resi-
23 gnationem esse priuatum, intelligi tamen debet de possessione iuris, quam perdit, non tamen possessione naturali, cui potest incumbere, donec sciat præfatam resignationem habuisse effectũ, vt censet Innocentius *ad cap. quod in dubijs, de rer. permut.* & captam esse possessionem, vnde Gomesius *ad regul. de publ. q.15.* scribit, eandem regulam non habere locum, nisi tribus concurrentibus, videlicet, quòd resignatio non fuerit publicata, possessio petita, & quòd resignans decesserit in possessione, & Puteus *decis.337.nu.2. lib.3.* ait, quòd tunc resignatarius dicitur ciuiliter, & naturaliter possidere, quando est apprehensa possessio, *& in decis.158.num.3.eod.lib.3.*
24 quòd cum sit resignatio in fauorem certæ personæ, ante apprehensionem, seu acquisitionem, resignans dicitur etiam possidere, & titulum
25 coloratum habere. Immo si ista possessione, quam post resignationem habet resignans, spoliaretur, veniret restituendus, *vt post Innocentium ad cap. super hoc, de renunt. tenuit Rota in d. decis. de renunt. in nouis, & decis.190. diuers. par.2. vbi num.1.* habetur, quòd quicumque habens titulum coloratum, & fuit spoliatus, est restituendus contra quemcumque, etiam possessorem titulum habentem, iuxta Rotæ obseruatio-
26 nem, quia resignans in fauorem certæ personæ, videtur conditionaliter resignare, videlicet dum tamen beneficium illi quæratur, *Put. decis.158. num.2. lib.3.* & ius, quod resignatario non quæ-
27 ritur, non aufertur resignanti, *l. nec vtile, ff. ex quib. caus. maior. l. qui absenti, ff. de acquir. possess.* ergo nec possessione, nec titulo, nisi sit resignatario quæsitus, spoliatur resignans. Alioquin si resignatio priuaret resignantem possessione, aut titulo, nondum capta à resignatario possessione, sequeretur per omnem resignationem etiam inualidam priuari quemquam resignan-
28 tem: cum tamen receptum sit, resignationem nullam ob vitium simoniæ destruere ius resignantis, *Cassador. decis.3. de renouat. Caputaq. decis.83. num.1. lib.3.* Sic cum per regulam de valore, verus valor exprimi debeat, si in resigna- 29
tione verus beneficij valor non fuerit expressus, ius penes resignantem remanet. Nec obstat 30
clausula, cum facultate augendi, quia non operatur, vt verus valor tacitus habeatur pro expresso, sed est facultatiua, vt si illum voluerit exprimere, possit: & si exprimat, gratia habeatur pro perfecta, *vt tenuit Rota in vna Tuden. beneficij, coram R.P.D. Blanchetto, veneris, 11. Aprilis 1578. quæ est impressa d. part.2. decis.417.* vel, si fuerit facta resignatio non seruata forma de publicand. Pij Papæ V. quod non solum habere locum in ijs beneficijs in fauorem certæ personæ resignatis in manibus Papæ, sed etiam in ijs, quæ libere in manibus Ordinarij, seu alterius collatoris renunciata sunt, tenuit *Rota in vna Aquilen. Priorat. 2. Iulij 1581. coram Cantuc. hodie impressa dec.149. diuers. par.2.* vbi *n.5.* habetur, quemadmodum resignatio conditionalis ad fauorem tertij in manibus Papæ facta non abdicat ius à resignante, nisi sequatur conditio, hoc est, nisi illi tertio ius quæratur, sic etiam resignatio pure, ac libere facta in manibus ordinarij non abdicat ius à resignante, nisi seruetur forma dictæ Constitutionis, & sic, nisi sequatur tacita conditio, quæ à dicta constitutione intelligitur, *vt not. ad l. si quis accepto. ff. de cond. ob caus. Rota decis.4. ante num.2. de rer. permut. in antiq.* nam resignatio in manibus Ordinarij fie- 31
ri sub conditione, hoc est, ad fauorem certæ personæ non potest; esset enim simoniaca. *glos. & Doct. ad c. ex par.1. de offic. deleg.* Neque videtur prætermittendum, an, scilicet resignatio videatur publicata, si non constet de publicatione. *Rota tenuit in d. decis.190. num.4. & 6.* præsumi ex triennali possessione, dum non agatur de spolio. Sed, an constitutio de publicand. resign. habeat locum in beneficijs electiuis consistorialibus, & non consistorialibus, *vide infra ad §. ac beneficia, vers. sed, an constitutio,* Ad contraria respondendum est, vti diximus ex Innocentio: quod resignans dicitur priuatus possessione iuris, non possessione naturali, *vt etiam tenuit Rebuffus in praxi tit. de simonia, in resignat. nu.43.* hoc est, quando resignatio simplex est facta in fauorem certæ personæ, quæ videtur esse conditionalis, *Caputaquen. decis.86. par.3.* secus verò, quando esset facta simpliciter in manibus Papæ, seu ordinarij: nam eo casu renuncians nul- 32
lum titulum coloratum dicitur habere, ex quo simpliciter renunciauit, *Puteus d. decis.158. n.4.* Ex eo enim, quòd quis resignat simpliciter beneficium, dicitur seipsum abdicare omni omnino iure, & ita potest intelligi *Caputaquen. in d. decis.81.* vt admissa resignatione, nullum ius pe-

nes

nes resignantem remaneat. Idque inrelligerem, quando constaret, resignantem eo animo renunciasse, vt ad illud beneficium ampliùs redire nollet, siue renunciatio sortiretur effectum, siue
33 non, pei ea, quæ notantur *in d. decis. 149*. Si quis
vero resignauerir beneficium collationem habens in manibus Principis laici, qui de tali beneficio babeat nominationem, licet Princeps per delegatos, & commissarios administret, pendente vacatione, temporalia, adhuc tameo poterit resignans conferre beneficia, donec resignatarius adipiscatur possessionem: quia licet remota sir à resignante administratio temporalium, non est remota spiritualium, *Rebuff. loco proxime citato, num. 47*. Antiquus igitur is Prælatus, cum sit in iusta possessione, quousque venerit successor, poterit conferre, & præsentare, *cap. consultationibus, de iure patron. Ioan. de Selu. in d. tract. part. 2. quæst. 15.*

Summa ex §. In quibuscumque.

1 *Reges plura babēt indulta, & inter se diuersa.*
2 *Imperator in singulis Alemaniæ ecclesijs vnū canonicum constituit.*
3 *Rex Franciæ collationem babet.*
4 *Plures ecclesiæ Gallicanæ, Sede vacante, à Regibus in temporalibus administrantur.*
5 *Rex Anglorum conferebat beneficia in suo regno: confert bodie Rex Hungariæ, & Rex Poloniæ ex priuilegio.*
6 *Spiritualia à laicis exerceri non possunt, nisi ex priuilegio Apostolico.*
7 *Reges ex longissima consuetudine beneficia conferre posse, ait Albericus, sed male.*
8 *Consuetudo immemorabilis æquiparatur priuilegio.*
9 *Consuetudo eum, qui incapax est, capacem facere nequit.*
10 *Cum consuetudo à iure improbatur, plus ea valet priuilegium.*
11 *Consuetudo iuncta cum fama priuilegij eum, qui incapax est, capacem facit.*
12 *Mulieres ex priuilegio præbendas conferunt, & alia beneficia.*
13 *Laicus conferens ex priuilegio beneficia, non tribuit quid spirituale, quod à confirmatore ecclesiastico suppletur.*
14 *Indultum nibil aliud est, quàm priuilegium.*
15 *Primo priuilegio potest derogari per secundū.*
16 *Habens potentius priuilegium, potest eo vti aduersus babentem simile priuilegium.*
17 *Cardinalis indultum est maiore fauore dignum, quàm priuilegium regium.*
18 *Reges beneficiorum collationem iure babere nequeunt.*
19 *Priuilegium babens eo contra babentem priuilegium, non vtitur.*
20 *Absens reipublicæ causa aduersus absentem reipublicæ causa est restituendus.*
21 *Duobus babentibus idem priuilegium, læsus eo gaudebit: secus vero non læsus.*
22 *Præscribente ecclesia rem ecclesiæ, priuilegium quadraginta annorum est eius, cui præscribitur: præscribentis non est.*
23 *Princeps tanquam læsus, aduersus indultum Cardinalis priuilegio vti potest.*
24 *Priuilegio Principis non intelligitur derogatum indulto Cardinalis, nisi per verba expressa.*
25 *Ad præcauenda scandala multa permittuntur, quæ non permitterentur.*
26 *Beneficiorum collatio laico periculosa est.*
27 *Principes priuilegijs spoliari non debent absq. causa.*
28 *Indultorum concessio intelligitur facta sine præiudicio tertij.*

In quibuscumque ciuitatibus, & diœcesibus, ac quibusuis regnis, partibus, & locis constituentium, quæ ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in commendam, titulum, ac aliàs obtinens de iure, vel de consuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinentia.

§. In quibuscumque.

IN QVIBVSCVMQVE. Hic sunt considerãda hæc verba Bullæ: ac quibusuis regnis: ac videndum, an Cardinales ratione indulti possint libere conferre ea beneficia, quorum nominatio, præsentatio, &
quæuis institutio ad ipsos Reges pertinet. Nam- 1
que Reges, *vti diximus cap. 12. num. 25. cum pluribus alijs subsequentibus, lib. 3. de Sacror. Immunit. & supra ad §. per quæ sublatis impedimentis*, indulta habent plura, & inter se satis di-
uersa. Siquidem Imperator in singulis Alema- 2
niæ ecclesijs vnum canonicum constituit, *Speculator tit. de præbena. §. 2. versic. septimo, vbi etiam Ioannes Andr. Boerius in decis. 32. num. 8.* ideo plura Rex Franciæ, ac beneficiorum collatio-
nem. Nam cum in Lugdunensi ecclesia quæ- 3
dam vacaret præbenda, Nicolausq. Papa eam contulisset, Rex Franciæ ad se collationem ipsius præbendæ pertinere dicens, de facto alij illam contulit, *testimonio eiusdem Boerij in tract. de offic. & potest. legat. à latere, in 4. prælud. n. 22. & in §. 1. versic. si verò non sit præscriptibilis, in comment. consuetud. Biturig.* Huius priuilegij memi-

Digitized by Google

meminit etiam Rota decis.7. de rer. permut. in
nouis, etsi dicit, aliquibus Principibus, Sede va-
4 cante, competere iurisdictionem, seu admini-
strationem temporalium, vt in multis ecclesijs
Gallicanis, meminit etiam Ioannes de Selua in
tract. de benefic. part.2. quæst.23. num.2. Item
5 Rex Anglorum conferebat, & Rex Vngariæ
confert: vnusquisque in regno suo, sicut Rex, vt
audio, Poloniæ, præbendas ex priuilegio Papæ,
Baldus ad l. rescripta, col.3. ante medium, C. de
precibus Imper. offerend. Anton. Corset. in tract.
de potestate regia, quæst.34. de spiritualibus ve-
rò nullam facit mentionem. Nihilominus aper-
6 te videmus ex Boerio, ipsum etiam exercere ea,
quæ sunt iurisdictionis spiritualis: quam exerce-
re nequaquam potest, nisi ex priuilegio faciat,
prout ait Ioannes Andr. in addit. ad Speculat. tit.
de legat. §. nunc tractemus, versic. sed nunquid le-
gatus, & in tit. de præbend. §.1. versic. septimo,
quod mihi placet, etsi Albericus ad l. bene, à
Zenone C. de quadrien. præscript. asseuerat, Re-
7 ges quamuis laicos, ex longissima consuetudine
posse beneficia conferre ecclesiastica: cui vide-
tur assentiri Dominicus à S. Gemin. ad cap. licet,
de præbend. lib.6. & male meo iudicio: propterea
quod consuetudo non est tantæ efficaciæ: nam
8 etsi consuetudo immemorabilis æquiparatur
priuilegio, l. hoc iure §. ductus. ff. de aqua quoti-
diana, & æst. l. in fine. ff. de aqua pluuial. arcend.
glos. ad cap. super quibusdam. de verbor. signific.
plus tamen potest priuilegium duobus in casi-
bus, quàm consuetudo etiam longæua, & cuius
non extet memoria, vt recte tradit Gulielmus
Benedictus in repet. cap. Raynutius, in verb. vxo-
9 rem nomine, decis.2. num.169. Primò vbi est in-
capacitas possidentis, quia consuetudo non po-
test eum facere capacem: secundò, vbi consue-
10 tudo à iure improbatur: quia tunc plus opera-
tur priuilegium, cap.4. de offic. Archidiaconi, iun-
cto c. quæ in ecclesiarum, de consuet. glos. ad clem.1.
11 in fin. de priuileg. Si verò de priuilegio non con-
staret, nisi per famam: tunc consuetudo iuncta
cum fama operaretur priuilegium habilitationis
incapacitatis, vti late habetur d. cap.12. nu.32.
lib.3. de Sacror. Immunit. Ex priuilegio igitur
12 possunt Reges conferre beneficia. Immo & mu-
lieres ex priuilegio Romani Pontificis possunt
conferre præbendas, & alia ecclesiastica benefi-
cia, cap. dilecta, de præbend. & cap. dilecto, de te-
stib. cap. is, cui, de præbend. lib.6. Cardin. Zabarel.
cons.126. Alber. ad d. l. bene à Zenone, col.3. vers.
sed an Imperator possit conferre beneficia, Ioannes
de Selua d. q.23. num.1. & latius in quæst.5. ead.
par.2. Boerius in decis.32. num.10. Rebuffus in
tract. de nominat. quæst.15. num.9. cum seq. qui
13 eleganter quoque tradit, laicum, licet ex priui-
legio possit conferre beneficia ecclesiastica,

can. Adrianus, 63. dist. conferendo tamen be-
neficium, non tribuere aliquod ius spirituale,
quia ipse illud non habet: sed inuestitus conse-
quitur ius spirituale à confirmatore, vel ab alio
ministro ecclesiastico: quod esse notabile pro
Rege Franciæ scribit Bonifac. ad clem. vnic. col.
penult. de concess. præbend. Ioan. And. ad cap. acce-
dens, col.1. de præbend. Cum ergo Imperator,
Reges, & alij Principes possint conferre ex pri-
uilegio pontificio canonicatus, & præbendas,
necnon alia beneficia, si Cardinales in illis re-
gnis à Papa habuerint indultum omnia confe-
rendi beneficia, illa ne conferre poterunt? Vide-
batur dicendum prima facie, posse: quia cum
laici Principes conferant ex priuilegio, huic pri- 14
uilegio videtur esse derogatum ex indulto, quod
nihil aliud est, quàm priuilegium, cum primo de- 15
roget secundum, cap. veniens, de præscript. cap.
dudum. & cap. quamuis, de præbend. lib.6. l. sed
& posteriores, ff. de legib. cap.1. de constitut. lib.6.
Caputaquen. decis.41. num.6. par.3. Facit etiam,
quod tradit Decius ad cap. in præsentia, nu.5 t.
de probat. ex responso Pomponij Iurisconsulti, in
l. verum, §. vlt. ff. de minor. quod habens priuile- 16
gium potest eo vti aduersus eum, qui simile ha-
bet priuilegium, quando potentius est priuile-
gium eius, qui eo vti vult: vel ex eo, quòd is agat
de damno vitando, alter de lucro captando, vt
admonent Bartolus ad authent. quas actiones, C.
de sacrosanct. eccl. Baldus ad authent. perpetua,
eod. Ancharanus consil.36. Abbas ad d. cap. in
præsentia super glos. vlt. vel ex eo, quòd causa
concedendi priuilegium est fauorabilior, d. l. ve-
rum, & ibi Baldus cum l. seq. Didacus Couarruu.
ad regul. malæ fidei, part.2. num.4. versic. quòd
verò, in fine. At nemo dubitat, quin causa con-
cedendi indultum Cardinali præsertim ordina- 17
tio, non sit longe fauorabilior illa, qua concedi-
tur Regibus priuilegium, quia per indultum Pa-
pa nihil Cardinali dat, vt supra ad §. per quæ su-
blatis, dictum est, sed remouet impedimentum:
at Principibus concedendo priuilegium confe- 18
rendi beneficia dat non solum, quod non ha-
bent, sed quod nec iure habere possunt. Sed pro
Principibus facit, quòd priuilegium habens non 19
vtitur eo contra habentem priuilegium, prout
adnotant nostri, ad §. sed hæc præsenti, auth. de
sacrosanct. eccl. ad d. l. verum, cum seq. ff. de min.
ideo Martianus Iurisconsultus in l. vlt. ff. quibus
ex causis maior. respondit, absentem reipublicæ 20
causa aduersus eum, qui pariter reipublicæ cau-
sa abfuerit, esse restituendum, si aliquid damni
iuste queritur, vbi Bartolus, & Baldus, item Bar-
tolus ad d. l. verum, §. penult. & ad d. authent. quas
actiones, Abbas ad cap. super spoliatione, de ord.
cognit. & ad d. cap. in præsentia, vbi etiam Felin.
num.29. Iason ad §. rursus, Institut. de action.
asserunt,

asserunt, quòd quando duo idem habent priui-
21 legium, qui læsus est, priuilegio gaudet, illudq. habet in specie, qua de agitur, & in exercitio, quia læditur; alter verò, cum læsus in eadem causa non fuerit, priuilegium non obtinet: vnde ego *in c.18.num.112.lib.3. de Sacror.Immunit.*
22 differebam, ecclesiam, quæ rem alterius ecclesiæ præscribit, non habere in præscribenda re illa aliquod priuilegium: sed ecclesiam, aduersus quam currit præscriptio, habere priuilegium, vt minori spatio quadraginta annorum eius possessio præscribi non valeat, *cap. de quarta, cap. illud, cap. ad aures, vbi omnes notant de præscript.*
23 *d.auth.quas actiones.* Cum igitur secularis Princeps sit in possessione conferendi, si conferat Cardinalis, læditur ipse, atque ideo vti poterit priuilegio. *huc etiam referri possunt ea, quæ infr. ad §. regularia verò, versic. sed difficultas est, circa fin. scripsimus.* Præterea licet beatissimus
24 Papa possit reuocare priuilegium Principi concessum pro summa illa, quam habet, potestate, ex indulto tamen concesso Cardinali, non intelligitur eidem priuilegio esse derogatum, nisi de illo sit facta mentio, & quidem expressa, *d.c.veniens, de præscript. d.cap.dudum, & cap.quamuis, de præbend.lib.6. & d.decis.41.* ac si expressè derogatum esset, dubium insurgeret, an teneret derogatio: nam Princeps se tueri vellet concessione suis maioribus facta, & tot seculis confirmata: nam si tenuit collatio à Rege Gallico de Lugdunensi præbenda facta aduersus collationem ipsiusmet Romani Pontificis, quis dubitat, an teneret aduersus Cardinalis prouisionem? quod sane factum fuisse existimarem ad euitandum scandalum, quod facile oriri poterat: multa siquidem ad præcauenda scandala permit-
25 tuntur, quæ alioqui non permitterentur, *vt diffuse tradit Felin.ad cap.nihil, nu.2. de præscript.* & pro bono pacis: etsi rectissime Boerius *in ci-*
26 *tata decis.32.num.6.* dicit, Principes seculares magno cum periculo se intromittere in conferendo beneficia ecclesiastica. Nam ex eo, quòd Romani Pontifices laicis Principibus priuilegia concesserunt, videntur se illo iure priuari voluis-
27 se, & quod sibi iure competebat, in illos transtulisse: vnde priuari non debent, nisi adsit causa digna priuatione. Vnde *Rota in vna Parmensi prætensæ illegitimitatis die 23. Decembris coram Robusterio, quæ est hodie decis.200. num.10. diuers.par.2.* dixit, quòd Signatura non derogat priuilegijs Principum secularium, quia nullo modo est derogandum, sed tribuitur vnicuique, quod suum est de iure communi. Itaque Papa, cum concedit indultum, dat quod habet, vel
28 quod sibi reseruauit, quod semper intelligitur sine tertij præiudicio, nec plus iuris in illum transfert, quàm quod ipse habet: vnde Rebuffus *in praxi sub tit. forma, & declaratio noua prouisionis, verbo, seu si venerabili,* dicit, Romanum Pontificem non solere derogare priuilegijs ad instantiam Regum concessis. Verba igitur illa, *aut quibusuis regnis*, accipi debent: vbi Reges contrarium non habent priuilegium.

Summa ex §. Etiam si secularia.

1 *Ex indulto collatiuo secularium beneficiorum reseruantur dignitates maiores post pontificales in ecclesijs cathedralibus, & principales in collegiatis.*
2 *Legatus de latere dignitates maiores, & principales non confert.*
3 *Princeps laicus Prælatum eligere, aut præsentare etiam eius ecclesiæ, in qua ius habet patronatus, nisi ex priuilegio non potest.*
4 *Electio, aut præsentatio Prælati non præscribitur.*
5 *Reges ex priuilegio possunt dignitates conferre, non autem ex consuetudine.*
6 *Laici patroni beneficia ecclesiæ collegiatæ ex dispensatione conferunt.*
7 *Laicus nominare potest, instituere non potest.*
8 *Abbas, Prior, & quæuis dignitas eligi potest ex alio monasterio.*
9 *Etiam Rex est incapax iuris spiritualis, vel sacri ex se: monachus, & canonicus secus.*
10 *Expectatiua ad dignitates non extenditur ad maiores post pontificales, neque ad beneficia reseruata, aut affecta.*
11 *Dispensatus ad dignitates, eas in cathedrali ecclesia obtinere non potest.*
Limitat Ioannes Andreæ cum nonnullis, si dispensatio non est generalis: sed male.
12 *De stylo curiæ dignitates cathedr. exprimuntur, cum conceduntur.*
13 *Notanda, nisi exprimantur, negligi præsumuntur.*
14 *Dignitas est honesta auctoritas & cultu, & honore, & verecundia digna.*
15 *De stylo Iurisperitorũ dignitas est iurisdictio.*
16 *Maior dignitas minorem reueretur, vbi nullam habet iurisdictionem.*
17 *Quilibet ecclesiæ collegiatæ rector in dignitate est.*
18 *Archidiaconatus prima dignitas est post pontificalem.*
19 *Dignitatem non resonant nomina vllius officij ecclesiastici, nisi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus.*
20 *Archidiaconus in omnes clericos iurisdictionem habet, necnon in Archipresbyterum.*
21 *Archidiaconus, etiam nullam habens in ecclesia administrationem, aut iurisdictionem, in dignitate est.*

22 Ar-

22 *Archidiaconus oculus Episcopi dicitur.*
23 *De locorum consuetudine vna, aut altera dignitas Archidiaconatu in nonnullis ecclesijs maior est.*
24 *Principales dignitates sunt, quæ pro talibus habentur more maiorum.*

Etiam si secularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, non tamen in cathedralibus post pontificales maiores, aut collegiatis ecclesijs principales, personatus, administrationes, & officia in cathedralibus, etiam Metropolitanis, & collegiatis, alijsq. ecclesijs, aut parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ.

§. Etiam si secularia.

1 ETIAM SI SECVLARIA. Hic tribuitur facultas Cardinali conferendi omnia sæcularia beneficia, duobus exceptis, videlicet maioribus dignitatibus post pontificales in cathedralibus ecclesijs existentibus, ac principalibus in collegiatis, prout in regula tertia Cancellariæ omnes Romani Pontifices
2 sibi reseruare consueuerunt, adeo vt nec Legati à latere eas conferre possint. *cap. deliberatione, de offic. legat. lib. 6.* Nec mirum, cum Boerius *in*
3 *decis. 32. num. 5.* asserat, Principes seculares ad principales dignitates in collegiatis ecclesijs, licet ius habeant patronatus, non posse Prælarum eligere, aut præsentare, *cap. nobis, de iure patron. & cap. præterea, & ibi Henric. & communiter Doctor. eod.* nisi hoc ex speciali priuilegio Apostolico haberent, secundum gloss. *ad can. Hadrianus, dist. 63.* neque etiam ex præscriptione, *vt voluit Ioan. Andr. ad cap. 2. de præbend. lib. 6.* tametsi Martinus Laudensis *in*
4 *tract. de princip. §. 74.* censet, Reges ex consue-
5 tudine, vel priuilegio conferre decanatum, aut aliam dignitatem, *per text. in cap. cum dilectus filius, de consuet. & per text. expresse loquentem de Rege Franciæ, in can. hinc est, 16. q. 1.* quod mihi non placet ex consuetudine scilicet: ex priuilegio non inficior: placet tamen, quod asserit Cardinalis Alexandrinus *ad can. im-*
6 *perium, dist. 10.* nempe quòd hodie laici patroni ex concessione, seu dispensatione ecclesiæ habeant potestatem in corpore iuris clausam conferendi, & præsentandi ad beneficia ecclesiæ collegiatæ, *cui adstipulatur Archidiaconus ad can. hortamur, 74. dist.* quemadmodum etiam particularia beneficia, *cap. dilectus, 3. de præben. Ant. Croset. in tract. de potestate regia, q. 34. Germon. de Indultis.*

Immo, si laicus habeat ius nominandi, illudque habere vim institutionis voluerit, & nominationis, & institutionis commodum perdit. *Rota decis. 318. diuers. par. 2.* namque vtile per inutile vitiatur *l. Podius ff. de arbitr. Alciatus ad l. 1. §. sed, si mihi ff. de verb. oblig.* ratio est, quia 7
laicus nominationis capax est, institutionis verò incapax *d. decis. 318. num. 2. in fine*. Nec ob- 8
stat *d. cap. cum dilectus filius,* quo licet caueatur, Abbatem, vel Priorem, vel aliam quamuis dignitatem ex alio eligi posse monasterio, aliaue ecclesia ex consuetudine, non sequitur tamen, laicos ex consuetudine posse eligere decanos, vel alias principales in collegiatis ecclesijs dignitates: ratio diuersitatis, *quam ad proximum præcedentem §. adducebam*, est elegantiæ plena: siquidem laicus, quamuis Rex, est incapax ex 9
se eorum, quæ sunt iuris spiritualis, vel sacri, vti est beneficiorum collatio, non item monachus, vel canonicus, *toto tit. de postulat. Prælat. & toto tit. de elect.* atque ideo mirum videri non debet, si ex consuetudine monasterium, vel collegium sibi eligendi vindicet facultatem. Nec obstat *d. can. hinc est*, quia loquitur de priuilegio, non de consuetudine: nam Rex priuilegio Apostolico donatus erat: vt in quodam monasterio non eligeretur Abbas sine regali prouisione, & monachorum electione: nec Abbas ille ad episcopatum eligeretur: ne occasione episcopatus Abbatia aliquid detrimenti pateretur. Et præter id quod priuilegio cautum erat, electio non à Rege, sed à monachis fiebat, habito tamen regio consensu. Ludouicus Gomesius *in tract. de grat. expectat. num. 45.* scriptum reliquit: 10
quòd si Papa dat litteras expectatiuas ad dignitates, litteræ non extenduntur ad dignitates post pontificalem maiores, *ex dict. regul. 3.* neque ad beneficia specialiter, atque generaliter reseruata, vel affecta, *vt tenuit Rota decis. 3. de offic. legati in nouis, Romanus consil. 342. & consil. 160. Caldilinus in tit. de præben. consil. 9.* Sic dispensatus ad dignitates non cen- 11
setur dispensatus, vt eas possit in cathedrali ecclesia obtinere, *cap. quamuis, de præbend. lib. 6. Felinus ad cap. postulasti, in secund. conclus. de rescript.* idque propter præeminentiam, & honorem illius ecclesiæ. Et quamuis Ioannes Andreæ *in addit. ad Speculat. in tit. de filijs presbyt.* putet, hanc regulam non habere locum, quando dispensatio est generalis ad quæcumque: cui adstipulantur *Dominicus ad cap. 1. de præbend. lib. 6. Oldradus consil. 215. Iason consil. 104.* contrarium tamen verius est, *ex dict. cap. quamuis, ibi: sub hac generalitate hoc casu nolumus includi.* facit & stylus curiæ, vt ait Rebuffus *in tit. de dispens. ratione ætat. in* 12
verbo; in cathedralibus, qui semper exprimit

Pp cathe-

cathedrales,cum eas vult includi : nam ea, quæ
13 notatu sunt digna , nisi exprimantur , videntur
neglecta, *l. iniuriarum,§.prætor,ff.de iniur. Rota
decis.*1 *.de filijs presbyt.in antiq.*
14 Sed quæ sit in cathedralibus maior dignitas,
quæstionis est. Dignitas à Cicerone lib. de In-
uentione dicitur esse alicuius honesta auctori-
tas,quæ & cultu,& honore,& verecundia digna
est. Huius dignitatis definitio,seu potius descri-
ptio apte conueniri poterit dignitatibus eccle-
siasticis, si auctoritas ibi accipiatur, prout acci-
pitur eo sensu sæpissime ab eodem Cicerone , &
à Liuio, & à iuris auctoribus, pro vi, inquam, &
potestate , vt apud Vlpianum , *in l. videamus ,
§.1.ff.de in lit. iurand. apud Modestinum in l. si
seruo, ff. qui, & à quibus apud Papinianum, in l.*
15 *tabulis, ff. de statu liber.* Namque in libris no-
stris dignitatem proprie habere dicitur, qui iu-
risdictionem habet,& hæc est frequentior inter-
pretum opinio, quam indubitanter Abbas , &
alij sequuntur, *ad cap. de mulcta,de præbend. ita
quoque tenuit Rota decis.9. in fine, de præbend.in
nouis .* & Barbatius *ad cap. volentes, col. penult.
versic. aut minor est, de offic. legat.* scribit , ma-
iorem dignitatem debere reuerentiam minori in
16 loco,in quo maior nullam habet iurisdictionem,
vt etiam voluit Puteus decis.106. num.5. lib.3.
17 ac proinde non solum maior in cathedrali eccle-
sia,sed etiam quilibet ecclesiæ collegiatæ Prior,
aut Rector habere dicitur dignitatem , *vt notat
Paulus ad clement.1.de elect. ad clement. ne in
agro, de statu regul.* Sed quæ maior post pontifi-
calem sit dignitas, dubiratio est:quod scire haud
parum refert ad intelligentiam istius reseruatio-
18 nis, quam facit Papa . Qua in re illud in primis
admonere oportet, nempe Archidiaconatum
iure communi esse post pontificalem primam
dignitatem, *cap. 1. & cap.ad hæc, de offic. Archid.
gloss.ad cap.deliberatione,de offic.legat.lib.6.Rot.
in nouis decis.4. de elect. in fine , & decis.9. de
præb.eod. Alex.cons.142.num.4.lib.6.* vnde Fran-
ciscus Aretinus *consil.23.col.1.vers.2.præmitto,*
19 respondit, nulla nomina officij ecclesiastici de
iure communi sonare indigniratem, nisi Archi-
diaconatus, & Archipresbyteratus , *idem tenuit
Felinus ad rubr. de maior. & obed.col.5. in fine ,
idem Boerius in tract. de auctor. magni cons. &
parlamenti regni in prima magna addit. & in
decis.286.num.3. argumento sunt tituli, de offic.
Archid. & de offic. Archipresb. & Rota dec.326.
diuers.par.2.* in vna Pampinonen. antelarionis,
respondit , Archipresbyteratus nomen de iure
communi sonare dignitatem , *Rota decis.9. de
præb.in nou. & dec.*1 *.de offic. Archipresb.in antiq.*
20 ex quibus aperte videmus , Archidiaconum ,
non solum maioritatem obtinere , sed etiam in
alios clericos habere iurisdictionē, immo etiam
in Archipresbyterum , *d.cap.1. Alexan.d.consil.
142. num.4.* Quæ adeo vera sunt , vt licet Ar- 21
chidiaconus in aliqua ecclesia nullam prorsus
haberet administrationem,nullamq. iurisdictio-
nem, de more , & consuetudine ipsius ecclesiæ ,
vt contigit in ecclesia Parisiensi, auctore Inno-
centio , *ad cap. de mulcta. de præbend.* in qua
nullum officium ad Archidiaconum pertinens
fuit , vel in ecclesia Ebredunensi , testimonio
Hostiensis *ad d. cap. de mulcta, versic. hoc idem
esse in Archidiacono,* vel in Senensi , *vt ibidem
num.21. ait Abbas :* dicitur tamen habere
dignitatem , *Abbas eodem loco proxime citato ,
Zabarel. ad clement. vt hi , §.1. in primo notab.
de ætate, & qualit. & consil.30. incip. in hac du-
bia quæst.col.3.versic. item est dare talem digni-
tatem, Rot.decis.9.de præbend.Felin.ad cap.litte-
ris,col. 3. versic. & de illo, de constit.* Et quam-
quam regulariter verum sit , Archidiaconum in
ecclesijs cathedralibus primas post Episcopum 22
obtinere,ideo eius oculus non immerito dicitur,
*can.diaconi 1.dist. 93. & d.c.ad hæc,de offic. Ar-
chid.* vsu tamen , & longa consuetudine rece- 23
ptum est in nonnullis ecclesijs,vt aliæ dignitates
maiores sint archidiaconatu, vt aliquando, hoc
est in aliqua ecclesia, maior sit Archipresbyter,
in alia Præpositus , in alia Thesaurarius, in alia
Primicerius,seu Cantor,in alijs alia. Atque ideo
hac in re standum esse consuetudini locorum ,
eleganter tradunt nostri , *glossa ad d. cap. de libe-
ratione, ante fin. ibi, licet inspicienda sit consuetu-
do, Rota in d.decis.4.num.3. & d.decis.9.n.1. post
Innocentium, & Hostiens.ad d.cap. de mulcta ,
Archidiac. ad cap.1. de consuet.lib.6. Paul. ad d.
clem.vt hi,qui, de ætat. & qualit. Alex. d.consil.
142.lib.6.Paris.consil.31.num.39.vol.4.Rebuff.
in prax.tit.de reseru.tam gener.quàm spec.nu.6.
cum seq. Boerius d.decis.286. Quint.Mand.ad d.
regul.3.quæsito primo,num.2.* Idem dici debet de
dignitatibus principalibus in collegiatis, vt illæ
appellentur principales , quæ more maiorum
pro principalibus habentur:multa hic essent di- 24
cenda,quæ cum diffuse satis, & crudite ab inter-
pretibus,vel ab eodem Mandosio *ad d. regul. 3.*
tradita sint, à nobis consultò omitti poterunt .

Summa ex §. Regularia.

1 *Cardinales vigore indulti monasteria non consistorialia , nec conuentum habentia conferre possunt .*
2 *Monasterium est monachorum cohabitatio .*
3 *Appellatione monasterij prioratus non venit .*
4 *Curia de habente Abbatem monasterium intelligit .*
5 *Interpretatio secundum stylum facienda est .*
6 *Monasterium est Abbatis territorium .*

7 *Mona-*

Digitized by Google

7 *Monasteria Abbatem habentia per viam cedulæ consistorialiter prouidentur.*
8 *Conuentus quadrifariam intelligitur. Videas locum.*
9 *Conuentum Plinius appellat ciuitatem, vbi iudicij causa coitur.*
10 *Hispania in septem conuentus diuidebatur.*
11 *Conuentus est congregatio, hominumque in vnum collectio.*
12 *Conuentus etiam concilium dicitur.*
13 *Conuenticula illicita congregationes sunt.*
14 *Conuenticula à legibus damnata.*
15 *Romanus Pontifex potest quasuis illicitas congregationes dissoluere.*
16 *Domus publicandæ sunt, vbi conuenticula celebrantur.*
17 *Hæresis est, viuente Pontifice, de pontificatu conuenticulam facere.*
18 *Læsæ maiestatis reus est, qui conuenticulam facit.*
19 *Mitius ex præsumpto, quàm ex vero crimine agendum est.*
20 *Conuentus verbum aliquando etiam ad conuentus seculares accommodatur.*
21 *Ecclesia collegiata conuentus dici potest.*
22 *Conuentus, collegium, capitulū synonima sunt.*
23 *Dignitas, personatus, officium synonima sunt.*
24 *Monasteria, & prioratus regularium communi ecclesiæ vocabulo non comprebenduntur.*
25 *Ecclesiæ collegiatæ non comprehenduntur sub ecclesiæ significatione in odiosis, & pœnalibus: secus in fauorabilibus.*
26 *Attendendum est, quod principaliter agitur.*
27 *Fauorabilis dispositio est, quæ ad reseruandas falsitates, & euitandas fraudes tendit.*
28 *Dispositio fauorabilis est, quæ reducit nos ad ius commune.*
29 *Cum per statutum venitur ad ius commune, materia dicitur fauorabilis.*
30 *Materia est fauorabilis, cum res ad suam naturam redit.*
31 *Beneficiorum appellatione secularia, & regularia beneficia veniunt.*
32 *Sub vocabulo canonicatus etiam regularis venit.*
33 *Regula de infir. habet locum etiam in beneficijs regularibus, quamuis simpliciter loquatur.*
34 *Reguta de publicand. comprehendit beneficia regularia.*
35 *Manualia beneficia data in titulum comprehenduntur sub constitutione de publicādis.*
36 *Manualia beneficia vacant per obitum, per amotionem, & per resignationem.*
37 *In manualibus non habet locum regula de annali, seu de triennali.*
Germon. de Indultis.
38 *In reseruatione non veniunt manualia.*
39 *Non præsumitur, Papam velle mutare naturam beneficij.*
40 *Beneficium manuale non dicitur proprie beneficium ecclesiasticum.*
41 *Hospitalia, cum dantur in titulum, veniunt sub appellatione beneficiorum: secus cum in administrationem.*
42 *In titulum datum hospitale supponitur clerico, qui faciat fructus suos, & recitet horas canonicas, & faciat alia huiusmodi.*
43 *Non dicitur beneficium ecclesiasticum, cuius capax sit laicus, vel fæmina, licet eius administratio sit spirituali annexa.*
44 *In voto paupertatis nec Papa dispensat.*
45 *Non repugnat voto paupertatis monachum habere beneficium, quia cum superiori placeat, beneficio cedit.*
46 *Peculium ex iniuncta administratione monacho licitum est.*
47 *Regularia beneficia regularibus, secularia secularibus conferenda sunt.*
48 *Regulares de beneficialibus fructibus disponunt, sicut seculares.*
49 *Priores canonice electi, absque causa mutari nequeunt.*
50 *Vltramontanorum iure communi est, Abbatem posse remouere Priorem absque causa.*
51 *Prior de facto spoliatus non potest contra Abbatem agere, nisi prætextu odij, aut malitiæ.*
52 *Consuetudo non potest facere beneficium manuale irreuocabile.*
53 *A fratribus electus de fratrum consilio est amouendus.*
54 *Beneficium potest dici ecclesia, sed non ecōtra.*
55 *Beneficium ex personis, modo conferendi, & onere annexo dignoscitur.*
56 *Ecclesia non confertur perpetuo.*
57 *Beneficia ecclesiastica sunt perpetua.*
58 *Locus erectus auctoritate Episcopi præsumitur beneficium.*
59 *Videtur erectus auctoritate Episcopi locus, si habeat campanile, cum campanis, & altari lapideo, ibiq. diuina celebrentur, quæ sine eius auctoritate fieri nequeunt.*
60 *Ecclesia nō erecta auctoritate Episcopi etiam laicis dari potest.*
61 *Oratoria priuata interdum veniunt appellatione beneficiorum.*
62 *Non dicuntur beneficia, nisi quæ dari possunt in titulum.*
63 *Tres conuentum faciunt iure ciuili: canonico duo: secundum Abbatem, secundum verò Decium, tres etiam iure canonico.*
64 *Iuri ciuili statur, vbi contrarium non inuenitur statutum iure canonico.*

65 *Electio dicitur perfecta, quæ fit à maiori parte collegij.*

66 *Duo congregationē, tres collegiū constituunt.*

67 *Collegium loco vnius personæ habetur.*

68 *Verbum, congregatio, simplicem, non collegialem congregationem significat, cap. 1. de electione.*

69 *Olim & plebs partem habuit in electione Episcopi.*

70 *Ius collegij in vnico indiuiduo cōseruari potest.*

71 *Collegium in vna persona, aut duabus incipere, aut consistere non potest, nisi constitutione cautum sit.*

72 *Communis reputatio conuentum facit.*

73 *Monasteria non dicuntur conuentum habere, nisi tres habeant monachos, vel duos ex speciali statuto.*

74 *Conuentum facit Prior cum monachis conuentualiter congregatus, quamuis non obseruent regulam.*

75 *Per vnicam personam retinetur nomen, & ius vniuersitatis.*

76 *Prior secularis, aut fratres alterius ordinis positi in monasterio non tollunt ius conuentus prioribus fratribus, si conuentualiter viuant.*

77 *Non est subreptitia gratia, quæ qualitatis à iure non consideratæ non meminerit.*

78 *Rota Romana æquitatem amplectitur, & rigorem vitat.*

79 *Status cōuentualis præscriptioni minori quadraginta annorum non subiacet.*

80 *Monasteria conuentum habentia reseruata sunt summo Pontifici.*

81 *Monasteria, quorum fructus in libris cameræ Apostolicæ taxati sunt, summo Pontifici conferenda reseruantur.*

82 *Monasteria, quorum fructus in libris cameræ taxati, excedunt florenos 63. cum vno tertio, consistorialia sunt.*

83 *Non sunt consistorialia monasteria, quorum fructus, etsi in libris cameræ taxati sunt, florenorum tamen sexaginta trium cum vno tertio valorem non excedunt.*

84 *Floreni sunt, qui hodie ducati cameræ dicuntur, æstimanturq. vno scutato aureo in auro, & vno iulio.*

85 *Quæuis regularia beneficia, præter consistorialia, & conuentum habentia, à Cardinali indultum habente conferuntur.*

86 *Reseruationis papalis effectus recensentur.*

87 *Papa non præsumitur velle ius auferre tertio sine causa.*

88 *Motus proprius non tollit ius tertij.*

89 *Collatio regularium beneficiorum ad Abbatem solum, aut ad Abbatem, & conuentum spectat.*

90 *Papa quæcumque beneficia etiam manualia confert.*

91 *Papa ex regula tertia Cancellariæ sibi quascumque dignitates regulares reseruat.*

92 *Abbates tanquam Episcopo inferiores, quattuor tantum mensium collationem habent.*

93 *In collatione inferioris Episcopo, videtur Episcopum tacite consentire.*

94 *Cardinalis virtute indulti beneficia ad collatores Episcopo inferiores spectantia minime conferre potest.*

95 *Indulta non augent ordinariam iurisdictionem, sed præseruant.*

96 *Quasi possessio conferendi ab indulto collatiuo auferri nequit.*

Regularia verò beneficia, huiusmodi monasteria, non tamen consistorialia, nec conuentum habentia, nec quorum fructus in libris cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, aut prioratus, præpositurę, præpositatus, dignitates etiam conuentuales, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas.

§. Regularia.

REGVLARIA. Vigore indulti 1
non solum possunt Cardinales
secularia beneficia conferre, sed
etiam regularia, ac monasteria
ipsa, dummodo non sint consisto-
rialia, nec conuentum habeant. Monasterium 2
vere, ac proprie dicitur monachorum, seu reli-
giosorum obseruatio, *Auth. ingressi cum seq. C. de*
sacrosanct. eccles. can. placuit, 16. *quæst.* 1. & in
quibus Abbates proponuntur, non Priores, 3
quia appellatione monasterij non venit priora-
tus, *Federicus consil.* 145. *colum.* 9. *versic.* 1. *Ca-*
putaquen. decis. 84. *num.* 2. *& decis.* 225. *num.* 1.
part. 2. & in curia verbum, monasterium, intel- 4
ligitur de habente Abbatem, non de prioratu,
quod esse notorium asserit idem Caputaquen.
d. decis. 84. *num.* 5. secundum quem stylum 5
facienda est interpretatio quarumcumque
concessionum, *cap. ex litteris, de constitut. Cas-*
sador. de appellat. decis. 5. *in fine*, vnde mona- 6
sterium dicitur esse Abbatis territorium, *Abbas,*
& Card. ad d. clem. 1. *nu.* 1. *de stat. reg. Caputaq.*
d. decis. 225. *in fine, Mandos. ad regul.* 2. *Cancell.*
q. 3. *in fine.* Sunt igitur, & dicuntur monasteria, 7
quæ sibi reseruat Papa, illa, quibus Abbates
præficiuntur, si sunt consistorialia, & consisto-
rialia appellantur, quia de eis, prout de episco-
patibus, consistorialiter prouideri solet per viam
cedulæ, *vt post Staphil. & Sarn. tradit Mandos.*

ad d.

Digitized by Google

ad d.regul.2.d.quæst.3.num.3. versic. & ista monasteria.

Sed quæ dicantur habere conuentum, quæstionis est: an scilicet illa tantum, in quibus viget conuentualis disciplina, seu obseruantia, an etiam illa, in quibus degunt Abbas, vel Prior, & monachi, ad vnguem tamen non obserua-
8 tur in eis conuentualis disciplina. Conuentus, vt paulo altius repetamus, quattuor modis ex Festo intelligitur. Primum, cum quemlibet hominem ab aliquo conuentum esse dicimus. Secundò, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum, contracta in vnum locum. Tertiò, cum aliquis in locum frequentiæ hominum, supplicationis, aut gratulationis causa colligitur. Quartò, cum à magistratibus
9 iudicij causa populus congregatur. Plinius *lib.3. cap.3.* conuentum appellat primariam illam ciuitatem, vbi conueniebant iudicij accipiendi causa multæ ciuitates, gentes, & populi: sicut enim Prouincia in conuentus multos distribuebatur, sic conuentus in plures populos, & vnusquisque populus, & gens in
10 plura oppida, & ciuitates ignobiles. Nam vniuersam citerioris Hispaniæ prouinciam in conuentus septem diuidi asseuerat: Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarensem. Vnde de Lucensi loquens: Lucensis, inquit, conuentus populorum est xvj. De Cluniensi: In conuentum Cluniensem Varduli ducunt populos xiiij. & paulo post: In eundem conuentum Carietes, & Vennenses quinque ciuitatibus vadunt, quarum sunt Velienses: & *eod. lib.3. cap.1.* de Hispalensi sermonem habens, dicit, Celtici, qui Lusitaniam attingunt, sunt Hispalensis conuentus: Turduli, qui Lusitaniam, & Tarraconensem accolunt, iura Cor-
11 dubam petunt. Sed conuentus proprie, & ad rem nostram magis pertinens, perinde est, atq. cœtus, congregatio, hominumque in vnum collectio. Cicero *in Vatinium*. Syracusani festos dies agunt celeberrimo virorum, mulierumq. conuentu: & *lib.epist.2.* Frustra in Senatum, siue potius in conuentum Senatorum es venturus. *Pro Sestio.* Et tum conuentus ille Capuæ me vnum patronum adoptauit. Conuentus igitur dicitur multorum in vnum cœtus, *l. qui cœtu, ff. de vi public.* vbi eleganter Gulielmus Budæus, *can. qui cœtum fecerit, 15. distinct.* dicitur
12 quoque concilium, testimonio Felini *ad cap. capitulum, num.1. de rescript. vbi alij etiam notant.*
13 Ex conuentu autem dicta sunt conuenticula: quæ pro illicitis congregationibus nostri vsurpant, sic & apud bonos auctores reperias: raro enim, aut fere numquam in bonam accipiuntur partem, *argum. est tit. ff. de collegijs, & illicitis*

corporib. & huiusmodi conuenticula legibus esse 14
prohibita ostendit ex Bulla Caroli quarti Imperatoris Iacobus Cuiacius *lib. de feud. 5.* sic Iustinian. *in nouel. 37. sub tit. de eccles. Africæ* damnat Arrianorum, & Donatistarum parabaptismata, & parasynaxeis, & conuenticula. De his etiam intelligere voluerunt Imperatores, Gratianus, Valentinianus, & Theodosius, *in l. nullus, C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. ibi,* Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ: vbi Alciat. *n.2.* explicans verbū mysteriorum, dicit, posse Rom. Pont. dissoluere quas- 15
cumq. congregationes, si de eis male suspicatur, & ijdem Valentinianus, & Theodosius, *in l. conuenticula, C. de Episc. & cler.* non solum illicita 16
conuenticula prohibuerunt, verumetiam ædes priuatorum, in quibus celebrantur, publicandas esse dixerunt: vnde Iason *ad l. de quæst. nu.7. in fine. C. de pact.* scribit, crimine hæreseos notari 17
eos, qui viuente Pontifice, de pontificatu conuenticulam faciunt, & Alciat. *ibid. num.17. post* 18
Bald. ad l. quoniam, C. de testam. censet eos, qui tale faciunt conuenticulum, læsæ maiestatis reos esse, quoniam pactum concipiunt, quod aduersus Principis sui securitatem esse præsumitur, *l.1. ad l. Iul. maiest.* mitius tamen puniendos esse putat, quia id præsumptione legis inducitur: minor autem pœna ex præsumpto, quàm ex vero 19
crimine irroganda est, *§. fin. in auth. vt lic. matr. vel auiæ, iuncta l. transigere, C. de transact.* crimen autem hic præsumi apparet: vnde & fisco bona acquiruntur, cum si nullum delictum esset, sed simplex aduersus bonos mores inobediētia, non fisco, sed proximioribus pendenda esset pœna, *l.1. C. de secund. nupt.* Conuenticula itaq. in malam, vt plurimū accipiuntur partem, conuentus in bonam: & in libris nostris proprie accipitur conuentus pro monachorum, seu religiosorū domo, capituloq. regulari: etsi aliquando etiam 20
ad seculares clericos accommodatur, vti constat *ex c. cum in terra, de elect.* quo loco sancitum est, vt seruetur electionis forma in omnibus ecclesijs conuentualibus: & ita cōprehenduntur tam seculares, quàm regulares: vbi Abbas *in 1. notab.* 21
scribit, quamlibet ecclesiam collegiatam, licet non sit regularis, sed secularis, posse dici conuentualem: siquidem conuentus, collegium, seu capitulum sunt synonima, vt etiam dicit *ad cap. de* 22
mulcta, n.21. de præben. de dignitate, personatu, & officio: etsi vulgò congregatio religiosorū ap- 23
pellatur cōuentus, secularis verò capitulū, sed de his plura. Mādos. *add. reg.3. q.10. n.3.10. & 11.*

Sed antequam vlterius progrediamur, opportune quæri poterit: an appellatione ecclesiarum veniant ecclesiæ collegiatæ, & conuentus monachorū: Aegidius Bellam. *in repet. ad clem. religiosi, num.125. de decim.* scribit, secundum

24 communem vulgi appellationem, monaſteria,
& prioratus regularium communi eccleſiæ vo-
cabulo non comprehendi, ſed tantum monaſte-
ria, & prioratus vulgariter appellari: idem tra-
dit Gulielmus de Monte Lauduno, ad extrauag.
ſuſcepti regiminis, nu. 1. ne Sede vacant. dicens,
25 vſum obtinuiſſe, monaſteria, ſeu loca collegia-
ta non contineri eccleſiarum ſignificatione.
Quæ regula vera quidem eſt in odioſis, & pœ-
nalibus, non æque in materia fauorabili, textus
eſt in cap. relatum, in verbo, nomine autem eccle-
ſiarum, de teſtib. Ioan. Andr. ad cap. 2. de reſtit.
in integr. lib. 6. Card. ad clem. diſpendioſam, de iu-
dic. Vbicumque igitur materia, qua de agitur,
eſt proportionabilis æqualiter monaſterijs, ſicut
eccleſijs, & ſumus in materia fauorabili, non po-
teſt videri cauſa diuerſitatis, cur diſpoſitio com-
prehendens eccleſias, & loca pia, non compre-
hendat itidem monaſteria, vt per Doct. ad cap.
graui, de ſupplend. neglig. Prælat. lib. 6. ſuper gloſ.
in verb. monaſteriorum, vbi etiam Philipp. Fran-
cus, num. 8. & ſic tentum fuiſſe in Romana Rota
ſcriptum reliquit Caputaq. dec. 289. nu. 2. par. 1.
Si verò aliquis quærat, quo modo diſcerni
poſſit, an aliqua diſpoſitio ſit fauorabilis, vel
26 odioſa, reſpondebo cum eodem Caputaquen.
deciſ. 15. num. 6. par. 2. vt attendi illud debeat,
quod principaliter agitur, l. ſi quis nec cauſam,
ff. ſi cert. petat. Cald. conſil. 14. de verbor. ſignific.
tunc dicitur eſſe fauorabilis diſpoſitio, cum item
fauorabilis eſt intentio diſponentis Bart. ad l.
qui exceptionem num. 2. Caſtren. num. 3. & 4.
Iaſon num. 1. ff. de condit. indeb. Cantuc. deciſ. 51.
num. 3. diuerſ. part. 2. nam ſi diſpoſitio tendit ad
publicam hominum vtilitatem, nulli dubium
eſt, quin ſit fauorabilis, & extenſibilis, Felinus
ad cap. de quarta col. 5. in fine, de præſumpt. Dec.
ad cap. eccleſia Sanctæ Mariæ, col. 3. in fine, verſ.
& materia fauorabilis, de conſtitut. vt ſi diſpoſi-
27 tio tendit ad reſeruandas falſitates, ad euitan-
das fraudes, & ad alia his ſimilia, vt per Capu-
taquen. d. deciſ. 15. num. 9. & 10. quia dicitur
continere publicam vtilitatem: dicitur quoque
28 diſpoſitio fauorabilis, quæ reducit nos ad ius
commune, Romanus conſil. 318. Crauet. 135.
num. 28. tentum etiam fuit coram R. P. D. Sera-
phino Oliuario, in vna Salmant. Iuriſd. 14. Maij
1576. deciſ. 215. in princ. lib. 1. ſic materia dici-
tur fauorabilis, quæ nos reducit ad iuris com-
munis diſpoſitionem, vt coram eodem R. P. D.
Seraph. in vna Roman. penſionis, 14. Febr. 1583.
29 vt in eius lib. 2. deciſ. 168. circa med. Et quando
per ſtatutum venitur ad ius commune, materia
dicitur quoque fauorabilis, & extenſio fit etiam
in correctorijs, poſt gloſſa ad cap. ſtatutum,
verſic. numeran. de præbend. lib. 6. Bartolus ad l.
ſi conſtante, colum. 5. ff. ſolut. matrimon. Socinus
conſil. 304. colum. fin. vol. 2. atque ita fuiſſe deci-
ſum refert Mohed. deciſ. 156. & fuit etiam deci-
ſum coram Raynaldo, vt in eius deciſ. prima. &
Creſcentius deciſ. 3. num. 5. de priuileg. ait, mate-
riam dici fauorabilem, quando redit ad ſuam
priſtinam naturam: & per conſequens, vt fauo- 30
rabilem, extendendam, odioſam verò contra, &
ideo reſtringendam.
Et ne omittamus neceſſaria, videamus, an ap-
pellatione beneficiorum veniant etiam regula-
ria beneficia: & venire non ſolum ſecularia, ve- 31
rumetiam regularia manifeſtiſſimi iuris eſt, ſicut 32
ſub nomine canonicatus venit etiam canonica-
tus regularis, vt poſt gloſſ. ad clem. 2. in verbo,
beneficij, verſic. tamen negari non poteſt, tradit
ibi Card. q. 5. num. 13. Imola ſub num. 3. & Abbas
num. 4. de iudic. Felinus ad cap. poſtulaſti, num. 4.
in fine, de reſcript. Rebuff. in prax. benefic. tit. quid
ſit, & quot modis, cap. benefic. num. 10. quod con-
ſtat etiam ex verbis iſtius §. ibi, dignitates etiam
conuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, offi-
cia, canonicatus, & præbendas. & in ſimili vide- 33
mus, regul. de infir. quæ ſimpliciter loquitur de
beneficijs, habere etiam locum in beneficijs re-
gularibus, vt per Rebuffum ad eandem regulam, 34
gloſ. 5. in princ. & ſub regul. de publicand. com-
prehendi quoque beneficia regularia, ſcribit
idem Rebuffus ad eandem regulam, gloſſ. 1. ver-
ſic. item quia, etiam beneficia manualia: quæ ſi 35
dantur in titulum, comprehenduntur ſub conſti-
tutione de publicandis, vt tenuit Rota in vna
Aquilen. prioratus die veneris, 28. Ianuar. 1583.
quæ eſt impreſſa ſub nu. 739. par. 1. Diuerſorum,
& in dec. 772. in princ. neque obſtat, quòd con-
ſtitutio intelligi debeat de perpetuis, can. præte-
rea, 55. diſt. Caſſad. deciſ. 4. num. 2. de præbend.
Cald. conſ. 16. poſt princ. verſ. nam collatio, de præ-
bend. quia reſpondet manualia etiam beneficia 36
vacare per obitum, vel per amotionem, vt tenet
gloſſ. ad clem. 1. in verbo reuocari, verſic. & ſcias,
quam ibi ſequuntur Card. ad §. præmiſſa, q. 5. n. 8.
Imola num. 44. poſt med. verſic. redeo ad gloſ. Ab-
bas num. 17. Vital. d. §. præmiſſa, num. 9. de ſuppl.
neglig. prælat. dicuntur etiam vacare per reſi-
gnationem: quia cum poſſint eſſe perpetua, at-
tento, quòd Prælatus forſan non amouebit, ha-
bentur pro perpetuis, argum. l. ſufficit, ff. de con-
dit. indebit. vt etiam expreſſe aſſerit Rebuffus in
tract. de nomin. q. 9. ſub nu. 27. Vital. ad d. clem. 1.
§. in quibus, num. 3. & alij, quos citat d. dec. 739.
num. 5. Nec obſtat, quòd in beneficijs manuali- 37
bus non habet locum regula de annali, nec re-
gula de triennali, Mohed. d. deciſ. 169. quia poſ-
ſidens beneficium manuale non poteſt iuuari
dictis regulis, quin poſſit amoueri ad nutum
ſuperioris. Neque etiam obſtat, quòd in re- 38
ſeruatione non veniunt manualia, vt ait Cald.
conſil.

Digitized by Google

consil.26.de præben. Achil.decis.2.de benefic.quia
39 hoc fit, propterea quòd Papa non præsumitur
velle mutare naturam beneficij, vt de manuali
efficiatur perpetuum, prout idem respondet Cald.
d.consil.26.vnde Gomesius in tract.de gratia ex-
40 pect.n.94.dicit, beneficium manuale non posse
dici proprie beneficium ecclesiasticum. Immo
41 hospitalia, quæ dantur in regimen, & admini-
strationem, licet non conueniant appellatione
beneficiorum, clem.per litteras, de præben.Sarn.
ad regul.de annal.q.7.n.2.veniunt tamen, quã-
do dantur in titulum, Mill.in verbo, beneficij ap-
pellatione, Sarn.d.q.7.n.3.Rebuff.ad regul.de in-
firm.glos.5.et de nominat.q.15.n.14.d.decis.739.
in fi.Cantuc.decis.114.& decis.122.diuers.p.2.
42 Sed quando hospitale datur in titulum benefi-
cij, oportet, recipientem esse clericum, facere
fructus suos, recitare horas canonicas, & alia
facere, ad quæ clerici beneficiati tenẽtur. Quòd
si hospitale committitur simpliciter in regimen,
& gubernium, vt cum nostris loquamur, prædi-
cta cessant, vt tenuit Rota in vna Region. hospita-
lis, die veneris, 16. Februarij, 1582. quæ est im-
pressa in par.1. Decisionũ Diuersorum, decis.714.
n.8. in qua eleganter ostenditur, quo modo ho-
spitale dicatur datum in titulum, & quo modo
in regimen, & administrationem, & quo modo
dicatur profanũ, & quo modo religiosum, osten-
dit Romanus cons.477.n.3.cum seqq. & fere per
totum, Tiraquel.in tract. de priuilegijs piæ cau-
sæ, in princ. nu.4. & 5. dd.decis.114.& 122. &
43 hæc erit conclusio, quod beneficium non dici-
tur ecclesiasticum, cuius est capax laicus, vel
fœmina, etiam si eius administratio sit spiritua-
li annexa. decis.265.n.1. & 3. ead.par.2.

Verum, ad regularia beneficia redeundo,
quæri non ab re potest, ex eo quod dicimus, re-
gulares beneficia obtinere posse, an id repu-
gnet voto paupertatis. Dubitationem facit c. ad
monasterium, in fine, de statu monach. vbi ex-
presse summus Pontifex rescripsit ita esse abdi-
cationem proprietatis cõnexam professioni mo-
nachali, vt non solum Abbas in contrarium
quid monacho indulgere non possit, sed nec ip-
44 se Romanus Pontifex. At verò, quia regulares
ad nutum remoueri possunt, clement.2. vbi glos.
45 in verbo. electionem, de rescript. & is, qui obti-
net, est paratus dimittere, quando superior vo-
luerit, non dicitur repugnare voto pauperta-
46 tis. Nec repugnat voto paupertatis habere
peculium ex permissu superioris, hoc est ex iniũ-
cta sibi administratione, vt legitur in cap. 2. §.
qui verò peculium, eod. de statu monach. vbi Ab-
bas num.4. Siluest. in summ. in verbo, religio, 6.
47 num. 7. versic. sin autem. Quare sacris canoni-
bus secularia secularibus, & regularia regulari-
bus conferenda sunt, cap. cum singula, cap. cum
de beneficio, §. fin. de præbend. lib. 6. clement. 1.
de elect. & clement. 1. de suppl. negligen. prælat.
cap. fin. §. præcipimus, de statu monachor. Ab-
bas consil. 59. col. 3. versic. quarto capite, lib. 1.
cap. 10. Concil. Trident. sess. 14. de reformat.
Hinc est, quòd regulares possunt disponere de 48
fructibus beneficiorum regularium, perinde,
atque clerici seculares de fructibus beneficiorũ
secularium, vt per Nauarr. ad can. non dicatis,
n.42.12. q. 1.& in comment.2.n.10.de regular.
post Cardin. ad clement.2. §. sed & tales, 1. no-
tab. de vita, & honest. cleric.& ad clemen. gra-
tiæ, colum. penult. ad fin. versic. quod interroga-
tus de rescript. & decis.216. n.13. diuers par.2.
Neque inter doctores quæstio est de titulo, an
scilicet regularis sit capax tituli beneficij re-
gularis, sed an possit disponere de fructibus:
quemadmodum clericus secularis, vt ait Rota
in d. decis.772.n.6 per Nauar. locis citatis, quæ
adeo vera sunt, vt in d.cap. 2.§. priores, de statu
monach. sancitum sit, vt priores, qui canonice
per electionem suorum capitulorum fuerunt in- 49
stituti, nisi adsit causa manifesta, & rationa-
bilis, non mutentur: etsi Rota in vna Aquilen.
prioratus, die veneris, 16. Martij, 1584. quæ
in impressis Diuersor. est decis.778.n.2.par.1.
tenuit, Priorem remoueri posse sine causa, dum-
modo absit malitia, vt voluit Card. ad d.clem.1.
§. præmissa, nu. 4. prope finem, versic. ego puto,
de suppl. negligen. prælat. dummodo non subsit
præsumptio alicuius odij, vt post Butr. tradit
Imola ad d. clem.1.n.44.vers. d.Ant. credit: &
Franc. ad d. cap. cum singula, num. 1. circa me-
dium, versic. sed Imola, de præben. lib. 6. Hu-
ius autem decisionis ratio illa potissima fuit:
quia apud exteras gentes, hoc est, vltramonta- 50
nos, de iure communi communiter tenetur, Ab-
batem posse remouere Priorem manualem etiã
sine causa, quia Abbas, quando tales admini-
strationes committit, exprimit, quòd nuda vo-
luntate etiam sine causa possit illos ad claustrũ
reuocare, testimonio Ioann. Andreæ, ad d.c. cum
singula, sub n.2. & ibi post eum Gemin. col.2. pro-
pe fin. versic. sed non recipitur. Butr. nu.5. versic.
sed apud Italos, late Decius ad cap. ad nostram,
nu.23. versic. sed in Italia, de confi[illegible] ni. vtil. vel
inut. qui etiam post Baldum asseuerat, Priorem 51
beneficio per Abbatem spoliatum non posse
contra ipsum agere, nisi adesset malitia, vel
odij præsumptio, ex Innocen. ad cap. insinuan-
te, qui cleric. vel vouent. Dominic. ad cap. præ-
senti, col. 2. de offic. ordin. ad d. clement.1. ac
suppl. neglig. prælat. Immo Abbas ad d. cap. ad
nostram, num. 11. & ad cap. Ioann. de cleric.
coniugat. & alij recentiores ad cap. cum acces-
sissent, & ad cap. cum M. Ferrariensis, de con-
stit. quos refert, & sequitur Decius ad dictũ cap.

ad nostram n.21.& Rebuff. in tract. de pacific.
*possess.n.335.*dicunt,consuetudine induci non
52 posse, vt manuale beneficium fiat irreuocabile.
Nam cum hoc sit in facultate Abbatis, si non
est vsus tali facultate, consuetudo non induci-
tur, cum in actibus meræ facultutis consuetudo
non inducatur, *vt in specie tenuit Rota in d. de-*
*cis.778.n.5.*vnde non obstat *d.c.2.§. priores, de*
*statu monach.*quia intelligi debet de eo,qui per
viam electionis fuit prouisus,*vt rectissime adno-*
tauit Imola ad d.clem.1.n.44.versic.item quia
*isti,*qui cum à fratribus canonice sit electus,nisi
53 manifesta,& rationabilis adsit causa, vel neces-
sitas postulet,mutari, aut amoueri non debet,
quo casu requiritur etiam fratrum consilium,
d.cap.2. in fine.

Sed quid iuris erit, si regularis fuerit proui-
sus à Papa de beneficio manuali, an ad nutum
superioris amoueri poterit? Hæc quæstio dissen-
tientes satis habet interpretes: verum quoniam
Decius eam multis persequitur *ad d.cap. ad no-*
stram, nu. 9. cum seqq. non insistimus, sed ad
eumdem Decium lectorem reijcimus.

Ex his omnibus tollitur difficultas *ex d.c.cum*
ad monasterium,in fine, de statu monach. vt mo-
nachus nihil proprij habere possit, quia cum ta-
le habeat beneficium, dicitur nihil habere pro-
prij, cum possit ab eo amoueri, & illud habeat
in administrationem tantum. Verum,quoniam
diximus,appellatione ecclesiarum ex communi
loquendi vsu non venire monasteria, religiosas
domus, & conuentus, venire tamen beneficio-
rum significatione, dubitari haud ab re posset:
an constituatur differentia inter Ecclesiam, &
beneficium, vti videtur constituere Rota post
Barbatium,*ad clem.causam,§.quòd si forsan,n.24*
de elect.in vna Firman.hospitalis,die Mercurij.
27.Nouembris,1577.coram R.P.D. Grasso,quæ
hodie est impressa in Decis.Diuersorum,dec.508.
n.2. Respondemus, differentiam quidem esse
inter ecclesiam,& beneficium ecclesiasticum,
sed non illam, quæ esse dicitur inter ecclesias,&
monasteria, nam hæc constituitur, vt discerna-
tur ecclesia regularis ab ecclesia seculari: sed
vtraque est ecclesia. Differentia verò inter ec-
clesiam, & beneficium ecclesiasticum est diuer-
sa: omne quidem beneficium ecclesiasticum po-
54 test appellari ecclesia: sed non omnis ecclesia
dici potest beneficium ecclesiasticum. Benefi-
55 cium etenim ecclesiasticum ex sequentibus si-
gnis dignoscitur, videlicet ex ratione personæ
conferentis, illius,cui confertur,modi,quo con-
fertur, & oneris annexi, *Barbatius ad d.clemen.*
causam,§.quòd si forsan,n.27.cum seq. Aegid.ad
cap.super hoc,num.16.de re iudic.ad c.in nostra,
n.10.vbi etiam late Ioan.Calderin.n.30. Abbas
56 *consil.27.n.1.lib.2.Gigans de pension.q.86. n.7.*
Decius ad rubr. de rescript. num. 25. Rota in d.
*decis.508.n.3.*Et quamquam ecclesia non con- 57
feratur alicui perpetuò, quod est vnum signum
beneficij ecclesiastici, *can.præcepta, dist.55.&*
can.sanctorum,dist.70.Calder.ad d.c.in nostra,
n.30.versic.item quia perpetuum,Butr.consil.19.
n.19. nam hoc est proprium ipsorum beneficio-
rum ecclesiasticorum, vt sint perpetua,tamen si
ecclesia semper committitur personæ ecclesia-
sticæ,reputatur beneficium ecclesiasticum, *Rota* 58
d.decis.508. n.5. Immo ex eo solo, quòd locus
est erectus auctoritate Episcopi, præsumitur be-
neficium,*vt videtur velle gloss.ad clem.si benefi-*
ciorum, in gloss. 1. in fine, de decim.Guido Papæ
decis.187.n.1.Bertran.consil.379.n.1.lib.6. Ri-
pa ad c.decernimus,n.69.versic.in isto puncto,de
iudic.Rota in decis.509. n.1.diuers.par.1. Et li-
cet non conferatur in titulum, tamen satis vide-
tur esse, quòd possit conferri, quando est locus
consecratus,& habet dotem,*vt voluit Abbas ad* 59
c.auctoritate,in fi.de censib. Si verò de consecra-
tione non constat, & est campanile erectũ, cum
campana, quæ pulsatur, cum ibi diuina cele-
brantur, ac altare lapideum, ibidemq. per sa-
cerdotes, & alios clericos celebratur, præsumi-
tur locus consecratus, & auctoritas Episcopi in-
teruenisse, omniaq. legitime concurrisse, *vt no-*
tat Archidiaconus ad can.nemo,de consecr.dist.1.
Io.Calder.cons.4. de relig.domib. Rom.cons.477.
nu.13. non enim possunt hæc sine Episcopi au-
ctoritate fieri, *c.patentibus,de priuileg.can.cleri-*
cos,can.nullus,& can. altaria,de consecr.dist.1.

At verò ecclesia ad differẽtiam beneficij ec- 60
clesiastici dicitur illa, quæ laicis dari potest, &
ad tempus, & quæ non est Episcopi auctoritate
erecta, & vt vno verbo dicam, quæ non habet
illas qualitates, quas requirunt iam citati do-
ctores, *præsertim Ioan.Calder. ad d.c.in nostra,* 61
n.30.& sunt oratoria priuata, quæ licet interdũ
veniant appellatione beneficiorum, *vt sentit* 62
*Sarn.ad regul.de infir.q.23.*non tamen vere di-
cuntur beneficia, nisi quando dari possunt in ti-
tulum, & tãto magis, quia ecclesia ponitur pro
beneficio, *c.2.de concess.præben. c.cum non igno-*
res, de præbend. Rebuff. in tit. qualia sint instit.
benef. num.9.Rota in d. decis.508. num.9.

His ita peractis, videamus, quænam sint illa
monasteria, quæ conuentum habere dicuntur,
quæque sic reseruata sunt, vt Cardinales virtu- 63
te indulti ea cõferre non possint,*Abbas cons.25.*
*n.2.lib.2.*dicit,de iure ciuili tres facere conuen-
tum,*l.Neratius,& ibi Alciatus,ff.de verb.signif.*
de iure autem canonico duos,*c.1. & ibi gloss.de*
elect.item gloss.ad can.1.10. q.1. idem Abbas ad
d.c.1.n.5.Decius ad d.c.1.num.16. in fine, dicit,
perinde de iure Canonico, atque de iure ciuili, 64
ad faciendum collegium tres saltem requiri,vbi
aliter

aliter constitutum non apparet: quia à iuris ci-
uilis dispositione non discedimus, vbi contrariũ
in iure Pontificio non reperitur statutum, *c. 1. de
noui oper. nuntiat. qua de re latius disseruimus nos
lib. 1. c. 12. nostrarum Animaduers.* vbi disputa-
65 tur, an clerici seculariũ Principum legibus subij-
ciantur: & agitur de sententia, *cap. Ecclesia
S. Mariæ de constit.* Decij opinio mihi videtur
rectissima: siquidem electio illa dicitur perfe-
cta, quæ fit à maiori parre collegij *c. 6. 29. 34.
48. 50. & 55. de elect.* sed in duobus maior pars
non reperitur: quod vt effugeret glossa *ad d. c. 1.
de elect.* quam cõmuniter sequuntur nostri, nẽpe
*Antonius de Butrio ibidem, n. 2. Bald. n. 3. Petr. de
Anchar. n. 3. in fi. Bart. ad l. prætor, nu. 3. ff. de vi
66 bon. rapt. & ad rubr. ff. de colleg. illicit. Gulielm. de
Monte Lauduno ad extrauag. suscepti regiminis,
n. 3. ne Sede vacante,* dixit, duos facere congre-
gationem, tres verò collegium; & ira constituit
differenriam intet congregationem, & collegiũ.
quod plane discrimen probo, vt placet Baldo,
d. n. 3. quòd scilicet, aut loquimur de congrega-
tione collegiali, aut de simplici: illo casu con-
gregatio, & collegium idem sunt: isto autem
nomen cõgregarionis est magis generale, quàm
nomen collegij: quia nomen collegij ex vniuer-
so sumitur, & alicui certo nomini est subiectum,
l. verum mixtura, de vsucap. & loco vnius perso-
67 næ habetur, *l. mortuo, ff. de fideicommiss. l. metum,
§. animaduertendum, ff. quod met. caus.* accipitur
itaque collegium, & congregatio ex pluribus
differenribus numero: arqui collegio attribuitur
ex intellectu significatio complexiua, quæ ex
vniuerso sumitur, non tam voce, quàm signifi-
68 catione, *l. si is, qui ducentia, §. vtrũ, ff. de reb. dub.
l. quod maior, ff. ad municipal.* sic verbum cõgre-
gatio *in d. c. 1. de elect.* accipi debet, hoc est de
simplici congregatione, non collegiali: quod
aperte indicat textus in prima compilatione, ex
qua id desumptum est, apud Antonium Augu-
stinum: hisce enim verbis concipitur. Nullus in
ecclesia, vel duo, vel tres fratres in congrega-
tione fuerint, eligatúr presbyter, nisi eorum
electione, & cõuocatis eisdem, etiam parochia-
nis, atque in vnum consentientibus. Sic dictio
illa, presbyter, non accipitur pro Prælato eccle-
siæ collegiatæ, *vt Antonius de Butrio ibid. nu. 4.
existimat*, sed de simplici ecclesia parochiali, in
qua si duo, vel tres existunt fratres, hoc est cleri-
rici, ille præfici debet, qui presbyter est, & ab
alijs eligi, conuocatis etiam parochianis, qui nõ
conuocarentur, quando ecclesia esset collegia-
ta: etsi olim in electione Episcoporum etiam
69 plebs concurrere, ac interuenire solebat. Et
quamquam verum est, collegium in vno consi-
stere posse, vt asseuerant omnes iam citati, *ex
l. sicut, in fine, ff. cuiusque vniuers. gloss. ad l. si gre-
gem, vbi Iason n. 12. ff. de legat. 1.* hoc est, vt in
vno conseruari possit ius collegij, quod etiam
haber locum in collegio Cardinalium, *vt adno-* 70
*tauit glos. ad clem. ne Romani, §. porrò, in verbo,
omnes, de elect. quam refert, & sequitur Decius
ad d. c. 1. n. 14.* ab initio tamen in vno, vel duo- 71
bus consistere nequaquam potest collegium, vt
vnus, vel duo faciant collegium, nisi id speciali
aliqua cõstitutione caueatur, *quod & Decio pla-
cuit ibid. n. 16.* Verum, si de constitutione non 72
apparet, putarem credulitatem gentium, & opi-
nionem sufficere, *vt voluit idem Guliel. de Mon-
te Laud. ad d. extrauag. suscepti*, scilicet, vt con-
uentus, capitulum, collegiumve vocetur, & nun-
cupetur, in quo duo vel plures tanquam facien-
tes vnum corpus conuenire consueuerant, ac
ita ab omnibus, vel communiter reputatur, &
pro conuentu habetur. Conclusio igitur erit, 73
monasteria non dici habere cõuentum, nisi sal-
tem tres babuerit monachos, vel duos ex ali-
quo speciali statuto: quòd si de staruto non cõ-
stet, sufficit opinio vulgi existimantis conuentũ
esse: ita tamen vt adsit realiras, quòd ibidem
conuersantur, & conueniunt, vt vnum corpus
insimul faciant, nempe quòd Prior, & monachi
congregentur more conuentuali in vnum locum
ad sonum campanæ pro negotijs ecclesiæ, &
his similibus peragendis.

Ex his tollitur quodammodo illa difficultas,
an monasterium dicatur carere conuentu, ex eo
quòd caret conuentuali obseruantia: nam Rota
*in vna Caputaquen. iurispatronatus, die veneris,
11. Martij, 1575. coram R. P. D. Aldobrandino,
nunc Cardinali, & magno Pœnitentiario*, (qui
postea mortuo Innocentio IX. die 29. Ianuarij
anu. salut. 1592. Pontifex Maximus renuncia-
tus est, & Clemens VIII. appellatus, cuius ele-
ctioni, vt Hieronymi Cardinalis Ruuerei con-
clauista interfui qui in eodem Conclaui quarto
die ante ipsius Pontificis electionem vita fun-
ctus est.) ea decisio impressa est *in prima par-
te Decisionum Diuersorũ, in ordine, 208. nu. 4.* te-
nuit, aliud esse dicere, monasterium carete con-
uentuali obseruantia, aliud carere conuentu.
Nam ex eo, quod aliqua retinetur species, & 74
forma conuentus, vtpura quia more cõuentuali
congregantur, & semper in monasterio adfue-
rinr, & adsint monachi, & Prior, licet ipsi mo-
nachi, & Prior non obseruent regulam, dicitur
tamen conuentus: quia retentio illa venit con-
tinuatiue ad statum regularem præcedentem,
quo fit, vt etsi hoc fortasse non esser sufficiens
ad introducendum nomen conuentus, sufficiat
tamen ad illud retinendum, & conseruandum,
d. decis. 208. n. 5. sicuti videmus, quòd per vnum
retinetur nomen, & ius vniuersitatis, *d. l. sicut, §.
si cum alijs iam citatis*. Quæ adeo vera sunt, vt 75
eadem

eadem Rota *in d.decis.*208.*n.*7. tenuerit,mona-
76 sterium non dici carere conuentu, etiam si in eo
creati fuerint Priores clerici sæculares, & positi
fratres alterius ordinis:quia licet id fieri potue-
rit, tamen satis est, quòd pro retentione conuē-
tus fuerit retentum semper nomen, & gradus
Prioris, & quòd semper adfuerint monachi, qui
more conuentuali pro negotijs Abbatiæ cōgre-
gati sint: quibus mirifice conuenit *consil.* 281.
Oldrad.& quod notat Felinus ad cap.in nostra,
*n.27.de rescript.*Hinc dubitari posset, an valeat
impetratio facta de beneficio quasi conuentua-
li, non facta mentione de illa qualitate: & an
77 illa taciturnitas vitiet gratiam. Rota tenuit non
vitiare, *auctoritate Caputaquen.decis.46.par.2.*
quia gratia non dicitur surreptitia, si de quali-
tate non considerata à iure non fuit facta men-
tio, *Rota decis.* 468. *in nouis, Aegid. decis.*698.
*Cald.cons.6.de præbend.& Felinus ad c.super lit-
teris,col.2.versic.limita 1.& ad cap. postulasti,
col.4. versic. declara etiam, de rescript. facit &
decis.13.de præbend. in antiquioribus.* Siquidem
78 Rota, quoad eius fieri potest, æquitatem am-
plectitur, vt gratiæ sustineantur, cùm non sine
labore, & grauibus expensis obtineantur, Sar-
nens. *ad reg.de valore quæst.11.in fine*,Cantuc.
*decis.9.n.9.diuers.par.2.argum.c.commissa, de
electione lib.6.*facit & *decisio.* 19. *de præb. in no-
uis*,& quantum potest,vitat rigorem, nisi rigorē
seruari necesse sit. Idem Cantuc. *decis.12.n.2.
par.* 2. quemadmodum alia etiam suprema tri-
bunalia, præsertim Senatus Pedemontanus te-
stimonio Antonij Thesaurij *decis.148.n.2.in fi.*
quod & aliàs ego quoque notaui præsertim
*c.18.n.160.de sacror.immunit.lib.3.*Nam,vt ad
rem redeam, si prius beneficium erat conuen-
tuale, & tempore impetrationis carebat conuē-
tu, satis erat exprimere, quòd prioratus care-
bat conuentu, *d.decis.46.in fi.*Sed quæri oppor-
tune potest, an eo ipso,quo prioratus caret con-
uentu, statim desinat esse conuentualis, an ve-
rò vt desinat,aliquod temporis spatium interce-
79 dere necessarium sit. Respondeo non statim,
sed necessariam esse præscriptionem, nec legiti-
me status non conuentualis dicitur præscriptus,
nisi saltem per spatium quadraginta annorum
fuerit obseruatus, *c.cum de beneficio,de præbend.
lib.6.*Rota *in decis.2. de præbend. in nouis,& d.*
80 *decis.208.n.1.par.1. Diuersorum.* Monasteria
igitur conuentum habentia reseruata sunt.
81 Reseruantur item conferenda ea, quorum
fructus in libris cameræ Apostolicæ taxati re-
periuntur. Sed dubitatio est, quænam sint ea,
quorum fructus sunt taxati in dictis libris. Sunt
autem in libris cameræ Apostolicæ taxati fru-
ctus dumtaxat ecclesiarum cathedraliū, & Me-
tropolitanarum, Patriarchalium,monasteriorū,
& prioratuū,non autem beneficiorum inferiorū.
At monasteria, & prioratus, quorum fructus ta- 82
xati sunt in libris cameræ, exceduntq. florenos
sexaginta tres cum vno tertio, sunt consistoria-
lia;quæ verò summam illam non excedunt,con-
sistorialia non sunt. Nec vllum monasterium,
vel prioratus est consistorialis, cuius fructus nō
sint taxati in libris cameræ. Sed multa sunt mo-
nasteria, & prioratus non consistoriales: quorū
forsan fructus sunt taxati in libris cameræ, non
excedunt tamen supradictam summam 63.cum
vno tertio: & de his potuit intelligere Papa,
dum ait: Monasteria non tamen consistorialia,
nec conuentum habentia, nec quorum fructus
in libris cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur.
Nam cum ab indulto monasteria consistorialia,
& conuentum habentia excludat, tum subijciat
etiam ea, quorum fructus in libris cameræ sunt
taxati, sit profectò, vt alia sint monasteria,quæ
consistorialia non sunt, eorum tamen fructus
taxati in libris cameræ reperiuntur, & non ex-
cedunt dictam summam 63. cum vno tertio.
Ergo regula erit, quòd beneficia, quorū fructus 83
taxati sunt in libris cameræ,& excedunt summā
63.cum vno tertio, consistorialia sunt: ea verò,
quorum fructus dictam summam nō excedunt,
sunt tamen taxati in dictis libris,non sunt consi-
storialia, attamen ea conferre etiam virtute in-
dulti, Cardinalis nō potest,quia sunt reseruata.
Florenos autem dicimus, nihil aliud esse, 84
quàm ducatos: ducati verò in Romana curia
valent vnum scutarum aureum in auro cum vno
iulio. Iulius ita dictus fuit à Iulio Secundo, qui
idem est,atque denarius: nam constat ex decem
baiochis, baiochus verò ex quattrenis quattuor.
Itaque floreni sexaginta tres cū vno tertio sum-
mam faciunt scutatorum aureorum in auro, vt
vocantur vulgò 68. iulij septem,baiochi 3.qua-
trenus vnus, quasi cum dimidio: aureus verò
scutatus ad rationem iuliorum vndecim cum
dimidio æstimabatur communiter, hodie 12. &
vlterius æstimatur; licet eius valor pro rerum
incidentium vsu variari soleat, *arg. l.pretia re-
rum,ff. ad leg. Falcid.*
His igitur exceptis, hoc est monasterijs con- 85
sistorialibus,conuentum habentibus,& quorum
fructus reperiuntur in libris cameræ Apostolicæ
taxati, alia quæcumque regularia beneficia,cō-
uentuales dignitates, vtpote, prioratus,præpo-
situræ, præpositatus, personatus,administratio-
nes,officia,& alia quoquo nomine nūcupentur,
Cardinalis ratione indulti conferre potest. Sed
objiciet aliquis, Papam non censeri plus iuris
in Cardinalem transferre velle, quàm ipse ha-
beat,ex vulgata iuris regula,*l.nemo,ff.de reg.iur.*
Nam licet Papa latissimam potestatem præser- 86
tim in beneficialibus habeat, *c.de præben.lib.6.*
ita vt

Digitized by Google

ita vt reseruando afficiat beneficium, & infectũ reddat quidquid disponitur in contrarium, & deroget omnibus iuribus, statutis, priuilegijs, consuetudinibus, & adimat omnem potestatem conferendi, & aptandi, *vt post Ioann. de Lign. scribit Gemin. ad c.fi.§.in conferendis, nu.3. vbi etiam Franc.n.6.Cassad.decis.4.de concess. preb.*
87 *Rota decis.*1.*de rer.permut. in nouis, Mohed. decis.*296.*Puteus decis.*4. *lib.*2.non præsumitur tamen sine causa tertio velle ius auferre: quia
88 etsi motus proprius,*vt supra ad §. nos itaque* in rescripto additus, tollit subreptionem, *Rota in*
89 *nouis,decis.*112.*Caputaquen.decis.*13.*par.*1. nõ tollit tamen ius tertij, *idem Caputaq. decis.* 37. *n.*2.*par.*2.Sed omnis collatio, & omnimoda dispositio beneficiorum regulariũ spectat ad Abbatem solum, vt nonnulli asseuerant,*ex can. nullum*, 18.*q.*2. *ibi, ad quem potestas tota pertinere conuenit, prout etiam refert Panormitanus ad c. ea noscitur, de his,quæ fiũt à Prælat. sine consens. cap.col.*1.*vers.nota quod in præsentationibus*, vel vt communiter volunt,ad Abbatem,& conuentum,*c.fi.cũ gloss.in vers.pertineat, & ibi Arcbid. Ioan.Monach. Domin. & Franc. de regularibus lib.*6.*& alij communiter ad d.c.ea noscitur*, ergo Abbas, aut etiam conuentus cum ipso in suo territorio priuatur collatione, prouisione, seu dispositione beneficiorum regularium. At ne diutius in quæstione hac insistamus,respondendum est, verum esse,Romanum Pontificem non plus iuris in Cardinalem transferre, quàm ipse
90 habet: atqui dubium non est, quin summus Põtifex valeat quæcumque conferre beneficia,etiã manualia, *vt late ostendit Decius ad cap.ad nostram,n.*9.*cum seqq. de confirm. vtil. vel inutil.* Quare licet Abbates soleant conferre eadem beneficia manualia, & etiam de iure communi alia omnia, & dignitates, & personatus,officia, & administrationes: verumtamen, quoniam
91 Papa ex reg. 3. Cancell. sibi reseruauit etiam prioratus, præposituras, præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorumcumque, sed non militiarum,ideo voluit non obstante dicta regula, Cardd. posse conferre omnia beneficia regularia, illis tribus exceptis, quorum initio istius quæstionis mentionem fecimus, videlicet, vt Cardinalis ratione indulti conferre valeat ea beneficia, etiam dignitates, quæ in Abbatijs,& prioratibus, quos sine in titulum, siue in commendam obtinet, existunt, quamuis reseruata dispositioni Pontificiæ ex dicta regula.

Sed videamus, an Cardinalis ex tam amplo indulto conferre possit ea beneficia, & eas dignitates conuentuales,quæ, & quas alij Abbates, & Priores habent in diœcesibus Episcopatus, siue Archiepiscopatus, vel Patriarchatus alicuius Cardinalis indultum habentis, quas aliàs, hoc est, ratione ordinariæ iurisdictionis ipse conferre minus valet. Exemplo res fit illustrior. In diœcesi Taurinensi multi sunt Abbates, Priores, & alij (præsertim Archidiaconus ipse Taurinensis) qui plurium beneficiorũ simplicium, & curationem animarum habentium habent, non solum collationem beneficiorum regularium,sed etiam secularium. At quia Ab- 92
bates tanquam Episcopis inferiores non habẽt ius conferendi, nisi quattuor mensium, & quia non possunt conferre dignitates conuentuales, *ex d.reg.*3.quæro,an Cardinalis ratione indulti has conuentuales dignitates,& alia beneficia in octo mensibus reseruatis vacantia possit cõferre. Si quis rem à principio repetat,dicet,posse. Namque Episcopi ab initio nascentis ecclesiæ,& multo etiam post tempore omnia, & singula, ac quocumque die vacantia conferebant beneficia, *vt latius supra ad §. per quæ sublatis*, ostensum plene est, *quibus addo decis.* 27. *in* 93
princ.de præben. in nouis, nec inferiores Episcopo habebant conferendi potestatem, nisi in quantum Episcopus tacite concedebat,vel concedit, & patitur eos habere, *vt videre est ex c. ex frequentibus, & c.cum venissent, de institut. Hostiensis in summa de offic. Archid. §. quod sit eius officium,& de institut. §. qui posset: & ad c. cum satis,n.*5.*eod.de offi.Archid. Abbas ad c. cum ecclesia Vulterana,col.*3.*in fin.vers. tertio membro, de elect.Caputaquen.decis.*283. *n.*1. *par.* 2. *Gaspar de Perus.in tract. de reseruat. benefic.in princ. n.*1. Cum ergo inferiores Episcopo hanc habeant facultatem ex tacita Episcopi permissione,& cum conferre non possint, nisi ea, quæ in illis quattuor mensibus vacant: reliqua verò sint reseruata,ex virtute indulti,ordinarius collator videtur posse illa conferre, quasi resumpserit illam, quam ex tacita permissione amiserat potestatem. Ipse tamen in ea sum sententia, 94
vt existimem, Cardinalem ratione indulti non posse conferre beneficia ad collationem inferiorum collatorum spectantia, & dispositioni Pontificiæ reseruata, nisi de his in indulto expressa fiat mentio: *idem tenere Rotam ostendit Puteus decis.*162.*n.*8.*lib.*2. ratio est, quia indulta non 95
augent ordinariam iurisdictionem, sed illam præseruant,*d.decis.*162.*n.*5.*& decis.*190. *nu.*3. *lib.*3.*Cassad. decis.*1. *&* 30. *de priuileg.*nam remoto indulto, Cardinalis ordinarius conferre non potest, stante alio quasi in possessione conferendi,ergo nec stante indulto,*Puteus dec.*206. *lib.*1.qui ait, indultum Cardinalis de conferendis beneficijs ad collationem suam de iure spectantibus, non comprehendere beneficia, in quorum possessione conferendi alius erat, licet 96
de iure collatio spectaret ad eum, ex quo erant

in sua

in sua diœcesi *per Caldil. 23. de praeben.* quia attenditur quasi possessio conferendi, non autem, quòd de iure ad eum spectarent ea: & ex his habetur responsio ad supradicta.

Summa ex §. ac Beneficia.

1 *Beneficia electiua digna sunt speciali nota.*
2 *Clausula, ad collationem, prouisionem, &c. non includit beneficia electiua.*
3 *Legati in dignitatibus electiuis ius collationis sibi reseruare nequeunt.*
4 *Mandatum de prouidendo de personatu, aut dignitate non comprehendit personatus, aut dignitates electiuas.*
5 *Reseruationes beneficiorum electiuorum reuocata sunt per Concilium Basileense.*
6 *Electio pertinet ad eligentes.*
7 *Papa, si electionum ordinem subuertat, non est sustinendus: ex Ludou. Rom.*
8 *Concilium Basileense, quoad reseruationes beneficiorum electiuorum, in Gallia receptum fuit tantum potius de facto, quàm de iure.*
9 *Omnes Pontifices, non obstante Concilio Basileensi, regulas reseruatiuas fecerunt.*
10 *Concilium Basileense ante concordata abrogatum à summis Pontificibus fuit.*
11 *Abrogatio Concilij Basileensis an fuerit in Gallijs publicata, necne, dubitatur.*
12 *Papa non obstantibus quibuscumque obstare possent, etiam in Gallijs reseruare sibi collationem potest.*
13 *Papa beneficia electiua conferre, & alteri conferenda concedere potest.*
14 *Sonus campana vocans compatronos non facit beneficium electiuum.*
15 *Beneficia electiua tantum dicuntur, quæ sunt caput collegij.*
16 *Omnis ecclesia regularis, seu cathedralis in dubio præsumitur collegiata.*
17 *Prior collegij, seu conuentus de iure communi per collegiales, seu cõuentuales eligi debet.*
18 *Expressis ijs, quæ ad beneficium curatum pertinent, licet non exprimatur præcise illud esse curatum, gratia non vitiatur.*
19 *Subreptitia gratia est, cum impetratur dignitas electiua, nec exprimitur, quòd sit electiua.*
20 *Expressio requiritur, vt veritas de his, quæ in facto consistunt, elucescat.*
21 *Quod est de iure certum, expressione non eget.*
22 *In feudi impetratione non est necessaria consuetudinis feudorum mentio.*
23 *Qualitates iure materia insitæ mentione opus non habent.*
24 *Beneficiorum quoque regularium publicandæ sunt resignationes.*
25 *Sub beneficio collatiuo capituli non venit canonicatus, quia est electiuus.*
26 *Quod confirmatione eget, electiuum; quod minime, collatiuum est.*
27 *Seruata plena forma electionis, beneficium, licet non confirmetur, est electiuum.*
28 *Installatio canonici in ecclesia præcipue Taurinensi pro confirmatione habetur.*
29 *Scotatio traditionem operatur.*
30 *Scotatio est forma transferendi possessionem.*
31 *Innocentius Sextus voluit esse electiuum, in quo seruata sit forma electionis.*
32 *Consuetudinis antiquitas signum est beneficium esse electiuum.*
33 *Indultum Cardinalis capit etiam beneficia electiua.*
34 *Verbum, institutio, quamuis dispositionem comprehendit.*
35 *Verbum, omnimoda, vt genus operatur etiam in reseruatis.*
36 *In electiuis non habet locum libera institutio.*
37 *Verbum, libere, importat sine altero, vel sine alterius contradictione.*
38 *Quæ eliguntur non sunt pleno iure subiecta.*
39 *Indultum nihil iuris confert, sed remouet tantum impedimenta.*
40 *Clausula, qui ad illa consueuerint, non intelligitur cum præiudicio habentium eligere.*
41 *Canonicatus, qui per electionem à capitulo distribuuntur, à Cardinali indultum habente conferuntur.*
42 *Cardinalis virtute indulti beneficia curam iurisdictionalem habentia conferre potest.*
43 *Cura iurisdictionalis stricta est ministratio sacramentorum: larga est potestas fori contentiosi.*
44 *Curam iurisdictionalem fori contentiosi habere possunt Archidiaconi, & inferiores Prælati.*
45 *Non omne beneficium curatum est ecclesia parochialis.*
46 *Ecclesia habens regimen in loco distincto, dicitur parochialis.*
47 *Rectori parochiali tenemur saltem semel in anno peccata confiteri.*
48 *Episcopus dicitur rector parochialis.*
49 *Cura iurisdictionalis non comprehenditur sub regula de idiomate.*
50 *Beneficium habens curam annexam, non est proprie curatum.*
51 *Non solent, nisi vernacula lingua sacramenta in quibusdam ministrari.*
52 *Cancellaria curam iurisdictionalem in litteris apponit, ne subreptitias eas esse contingat.*

53 *Gra-*

Digitized by Google

53 *Gratia nulla est, nisi qualitates beneficiorum in impetrationibus exprimantur.*
54 *Expressio qualitatum, quæ de iure beneficijs insunt, absque periculo omitti potest.*
55 *Etiam consuetudo facit dignitatem.*
56 *Papa beneficium simplex facilius concedit, quàm curatum.*

Ac beneficia huiusmodi, ad quæ consueuerint qui per electionem assumi, eisq. cura etiam iurisdictionalis immineat animarum, ac beneficia huiusmodi.

§. Ac beneficia.

1 AC BENEFICIA. Mirum profectò est, summum Romanum
Pontificem concedere Cardinalibus facultatem conferendi beneficia electiua, eum sint digna
speciali nota, *vt ait Caputaquen. decis. 41. nu. 2.*
2 *part. 3. vnde Ripa consil. 5. incip. Iulius Papa, tit. de rescript. nu.* 1. dicit, clausulam illam, ad col-
lationem, prouisionem, præsentationem, insti-
tutionem, seu quamuis aliam dispositionem
communiter, vel diuisim spectantia, non inclu-
dere beneficia electiua, *element. 1. de præbend.*
quæ, vti ibidem asseuerat glossa, procedit etiam
in beneficijs inferioribus electiuis: nam vide-
mus, Clementem Quartum *in cap. de liberatio-*
3 *ne, de offic. legat. lib. 6.* prohibuisse, ne Legati
possent non modò cathedrales ecclesias, vel
regulares, vel collegiatas sibi reseruare, vel con-
ferre, sed nec etiam dignitates post Pontificales
maiores, si earum Prælati per electionem de-
bent assumi: siue huiusmodi beneficia sint de-
uoluta ad Sedem Apostolicam, siue ad inferio-
res Prælatos, *prout tradit Franc. ibid. num. 4. fa-*
cit quod constituit etiam Bonifacius Octauus in
4 *cap. cum in illis, §. 1. de præben. lib. 6.* vt si man-
datur, aliquem prouideri de personatibus, di-
gnitatibus, etiam si curam habeant animarum,
ad collationem, prouisionem, præsentationem,
vel dispositionem spectãtibus quorumcumque,
prouideri non debeat de personatibus, vel di-
gnitatibus, ad quos, seu quas per electionem
assumuntur. Sed quid opus est ire per mendi-
5 cata suffragia, si omnes reseruationes dignita-
tum, seu beneficiorum electiuorum sunt reuoca-
tæ, & irritatæ in Concilio Basileensi? *videre*
est in pragm. sanction. sub tit. de elect. & reseru.
c. & quia, §. item omnes: cuius decreti meminere
Roman. consil. 483. num. 13. & consil. 499. nu. 2.
in fine, & Decius ad cap. 1. num. 6. de elect. quod
sane decretum mirifice commendat propter re-
gulas Cancellariæ, *item Nicolaus Boerius decis. 2*
Germon. de Indultis.

& in tract. de potest. Legati à latere, quæst. 1.
nu. 108. Lambert. in tract. de iure patron. lib. 2.
part. 2. q. 6. art. 13. ante num. 4. Ripa consil. 31.
vel consil. 3. de elect. nu. 6. & 10. Quint. Mandos.
ad regul. 2. q. 2. nu. 3. Cancell. Nam cum de iure 6
communi electio pertineat ad eligentes, *d. c. 1.*
& cap. ne pro defectu, cap. quia propter, & cap.
cum ecclesias, vbi Abbas col. 3. eod. de elect. Do-
min. ad can. 1. col. 2. versic. quantum, 21. dist.
& ibi etiam Card. Alex. col. 6. tum adsit decre-
tum dicti Concilij Basileensis, vt absque aliquo
impedimento, aut obstaculo ad electionem
procedi possit, videtur vtique dicendum non
solum Papam hanc facultatem Cardinalibus
dare, sed nec per seipsum cõferre posse. Quinim-
mo Ludouicus Romanus *d. consil. 483. num. 13.*
& consil. 499. num. 3. respondit, quòd si dica-
tur, summum Pontificem intra tempus electio-
nis, quod est trimestre, prouidere ex iusta causa
posse, derogando decreto dicti Concilij: quam-
uis regulariter præsumendum sit pro facto Pa- 7
pæ, vt moueatur ex iuxta causa, tamen hoc ve-
rum esse ait, nisi ipse aliquid faciat contra cõn-
stitutionem respicientem generalem statum
Ecclesiæ, vt est hæc de electionibus, tunc enim
non est sustinendus, nisi faciat ex causa ma-
gna, & alijs nota, & sic est necesse, illam pro-
bari, & exprimi, aliàs non præsumitur, *vt di-*
cunt etiam Lambert. in d. art. 13. num. 4. Mars.
singul. 8. Aymon Craueta de antiq. temp. par. 1.
ante num. 7. & Boerius d. decis. 2. n. 9. cum seqq.
qui nu. 16. cum seqq. contendit, per huiusmodi
Basileense decretum in duobus tantum casibus
videri summo Pontifici permitti reseruationem
dignitatum electiuarum: cæterum præferri ele-
ctionem Pontificiæ prouisioni. Quod sane Ba-
sileense decretum, licet prima facie vehementer
vrgere videatur, nihil tamen obstat, quin vera
sit responsio ipsius Mandosij loco iam citato,
num. 12. versic. non obstat secundum: videlicet,
Basileense Concilium, præsertim, quoad reser- 8
uationes per summos Pontifices faciendas, non
fuisse receptum, nisi in Gallia: & forsan de fa-
cto magis, quàm de iure, idq. non indiget pro-
batione: cum manifestissimum sit, omnes Ro- 9
manos Pontifices post dictum Concilium suas
fecisse regulas reseruatiuas. Et quamquam in
Gallia pro iure dictum Concilium obseruetur,
testimonio gloss. pragmaticæ sanctionis, Boerij,
dict. decis. 2. Decij ad dict. cap. 1. de elect. lib. 6.
tamen aliter esse dicendum extra Galliam 10
asseuerat Mandosius, qui etiam contendit, non
posse etiam in Gallia seruari, cum per sum-
mos Pontifices abrogatum fuerit ante concor-
data inter Leonem Decimum Pontificem
Maximum, & Franciscum Primum Galliarum
Regem, etsi forsan non constat, quòd abro-

gatio fuerit in regno Galliæ publicata. Nec
11 dubium est, quia beatissimus Papa, non obstantibus quibuscumque concordatis, priuilegijs, immunitatibus, consuetudinibus, atque etiam conciliaribus constitutionibus, etiam in Gallia, valeat huiusmodi facere reseruationes,
12 cum ipse omnium beneficiorum sit dominus, *c. 2 de præben. lib. 6. clemen. 1. ne lit. penden. & alijs iuribus sæpius citatis.*

13 Mirum ergo nõ erit, si ipse cum per semetipsum possit cõferre beneficia electiua, valeat quoque talem alteri potestatem impartiri, ex vulgata iuris regula, *cap. qui per alium, de regul. iur. lib. 6.* Sed quo modo Cardinales conferre possint, videamus. At verò in primis admonere oportet, electionem non cadere in simplici parochiali ecclesia, nempe inter beneficiatos eiusdem, quando vacat aliquod beneficium in illa
14 ecclesia, licet ipsi sint patroni, nec sonum campanæ pro congregandis compatronis facere beneficium electiuum, nec ecclesiam collegiatam, nisi constiterit de signis, & insignibus à iure ad faciendum collegium requisitis, *vt per Roman. cons. 436. & per ea, quæ dixi supra ad §. proxime*
15 *præcedentem, versic. ex his tollitur,* & de iure illa beneficia tantum dicuntur electiua, quæ sunt caput collegij, non autem alia in ecclesia collegiata consistentia, *gloss. ad c. quia propter, de elect. Staphil. in tract. de litter. gratia, & iustit. fol. 58. in versic. ad secundum, Aegid. decis. 69. atque ita fuisse in Rota resolutum in vna Calagurritana beneficij, testatur Caputaquen. decis. 195. par. 1.*

Cum igitur ea dumtaxat dicantur electiua beneficia, quæ sunt caput collegij: mirum non est, si sint nota speciali digna: vnde si quis impetrauerit beneficium electiuum, vtputa prioratum, in quo sint tres, vel quatruor, vel sex monachi cum Priore simul viuentes, & Papa illud conferat, vel conferri mandet, quæritur an teneat collatio, an verò gratia ex eo vitietur, quòd dictum non fuit beneficium huiusmodi esse electiuum: videtur dicendum, valere collationem, & gratiam subsistere: nam etsi dictum non sit, beneficium esse electiuum, expressum est tamen æquipollens: quia eo ipso, quo exprimitur ibidem, quattuor, vel quinque, vel plures esse monachos cum Priore simul viuentes, præsumitur, quòd sint ibi collegialiter, seu conuentualiter in dubio, quia regulariter, & simul viuunt:
16 maxime quia in dubio omnis ecclesia regularis, seu cathedralis, vbi sunt multi, & dos fuit pro multis constituta, præsumitur, quòd sit collegiata, *testimonio Hostiensis ad c. nobis, de iure patr. facit etiam, quod notatur in decis. 208. par. 1. Decis. Diuers.* quod non habet locum in ecclesijs secularibus inferioribus, *vt notat Innoc. ad c. po-*
17 *stulasti, de iure patron.* Itaque, si ibi est collegium, Prior, qui est collegij caput, debet eligi de iure communi per collegium, vel conuentum, *vt c. 1. c. ne pro defectu, c. quia propter, de elect. & alijs superius citatis:* ergo collatio erit recta.
Accedit, quòd si quis impetrauerit dignitatem,
exprimendo, quod potest excõmunicare, quòd 18
tenetur audire confessiones pœnitentium, conferre ecclesiastica sacramenta, & huiusmodi alia ad curationem animarum pertinentia, licet non exprimatur, beneficium esse curatum, ex prædictis tamen constat, esse curatum, & tenet collatio: nihilominus Rota tenuit *decis. 13. num. 5. de*
præben. in antiquior. gratiam esse subreptitiam, 19
si impetrans dignitatem ecclesiæ electiuam expressam non fecerit mentionem, quòd est electiua: etsi alia omnia, quæ electiuis dignitatibus conueniunt, fuerint expressa, *d. clem. 1. de præb.*
Huius decisionis ratio est: quia ideo voluit Pa- 20
pa, quòd fieri deberet expressa mentio quòd esset electiua, vt veritas sibi nota esset de his, quæ in facto consistunt, cum aliàs facta ignorare possit. *c. 1. de constit. lib. 6. c. vt nostrum, vt eccl. benef.* & quia exprimendo, ecclesiam esse collegiatam potuit contingere collationem eius ad alium spectare: & hoc non probat esse, quod nõ contingit abesse: ergo &c. Neque obstat, quòd in impetratione beneficij curati, non sit necesse exprimere illam qualitatem curati, quia respõdetur: quòd quando dispositio de iure communi vnam habet necessitatem & infallibilem veritatem, tunc non opus est illius qualitatis expressione, *c. ad hæc, de offic. Archid. Felin. ad c. super litteris, nu. 8. versic. 2. regula, & ad c. in nostra, n. 14. de rescript. & ad c. accedentes, versic. dixit, de præscript. Cassad. decis. 12. de præbend. Staphil. de litter. grat. & iustit. fol. 51. versic. sed circa expressionem, Rebuffus in prax. benefic. in tert. parte signat. in verbo, etiam situationis, n. 4.*
Hinc eleganter dicebat Baldus *ad c. ordinem,* 21
de rescript. ibi, vt scias, quod id, quod certum 22
est de iure, non indiget expressione: & ideo impetrans feudum, non habet necesse facere mentionem consuetudinis feudorum, quæ iure scripto comprehenduntur, & quod certum est, expressione non indiget, *l. 1. in fine, ff. de dote prælegat.* vnde Rota *decis. 69. in antiquis,* refert, Vr-
banum Papam vni Auditori respondisse, quod 23
de qualitatibus, quæ à iure insunt materiæ impetratæ, non est opus facere mentionem. Sed constitutio de publicandis resignationibus cõ-
prehenditne electiua beneficia, & nominatim 24
regularia? Rota *in vna Treuerensi Abbatiatus coram Aldobrandino, quæ est decis. 189. diuers. par. 2.* tenuit, comprehendi, quoniam verba constitutionis sunt vniuersalia ibi: *in quibuslibet beneficijs,* quorum appellatione continentur etiã regularia, Card. *ad Clem. 1. q. 5. n. 12. de iud. Felt, ad c.*

Digitized by Google

ad c. postulasti ante n.5. de rescript. alia etiã ratione debent comprehendi, nempe, vt euitentur fraudes, vt in prooemio eiusdem constitutionis habetur, siue monasteria sint consistorialia, siue non *d. decis.* 189. *num.* 2.

Præterea sciendum est, esse alia beneficia electiua, quæ non sunt caput collegij: *vnde Card. ad clement. quia contingit, vers. vt autem, in 4. notab. de relig. domib. & ad d. clem.* 1. *§. ad hæc, q.4. de præben. & in consil.* 105. *vti refert, et sequitur Felin. ad c. in nostra, n.26. vers. hoc autẽ,* quòd beneficium electiuũ proprie dicitur, quãdo in eo proceditur per electionem, quæ exigit superioris confirmationem: non æque, si electio non indiget confirmatione: ex quibus infert, quòd si mandatur prouideri de beneficio spe-
25 ctante ad collationem capituli, non veniunt canonicatus, in quibus capitulum eligit, & Episcopus confirmat: quia dicuntur beneficia electiua, non collatiua: hinc Ripa *consil.* 15. *& sub tit. de rescript.* 8. *n.* 2. respondit prouisionem canonicatuum, & præbendarum dupliciter ad ca-
26 pitulum pertinere: vno modo per viam electionis requirentis confirmationem, altero per viã electionis non requirentis aliquã confirmationem: hæc dicuntur collatiua, illa verò electiua, hoc est quæ eliguntur, & confirmantur, etsi idẽ
27 Felin. *loco cit. vers. & dico amplius:* scribit, quòd si canonici eligunt in plena forma electionis, & non confirmatur eorum electio, tamen ratione formæ in electione seruatæ dicitur beneficium electiuum, etiam si superior non confirmat, ita vt includatur in litteris non facientibus mentionem de electiuis, prout fieri solet in nostra Metropolitana Taurinensi ecclesia: in qua canonici eligunt seruata penitus forma *d. c. quia propter,* absque vlla Archiepiscopi confirmatione: nam statim, atque quis est in canonicum electus, ab alio canonico ex mandato Præsidentis capituli in chorum deducitur, & ibi installatur, & illa installatio pro confirmatione habetur, *vt eleganter respondit Oldradus consil.* 146. *n.* 5. Nec
28 est absonum dicere, quòd ex consuetudine iudicatur, vt vnus actus effectum alterius repræ-
29 sentet: sicut scotatio traditionem operatur, *c. ex litteris, de consuet. vt etiam not. Imola ad c. transmissam, de elect. c. ex insinuatione, de simon.* Sco-
30 tatio est quædam forma transferendi possessionem, *de qua in d. cap. ex litteris.* Nec obstat, si dicatur, quòd non potest consuetudine introduci, vt quis sine cõfirmatione administret. *c. auaritiæ, de elect. lib.6.* quia respondetur, verum esse, vbi non est alius actus à superiore procedẽs, & hunc repræsentans: quoniam in talibus nihil refert, quo modo superior voluntatem suam declaret, *vt per Innocentium ad c. cum Bertoldus, in gloss. mirum videtur, de re iudic. & Oldra- Germon. de Indultis.*

dus d. consil. 141. *n.* 6. & de his etiam potuit intelligere Innocen. Papa Sextus, quem Felinus *post* 31
Collector. ad d. c. in nostra, nu. 26. *vers. & fetas,* refert, dixisse, atque semel in camera declarasse, quòd volebat illud beneficium esse, & dici electiuum, in cuius electione seruatur forma dicti capitis *quia propter, de elect.* vel per cuius vacationem ecclesia redditur viduata Prælato.

Cæterum mihi videtur dixisse, quod oportuit 32
Ioannes Andreæ *in addit. ad Speculat. tit. de act. & petit. §. super petitionibus, ad fin. versic per litteras quoque,* vbi concludit, quòd ad cognoscendum naturam beneficij, an sit electiuum, inspicienda est consuetudo antiqua, quæ magnam in istis vim habet, *cap. cum dilectus, de consuet. c. Abba. & ibi not. de verb. signific. Domin. ad d. c. cum in illis, §. 1. de præben. lib. 6. Card. ad d. clem. quib. contigit, versic. vt autem, q.4. de præbend. & consil.* 105. *Ripa d. cons.* 5. *nu.* 2. *& hanc esse communem nostrorum sententiam tradit Felinus ad d. c. in nostra, n.26. versic. & nota diligenter, de rescript. vbi reprehendit Caldilinum, qui bis se contrarium tenuisse scribit consil.* 12. *de præbend.* Itaque beneficium electiuum dicitur non modo illud, quod est caput collegij, sed etiam illud, quod iure aliquo speciali, vel inueterata consuetudine pro electiuo habetur.

His ita peractis, reliquum est, vt discutiamus, an Cardinalis, cui per indultum concessum est, vt collationem, prouisionem, præsentationem, institutionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem coniunctim, vel diuisim facere possit, conferre valeat beneficia electiua. Ripa, vti diximus, negat *dd. consil.* 5. *n.* 1. *& cons.* 8. *n.* 2. Puteus tamen *decis.* 190. *n.* 2. *lib.* 3. scribit, fuisse in Rota tentum, quòd indultum Cardinalis caperet beneficia electiua, propter 33
verba, ad collationem, prouisionẽ, &c. & quãlibet aliam similem, vel dissimilem dispositionem, ac multo magis, si accedant & hæc verba: & qui ad illa consueuerint per electionẽ assumi, prout reperiuntur in hoc nostro indulto. Ad illud verò, quòd faciebat Auditoribus dubium, nempe quòd indulta non impleant, sed tantum præferuent ordinarij iurisdictionem, *decis.* 1. *Cassad. de priuileg.* responderunt, eam loqui in præiudicium habentium eligere: nam in eorum præiudicium non capit, sed bene capit in præiudiciũ capituli, vt si capitulũ non eligit, & Vicarius habentis indultũ confert electiuũ beneficium, non eligendo videtur consentire collationi per Vicarium factæ, *vt per Abbat. ad c. quod sicut, §. super eo, n.3. not.7. de elec. atque ita intelligi debere Ripam locis cit. asserũt ead. decis.* 190. *n.* 4. eadẽ tamen Rota *testimon. Caputaq. decis.* 297. *p.* 1. dicit, verbum, institutio, esse nomen generis aptũ comprehendere collationẽ, institutionẽ, electionẽ, & 34

quamcumque aliã diſpoſitionẽ, *Alex.conſ.142.*
n.7.lib.6. maxime ſi dicatur omnimoda inſtitu-
35 tio, quia illud verbum, omnimoda, capitur vt
genus, ideo omnia in genere contenta conceſ-
ſa cenſentur. *gloſſ. ad clem. 1. in verbo omnimo-*
dam, de foro comp. Felinus ad c. grauem, in fine,
de offic. ord. ad c. auditis, n.13. de præſcript. Pariſ.
conſil.9.n.3.lib.1. etiam ſi illud, quo de agitur,
eſſet de reſeruatis, *Decius conſil.197.col.2. verſ.*
præterea propter verbum omnimodam, Menoch.
conſil.19.nu.20.lib.1. Crauet.a conſ.663. nu.12.
36 *vol.4. vbi late de hac dictione, & eius effectu.* Itẽ
ſi dicatur, quòd inſtitutio, & diſpoſitio ſit libe-
ra: nam eorum beneficiorum, quæ requirunt
electionem, non dicitur eſſe libera inſtitutio,
Card. ad clem. 1. q. 6. in ſolutione contrariorum,
de ſuppl. neglig. prælat. Decius conſil. 121. in prin.
nec dicitur libere poſſe diſponere ille, cui alte-
rius electionem, vel conſilium expectare conue-
37 nit, *Curtius iun. conſil. 2. n. 3.* ſiquidem vis huius
verbi libere, eſt importare idem, quod ſine al-
tero, vel ſine alterius cōtradictione fieri poteſt,
c.2. in fine, in verbo liberè de arbit. lib.6. c. licet,
in verbo libere, iuncta gloſſ. ibi, de ſepult. lib.6.
c. cum Epiſcopus, in verbo libere, vbi Io. Andr. &
Archid. de offic. ord. lib.6. Alex. conſ.80. volum.1.
& conſ.12. in princ. vol.2. Franc. Aret. conſil.66.
incip. diligenter viſis, vbi ad hoc plures textus
inducit, Iaſon conſil.130. col. fin. verſ. quantum
ad domos, vol.4. vel ſi dicatur, quòd Priores, mo-
nachi, & loca ſint pleno iure ſubiecta Abbati in
ſpiritualibus, & temporalibus, *d. deciſ.297. n.7.*
38 nam ſi adhuc electio fieret, non dicerentur ple-
no iure ſubiecta, *vt dicit Abbas ad c. cũ & plan-*
tarum, col. fi. verſic. vlt. caſu, de priuileg. & quòd
tranſeant omnia ſcribit Felinus *poſt Abbat. &*
alios ad c. auditis, de præſcrip. n.8. Ex quibus Ro-
ta concludit, quòd Papa non ſolum voluit mo-
nachos priuare omnimoda electione, ſed etiam,
quòd illud ius eligendi, quod prius habebant,
impetrare à Sede Apoſtolica non poſſent. An
idem ſit de indulto Cardinalibus dato, & dico
non eſſe: nam hoc fuit priuilegium Abbati Clu-
niacenſi conceſſum, quod eſt ſpeciali nota di-
gnum, *cap.11. ſeſſ.25. de reform. Concil. Trident.*
etſi non nego, quòd alij Abbates ſimilia poſ-
39 ſunt habere priuilegia. Nec obſtat, quòd indul-
tum ſit priuilegium: quia reſpondetur, priuile-
gium quidem eſſe, ſed nihil iuris conferre, ſed
remouere obſtacula, vt ſæpius dictum eſt, nec
augere ordinarij iuriſdictionem, ſed tantum
præſeruare. Atqui priuilegium illud Abbati Clu-
niacenſi datum cum tot prægnantibus clauſulis
Abbatis auget iuriſdictionem, & monachos pri-
uat eligendi poteſtate. Accipit igitur Abbas ex
priuilegio, quod non habebat, & Cardinalis ex
indulto cōſequitur id, quod ſibi iure debebatur:

non dubito tamen, quin indultum, ſi illas habe-
ret clauſulas, quarum mentionẽ fecimus, perin-
de eſſet, atque illud priuilegium: ſed nos loqui-
mur de ordinario indulto, quod Cardinalibus
concedi ſolet, & de hoc noſtro præſertim. Qua 40
in re concludẽdum erit, illam clauſulam, qui ad
illa conſueuerint per electionem aſſumi, intelli-
gendam eſſe ſine præiudicio habentium elige-
re, *vt dixit Puteus d. deciſ.190. nu.2.* ex qua re-
mouentur omnes difficultates initio iſtius pro-
poſitionis motæ, quibus etiam conueniunt ea,
quæ dicturi ſumus infra *ad §. etiam ex eo, verſic.*
quæret iterũ. Poteſt quoque intelligi de ijs om-
nibus beneficijs, quæ natura ſua, vel origine
ſunt electiua: à ſummo tamen Pontifice in octo
menſibus reſeruatis vacantia conferuntur, vtpu-
ta canonicatus, & dignitates in eccleſia Tauri-
nenſi, qui, & quæ ſi vacant in menſibus Martio, 41
Iunio, Septembri, & Decẽbri, à capitulo fit ele-
ctio: in reliquis verò octo menſibus, ſi vacant, à
Pontifice Maximo conferuntur, & ad iſta licet
canonici per electionem aſſumi conſueuerint, ta-
men Cardinalis virtute indulti ea confert.

Et non ſolum ſupradicta conferre poteſt, ſed 42
etiam illa, quibus inhæret animarum cura iuriſ-
dictionalis: verum, vt ſciatur, quæ dicatur cura
iuriſdictionalis, præmittendum eſt, curã anima-
rum dupliciter ſumi: vno modo proprie, & ſt ri- 43
cte pro cura pœnitentiali, quando aliquis tene-
tur miniſtrare ſacramenta aliquibus, & illi tenẽ-
tur ab eo ſuſcipere, hæc duo neceſſariò requirũ-
tur, *gloſſ. ord. ad clem. dudum, verſ. ad hoc ſuperius*
impendent. de ſepult. quam ibi Ioan. de Imola, &
Card. ſequuntur. Hoſt. Petrus de Ancbar. & Car.
ad c. cum ſatis, de off. Archid. Abbas ad c. dudum,
2. n.7. notab.9. de elect. & ad c. de mulcta, in fine,
vbi etiam Innocẽtius, & Io. Andr. de praben. Dec.
ad c. ad aures, nu.17. & 19. de reſcript. Cantuc.
deciſ.52. n.2. diuerſ. par.2. Alio modo large dici-
tur cura, quæ reſpectũ habet ad iuriſdictionem,
& iſta eſt, quæ appellatur iuriſdictionalis, ſeu po-
teſtas fori contentioſi, prout eſt ſuſpendere, ex-
communicare, abſoluere, viſitare, & alia hu-
iuſmodi, quæ ad correctionem morum tendunt,
d. cap. dudum, circa medium, & ibi omnes, de elect.
Hanc curam habent, & habere poſſunt Archi- 44
diaconi, & alij inferiores Prælati, *cap.1. de offic.*
Archid. & notatur ab omnibus, ad c. cum contin-
gat, de foro compet. De his quoque voluit intelli-
gere Alfonſus Hoied. *in tract. de beneſ. incomp.*
par.1. c.5. nu.7. dum ait, quoſdam eſſe Abbates
inferiores, qui magnos illos Abbates recogno-
ſcunt, & habent animarum curam, non ſolum in
foro interiori, ſed & animarum curã iuriſdictio-
nalem. Ideo non omne beneficium curatũ dici- 45
tur eſſe eccleſia parochialis, ſed requiritur cer-
tus locus diſtinctus, & illi eccleſiæ deputatus,
nempe

Digitized by Google

nempe habeat territoriũ certis limitibus definitum, *Archid.ad c. licet canon.col.2.de elect.lib.6. Io. Andr.& Ioan.de Imola ad c.quia nonnulli,de cleric.non resident. Nic. Mill.in repert. in verbo*
46 *ecclesia parochialis.d.decis.52.n.14.* Omnis ergo ecclesia, quæ habet regimen in aliquo loco distincto, & sibi deputato, siue inferior, siue superior, dicitur ecclesia parochialis: & ideo diœcesis, quæ est limitata, appellatur non male parochia, & Episcopus dicitur esse rector parochialis, *c.venienti, vbi Imola,& Felinus de præscript.c.1, & ibi Ioan.de Ana.de rapt.cap.ad Apostolicæ, de donat.c.peruenit, & c.ad Apostolicæ, de decimis, cap.2.de magistr.c.excommunicamus, §. adijcimus, de heret. can. si quis ordinatus, 92. distin. can.vlt.& penult.6.q.3.can.sicut alterius,2.q.1. can.bonæ rei,12.q.7.* Hinc non ineleganter glossa *ad cap.2.de pœnit.& remiss.lib.6.* quia rectori
47 parochiali saltem semel in anno tenetur vnusquisque confiteri, vel ab eo licentiam habere, *c.omnis vtriusque sexus,de pœnit.& remiss.* asserit, confitentem Episcopo, vel ab eo licentiam obtinentem satisfacere, cum Episcopus dicatur
48 rector parochialis. Non mihi tamen displicet, quod placuit M. Antonio Marsilio Columnæ *in tract.de ecclesiast.reddit.orig.& iure, c.12.n.4.* quòd facta redditum ecclesiasticorum secatione, cœperit vsurpari parochiæ nomen pro illa certa diœceseos parte, quæ singulis presbyteris, sub Episcopi tamen potestate constitutis, curanda committitur, *toto tit. de paroch.*

De hac materia, hoc est, quæ dicatur ecclesia parochialis, plene tradunt Io. Andreæ, Cardinalis, Ancharanus, Imola, & alij, *ad c.nonnulli, de cleric.non resident. d.decis.52. per totam.* Ludouicus Gomes. *ad regul.de idiomate, q.11.*
49 *vers.& ideo pro vero,* vbi etiam docet, curã iurisdictionalem non comprehendi illa regula, de idiomate: quemadmodum, nec beneficiũ, quod de sui natura non est curatum, sed simplex, ha-
50 bet tamen annexam curam, vel ex constitutione ecclesiæ aliquis vices curati gerit, quia tale beneficium proprie, & stricte loquendo, non dicitur beneficium curatum, *testimonio Oldrad. cons.203.Felin.ad c.in nostra,10.corr. de rescr.*
51 etsi idem Gomes. vult, quòd si ex constitutione ipsius ecclesiæ ille tenetur sacramenta administrare, quòd comprehendantur sub illa regula.

Hinc verò quæri potest, an omnia beneficia,
52 quæ in litteris Apostolicis appellantur vocabulo curæ iurisdictionalis, vel quibus animarum curam iurisdictionalem imminere, apponi solet, dicantur habere iurisdictionem, vel potestatem fori contentiosi. Respondendum est, non semper habere, sed id esse vsu in Cancellaria rece-
53 ptum ad euitandam subreptionem. Nam, quia per regulam Cancellariæ, de expressione quali-

Germon. de Indultis.

tatum beneficiorum in impetrationibus eorum cauetur, ita vt gratia censeatur nulla, si de qualitatibus illorum non sit facta mentio, videlicet, si dignitates, personatus, vel officia sint, eisq. cura immineat animarum, & ad illa consueuerint per electionem assumi, ac nisi huiusmodi qualitates affirmatiue, vel conditionaliter exprimantur, more, inquam, introductum est, vt in impetrationibus illorum beneficiorum, quorum qualitates iure communi exprimi debent, si nõ exprimuntur, gratia sit subreptitia, nam si dignitas est curata, debet de ea fieri mentio: item si est electiua, *clem.1.de præb.& c.cum in illis,eod. lib.6.* si verò illas non habent qualitates, quæ iure consueuerint habere, tunc exprimitur negatiua, & dicitur: non est curatum beneficium, non est dignitas electiua, non imminet ei animarum cura. Qualitates autem (vt superius ostensum 54
fuit) quæ iure insunt, si non exprimantur, gratia tamen non est subreptitia, vt si impetratur Archidiaconatus, non est necesse exprimere curam fori contentiosi, seu iurisdictionalem, quia Archidiaconus eam de iure habet, *c.1.& c.ad hæc, de offic. Archid. Felinus ad c.super litteris, n.8. de rescript.* nec huiusmodi cura inducit incompatibilitatem cum alio curato, *vt tenuit Rebuffus in prax.benef.in tert.par.signat. in verbo, etiam situationis, n.5.* nec gratia censetur subreptitia, si impetrans non expressit illam curam: sed subreptio iudicaretur, si non exprimeret esse dignitatem, propterea quòd consuetudo facit in aliquibus ecclesijs esse dignitatem, quæ non est in alijs, vt tradunt nostri *ad c.cum accessissent, de* 55
constit.& ad d.c. de multa, de præb. cautius tamen est, vt idem ait Rebuffus *ibid.n.6.* saltem conditionaliter exprimere per hæc verba: cui forsan cura imminet iurisdictionalis, ne de subreptione Bulla argui possit. Solet itaque Cancellaria hanc clausulam, cui forsan imminet animarum cura iurisdictionalis, apponere: quando dubitatur, an immineat, nam si non imminet, & apponatur, nihil nocet, quia verisimile est, Pa- 56
pam facilius concessisse simplex beneficium, quàm curatum, *cap. cui licet, de regul.iur.lib.6. decis. 73. de rescript. in antiq. facit & decis.14. de præben.in nouis, Rebuffus ibidem num.9.*

Summa ex §. Etiam ex eo.

1 *Facultas conferendi omnia, & quæcumque beneficia, non includit reseruata.*
2 *Reseruatorum etiam ratione mensium collatio requirit specialem mentionem.*
3 *Beneficia reseruata, quoquomodo vacent, dicuntur vacare in curia.*
4 *Beneficium vacans per priuationem factam in curia, contra absentem, non dicitur va-*

care in curia, secus, si contra præsentem.

5 *Beneficia reseruata ratione mensium æquiparantur vacantibus in curia.*

6 *Generalis reseruatio est, quæ prouenit ex dispositione iuris communis: specialis, quæ ex regulis reseruatorijs.*

7 *Generales reseruationes sunt perpetuæ: speciales exprimi debent.*

8 *Reseruationes aut generales, aut speciales exprimi debent.*

9 *Facultas conferendi omnia beneficia non comprehendit reseruata ratione familiaritatis.*

10 *Si in indulto non fiat mentio de beneficijs reseruatis, ex eodem conferri non poterunt.*

11 *Vbi requiritur specialis expressio, non sufficit generalis per quæcumque verba fiat.*

12 *Beneficia reseruata optari non possunt.*

13 *Consuetudo optandi non habet locum in resignationibus in manibus Papæ factis in fauorem certæ personæ.*

14 *Optio non datur in vacantibus per obitum.*

15 *Beneficia reseruata possunt optari per consuetudinem immemorabilem.*

16 *Consuetudo immemorabilis sufficit ad acquirendum specialiter Principi reseruata.*

17 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij, & legis.*

18 *Consuetudo rumpitur actu contrario.*

19 *Consuetudo optandi beneficia reseruata viget in ecclesia Taurinensi.*

20 *Prouisio Apostolica optioni quandoque cessit.*

21 *Romanæ Rotæ tribunal omnium exactissimum, atque integerrimum.*

22 *Indultum non obstat consuetudini optandi.*

23 *Indulta Cardinalium non augent facultatē collatiuam, sed tollunt impedimenta reseruationum, nisi habeant insolitas clausulas.*

24 *Cardinalis in indulto, quo ad collationem beneficiorum tenet locum Papæ.*

25 *Indultum extraordinarium Cardinalis, sede Apostolica vacante, expirat: secus ordinarium.*

26 *Indultum collatiuum non extenditur ad beneficia, in quorum possessione conferendi est alia persona.*

27 *Indultum non derogat consuetudini, seu statuto, quibuscumque sit clausulis munitum.*

28 *Papa supponitur in prouisione velle statutis derogare, in indulto minime.*

29 *Cum derogatur statuto, non intelligitur derogari statuto iurato.*

30 *Quæuis clausula non ampliat principalem dispositionem, sed confirmat, quod est in terminis iuris optandi.*

31 *Clausulæ derogatoriæ operantur tantum in his, quæ perimunt gratiam.*

32 *Si statutum impediat omnino effectum gratiæ, censetur sublatum per clausulam, non obstantibus.*

33 *Immemorabilitas temporis vim priuilegij Apostolici habet.*

34 *Indultum conferendi beneficia vacantia in aliqua diœcesi præfertur indulto conferendi vacantia per obitum familiaris.*

35 *Indultum extraordinarium non præualet indulto fauenti familiaribus.*

36 *Clausula generalis ad extraordinaria non extenditur.*

37 *Princeps præsumitur facilius habere notitiā ordinariorum, quàm extraordinariorum.*

38 *Præsumitur scienter derogatum ei priuilegio, cuius notitia certa habetur.*

39 *Ordinarium indultum fauorabile est: extraordinarium odiosum.*

40 *Indulto ordinario etiam vacantia per Cardinalis obitum conferuntur.*

41 *Cardinales sunt familiares Papæ, non continui commensales.*

42 *Clausula, aliàs, non importat maiora expressis.*

43 *Indultum est in præiudicium concedentis late intelligendum.*

44 *Cardinalis ex indulto beneficia familiarium Papæ reseruata iure confert.*

45 *Acolythatus datur etiam in priuilegium dignitatis, & tunc non est ordo.*

46 *Illegitimus etiam ad sacros ordines promotus dignitatis acolythatus incapax est.*

47 *Dispensatus ad acolythatum ordinem, non intelligitur dispensatus ad acolythatum dignitatem.*

48 *Dispensatio est stricti iuris.*

49 *Appellatione beneficiorum Abbreuiatorum de parco maiori, veniunt etiam beneficia Abbreuiatorum de minori.*

50 *Omnium Abbreuiatorum beneficia sunt reseruata.*

51 *Qui sint antiquiores Abbreuiatorum, incertum est.*

52 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda est.*

53 *Et minores, & maiores Abbreuiatores vnum collegium faciunt.*

54 *Magis, & minus non faciunt quid differre speciē.*

55 *Lex suapte natura ad futura extenditur.*

56 *Abbreuiatorum de maiori dicto standum est circa stylum curiæ, non autem de minori, cum iuris imperiti sint.*

57 *Scriptores Apostolici sunt summi Pont. et Apostolicæ Sedis notarij ex priuileg. Leonis V.*

58 *Dimissa scriptoria, finitur Protonotariatus ei annexus.*

59 *Pro-*

59 *Protonotariatus est dignitas perpetua durans etiam, si obtinens ea careat.*
60 *Cui nati sunt duodecim liberi, etiam si moriantur immunis est oneribus ciuilibus.*
61 *Reliquijs remanentibus, quamuis cesset causa, non cessat dispositio.*
62 *Dignius trahit ad se minus dignum.*
63 *Protonotariatus est dignior Scriptoria.*
64 *Priuilegium aliunde pendens tollitur, cum tollitur & illud à quo ipsum pendet.*
65 *Concessum alicuius qualitatis causa durat, quantum illa qualitas.*
66 *Causa conditiones regulat.*
67 *Protonotariatus non datur respectu personæ, sed Scriptoriæ.*
68 *Duo eandem rem eodem tempore possidere nequeunt.*
69 *Quod non exprimit Princeps, denegare videtur.*
70 *Concessio Principis absurdum non patitur.*
71 *Infinitas euitari debet.*
72 *Numero dignitas vilescit.*
73 *Doctoratus in Italia ex numero cōtemnitur.*
74 *Verba dubia subiectæ materiæ aptantur.*
75 *Scriptoria qualitas est successiua, non momentanea.*
76 *Iurisdictio est successiua, non momentanea.*
77 *Talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant.*
78 *Vestigia, & reliquiæ dignitatis faciūt honorarium, qui dignitatē habuit, & dimisit.*
79 *Honorarijs vacantes Prælati sunt: quod intellige inter pares.*
80 *Aduocati litterarum contemplatione plura habent priuilegia.*
81 *Honorarium cessat, cum officium pretio, aut suffragio obtinetur.*
82 *Cessat dignitas, cum officium coemptum dimittitur.*
83 *Plus meretur, qui virtute, quàm qui pecunia dignitatem acquirit.*
84 *Vestigia dignitatum ad reseruationem beneficiorum non sufficiunt.*
85 *Vbi dispositio considerat habitum, & actum, non sufficit solus habitus.*
86 *Cardinalis beneficium scriptoris Apostolici, qui scriptoriam dimiserit, non confert.*
87 *Protonotariatus scriptoriæ annexus, si scriptoria dimittatur, eam sequitur, atque euanescit.*
88 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, si sit momentanea.*
89 *Vbi remanent vestigia dignitatis, cessante causa, cessat dispositio in casibus à iure expressis.*
90. *Cessante causa, non cessat gratia Principis, nisi fuerit conditione qualificata.*
91 *Principum priuilegia nisi concessa propter certam causam sint, latam recipiunt interpretationem, aliàs restringenda.*
92 *Protonotariatus est dignior scriptoria, cū stat de per se, aliàs suum principale sequitur.*
93 *Protonotariorum beneficia semper Papæ reseruata.*

Etiam ex eo, quòd illa obtinentes aliquorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam viuentium, & in dicta curia præsentium familiares, continui commensales, seu Sedis Apostolicæ notarij, subdiaconi, acolythi, capellani, litterarum Apostolicarum abbreuiatores, scriptores, cubicularij, nuncij, prouentuum, & iurium cameræ Apostolicæ debitorum collectores, & subcollectores, seu quicumque alij curiæ, & Sedis prædictarum officiales, etiam sub diuersis constitutionibus felicis recordationis Pauli Papæ Tertij prædecessoris nostri, suorum, & pro tempore existentium Romanorum Pontificum familiarum, continuorum commensalium declaratorijs comprehensi præsentes, & futuri, quocumque nomine nuncupati fuerunt, seu ex quauis alia causa dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs.

§. Etiam ex eo.

ETIAM EX EO. Hic sanctissimus Papa potestatem dat beneficia conferendi, quæ reseruata 1 sunt per quatuor regulas Cancellariæ. Quare illud in primis admonere oportet: quòd facultas conferendi omnia, & quæcumque beneficia nō includit reseruata: *Rota decis. 3. de off. legat. in nouis, verbo dubitabatur, Gemin. ad c. si cui nulla, n. 8. de præb. lib. 6. Franc. ad c. 2. n. 3. eod. Paris. consil. 10. n. 4. vol. 4. Aeneas de Falcon. in tract. de reseru. benef. effect. 6. n. 9. Mand. in tract. signat. gratiæ tit. indultum conferend. reseruata, in prin. vbi omnes hoc expressè tenent: & secundum hanc opinionem respondit Lapus alleg. 84. num. 4.* Ratio est, quia 2 requiritur specialis, & expressa mentio ad hoc, vt in concessione conferendi beneficia veniant reseruata, *text. in cap. 2. de præbend. lib. 6.*

Et quamquam ille textus loquitur ratione vacationis in curia, & velit, quòd in concessione quantumcumque lata generaliter facta non veniat potestas conferendi dicta beneficia, nisi fiat specialis mentio: procedit tamen etiam in reseruatis ratione mensium, *vt per Franc. d. n. 3.* qui ait ibi poni vnum exempli gratia: siquidem omnia beneficia reseruata, si vacare contingat,
3 dicuntur vacare in curia, *Calder. cons. 9. de præb. Iacob. Simon. in tract. reser. benef. q. 30. n. 4.* siue per resignationem, siue per obitum vacent, *Caputaq. dec. 325. p. 3.* siue per priuationem fa-
4 ctam in curia, *Gambar. de leg. lib. 3. n. 124.* quod tamen intelligi debet, quando sententia lata est in curia contra præsentem personaliter citatum, defendentem se per seipsum, vel per procuratorem, non æque contra absentem, vel non verum contumacem. *Caputaq. dec. 327. ead. p. 3.*
5 *facit & dec. Pui. 356. n. 4. lib. 2.* Sic etiam beneficia reseruata ratione mensium dicuntur in curia vacare, quia æquiparantur beneficijs vacantibus in curia, *Lap. alleg. 96. Aeneas de Falcon. in d. suo tract. de reseru. benef. 2. effect.* Item si ponatur in litteris prouisionis decretum dimittendi obtentum, aliàs vacet eo ipso, ac si in indulto conferendi ponatur decretum, quòd prouisus teneatur expedire nouam prouisionem, aliàs beneficium vacet, & similia, quia in istis beneficijs datur reseruatio apud Sedem Apostolicã. Beneficia itaque generaliter, vel specialiter reseruata dicuntur vacare in curia, *glos. & Doct. ad clem. 1. vt lit. pend. nihil innou.*

Sed quæ sit reseruatio generalis, quæq. specialis, quæstionis est: de vtraque tradit idem Iacobus Simon. *eod. tract. q. 4. tit.* quòd qua-
6 druplex sit reseruatio. sed proprie loquendo generalis reseruatio dicitur illa, quæ prouenit ex dispositione iuris communis: specialis, quæ per
7 regulas est inducta. Generales sunt perpetuæ, speciales sunt temporales ad vitam Pontificis regulas edentis, *de quibus eleganter scribit Ca-*
8 *putaq. dec. 75. n. 3. 4. & 5. par. 3.* Siue igitur reseruationes sint generales, siue sint speciales, semper exprimi debent, *vt tenuit Rota in vna Florent. sanctæ Felicit. coram Fabro, 23. Decem-*
9 *bris,* 1547. vnde facta concessione conferendi omnia, & quæcumque beneficia non includuntur beneficia reseruata ratione familiaritatis, *vti aliàs fuit resolutum in vna Valent. 16. Martij,* 1543. *coram Ioanne Paulo.* Quare si in in-
10 dulto non fit mentio de beneficijs reseruatis, de
11 illis non potest intelligi: ratio est, quia quoties requiritur specialis expressio, non sufficit generalis per quæcumque verba fiat, *glos. ad cap. inquisitores, verb. expresse de hæret. lib. 6. text. in c. qui ad agendum, & c. qui generaliter, in princ. de procurat. eod. lib. 6.*

Sed an possint optari beneficia reseruata, du- 12
bitatio est, & verius est, non posse, siue specialiter, siue generaliter sint reseruata, *vt dicunt Petrus de Anchar. ad c. fin. n. 1. vers. quæro Papa, de consuet. lib. 6. & ibi Gemin. §. in conferendis, n. 3 Franc. n. 6. Probus n. 28. vers. non enim, Collect. ad c. ex tenore, n. 6. de concess. præb. Card. cons. 16. circa fin. Gemin. cons. 30. col. 2. vers. ad secundum, vbi hanc esse communem opinionem testatur, Rot. dec. 2. de consuet. in nou. dec. 1. n. 4. de rer. permut. in nou. dub. 2. Mohed. decis. 296. Milleus. in verb. consuetudo optandi non habet locum in beneficijs reseruatis, Lap. d. alleg. 84. n. 4. vers. quid ergo, Ferr. cons. 227. n. 4. lib. 2. Gig. de pens. q. 63. n. 9. Iacob. Simon. d. tract. de reseru. q. 45. & ibi Paul. Granut. Aeneas de Falcon. in eod. tract. q. 4. in princ. effect. 5. Cassad. dec. 4. n. 1. de concess. præb. vbi de communi attestatur, Paris. cons. 10. n. 5. vol. 4. Put. dec. 4. lib. 2. qui loquitur de reseruatis à Papa motu proprio, Caputaq. dec. 282. par. 2.* qui assueuerat consuetudinem 13
optandi non habere locum in resignationibus in manibus Papæ factis in fauorem certæ personæ:
quia consuetudo optandi non procedit, nisi 14
quando beneficia vacant per obitum.

Illud maiorem habet difficultatem, an bene- 15
ficia reseruata possint optari, stante consuetudine optandi reseruata? *Caldil. cons. 3. de consuetud.* contendit, posse, dummodo consuetudo sit legitime præscripta, *Caldil. sequitur Staph. tract. de litteris gratiæ secundum antiquam impressionem fol.* 101. Rationem illam afferunt: quia licet hæc consuetudo sit contra ius, est tamen rationabilis, & æqua, atque ideo potest legitimo tempore præscribi, etsi Aeneas de Falcon. *d. tract. de reseru. in d. 5. effect. col. pen. vers. est bene verum,* Caldilinum reprehendit, quòd nimis audacter sit loquutus, & quòd curia non reciperet dictum suum propter generalitatem, *d. c. 2. de præbend. lib. 6.* Rota tamen *in vna Bonon. optionis, die 9. Ianuar. 1579. coram R. P. D. Lancellotto, nunc meritissimo Cardinali, quam*
aliàs citaui, tenuit, posse optari, si consuetudo, 16
qua optatur, excedat hominum memoriam, & mouebatur Rota: quia immemorabilis consuetudo sufficit ad acquirendum etiam specialiter reseruata Principi, *c. super quibusdam, §. præterea, de verb. signif. Abbas ad c. cum nobis, de præscript. p. 2. tertiæ partis, q. 6. Ferret. cons. 141. n. 3. lib. 1. cum alijs, de quibus per Gabriel. de præscr.*
cons. 1. num. 3. vers. tertiò amplia. Habet siqui- 17
dem immemorabilis consuetudo vim priuilegij, & legis, *vt late diximus nos c. 12. nu. 33. cum seqq. lib. 3. de Sacrorum Immunitatibus, & supra ad §. in quibuscumque.*

Ad illud verò dubium, quod aliqui ex doctissimis Auditoribus mouebant, videlicet, immemora-

mora-

Digitized by Google

morabilem consuetudinem optandi reseruata nó posse probari, ex quo singuli Romani Pontifices renouant regulam de mensibus reseruatis, per quam interrupta videtur ista immemorabilitas, quia quando fuit inchoata, fuit interrupta per dictam regulam: nec potest tempus vnius Papæ coniungi cum tempore alterius stante interruptione, *Soc. ad l. mihi & tertio, §. in legatis, post princ. ff. de leg.* 1. dicit Lancellottus nihil fuisse resolutum: mihi tamen mirifice placet ratio, quam idem ex *Caldil. d. conf. 3. col. fin. in*
18 *vers. ad aliud verò*, adducit, quòd ad inducendam interruptionem opus est, quòd interueniat aliquis actus dictæ consuetudini contra-
19 rius. Viget huiusmodi consuetudo in nostra Metropolitana Taurinensi ecclesia, ita vt cum aliquis interdum contra talem consuetudinem à
20 Gregorio decimo tertio fel. record. canonicatū, vnà cum præbenda obtinuisset, & antiquior illius gradus canonicus præbendam per obitum alterius canonici optasset, hic contra illum obtinuit, præsertim in possessione, etiam in hac
21 Romana Rota omnium, quotquot sunt, tribunalium exactissima, & integerrima: de petitorio nihil actum est, nam impetrans acquieuit, & dispositioni pontificiæ renunciauit, quòd sibi nullum ius suffragari animaduerteret.

22 Ex his alia suboritur quæstio: an indultum Cardinali nostro de Runere concessum de conferendis beneficijs vacantibus in sex, vel octo mensibus reseruatis Papæ vigore regulæ Cancellariæ, obstet, quominus reseruata à canonicis Taurinensibus possint optari virtute dictæ consuetudinis immemorabilis: & dicendum est, non obstare, prout resolutum fuit in Rota coram dicto Illustrissimo Card. Lancelloto *in d. illa Bonon. optionis*, quia indulta huiusmodi, vt sæpius dictum est, non ampliant facultatem conferendi, quam habent ordinarij in suis ecclesijs, sed remouent duntaxat impedimenta, & obstacula reseruationum, quibus impediebātur, quominus libere ipsi conferre beneficia ad eorum collationem de iure spectantia possint. Namque sublatis de medio reseruationibus, non posset Cardinalis indultum habens conferre beneficia, quæ vigore dictæ consuetudinis immemorabilis possunt optari, *d. c. vlt. de consuet. lib. 6.* quemadmodum nec ea, in quorum collatione consensus capituli requiritur, vt Rota obseruat, & tenet, *testimonio Caputaq. dec. 283. n. 2. p. 2.* ergo minus poterit cōferre vigore indulti, quod non auget facultatem, sed tantum remouet obstacula, & impedimenta. Hodie verò nulla videtur superesse difficultas, cum Regula 8. §. *ac consuetudines*, expresse deroget consuetudinibus, etiam immemorabilibus optandi maiores, & pinguiores præbendas, ac priuilegijs, & indultis Apostolicis circa ea concessis. Ita quoq. fuit resolutum coram Seraphino die 1. Augusti 1602. *in vna Capuana inter Illustrissimum, ac laudatissimum Cardinalem Bellarminum tunc Capuanorum Archiepiscoporum, eiusque Capitulum, & canonicos,* qui defendebant, locum esse prędictæ immemorabili consuetudini priuatiue, quoad Cardinalem, quoniam haberet vim legis, & priuilegij ita, vt possit quicumque titulus allegari iuxta *cons. Federici de Senis 274.* & ea, quæ fuerunt deducta; etiam, quia indulta, vt sæpius dictum est, non augent facultatem conferendi, quæ competit ordinarijs collatoribus, sed tollunt duntaxat obstacula reseruationum, quæ dictam facultatem impediunt, Cassador. *decis. 3. de priuil.* Mobed. *decis. 8. eod. tit.* Vnde, cùm Ordinarius non possit impedire ius optandi canonicatus, & præbendas ad suam collationem spectantes, existente immemorabili consuetudine, per Indultum redit ad primum ius conferendi, sed cum eadem qualitate, saluo, scilicet, iure optandi. Dicebant etiam tertio loco, quod allegata Regula octaua non comprehendebat Cardinales ordinarios collatores; quare, cùm per Regulam non læderetur ius conferendi eis competens, nec prodesse poterat derogatio, quæ solum respicit fauorem Papæ reseruantis sibi collationem octo mensium, non tamen in ecclesijs Cardinalium: & sic, cessante reseruatione, cessat etiam derogatio, fauore reseruationis apposita, videlicet, ne per optionem impediatur. Quibus tamen non obstantibus, pro Cardinali Archiepiscopo fuit resolutum. Cardo autem huius dubij verti videbatur in eo, quòd Indulta non ampliant ordinariam facultatem, sed remouent tantùm reseruationum impedimenta: quæ regu- 23
la, licet vera sit, non tamen procedit generaliter, & indistinctè in omnibus Indultis, vt Rota interpretatur teste Cassadoro *d. decis. 3. in fin.* hoc est, quando inest aliqua clausula insolita, in qua aliquid vltra detur. Tenor enim indulti inspiciendus est, *cap. porrò, de priuileg.* at in indulto sunt illa verba: *Decernentes, affectiones, reseruationes, regulas, constitutiones, ordinationes, decreta, &c. quoad impediendum te* (Cardinalem, scilicet) *quominus in præmissis, tam ordinaria auctoritate, quàm concesso tibi per præsentes indulto, vti valeas,* nullatenus se extendere, prout etiam habetur in hoc nostro Indulto, vt videre est *in §. Alioquin infr. eod.* vnde, ponderatis verbis; *tam ordinaria auctoritate, quàm concesso tibi Indulto*, manifeste apparet, per Indultum non esse simpliciter remotum obstaculum, & restitutam ordinariam auctoritatem de iure communi competentem, sed datam maiorem facultatem, vigore Indulti beneficia conferendi. Siquidem dictiones, tam, & quàm, inter diuersa

ponun-

ponuntur, *l. vxori in princ. l. hoc legatum. ff. de leg. 3.* Cùm ergo & ordinaria auctoritate, & vigore Indulti possit Cardinalis beneficia conferre, si ordinaria non sufficit auctoritas ad impediendam optionem, saltem vigore Indulti im-
24 peditur, quo Cardinalis positus videtur in locum Papæ respectu eorum, ad quæ non extenditur ordinaria facultas, nulla enim ratione conceduntur Indulta, nisi, vt, quod per reseruationes aufertur, per Indulta restituatur. Quòd, si diceremus, Cardinalem ordinarium collatorem hanc non habere facultatem, illud vtique sequererur absurdum, quòd, si Papa alicui Cardinali in aliena diœcesi Indultum concederet, (quod extraordinarium, seu superindultum diximus appellari) sub eadem comprehensione reseruatorum per Regulam octo mensium, absque dubio optio locum non haberet, cum non ex sua persona, neque ex ordinaria auctoritate, sed, tamquam repræsentans personam Papæ, competeret ei ius conferendi reseruatum vigore Regulæ octo mensium, sicque melioris esset conditionis Cardinalis extraordinarium habens Indul-
25 tum, quàm Cardinalis ordinarius collator, cùm tamen huius Indultum sit fauorabile, illius verò odiosum, & consequenter sit restringendum, quod, &, Sede Apostolica vacante, expirat, non tamen ordinarium. *Caputaq. decis. 307. lib. 1. manuscripto.* Neque verisimile est, Papam concessione Indulti renouare voluisse ius optandi per Regulam octo mensium sublatum, cùm eius intentio fuerit faciendi actum fauorabilem Cardinali, non autem Capitulo, & intentio agentis est in hoc attendenda, quæ fuit concedendi Cardinali, quod ipse habebat in huiusmodi reseruationum collatione. Ita ego quoque pro parte eiusdem Illustriss. Cardinalis Bellarmini respondi, nec aliter responderi posse iudico. Ad ea verò, quæ pro Capitulo adducebantur, quòd, scilicet, optio ex immemorabili consuetudine ei competeret, respondebatur, non haberi legem apertam indulto specialiter derogantem, ideo frustra opponi. Nec obstare, quòd indulta non amplient facultatem conferendi, sed remoueant tantùm obstacula reseruationum, quia Indultorum vis ex forma concessionis pendet, quæ dat esse rei, & est diligenter obseruanda *d. c. porrò, de priuileg. & d. decis. 3. apud Cassad. eod. tit. de priuileg.* Ad opposita vltimo loco, nempe, Cardinales præallegata regula minime comprehendi, respondebatur, id verum esse, sed non esse applicandum casui nostro, non enim confert Cardinalis iure ordinario, sed Apostolica auctoritate vigore Indulti id expresse declarantis: vnde apparebat, locum non esse optioni, cùm non solùm sublata sint impedimenta, sed, vigore Indulti etiam translata in Cardinalem, quæ priùs Papæ ex reseruatione competebant. Quibus aptari possunt, quæ *supra ad §. regularia, versic. sed difficultas est*, diximus, vt indultum Cardi- 26
nalis de conferendis beneficijs ad collationem suam de iure spectantibus non comprehendat beneficia, in quorum possessione conferendi alius est, & si de iure collatio spectaret ad eum, ex quo sunt in sua diœcesi, *Puteus decis. 206. lib. 1. Caputaquen. d. decis. 283.*

Quæro insuper, an indultum deroget consue- 27
tudinibus, & statutis, si in ipso indulto appositæ sint clausulæ, in quibus derogatur consuetudinibus, statutis, qualibet auctoritate confirmatis, etiam si essent necessariæ generales, specialesq. derogationes, cum clausula, quorum tenore &c. ac aliæ similes clausulæ apponi solitæ, *Rota in d. Bonon. optionis* tenuit, non derogare: nam licet huiusmodi clausulæ in prouisione Papæ appositæ derogent ipsis consuetudinibus, & statutis etiam ab ipsa sancta Sede confirmatis: in indultis tamen appositæ nihil operantur vltra dispositionem principalem. Ratio diuersitatis est, 28
quia Papa in sua prouisione intendit derogare consuetudinibus, & statutis, etsi scribit Felinus 29
ad cap. nonnulli, in princ. num. 10. versic. nota quartò, de rescript. quòd si dicatur, non obstantibus statutis, non intelligitur de statutis iuratis, vel per Papam confirmatis, nisi exprimatur, non æque in indulto: siquidem indulta, vt sæpius dictum est, nihil aliud continent, nisi quòd remouent obstacula. Sic etiam dictæ clausulæ non 30
possunt operari, quòd per eas amplietur, aut alteretur principalis dispositio indulti, cum confirmetur duntaxat, & conualidetur *iuxta cle. 1. de concess. præbend. Decius consil. 2. nu. 10. Caldil. consil. 3. de consuetud.* quod est in terminis iuris optandi. Hinc est, quòd nostri asserunt, clausu- 31
las derogatorias solum operari in his, quæ perimunt gratiam, *Felinus ad d. cap. nonnulli, d. n. 10. versic. nota tertiò,* quòd si statutum impedit to- 32
taliter effectum gratiæ, censetur sublatum per dictam clausulam, non obstantibus. Sed si non tollit, sed differt, tunc non censetur sublatum: vnde oportet dicere: Non obstantibus statutis, per quæ nostra concessio impediri, vel differri potest, *ita quoque Sarn. in proœm. regular. Cancellariæ, q. 5. num. 6. versic. quod etiam, circa med.* Atqui principalis indulti dispositio est ea, vt Cardinalis possit conferre in omnibus mensibus, prout poterant omnes ordinarij ante regulam octo mensium: sed de iure non poterat Cardinalis, nec alius ordinarius conferre, vt in proxima præcedenti quæstione actum est, ea beneficia, in quorum quasi possessione alius erat: ita etiam dici potest de optione, vt conferre non valeat ea beneficia, in quorum quasi possessione alius existit ab immemorabili tempore, quæ immemo-

Digitized by Google

memorabilitas operatur vim priuilegij Aposto-
33 lici, legis, & fundationis, quibus Cardinales
non possunt derogare.

His ita de reseruationibus peractis, videa-
mus, quomodo Cardinales vigore indultorum
possint conferre beneficia vacantia per obitum
familiarium S.R.E. Cardinalium viuentium, vt
in Bulla continetur, cum Cardinales hoc singu-
lare habeant priuilegium, vt soli beneficia suo-
rum familiarium conferre valeant: alioquin non
tenet collatio, etiam ab ipso sanctissimo Papa
facta, nisi ipsius Cardinalis accedat consensus, si
in curia fuerit, si verò absens, quòd impetrans
teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius
Cardinalis, cuius familiaris morte vacat benefi-
cium, *regul. de impetr. benefic. vacant. per obitum*
34 *famil. Cardin.* In qua dubitatione fuit in Rota
resolutum, *teste Caputaq. decis.* 83. *part.* 2. præ-
ualere indultum Cardinalis habentis collatio-
nem in aliqua diœcesi indulto Cardinalis ha-
bentis facultatem conferendi beneficia vacan-
tia per obitum suorum familiarium. Ratio est,
quia quando Papa concedit indultum Cardina-
li, vt possit conferre beneficia in aliqua diœcesi
vacantia, videtur velle præiudicare Cardinali-
bus respectu familiaritatis, *argum. eorum, quæ
notat Cassad. decis.* 1. *de priuileg.* non enim igno-
rat Papa, Cardinales habere priuilegium confe-
rendi beneficia vacantia per obitum suorum fa-
miliarium: proinde cum hoc sciat, vult, & inten-
dit eis præiudicare alterius indulto. Regula au-
tem illa, *de impetr. benefic. vacant. per obitum
famil. Cardinal.* locum habet in ijs diœcesibus,
35 in quibus Cardinales non habent indultum, vel
habent extraordinarium, in quo non est appo-
sita clausula, vt possint etiam conferre benefi-
cia vacantia per obitum familiarium S. R. E.
Cardinalium. Et ex his videtur dari posse ex-
ceptio ad regulam, quam constituit *Sarnens. in
proœm. regul. Cancell. q.* 5. *versic. & hoc vlterius:*
vt per clausulam, non obstantibus constitutio-
nibus, &c. non censeatur in dubio derogatum,
nisi constitutionibus ordinarijs, non autem ex-
traordinarijs, cuiusmodi sunt extrauagantes, &
36 regulæ Cancellariæ. Nam clausula generalis ad
extraordinaria non refertur, *vt est textus in l.
scio, §. medio, ff. de ann. legat. Oldrad. consil.* 129.
Andr. Sicul. consil. 18. *col.* 1. *& consil.* 21. *col.* 6. *&
consil.* 26. *col.* 9. *lib.* 2. *cum alijs per Decium addu-
ctis ad cap. inter cætera, num.* 21. *de appellat.* Hu-
37 ius rei ratio est, quia Princeps præsumitur diffi-
cilius habere notitiam talis iuris extraordinarij,
seu extrauagantis, quàm iuris ordinarij, vt no-
tant nostri *ad cap. pastoralis, de fid. instrum.* At
verò cum derogat iam dictæ regulæ, *de impetr.
benefic. vacant. per obitum famil. Cardinal.* licet
38 deroget regulæ Cancellariæ, quæ est extraordi-
naria, quia tamen præsumitur habere notitiam
huius specialis constitutionis, seu priuilegij, quo
& ipse dū Cardinalatus fungebatur officio, vte-
batur, aut vti potuit, dicitur scienter derogasse.

Præterea, si hoc babet locum in indulto ex-
traordinario, *vt ait Caputaq. d. decis.* 83. multò
magis habebit locum in ordinario, cum hoc sit
fauorabile, illud verò odiosum. Vnde ipse in ea 39
sum sententia, vt existimem Cardinalem ordi-
narium collatorem, etiam si in indulto non ad-
sit clausula, vt possit conferre beneficia vacan-
tia per obitum familiarium Cardinalium, valeat
conferre, si huiusmodi beneficia vacantia ad eius
ordinariam collationem, & prouisionem specta-
uerint: quoniam indulta concessa, vt aliàs di-
ctum est, Cardinali, ordinariam collationem ha-
benti restituunt, id, quod per regulas, & extra-
uagantes ordinarijs fuerat ablatum, & reducun-
tur ad iuris communis dispositionem, & ad suam
pristinam naturam, atque ideo dicuntur esse fa-
uorabilia, *Roman. consil.* 318. *glos. ad cap. statut.
versi. numerandum. de præbend. lib.* 6. *Bartolus ad
l. si constante, col.* 5. *ff. solut. matrim. Crauet. consil.*
135. *num.* 38. *lib.* 1. *ita etiam tenet Rota, vt con-
stat in vna Salamant. coram R.P.D. Seraphino
Oliuario, iurisdictionis,* 14. *Maij* 1576. *decis.* 215.
in princ. lib. 1. *qua de re late diximus & nos su-
pra ad §. regularia, versic. si verò aliquis, in fine,
vbi agitur, quæ dicatur dispositio fauorabilis,
quæq. odiosa, quæ extendi, & quæ restringi debeat.*

Ex qua sane ratione non solum Cardinalis 40
indultum ordinarium babens potest conferre
beneficia per obitum familiarium Cardinalium
vacantia, sed etiam ea, quæ vacauerint per obi-
tum ipsorum Cardinalium, quia Cardinales, li- 41
cet sint familiares Papæ, *Oldrad. consil.* 48. non
sunt tamen continui commensales, *vt not. ad c.
vlt. de verb. signific. lib.* 6. *Petrus de Anchar. consil.*
398. *Crescent. decis.* 3. *nu.* 2. *de priuileg.* & quam-
uis dubitari non immeritò posset, quòd cum in
indulto fiat mentio de pluribus officialibus, non
de Cardinalibus, ac sint maiores, & speciali no-
ta digni, non intelligantur venire, ex notatis *ad
cap. sedes, de rescript. & per Felin. ad cap. ad au-
res, versic. sexta conclusio, eod. de rescript.* quibus
etiam conuenit, quòd de clausula, aliàs, dici so- 42
let, vt non possit importare maiora expressis,
Alex. consil. 119. *nu.* 6. *& consil.* 204. *num.* 4. *li.* 2.
*Illustriss. Aldobrandinus in vna Pharen. pensio-
nis, die lunæ,* 21. *Maij* 1576. *quæ est hodie im-
pressa, part.* 1. *decis. Diuers. decis.* 217. *nu.* 2. *&* 7.
maximè, quia in diuersis similibus à casu expres-
so, non fit extensio, etiam ex maioritate ratio-
nis, *Crauetta cons.* 6. *num.* 11. *lib.* 1. *Caputaquen.
decis.* 85. *num.* 2. In fauorabilibus tamen commu-
nis est opinio, *teste Crescent. in d. decis.* 3. *nu.* 3.
& 4. quòd comprehendantur Cardinales. Ratio
fuit,

Digitized by Google

43 fuit, quia indultum in præiudicium concedentis est late intelligendum, *uti pluribus tradit Felin. ad cap. causam, quæ, num. 4. versic. limita sexto, & num. 7. versic. limita hæc, de rescript.* Deniq. cum ordinarius possit de iure communi conferre beneficia omnium, & quorumcumque, & non impediatur, quominus possit conferre beneficia, quæ Cardinalis, dum in humanis ageret, obtinebat, nisi per regulas, & extrauagantes, ac cum Papa in indulto velit, Cardinalem posse conferre regulariter, tolluntur impedimenta, & res reuertitur ad suam pristinam naturam: atq. ideo mirum non est, si Cardinalis beneficia alterius Cardinalis valeat conferre, *Crescent. decis. 3.*
44 Per reg. Cancell. primam, *& extrauag. ad regimen, de præb.* sunt reseruata beneficia familiarium Papæ, & Sedis Apost. officialium, sed tamen vtraque non obstante, voluit Pontifex, à Cardinalibus ea conferri posse. Qua in re non est, cur plurimum laboremus, cum abunde satis de his sermonem habeat Quintilianus Mandos.
45 *ad d. regul. 1. q. 5. 6. ult. & fere per tot.* Sed quod ad verbum acolythi attinet, de quo in eadem regula, scire oportet, quòd iste acolythatus est diuersus ab illo, qui confertur alicui nomine officij acolythatus, qui est vnus ex septem ordinibus ecclesiasticis, appellaturq. aliàs ceroferariatus, & cum eo non facit incompatibilitatem, quia non est ordo, sed datur in priuilegium exemptionis, dignitatis, honoris, vel præeminentiæ, *Caputaq. decis. 9. part. 1.* Hinc dubitatur, an ille, qui est illegitimus, & ad omnes etiam sacros ordines fuit dispensatus, possit acolythatum, prout dignitas est, non ordo, absque alia dispensatione obtinere: Rota tenuit, non posse, *Caputaquen. d. decis. 8. ead. part. 1.* siquidem illegitimus est incapax honoris, & dignitatis:
46 quòd si qualitas ista esset expressa, nulli dubium est, quin Papa, vel non concessisset, vel difficilius concessisset, *cap. super litteris, & cap. postulasti, de rescript.* Nec obstat, quòd fuerit dispensatus ad omnes ordines, quibus continetur acolythatus, quia, vti dictum est, acolythatus, qui confertur in modum priuilegij, exemptionis, & honoris, non comprehenditur sub illis ordinibus, sed habetur vt dignitas, & presbytero conferri po-
47 test, *d. decis. 9. nu. 3.* atque ideo, si quis ad vnum fuerit dispensatus, non intelligitur dispensatus ad alium, cum dispensationes sint stricti iuris, &
48 non trahantur in consequentiam, *Oldrad. cons. 9. & dixi supra ad §. necnon quarumcumque, vers. quinimmo electus, in fine.*

De Abbreuiatoribus illud quoque adnotare placuit, quod maxime ad tractatum facit, præsertim pro ijs, qui indultum extraordinarium habent, ratione cuius non possunt conferre beneficia ad ordinarij collationem, & prouisionem spectantia: videlicet appellatione beneficiorum 49
Abbreuiatorum de parco maiori, veniunt etiam beneficia Abbreuiatorum de parco minori: vt quemadmodum, inquam, beneficia Abbreuia- 50
torum de parco maiori, ita & beneficia Abbreuiatorum de parco minori sint reseruata, *& sic fuisse in Rota tentum scribit Puteus decis. 240. lib. 1.* Sed an Abbreuiatores de maiori sint anti- 51
quiores Abbreuiatoribus de minori, quæstionis est: propterea quòd extrauagans Benedicti duodecimi, *ad regimen, de præbend. inter communes,* nec de maiori, nec de minori specialiter loquitur, sed generaliter: Mandosius *ad d. reg. 1. q. ult.* videtur sentire, antiquiores esse, qui de minori dicuntur, Rota verò contra *d. dec. 240.* sed quidquid sit, vtrorumque beneficia sunt reseruata: quia cum lex generaliter loquatur, generaliter 52
intelligi debet, *l. in generalibus, ff. de regul. iur. l. si quid earum, §. inter emptum, & l. item legato, ff. de legat. 3. cap. deliberatione, § prohibemus, cum gloss. in verbo, specie, & ibi Gemin. in primo not. de offic. legat. lib. 6. Crauet. consil. 118. num. 13. lib. 1.* vel ob id nimirum, quia Abbreuiatores de 53
maiori, & minori vnum duntaxat faciunt collegium, & non differunt, nisi in solutione portionis, & maius, & minus non faciunt quid differre specie, *l. fin. de fide instrum.* & maiori semper 54
inest minus, *l. inter stipulantem, §. 2. l. diligenter, in fin. ff. verb. obligat. cap. ex parte tua, de decim.* Et licet isti, vel illi non contineantur in illa extrauaganti *ad regimen*, tamen quia alij Pontifices fecerunt similes reseruationes, quo tempore creuerat Abbreuiatorum numerus, regula illa prima amplectitur omnes Abbreuiatores, cum 55
legis natura sit, vt extendatur ad futura, *vt late differuimus cap. 3. lib. 1. Animaduers. tam iuris ciu. quàm pontif.* verumtamen cum dicimus Abbreuiatorum relationi, seu dicto standum esse, 56
vt in decis. 72. num. 3. part. 1. Caputaquen. dico, intelligi de Abbreuiatoribus de maiori, non æque de minori, quia isti, vt plurimum, sunt iuris ignari, illi periti: & in stylo curiæ perquam exercitati: quia & litteras Apostolicas conficiunt, reuident, mutant mutanda, addunt addenda, & vt stylus curiæ expostulat, omnia perficiunt.

De Scriptoribus maior dubitatio est, nam 57
Leo quintus, & alij subsequentes Romani Pontifices Scriptoribus Apostolicis plura concesserunt priuilegia, & in specie, vt omnes, & singuli Scriptores tam præsentes, quàm futuri sint sui, & Apostolicæ Sedis notarij: & in alio vers. habetur, Scriptores omnes pro tempore existentes fecit suos, & Sedis Apostolicæ notarios. Hinc nascitur difficultas non mediocris, an ille, qui habuit Scriptoriam Apostolicam, & dimisit, ob istam dimissionem desinat esse Protonotarius, sicut desinit esse Scriptor, ita vt beneficium, quod

quod obtinebat, intelligatur reseruatum, vel non: nam si sit reseruatum, dicimus, Cardinalem vigore indulti extraordinarij conferre illud posse, sin secus prouisio spectat ad ordinarium collatorem, Rota *in vna Ispalen. beneficij, die*
58 *Lunæ, 14. Ianuar. 1572. coram R.P.D. Robusterio, nunc dignissimo Oriolensi Episcopo, quæ hodie est impress. in prim. part. Decision. Diuersorum, decis. 70.* tenuit, propter dimissionem Scriptoriæ Apostolicæ finiri, & protonotariatum, & beneficium non esse reseruatum Apostolicæ dispositioni: quod intelligi debet, si vacauerit in mense ordinarij. Sed non ab re fuerit hic nonnullas afferre rationes, quibus Rota ad illud ita determinandum mota fuit, idque in gratiam eorum, qui decisiones Rotales non habent. Primo namque aspectu contrarium videbatur decidendum: quia protonotariatus, ratione cuius beneficium
59 dicitur affectum, est dignitas, *l. eos, & ibi Ioan. de Plat. & Iacob. Rebuff. in princ. C. de excusat. muner. lib. 10. idem Plat. ad l. 2. num. 1. C. de prim. lib. 12. Gomes. in proœm. regul. q. 1. Cassan. in catal. glor. mund. part. 4. consider at. 29.* & est dignitas perpetua, quæ etiam dimisso officio durat, & perpetuatur, *d. l. eos, text. expressius in l. eam legem, in fine, C. eod. de excusat. muner.* Secundò, qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. vbi Bartolus cum alijs per Dec. consil. 24.* & sic videtur sufficere, quod qualitas
60 Scriptoriæ adfuerit ab initio, licet non durauerit, vt in eo, qui cum semel duodecim habuerit filios, quorum natiuitate solet pater excusari à muneribus ciuitatis, *l. si quis decurio, vbi not. Bartol. C. de decur. lib. 10. & l. 1. C. qui numero liber. cod. lib. 10.* & si ex ijs aliquis decesserit, vel etiam ex ijs plures, quoad vixerit pater, immunitate ab oneribus ciuilibus gaudet, *Decius d. consil. 24. Doct. & præsertim Iason ad l. sciendum, §. si fund. num. 3. cum seqq. ff. qui satisdar. cogant. late Roland. à Valle consil. 52. num. 45.*
61 *cum seqq lib. 2.* Tertiò facit, quòd vbi remanent reliquiæ aliquæ, tunc cessante causa, non cessat dispositio, *Ioan. Andr. & alij, ad regul. decet. de regul. iur. lib. 6. Dec. ad cap. cum cessante, num. 4. de appellat. Iason ad d. §. si fundum, num. 8. ex l. vlt. ff. de decur. l. 4. ff. rer. amot.* Quartò accedit, quòd cessante causa, non debet cessare gratia creationis protonotariatus, quæ semel habuit suam perfectionem, & transtulit plenum ius in acquirentem, *l. fin. in princ. ff. vnde liber. cum alijs per Bart. ad l. secundam, §. fin. circa fin. de donat. Dec. ad d. cap. cum cessante, num. 3. de appell.* Quintò dubitationem mouebat illud, quod passim in medium afferri solet, nempe, in huiusmodi priuilegijs Principum faciendam esse latissimam interpretationem, *l. final. de constitut. Princip.* Vltimò quod dignius est trahit ad se 62
quod minus est, *§. si quis in aliena, Instit. de rer. diuis.* & principale trahit ad se accessorium, *regul. accessorium, de regul. iur. lib. 6. l. in argento, in princ. ff. de auro, & argent. legat.* sed protonotariatus est dignior scriptoria, quæ etiam videtur esse accessoria ad protonotariatus dignitatem, ergo cessante scriptoria, non videtur cessare dignitas protonotariatus. 63

Atqui Rota melioribus fulta rationibus contrarium verius putauit: nam in priuilegio scriptorum Sedis Apostolicæ haud obscure constat, qualitatem scriptoriæ qualificare protonotariatum, cum sint in eadem oratione, & ab eodem verbo regantur, *Oldrad. consil. 8. Socin. consil. 27. num. 13. & 18. in 4. Decius consil. 92. colum. fin. versic. quinto in proposito, Paris. consil. 72. nu. 35. cum seqq. lib. 4.* Et scriptoria est causa inductiua, & conseruatiua dignitatis ipsius protonotariatus in personis scriptorum, qua cessante causa, semper cessare dicitur dispositio, *Bald. in repet. l. 2. col. 7. versic. viso vnde nascatur, ff. de iureiur. Socin. consil. 241. num. 7. versic. nono comprobatur, in 2. Felin. ad c. qua in eccles. num. 19. de constitut. Tiraquell. in tract. cess. caus. limit. 35. nu. 2. & in littera, O, in verb. officij causa, n. 193.* Ideo cum priuilegium competit ratione alterius, 64
si tollitur vnum, tollitur & aliud, *Bartolus ad l. Gallus, §. & quid si tantum, col. 3. in princ. versic. præterea posito, ff. de liber. & posthum. Socinus consil. 15 c. col. 7. num. 17. vers. sexto confirmatur, in prim.* & vbi Princeps concedit aliquid respe- 65
ctu alicuius qualitatis, eatenus videtur concedere, quatenus durat illa qualitas, *Cuman. & alij ad l. ex facto, n. 3. ff. de vulg. & pupill. substit.* Et quòd scriptoria sit in personis scriptorum qualitas inductiua protonotariatus, id deducitur ex coniecturata mente disponentis, à quo totum hoc pendet, *l. 2. §. inuito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. idq. declarant Bald. ad l. humanit. nu. 28. C. de impub. & alijs substit. & alij, qui citantur d. decis. 70. num. 3.* Quam verisimilem intentionem primò colligunt à causa, propter quam fuit apposita huiusmodi quali- 66
tas: nam causa est, quæ regulat conditiones adiectas, *Bald. ad l. generaliter, num. 5. cum seq. C. de Episcop. & cleric. Aret. ad l. in substitutione, nu. 5. col. 3. ff. de vulg. & pupill. & alij ibid. citati.* Sed causa, propter quam in protonotariatu huiusmodi est adiecta qualitas scriptoriæ, fuit non intui- 67
tu personarum, de quibus Papa ibi nullam habet notitiam, cum referat se ad præsentes, & futuras, *l. qui filiabus, & ibi notat. ff. de legat. 1. cum alijs per Soc. consil. 73. nu. 20. in fin. lib. 4.* Sed contemplatione officij, vt officium ipsum scriptoriæ haberet hanc dignitatem, & plures gratias, & prærogatiuas, quibus mediantibus efficeretur

melioris conditionis: nam cum protonotariatus sit dignitas, vti superius ostensum est, voluit Princeps protonotariatum huiusmodi stare, non de per se principaliter, sed consecutiue, & accessorie ad officium scriptoriæ, & illi esse annexum, *ex notat. per Innoc. ad cap. de multa, col. fin. ante fin. de præbend. Ioan. de Plat. ad l. cum legem, post princ. C. de dignit. lib. 12. Socin. & alij ad rubr. de legat. 1. Petrus de Perus. in tract. de vnion. cap. 1.* Quæ causa licet non sit expressa, tamen cum hæc sola præsumi, & coniecturari possit, secundum hanc dispositio regulari debet, *Curt. sen. consil. 80. col. 2. post med. Decius ad cap. suggestum, num. 1. vbi communem esse testatur, de appellat.* Quare cum causa ista influat in ipsam rem principaliter, & non in personas, dignitas protonotariatus videtur esse causa consecutiua, atque realis, & sequi suam causam inductiuam, & ipsum officium, *vt notant omnes ad l. sordidorum, C. de excusat. muner. lib. 10.* à quo non potest separari præter intentionem concedentis, *Bald. ad l. si prædium, num. 4. ante fin. C. de ædil. act. & alij, quos citat Craueta consil. 170. num. 6. lib. 1.* Idcirco dimisso scriptoriæ officio, extinguitur, & finitur illa dignitas in persona dimittentis, qui remanet vt priuatus, & dignitas
68 transit ad alium cum officio: quod & ratio ciuilis suadet, & naturalis, ne duo eodem tempore eandem rem possideant, *argument. l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. commod.*
69 Secundo hæc verisimilis mens ex eisdem facultatibus deducitur: in quibus vbi concedens vult, quòd priuilegia durent dimisso officio, id exprimit, vt patet in facultate testandi, quam solet dicere velle durare, etiam dimisso officio: in alijs verò casibus iure communi, & ordinario non comprehensis, ac de quibus expressam non faciat mentionem, clare denegare, *l. cum prætor, ff. de iudic. l. maritus, C. de procurat. l. vnica, §. sin autem ad, C. de caduc. tollen. cap. ad audientiam, de decim.*
70 *cum alijs similib.* Tertio, quia Principis gratia, seu concessio interpretanda est ita, vt inde non oriatur absurdum, aut aliquid, quod à sapientibus reprehendi possit, *d. l. ex facto, vbi Cuman. & alij, ff. de vulg. & pupill. cum alijs per Crauet. consil. 3. fere per tot. lib. 1.* Quòd si aliter diceremus, ex vnico officio Scriptoriæ possent oriri infiniti Protonotarij, qui possent vti tantis prærogatiuis ibi concessis, quod esset valde absurdum, & contra verisimilem mentem conceden-
71 tis, maxime quia infinitas euitari debet, *l. qui bonæ, §. fin. & ibi not. ff. de damno infecto, l. boues, §. hoc sermone, de verb. signif. cum alijs per Alexan. consil. 16. num. 9. lib. 4. Abbas ad cap. 1. num. 4. de*
72 *priuileg.* qui ait ex numerositate vilescere dignitatem, quæ per se alioquin est excellens: atq. ideo doctoratus dignitas est hodie in Italia contemptibilis, quoniam omnes passim ad illam promouentur. Sequeretur etiam aliud ab- 73
surdum, quòd vno, & eodem tempore plures vnam, & eandem haberent dignitatem ex eodem fonte manantem contra iuris dispositionem, *Imola, Alexand. & alij per Ruin. consil. 19. num. 13. lib. 1.* Quartò mouebantur ex alijs eiusdem priuilegij verbis ponderantes verba, præsentes, & futuros, & pro tempore existentes, quæ sane resoluuntur in relatiua, & verba eiusdem temporis, *gloss. ad clement. 1. in verbo dignitas, de præbend. Bartol. ad l. centurio, num. 28. in fine, vbi & multi alij, ff. de vulg. & pupill.* & faciunt conditionem, & inducunt qualitatem rei dispositæ, *Bartolus, & alij ad l. 1. ff. de condit. & demonstr.* id est, ait Rota *d. decis. 70. num. 8.* facit Protonotarios illos, qui in futurum erunt scriptores, & sic non satis esse, quòd aliquo modo scriptor existat, sed debet permanere toto tempore importato per participium, in futurum erunt, seu extiterint scriptores, *Bartolus ad d. l. ex facto, num. 2. in fine, & ibi etiam Cumanus num. 13. de vulg. & pupill. idem Bartolus ad l. præcipimus, §. sane, ff. de appell. & Imola ad clem. etsi principalis, num. 14. de rescript.* Vltimò, quando 74
verba sunt dubia, debent trahi ad eum sensum, quem accipit subiecta materia, vt deseruiant menti, etiam in materia, in qua stricta sit interpretatio, *l. insulam, ff. de præscript. verb. cum alijs per Curt. sen. consil. 40. num. 13. Alex. consil. 129. num. 4. & ibi addit lib. 2. Cassan. consil. 11. nu. 57. cum seq.* Et quoniam qualitas Scriptoriæ est suc- 75
cessiua, non autem momentanea (officium enim scriptorum existimatur perpetuum, cum detur ad vitam, & beneplacitum eorum, qui illud emunt) *glos. ad l. 2. ff. pro socio, Ioan. de Plat. ad d. l. eam legem. C. de excusat. muner. lib. 10. Decius consil. 204. per totum*, in simili de 76
iurisdictione, vt sit quid successiuum, & non momentaneum, *considerat Baldus ad d. l. generaliter, num. 7. circa med. C. de Episcop. & cleric.* idem & in canonicatu locum sibi vindicat, *d. decis. 70. num. 9. in med.* Vnde cum dignitas illa protonotariatus sit qualitas successiua, in dubio præsumitur, quòd fuerit à disponente assumpta pro causa essendi, & permanendi, vt eatenus sit Protonotarius, quatenus in eo durat qualitas Scriptoriæ, *Imol. ad d. clement. etsi principalis, num. 14. versic. si verò non appareat, & versic. quandoque est dubium, de rescript.* In dubio etenim attendi debet qualitas, sub qua fit dispositio: quia tunc valet argumentum de tanquam, & à nomine officij dignitatis, vel appel- 77
latiui, & à præsuppositis, cum talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant, *Signorol. consil. 37. in 3. dubio, & in consil. 68. cum alijs adductis, d. decis. 70. num. 9. in fine.*

His

Digitized by Google

His sic firmata decisione, respondendum
est obiectionibus. Primò quòd deposito officio
habens dignitatem illi annexam remanet in
dignitate, *l.1. C. de aduocat. diuers. iudic. vbi
Bartolus, Salicetus, & alij*, respondetur, id fieri
ex speciali priuilegio: quia decorantur noua di-
gnitate, non autem remanet prima: alij verò,
qui non habent huiusmodi priuilegium, ple-
rumque in memoriam antiquæ dignitatis reti-
nent reliquias, & vestigia quædam, hoc est no-
men, seu honorem, & prælationem honoris cum
priuilegijs immunitatis tertio non nociuis, sine
aliquo exercitio præcedentis dignitatis, *Ioan.
de Plat. ad d.l.1.& 2.C.de præfect.prætor. & ad
l.1. vbi Iacobus Rebuffus C.de præpos.sacr. cubic.
lib.12. qua de re late Tiraquell. in tract.cessant.
caus. limitatione 15. & 16. per totum*, quæ ve-
78 stigia faciunt ipsum honorarium tantum, *l.2. C.
vt dignit. ord. seruet.* nec vacantibus præferun-
tur: vacantes enim plura habebant priuilegia,
quàm honorarij, & vt Lampridius in Alexan-
dro scribit, vacantibus dabantur annonæ, quas
nullas honorarios constat habuisse. Itaque non
immeritò honorarijs præferebantur vacantes,
79 non tamen omnibus, *d.l.2.* his namque, qui
simili dignitate ornati sunt, proculdubio præfe-
runtur, veluti præfectorius vacans præfectorio
honorario, quæstorius vacans quæstorio hono-
rario: his verò, qui ampliori dignitate prædití
sunt, non præferuntur, veluti quæstorius vacans
non præfertur præfectorio honorario, sicut nec
comes vacans quæstorio, vel ex magistro ho-
norario. Quare vacantes omnibus honorarijs
non præferuntur, quia retinent deposito officio
reliquias, & vestigia dignitatis illi annexæ,
80 hocque præsertim in aduocatis, *d.l.1. de aduoc.
diuers. iudic.* quibus pleraque constitutionibus
illius tituli concessa sunt priuilegia reuerentia
studiorum, *vt in Paratitl. eiusd.tit.* (*ait Iacobus
Cuiacius*) reuerentia litterarum, contemplatio-
81 ne litteratæ militiæ. Quod sane honorarium
cessat omnino, vbi quis pretio, aut suffragio
adipiscitur officium cum dignitate, prout ipsi
Scriptores Apostolici, quibus dantur priuilegia
non ob merita, aut labores, sed ob pretium,
vt eleganter scriptum reliquit Puteus decis.104.
82 *lib.3.* quo casu, si dimittatur officium, cessat
ipsa dignitas, & omnes reliquiæ, ita quòd non
remaneant vestigia aliqua, *l. vniuersi, & ibi
Bart. Ioan. de Platea, & Iacobus Rebuff. C. de le-
gation. lib.10.* in qua sane l. vniuersi, pereleganter
tem reddit rationem Imperator dicens: ne com-
moda publica eum vmbrarili suffragiorum pa-
ctione lacerentur. vbi Cuiacius rectissime in-
terpretatur, ne sub specie, & vmbra harum di-
gnitatum, pretio, non meritis coemptarum,
commodis publicis officiatur: quod respondit
Germon. de Indultis.

& Rolandus à Valle *consil.66. num.47. lib.1.*
plus etenim meretur, qui virtute propria acqui- 83
rit dignitatem, quàm qui pretio, vel suffragio
aliquo illam adipiscitur, *l.1. & 2.ff.de offic. pro-
cons. Bart. ad l. quod principi, ff. de leg.2. Natta
noster consil.163.num.14.& consil.120.num.8.*
At verò dato, Scriptorem Apostolicum retine-
re illas reliquias dignitatis protonotariatus,
quas retinere negamus, attamen vt Rota *d. de-
cis.70. num.11.* dicit, vestigia illa sine dubio 84
non sufficiunt ad inducendam huiusmodi bene-
ficiorum reseruationem: nam extrauagans *ad
regimen, de præbend.* & regula prima reserua-
toria, exorbitarunt à iure communi, quia saltem
in aliquo limitant ius commune, *Corn. cons.174.
col.2. ante medium lib.4. Crot. ad l. omnes populi,
num.121. vers. pro complemento, de iustit. & iur.*
ideo contra ordinarium collatorem, vel ab eo
prouisum sunt stricte intelligendæ, *glos. & alij
ad c. præsent. de offic. legat. lib.6. Gemin. consil.136.
num.12. Cassan. consil.41. nu.3.* Et cum reseruent
beneficia officialium, videlicet Protonotariorũ,
etsi supponunt has duas qualitates, scilicet offi-
cij, & dignitatis, sunt vere, proprie, plene, &
cum effectu intelligendæ, non autem improprie,
aut semiplene, *l. prima, §. primo, & ibi Iason, &
Decius, ff. quod quisque iur. Iason consil.158.n.6.*
& sine præsupposito officij, *glos. Salic. & alij
ad l. mancipia, C. de seruis fugit. Decius ad l.1.
num.14. C. de edend.* præsertim vbi adest diuersa
ratio, *Alex. ad l. ait prætor, in princ. ff. de iureiur.
Decius ad cap. secundò requiris, de appell. prout* 85
hic. Nam vbi dispositio considerat habitum, &
actum, non sufficit solus habitus, *Bald. ad proœm.
ff. post princ. Abbas ad cap. de multa, num.24. de
præbend. glos.2. Gemin. Franc. & alij ad cap. licet,
de elect. lib.6.* Merito igitur reliquiæ illæ, quam-
uis remaneant, non sufficiunt ad effectum, de
quo agitur: vt Cardinalis ratione indulti possit 86
conferre beneficia vacantia per obitum Scripto-
ris Apostolici post dimissionem officij.

Ex quibus videtur sublata difficultas illa, 87
quòd dignitas protonotariatus sit perpetua; &
semel acquisita, dimisso etiam officio, non cesset,
d.l. eam legem, C. de excusat. muner. lib.10. quia
non procedit in dignitate reali annexa ipsi offi-
cio, quæ sequitur suam causam, atque euanescit,
vt in scriptoribus istis, in quibus cùm pretio,
& suffragio consecuti sint hanc dignitatem,
non remanent vestigia aliqua, *d. l. vniuersali,
C. de legation. lib.10.* quæ tamen si remane-
rent, non sufficerent ad reseruationem benefi-
ciorum, vti ostensum est. Secundo loco du- 88
bium faciebat, quòd qualitas adiuncta verbo in-
telligitur secundum tempus verbi: sed respon-
detur, id verum vtiq. esse, vbi qualitas adiuncta
verbo est momentanea, vel est requisita certo, &

Digitized by Google

limitato tempore: tunc enim ſufficit, quòd ſemel extiterit de illo tempore verbi, vt in exemplo antea dicto de patre, qui duodecim habuit liberos, quorum natiuitate immunitatem eſt conſequutus: quod ſibi locum non vindicat, vbi qualitas tractum ſucceſſiuum habet, & permanentem, & conſtat de mente diſponentis, quòd qualitas durare debeat, vt in Scriptore: tunc enim, & eo caſu non ſufficit ſemel conditionem extitiſſe, ſed debere permanere. Tertio loco opponebatur, quòd vbi remanent reliquiæ, & veſtigia aliqua dignitatis, ceſſante cauſa, non ceſſat di-
89 ſpoſitio. Sed reſpondetur cum Andræa Tiraquello *in d. tract. ceſſ. cauſ. limit. 16. num. 9. in fine*, id videlicet verum eſſe in caſibus à iure expreſſis, de quibus non eſt iſte, de quo agitur. Item, illud locum habere dicitur, vbi diſpoſitio eſt inducta cum cauſa momentanea, aut requiſita certo, & definito tempore: ſed non vbi eſt inducta cum cauſa ſucceſſiua, & permanente: tunc enim ceſſante cauſa inductiua, & conſeruatiua diſpoſitionis, ceſſat ipſa diſpoſitio, licet aliquæ ſuperſint reliquiæ, prout ita probatum fuit.
90 Quartò minus obſtat, quòd ceſſante cauſa, non debet ceſſare cauſa, ſeu gratia creationis protonotariatus, quæ ſemel fuit perfecta: quia reſpondemus, verum eſſe, vbi fuit gratia, & ius illi ſimpliciter quæſitum, non æque vbi gratia, & ius fuit qualificatum ex aliqua conditione, vel cauſa, vt in Scriptore: tunc enim res tranſit cum ſua cauſa, & non recipit perfectionem, nec acquirit ius, niſi cum ſua qualitate, & cauſa, *Bartolus, & alij, quos refert, & ſequitur Iaſon ad l. qui Romæ, §. Flauius, colum. 1. & 2. ff. de verbor. obligat. Caſtrenſ. ad l. priuilegia, C. de ſacroſanct. eccl. Decius ad cap. eccleſ. Sanctæ Mariæ, nu.* 53. *de conſtit. ad cap. nouit, num.* 13. *in fine, verſic.*
91 *ſed contra, de iudic.* Quinta obiectio erat: quòd Principum priuilegia ſunt late interpretanda. Cui reſpondetur, id non procedere, quando ſunt conceſſa propter certam cauſam, quia tunc reſtringuntur propter illam cauſam, cum non poſſit fieri interpretatio, quæ ex verbis non concipitur, *vt late poſt alios tradit Claud. de Seyſel. olim Epiſcopus noſter Taurinenſis ad l. fin.*
92 *num.* 58. *de conſtitut. Princip.* Vltimò dicebamus, dignius trahere ad ſe, quod minus dignum eſt: ſed protonotariatus eſt dignior Scriptoria, ergo &c. Reſpondemus, protonotariatum quidem eſſe digniorem, quando ſtat de per ſe, ſed in Scriptoria non ſtat de per ſe, ſed tanquam acceſſorium ſequitur ſuum principale, licet illud ſit minus dignum, *l. cum principali, vbi omnes notant, ff. de regul. iur. qua etiam in re videnda ſunt, quæ ſcripſimus in cap. vlt. num.* 206. *cum ſeqq. lib.* 3. *de Sacror. Immunit.* Sed hodie quæſtio iſta videtur ſuperflua ex eo, quòd *in reg.* 18. *Sixti Papæ quinti* ſunt reſeruata beneficia omnium officialium, etſi officium depoſuerunt. Verùm, quoniam de Protonotariorum beneficijs loquuti ſumus, addamus, Rotam *deciſ.* 105. *diuerſ. par.* 3. *lib.* 1. tenere, beneficia Protonota- 93
riorum, etiam, antequam ſumant Protonotariatus inſignia, ac iuramentum fidelitatis præſtent, eſſe reſeruata.

De collectoribus, & ſubcollectoribus non eſt, cur plura adijciamus, cum erudite id conſiderauerit Quintilianus Mandoſius *ad regul.* 4. *quæſt.* 6. 7. 8. 10. *& vlt.* vbi de vtriſque latiſſime differit, quare eò lectorem reijcimus.

Summa ex §. Præterquam.

1 *Beneficia familiarium Papæ, & continuorum commenſalium actu ſeruientium virtute indulti non conferuntur.*
2 *Familiaris eſt, qui actu ſeruit, ac in domo continuus commenſalis domini exiſtit.*
3 *Familiaris, & domeſticus idem ſunt.*
4 *Protonotarius Papæ commenſalis eſſe intelligitur, ſi à Papa creatus ſit, non eſſe, qui à Nuncio, vel Legato Apoſtolico creatus ſit, ex Bulla Pauli III.*
5 *Verba ſimplicia in materia ſtricta vere, ac proprie intelligenda ſunt.*
6 *Priuilegium non facere verum familiarem cenſuit Rota aliàs.*
7 *Cardinalium indultum non habentium beneficia conferuntur, licet Papæ familiares ſint, quia non ſunt commenſales.*
8 *Non præſumitur commenſalis Cardinalis, qui id non probat.*
9 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*
10 *Semel probata commenſalitas non indiget noua probatione.*
11 *Cardinali non creditur in præiudicium tertij.*
12 *Papæ creditur, etiam in præiudicium tertij.*
13 *Papa commenſalitatem per litteras probat: Cardinalis minime.*
14 *Commenſalis eſſe probatur, qui ediſſe in triclinio, ſeu tinello per quattuor menſes probatur.*
15 *Cardinali creditur, ait Gomeſius, aliquem ſuum familiarem aſſerenti, ſi de gratia expedienda agatur: ſecus ſi de beneficij collatione.*
16 *Acta ſeruata coram Vicario Epiſcopi, cuius poteſtas probata non ſit, ſi à partibus non improbentur, valent.*
17 *Legatio rem dubiam facit.*

Præterquam ratione veræ, & actualis familiaritatis, continuæ commensalitatis familiarium continuorum commensalium nostrorum, qui nũc sunt, aut aliàs dum Cardinalatus fungebamur honore, fuerunt, & quandiu regimini militantis ecclesiæ præfuerimus, erunt generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione Apostolica affecta existant, seu fuerint.

§. Præterquam.

PRAETERQVAM. Hic datur exceptio ad præcedentem regulam, qua cauetur, vt Cardinalis ratione indulti possit conferre omnia beneficia, & non solum familiarium aliorum Cardinalium, sed etiam familiarium ipsius Papæ: à qua sane regula
1 excipiuntur beneficia familiarium Papæ, qui actu
seruiunt, qui vere, inquam, sunt familiares, &
continui commensales, vel fuerunt, dum Papa
Cardinalatus fungeretur honore. Gomesius, vel
si mauis, Sarnensis *ad reg. de impetr. benef. vac.*
per obit. famil. Card. q. 13. in princ. scribit, illos
2 appellari familiares, qui actu deseruiunt, & continuam in domo commensalitatem habent, *vt*
habetur in cap. fin. de verb. signific. lib. 6. vbi notant omnes, præsertim Dominic. in penult. notab.
qui ait, illam veram dici familiaritatem, quæ
3 corpore, & dentibus fit, vel, si pro victu dentur
pecuniæ *decis. 54. diuers. par. 3. lib. 1.* Item familiares, & continui commensales dicuntur sacri
palatij officiales, quos distinguit, & enumerat
Paulus III. Papa in constitutionibus suis Bullar.
insertis 78. & 79. Locus admonet, vt queramus, an Protonotarij non participantes intelligantur esse continui commensales ita, vt eorum
obitu beneficia vacantia possint ab ordinarijs
4 conferri, vel fiunt Papæ reseruata. Idem Papa ibidem declarauit, eos tantùm Protonotarios hoc
habere priuilegium, qui ab ipsis Romanis Pontificibus creantur, non autem à Nuncijs Apostolicis, vel Legatis de latere creatos. Et idem est
dicere familiarem, ac domesticum, *d. c. fin. in fin.*
quia omnis familiaris est domesticus, *vt late*
explicat Felin. ad c. in litter. in princ. & fere per
tot. de testib. Et licet regula illa, *de impetr. benef.*
vac. per obitum famil. Cardin. non loquatur de
continua commensalitate, tamen accipi debet,
5 sicut *d. cap. fin.* idem Gomesius tradit *d. q. 13.*
quia verba simpliciter prolata in materia stricta,
& exorbitanti, sicut verba iam dictæ regulæ, debent intelligi vere, ac proprie, *cap. penul. de sent.*
excomm. l. fin. C. de ijs, qui ven. ætat. impetr. l. 1. 5.

hoc interdictum eandem, ff. de font. Sed dicet aliquis: id habebit locum, quoad familiares Cardinalium, non æque, quoad familiares summi Romani Pontificis: at respondendum est, Rotam testimonio eiusdem Gomesij loco citato, tenuisse
habere etiam locum, quoad familiares Papæ:
nam cum orta fuisset dubitatio facultatis, per
Leonem X. Legato Aueniononensi concessæ, in
qua excipiebantur familiares Papæ, & Cardinalium, resolutum fuit exceptionem illam de veris
familiaribus commensalibus, non de illis, qui per
priuilegium pro talibus habentur, esse intelligendam, idq. liquidò constat in Cardinalibus,
qui licet Papæ familiares sint, *Oldrad. consil. 48.* 7
quia tamen non sunt continui commensales, *vt*
notatur ad d. cap. fin. Petr. de Anchar. consil. 398.
Crescent. decis. 3. num. 2. de priuileg. alij Cardinales vigore indulti eorum beneficia per obitum vacantia conferunt, *vt sup. ad §. proximum*
præcedentem, versic. ex qua sane ratione docuimus. Quòd si Cardinales non comprehenduntur, qui sunt nota speciali digni, multò minus
comprehendi debent ij, qui solum ex priuilegio
sunt familiares, & non continui commensales.

Illa verò constituitur differentia inter Papæ
familiares, & familiares Cardinalium, quòd nemo præsumitur in dubio Cardinalis commen- 8
salis, nisi probet, *& ita seruare Rotam admonet*
Gomesius d. q. 13. versic. tamen est aduertendum,
quia hoc consistit in facto: atqui facta non præ- 9
sumuntur, nisi probentur, *l. quicumque, ff. de publiciana,* quamuis per manus receptum sit, *ad d.*
c. fin. de verb. signif. lib. 6. quòd semel probata
commensalitas non indiget alia probatione,
cum semper præsumatur durare, nisi probetur 10
contrarium: & huiusmodi probatio familiaritatis, & continuæ commensalitatis ad effectum excludẽdi alium, requiritur, quòd plene probetur,
nec sufficit probare per assertionem Cardinalis, 11
quia ei non creditur in præiudicium tertij, *cap.*
cu a nobis, de testib. & dec. 147. diuers. par. 3. li. 3.
Papæ vero familiaris in dubio præsumitur, absq.
vlla alia probatione: nam asserente Papa, aliquẽ 12
esse familiarem suum continuum commensalem,
illi creditur etiam in tertij præiudicium, *cle. 1. de*
prob. vnde si decesserit aliquis litteras familiaritatis Papæ habens, in quibus ille vocetur continuus cõmensalis, Cardin. ratione indulti nequaquam poterit conferre, nec opus est aliqua pro- 13
batione, quia satis est, Papam asserere, illum esse
suum familiarem, & continuum commensalem:
quod non euenit in litteris Cardinalium. nam
& Caputaquen. *decis. 10. part. 2.* dicit, quòd
familiaritatis, & commensalitatis probatio,
quæ requiritur ad hoc, vt demonstretur, Legatum posse hunc, vel illum creare Protonotarium,
cum in Legati facultatibus dicatur (vt erga

tuos familiares, & continuos commensales reddas te liberalem,&c.) non debet ita exactè fieri,quoad ipsam commensalitatem,sicut quando agitur de inducendo reseruationem, quia tunc debet probari commensalitas edentiũ per quat-
14 tuor menses in tinello. *d.decis.*147. Contrarium verò asseuerare videtur Gomesius *d. versic. tamen est aduertendum, in fine*, dum ait, ista de plano procedere, quando agitur de familiarita-
15 te ad effectum præcedentiæ, & prærogatiuæ clausulæ alterius: vbi autem de familiaritate solum ageretur, ad effectum expediendi gratias duntaxat, tunc non ita exacta probatio requiritur, sed fides Cardinalis sufficeret: arque ita *in vna Hisp.* tenuisse Rotam affirmat,& subiungit: Quod procedit,quando non opponitur: quibus sanè verbis tollitur contrarietas. Nam si quis fuerit prouisus à Cardinali de beneficio vacante per obitum familiaris ipsius Cardinalis, alter verò,vel à Papa, vel ab ordinario: ille,quia ageretur de materia odiosa, *regul.odia,de regul.iur. lib.6.* debet exactè probare familiaritatem, & continuam commensalitatem,nec creditur Cardinali asserenti illum suum fuisse familiarem, & continuum commensalem. Si verò non controuertitur, & impetrans dicit, defunctum fuisse familiarem, & continuum commensalem alicuius Cardinalis, & ipse Cardinalis consentit, vel annuit,tunc Cardinali creditur, *argum.est Rot. decis.*1.*de offic.Vicarij,in nouis*, vbi habetur,va-
16 lere acta in partibus coram alicuius Episcopi Vicario agitata,licet non probetur per litteras patentes eius potestas, dummodo à partibus non negetur. Si verò ab aliqua partium negaretur eius potestas,tunc oportere,quòd probetur:quo-
17 niam per negationem eius res redditur dubia, *l. inter stipulantem,ff.de verb.obligat. qua de relate dixi supra ad* §.*Tibi, quoad vixeris, versic. hinc alia oritur quæstio*: facit & *decis.*175.*in fin. diuers.par.*3.*lib.*3. familiaritatem tamen probari posse per plures præsumptiones continuationis tenuit Rota, *vt testatur Crescent.decis.*8.*n.*2. *de prob.* & ne nihil dictum sit, sciendum est,Episcopum posse esse continuum commensalem, non posse tamen esse Papæ familiarem.

Summa ex §. Quæ extra.

1 *Cessante commenda,& vnione beneficij dissoluta,Cardinalis commendata, & vnita beneficia vigore indulti conferre potest.*
2 *Iuris defectum patienti commenda, quàm titulus facilius conceditur.*
3 *Non datur titulus habenti residentiale beneficium.*
4 *Duo ecclesiæ titulata eodem tempore vni conferri nequeunt.*
5 *Beneficia sæcularia sæcularibus, regularia regularibus de iure conferenda sunt.*
6 *Temporalis beneficij commendatio ad vtilitatem ecclesiæ fit.*
7 *Beneficium obtinens ad tempus, potius visitator, quàm commendatarius est.*
8 *Perpetua beneficij commendatio vtilitatem personæ respicit.*
9 *Cessante causa, cessat effectus.*
10 *Ecclesiæ fauor personæ fauori præfertur.*
11 *Summa ratio est, quæ facit pro Ecclesia.*
12 *Beneficium commendatum affectum remanet.*
13 *Cancellaria beneficium prius commendatum non dat, nisi quòd cessante commenda vacet, quo modo vacabat ante commendam.*
14 *Beneficium commendatum vacare, vt prius vacabat, non autem per commenda cessionem mortuo commendatario, etiam familiari Papæ, Rota placet.*
15 *Nec ordinarius beneficium commendatũ vacans cõferre, nec expectãs acceptare potest.*
16 *Beneficium obtentum in titulum, ac à Papa concessum, vt in commendam deinceps retineatur, dicitur reseruatum.*
17 *Superueniente titulo, cessat commenda.*
18 *Commenda est extraordinaria, ideo non inducit incompatibilitatem.*
19 *Vnio facta de beneficio vacante ad vitam inducit reseruationem.*
20 *Cum Papa vnit beneficium vacans, non confert, sed manum apponit, cum iam collatum palliate dispensare dicitur.*

Quæ extra dictam curiam quomodolibet etiam illorum commendis cessantibus, si commendata, & vnionibus dissolutis, si vnita, & commendæ, ac vniones huiusmodi, etiam de tunc vacantibus per resignationem, aut obitum quorumcumque apud Sedem eandem, & propterea, seu aliàs quomodolibet dispositioni Apostolicæ reseruatis, vel affectis facta extiterint, vacare contigerit.

§. Quæ extra.

QVÆ EXTRA. Omnia,quæcumque, & qualiacumque beneficia, siue per resignationem, siue per obitum extra curiam vacantia, exceptis illis,quæ per vere familiares Papæ vacare contingit,Cardinalis vigore indulti conferre potest, etiam si commendata, vel vnita fuerint, commendis cessantibus, & vnionibus dissolutis.Quæ verba quid sibi velint, altius

altius inuestigare oportet: non quòd materiam commendæ prosequi in animo sit: cum plures diffusius de ea sermonem habuerint, *vti Romanus cons. 350. per totum, Ioan. Pauin. tract. de off. & potest. cap. Sede vac. q. 3. par. 2. princ. Mill. in repert. in verb. benef. Aene. de Falcon. in tract. reseruat. q. 3. Thomas Campeg. in tract. de commen. beneficiorum, Gomes. ad regul. de infirmis resig. q. 13. & ad reg. de veris. notit. q. 4. Quint. Mandos. ad reg. 30. q. 3. & ad reg. 32. q. 7. & ante omnes Federic. de Senis in tract. de permut. benefic. n. 23. Iacob. Simoneta in tract. reseru. benef. q. 59. Archid. Dominic. Franc. Philip. Prob. & alij omnes ad c. nemo, de elect. lib. 6. Rebuff. in praxi tit. de commend. & in tract. de pacif. possess. n. 36. cum seqq. pluribus, & alij non pauci, quos longum esset recensere.* Sed dicam dumtaxat, vt intelligamus, quid sibi velint illa verba, commendis cessantibus, deinde loquar de alijs, hoc est, vnionibus dissolutis.

In primis tamen lectorem admonitum volo, quòd Papa varijs modis per commendam solet prouidere: modos istos Rebuffus ostendit *in d. tit. de commen. nu. 4. cum seqq.* qui omnes modi ad vnum possunt restringi, videlicet, vbi recipien-
2 ti inest aliquis iuris defectus, Rom. Pontifex libentius, ac frequentius concedit commendam,
3 quàm titulum. Nam qui vnum habet beneficiũ, præsertim assiduitatem requirens, aliud in titulũ habere nequaquam potest, ideo datur in com-
4 mendam, *cap. dudum, 2. de elect.* quia non potest vnus vtrique ecclesiæ præsidere, tanquam titulatæ, sed vni tanquam commendatæ, alteri verò tanquam titulatæ præesse valet, *c. fi. 21. q. 1.* vel si quis ob ætatis, vel professionis defectum beneficiũ consequi minus possit, ei in commẽdam datur, *d. c. nemo, de elect. lib. 6. clem. ne in agro, S. cæterum, de statu monach.* vel si Papa velit conferre beneficia regularia clerico seculari, vel secularia regulari: cum secularia secularibus, re-
5 gularia regularibus in titulum conferri debeãt, *c. cum singula, e. cũ de beneficio, S. fi. de preb. lib. 6. clem. 1. de elect. & clem. 1. de suppl. neglig. prælat. e. fi. S. præcipimus, de statu monach. Abbas cons. 59 col. 3. vers. quarto cap. lib. 1. & in Conc. Trident. cap. 10. de reformat. sess. 14.* non est tamen dubium, quin commenda etiam fieri possit, etsi commendatarius nullum patitur defectum, sed ne teneatur deseruire.

Quod autem beneficium in commendam datur, aut ad tempus determinatum, aut ad vitam eius, cui confertur, conceditur, hæc dicitur per-
6 petua, illa temporalis: temporalis videtur cõstitui in ecclesiæ vtilitatem, *c. an. constitutum, 7. q. 1*
7 *can. obitum, & seq. dist. 61.* sed proprie dicitur visitator, non commendatarius, cum soleat da-
8 ri, donec illi prouisum fuerit, *c. penul. & de suppl. neglig. prælat. lib. 6.* perpetua verò videtur concedi in vtilitarem personæ, vt ille perinde sit, atque titulus beneficij, atque ideo nostri *ad c. si constiteris, de accusat. post Ludouic. Rom. d. cons. 350.* dixerunt, Papam posse reuocare commendam in ecclesiæ vtilitatem factã, non æque, si facta sit in commodũ personæ, *per l. cum multa, C. de bon. quæ liber.* quam quidem distinctionem non admittit Rebuffus *in d. tit. de commen. n. 67.* maxime, si commenda in vtilitatem ecclesiæ facta sit in perpetuum: quo casu non vult, vt possit, nisi superueniente causa reuocari, hoc est, si cesset vtilitas, ratione cuius facta fuit, 9
quia cessante causa, cessare debet & effectus, *c. cum cessante de appell.* quia ecclesia non est deterioris conditionis, quàm persona: immo ma- 10
gis est fauendum ecclesiæ, quàm personæ, vt nemo nescit: quia summa ratio est, quæ facit 11
pro ecclesia, *l. sunt personæ, in fine, ff. de relig. & sumpt. funer.* Bart. *ad l. 1. C. de iu. Fisci.* Sed putarem, in ijs non esse laborandum: cum hodie vsu receptum sit, vt fere omnia dentur in personarum vtilitatẽ, quarum vtilitas resultat etiã, vt plurimum, in ecclesiarum vtilitatem, nisi forte sint tales, quales idem Rebuffus describit, *d. tit. n. 21.* quæ scilicet iura omnia monasteriorũ, & ecclesiæ destruant, deuastent, & deglutiãtur, & tanta lignorum congeries in suis beneficijs, vt in alio seculo calefieri possint, cõstruitur, vt potius comburi, quàm calefieri quisque eos velle existimet: quamquam dici posset, commendam esse in triplici differentia, temporalem, ad vitam, & perpetuam, quæ habet vim vnionis, nempe, quando fit rectori ecclesiæ pro tempore existenti: commenda tamen ad vitam, non fit, nisi pro subuentione personæ, & ista causa semper redditur in litteris commendæ. Verum quoniam beneficium, quod datur in commendam remanet affectum, *Mill. in repert. d. verbo benefi-* 12
cium vacans reseruatum, in fine, Ioann. Pauin. d. tract. & d. q. 3. num. 12. Aeneas de Falcon. d. tract. de reseruat. q. 3. num. 11. Cassad. decis. 5. num. 7. de priuileg. Mandosius ad regul. 32. q. 7. n. 17. Simoneta d. q. 59. Puteus decis. 158. lib. 1. nascitur difficultas haud minima, videlicet, an ordinarius, cessante commenda, possit illud conferre beneficium antea commendatum. Hæc quæstio dissentientes habet interpretes: alij asserunt, alij negant, alij distinctionem adhibent, quòd commenda aut est perpetua, aut temporalis; si tẽporalis, non expirat reseruatio, donec perfecte Papa beneficiũ contulerit; si perpetua, cessante commenda, cessat & reseruatio, *Rota in antiquis, decis. 7. de elect. & decis. 1. de preben. in antiquior. Lud. Gomes. ad reg. de infirmis, q. 13 in fi.* alij quòd siue sit perpetua, siue sit temporalis, semper remanet affecta, *Put. decis. 333.*

in fine,lib. 1.*& sic practicari, ac pluries per Rotã*
resolutum fuisse testatur Nauarr. in Manual.
*c.*25.*n.*126.*in fine:* alij contendunt, ordinarium
posse conferre, cessante commenda, si ante
commendam collatio ad ordinarium spectabat,
*Ioan.Paun.in d.tract.Sede vacante, q.*3.*princ.*
nu. 8. Federicus de Senis *in d. tract. de permut.*
*benef.n.*23.*in fi.* Aeneas verò de Falcon. *d.q.*3.
*n.*11.*in fine*, vult, id solum habere locum in be-
neficijs regularibus, non item secularibus: hoc
est cessante perpetua commenda beneficij regu-
13 laris, eius collatio spectet ad ordinarium. Sed
Cancellaria videtur sequi opinionem Federici,
quia nunquam dat litteras, quando per obitum
commẽdatarij vacat beneficium, nisi quod ces-
sante commenda, vacet beneficium eo modo,
quo vacabat prius ante commẽdam, prout scri-
bit Simoneta *d.q.*59.*n.*6. qui licet asserat ibidẽ,
in hoc Cãcellariam à Rota dissentire, Caputaq.
14 tamen *decis.*144.*par.*1.testatur, Rotam seruare,
vt beneficium commendatum, mortuo commẽ-
datario, vacare intelligatur, vt prius vacabat,
non autem per cessionem commendæ, subiun-
gens, id etiam habere locum in familiari Papæ,
vt non attendatur vacatio per cessionem cõm-
mendæ, sed prior illa, quando beneficium fuit
recommendatum. Quidquid sit, Aeneas de
Falcon. *d.q.*3.*n.*11.*versic.aduerte diligentissime*,
aperte scribit, se in Rota per tres cõformes sen-
tentias vidisse iudicatum, beneficia commenda-
ta ad vitam, à nemine dari, aut de ipsis disponi
posse, nisi à Papa: *sicque post multa concludit*
Paun.loco proxime citato, versic.sed aduerte,
*Cass.d.decis.*5.*n.*7.*de priuil.Rebuff.d.tit. de com-*
*men.n.*59.*& tract.de pacif.possess.n.*44.*Mandos.*
*d.q.*7.*n.*17. Rationem illam affetunt, quòd cum
15 Papa manum apposuerit, beneficium remanse-
rit affectum, ita vt non modò ordinarius illud
conferre non possit, sed nec expectans, acceptã-
re, *Simoneta d.q.*59.*num.*7.*arg.c.vt nostrum, de*
appell. Idq. non solum habet locum in beneficio
16 vacante, sed etiam in obtento in titulum: vt si
Papa det facultatem alicui, retinendi in com-
mendam beneficium, quod iam obtinebat in
titulum, inducitur reseruatio, *Crescent. decis.* 4.
& 6.*de preb.* etsi per superuenientiam tituli ces-
sat commenda, *Caputaq. decis.*146. *par.* 1. Quo
17 modo autem dignoscatur, an beneficium sit in
commendam concessum, vel in titulum datum,
18 ostendit idem Caputaquen.*decis.*145.*par.*1.di-
cens post alios, commendam esse extraordina-
riam, & ob id non inducere incompatibilitatẽ,
*c.dudum,*2.*& ibi glos.in verb.in titulum,de elect.*
*Lite Gomesius.ad regul.de trienn.q.*5.Cardinalis
igitur quoquo modo beneficium datum sit in
commendam, ea cessante, non obstante, quòd
fuerit affectum, atque sic inducta reseruatio vi-
gore indulti, illud poterit rite, ac legitime con-
ferre: & hoc nempe est, quod nostrum indul-
tum habet: quomodolibet illorum commodis
cessantibus, si commendata, & vnionibus dis-
solutis sit vnita.

De commendis satis: videamus de vnioni-
bus, de quibus plures extant tractatus, vt Ioan-
nis Baptistæ Caccialupi, Petri de Perusio, Tho-
mæ Campegij, qui habentur *tractatuum,to.*15.
*par.*1.*&* 2. Rebuffus quoque *in praxi benef. tit.*
de vnionibus beneficiorum, Quint.Mandosius ad
*regul.*12.*&* 22. hi enim ostendũt, quid sit vnio,
quotuplex, quæ beneficia vniri possint, & à qui-
bus, & quot modis, qui sint effectus, & huius-
modi alia quamplurima: plura etiam accumu-
lant nostri præter ea, quæ passim adnotare so-
lent, *ad c.sicut vnire, de excess.prælat. & ad c.*
quod translationem, de offic.legat. quamplures
etiam habentur sacræ Rotæ decisiones, & ex re-
centioribus *decis.*73.*&* 133.*diuers.par.*2. ita vt
nobis disputandum non sit de vnionibus: sed vi-
dere dumtaxat, quid sibi Papa velit, dum ait,
& vnionibus dissolutis, si vnita: quibus facile
*ex Crescent.decis.*2.*tit.de paroch.* satisfacere pos- 19
sumus: quia vnio facta de beneficio vacante ad
vitam inducit reseruationem, ita vt ea dissoluta
ordinarius prouidere nõ possit: nam ex eo, quòd
Papa manum apposuit beneficio, remanet affe-
ctum, prout de commenda diximus, *Caputaq.*
*decis.*345.*par.*3. vbi etiam ait, quòd dissoluta
vnione, beneficium vacat, vt prius. Sed cum
beneficiũ iam collatum sit, & à Papa vnitur, an
inducat reseruationem, quæstionis est. Idem
Crescentius *d.decis.*2.dicit, dominos distinxisse: 20
quòd aut vnio fuit facta de beneficio vacante,
& non pleno, & non dicitur tunc conferre, sed
manum apponere: aut de beneficio collato iã,
& pleno, & tunc vnio potius dicitur palliata di-
spensatio, *ad not.at.per Gemin.cons.*38.& non in-
ducitur reseruatio. quæ decisio videtur aduersa-
ri decisioni quartæ eiusdem Crescentij *tit. de*
preben. quam supra citauimus: vt commenda
Papæ, siue de beneficio vacante, siue de obten-
to in titulum facta, inducat reseruationem: vn-
de hæc tam varie? nam si per manuum apposi-
tionem Papæ beneficium, siue in commendam,
siue vnitum remaneat affectum, *d.decis.*2. *de*
paroch. quare non remanet beneficium colla-
tum, & postea vnitum per Papam? Ratio haberi
potest à Card. Puteo *decis.* 246. *lib.* 1.

Summa ex §. Quibussuis.

1 *Indultum, non nisi in idonea persona, con-*
summari potest.
2 *Puer minor septem annis beneficio obtinendo*
idoneus non est.

3 *Ante*

3 *Ante ſeptimum ætatis annum tonſura accipi non poteſt.*
4 *Archidiaconi, non niſi doctores, creandi ſunt.*
5 *Non eſt idoneus beneficio, qui ordinem à beneficio requiſitum non habet, aut breui habere poteſt.*
6 *Duos, & viginti annos habens canonicatui annexam parochialem habẽti idoneus eſt.*
7 *Parochia canonicatui annexa non habetur pro beneficio curato.*
8 *Examen concurſus non eſt neceſſarium in dignitate parochialem annexam habente.*
9 *Archidiaconatus etiam non doctori confertur, ſi nec curam animarum, nec iuriſdictionem habeat.*
10 *Cardinalis in curia reſidens parochialem eccleſiam ſuo familiari confert abſque examine concurſus, ſi ab examinatoribus Vrbis examinetur.*
11 *Examinatores Vrbis doctiſſimi, & integerrimi ſunt.*
12 *Obtinens beneficium in partibus, ſi in curia diu vixerit, in curia examinari poteſt, quamuis examinatorum copiam habeat in partibus.*
13 *Familiaris Papæ examinatus Romæ ita habendus eſt, ac ſi examinatus ſit in partibus.*
14 *Ius conferendi habentes Epiſcopo inferiores curata beneficia non conferunt, niſi approbentur ab ordinario per concurſum.*
15 *Patriarcha eccleſiam parochialem in ſui Suffraganei diœceſi ſitam conferre non poteſt, niſi ei, quem Suffraganeus examinauerit.*
16 *Suffraganeus eccleſiæ ad ſui Patriarchæ collationem ſpectantis de Vicario prouidet, cum vacat rectore, donec ei nouus rector detur.*
17 *Patriarcha capellanos in diœceſi ſui Suffraganei non conſtituit, niſi eiuſdem Suffraganei conſenſu, atque examine præeunte.*
18 *Sedes Apoſtolica de reſeruatis beneficijs curatis in aliena diœceſi poſitis non prouidet niſi de perſonis ab ordinarijs approbatis.*

Quibuſuis perſonis idoneis, quibus tibi videbitur cum omnibus iuribus, & pertinẽtijs ſuis iuxta ſacrorum canonum, & conciliorum diſpoſitionẽ conferre, & de illis etiam prouidere, aliasq. diſponere: ac etiam monaſteria, prioratus, dignitates, aliaq. regularia beneficia prædicta per clericos ſeculares obtineri ſolita, ſeu commendis de illis antea factis ceſſantibus, quæ tamen dignitates conuentuales, ſeu officia clauſtralia non ſint, clericis ſecularibus per eos, quoad vixerint, tenenda, regenda, & gubernanda.

§. Quibuſuis.

QVIBVSVIS. Poſſunt itaque Cardinales vigore indulti conferre quæcumque beneficia, ſecularia, & regularia, & quibuſuis 1
perſonis: perſonæ tamen debent
habere illas qualitates, quas beneficia ipſa iure
deſiderant: nec omnia beneficia regularia poſ-
ſunt conferri clericis ſecularibus, ſed ea tantum,
quæ per ipſos ſeculares clericos obtineri poſ-
ſunt. Nam Cardinales ratione indulti non poſ- 2
ſunt conferre minori ſeptem annorum, quia non
cenſetur idonea perſona: huius ratio eſt, quo- 3
niam minor ante ſeptimum annum tonſuram
accipere non poteſt, & ſic nec beneficia obtine-
re, *c. fin. de tempor. ord. lib. 6. c. cum adeo, de reſcr.*
alioquin eſſet facere contra ius diuinum, &
quodammodo contra ius naturale, vt qui loqui
neſcit, alios doceat, & regat, *cap. indecorum, de
ætat. qualit. et habetur Eccleſiaſt.* 10. Væ tibi ter-
ra, cuius Rex eſt puer, *de quo Pariſ. conſ. 97. lib. 4.*
Neque ad quaſuis dignitates, quibus ſubeſt ani-
marum cura, quemquam promouere, niſi ſal-
tem xxv. ſuæ ætatis annum attigerit, & in cleri-
cali ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus
exequendum neceſſaria, ac morum integritate
commendetur, *c. in cunctis, de elect. c. 12. §. ne-
mo, Concil. Triden. ſeſſ.* 24. præſertim Archidia-
conatus dignitatem, quæ niſi ei, qui magiſter
in Theologia, ſeu doctor, aut licentiatus in iu- 4
re Pontificio fuerit, conferenda non eſt, *d. c. 12.
§. Archidiaconi*, quem locum recte illa ampliſſi-
morum Cardinalium congregatio, quæ vulgò
ſuper Concilio appellatur, interpretata eſt, vt
intelligi tantum debeat de ijs Archidiaconis,
qui vel curam habent animarum, vel iuriſdi-
ctionem, prout habetur *in tit. de offic. Archid.* nõ
de ijs, qui nomine tantum ſunt Archidiaconi, 5
quemadmodum interpretata eſt etiam §. *nemi-
nem, eiuſdem, c.* 12. quo cauetur, neminem dein-
ceps ad dignitatem, canonicatum, aut portio-
nem recipi debere, niſi qui eo ordine ſacro aut
ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut
portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus
à iure, & ab eadem ſancta ſynodo ſtatutum, ini-
tiari valeat, videlicet, vt Concilium nihil inno-
uet ſuper ætate promouendorum ad Canonica-
tus collegiatarum eccleſiarum. Et quia idem
Concilium *d. c. 12. §. ad certas*, ſtatuit, vt ad il-
las dignitates, vel perſonatus, quibus animarũ

cura

Google

6 cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & xxij.
annis non minores asciscantur, respondit, ætatem xxij. annorum sufficere ad acquirendum-
canonicatum, cui est annexa parochialis. Ratio
7 illa esse potest, quia attenditur, quod principaliter, non quod accessorie venit. *c. si super gratia de offic. deleg. lib. 6. reg. accessorium, de reg. iur. eod. tit.* Ratio rationis est, quia cura, seu parochia canonicatui, aut dignitati annexa, non habetur pro beneficio curato. *c. super eo*, vbi gloss. *de preb. lib. 6.* & quamquam regulariter in impetratione beneficij non veniat curatum, nisi eius expressa fiat mentio, *c. cum in illis de preb. lib. 6.* annexi tamen, si facta non fuerit mentio, non vitiatur prouisio. Decius post alios *ad cap. ad aures nu. 13. de rescript.* Item quia eadem synodus decreuit *c. 12. ead. sess.* 24. vt nullus admittatur ad beneficium parochiale, nisi qui ab Episcopo, vel eius Vicario generali, atque ab alijs examinatoribus non paucioribus, quàm-
tribus, & in diœcesana synodo deputatis fuerit approbatus, hoc est per examen concursus ex forma ibidem descripta, dicta congregatio re-
8 spondit, vt solet, peritissime, examen concursus non esse necessariũ in dignitate, quæ parochia-
9 lem perpetuò, & accessorie annexam habet. Vnde si Cardinalis Archidiaconatum curam animarum non habentem, nec iurisdictionem alicui nec in Theologia magistro, nec doctori, aut licentiato in iure Pontificio contulerit, valebit collatio, quia non dicitur contra Concilij dispositionem fecisse: vel si contulerit ecclesiæ collegiatæ canonicatum minori xxij. annis, tenebit collatio, quemadmodum etiam tenebit, si contulerit canonicatum, cui est annexa cura, ei, qui maior est xxij. annis, cum illa ætas sit sufficiens. Neque vitiosa erit collatio dignitatis, quæ parochialem annexam habet ecclesiam, etiam si absque examine cõcursus fuerit facta, dummodo examinatus sit ab examinatoribus in diœcesana synodo deputatis, & ab eisdem idoneus iudicatus, vel ab alijs, si non fuerit coacta in illa-
diœcesi synodus. Namque Cardinalis Carafa, verus ecclesiæ cardo, verusq. sanctiss. Pij Quinti alumnus, 9. Martij, 1589. Episcopo Volaterrano scripsit, constitutionẽ sanctæ memoriæ eiusdem Pij V. super collationibus parochialium-
non habere locum, nisi in illis diœcesibus, in-
quibus fuit coacta synodus diœcesana, in qua-
iuxta formam Concilij Tridentini deputati fuerunt examinatores.

Hinc examinandum occurrit, an Cardinalis Romæ residens possit conferre parochiales ecclesias alicui ex suis familiaribus, vel alij in curia existenti absque examine concursus, in forma tamen, vt aiunt, dignum. Dubitationem facit non minimam eadem Tridentina synodus *in d. c. 18. fere in princ.* vbi ita. Ad infrascripti examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiã in curia, seu aliter quomodocumq. contigerit, etiam si ipsa parochialis ecclesia reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium seu Abbatum, vel capitulorum: debeat Episcopus statim habita notitia vacationis, &c. Ego in 10
ea sum opinione, vt existimem, posse: si ille, cui confertur ecclesia parochialis, fuerit ab examinatoribus à sanctissimo, vel ab eius Vicario deputatis examinatus, & idoneus repertus. Et moueor in primis, quòd si curiales beneficia parochialia, nisi per examen concursus habere, aut obtinere possent, facile eueniret, vt quantumuis essent eximiæ doctrinæ, & bonis moribus ornati, fere nunquam consequi talia beneficia valerent, præsertim ob locorum distantiam: vt nos, qui à Taurinensi ciuitate milliaribus quadringentis distamus, si illuc eundum esset examinis causa, priusquam perueniremus cum magno etiam incommodo, & magna impensa ad locum destinatum, forsan iam collatum esset beneficium, vel si non esset collatum, alios forsan descriptos, & examinatos præstantiores inuenitemus, qui essent anteponendi, sicq. qui tantũ itinetis confecissent, sua spe fraudarentur. Præ- 11
terea tanta ab examinatoribus Vrbis, adhibetur diligentia, cum sint vt plurimum viri & in-
Theologia, & in Pontificio iure eminentissimi, item religiosi, & integri, vt qui ab eisdem approbatur, & admittitur, dignus sit non solum-
beneficio parochiali, sed quouis Episcopatu.
Denique responsum eiusdẽ congregationis Tri- 12
dentino Concilio interpretãdo præpositæ *vidi, ad d. c. 18.* quo censuit, quendam, cui resignata fuerat ecclesia parochialis, quoniam plures annos in curia moratus fuerat, posse in eadem curia examinari, quamuis non deessent examinatores in partibus, vbi posita erat ecclesia, coram quibus examinari potuisset. Eadem sacra con- 13
gregatio respondit, etiam familiarem Papæ, qui de eiusdem commissione examinatus, & approbatus Romæ fuit, ab ordinario debere haberi perinde, ac si fuisset examinatus, & approbatus ab eius synodalibus examinatoribus. Nec obstat dictum *cap. 18.* ibi, etiam si ipsa parochialis ecclesia reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegij S. R. E. Cardinalium, &c. quia potest intelligi de Cardinali habente extraordinarium indultum, non de habente ordinarium, vt est hoc nostrum, vel de Cardinali, qui ratione alicuius Abbatiæ, seu prioratus, seu alterius ecclesiasticæ dignitatis conferre valet beneficia etiam-
parochialia ad collationem eiusdem dignitatis
spectan-

ſpectantia, in aliqua tamen diœceſi exiſtentia: quod hæc verba ſubſequentia declarãt. Debeat Epiſcopis ſtatim habita notitia vacationis eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis aſſignatione, conſtituere: qui onera ipſius eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur. Non videtur itaque loqui de Cardinali habente Epiſcopatum, ſed de alijs non habentibus: quippe qui ratione inferiorũ Epiſcopatu beneficiorũ Epiſcopis, in quorum diœceſibus beneficia exiſtunt, ſunt ſubiecti, & maxime ſi ſint eccleſiæ parochiales in ipſorum collatione, namque eas conferre non poſſunt, niſi ex forma præſcripta *d. cap.* 18. alioquin irritam, ac nullam eſſe collationem ſua conſtitutione iam citata declarauit idem Pius Papa Quintus.

14 Vnde ſæpius dicta ampliſſimorum Cardinalium ſuper Concilio Tridentino congregatio reſpondit, capitula, & alios inferiores collatores, vtputa Archidiaconos, Priores, Abbates, & his ſimiles, qui ius conferendi habent, conferre non poſſe curata beneficia, niſi eos, qui curationem ſuſcipere volunt, ordinarius probauerit illo examinis genere, quod vocatur per concurſum. Neque Archidiaconus, neque Prior, neque Abbas, neque alius quiuis collator eam ob cauſam vllum examinis edictum proponere poterit, neque illius officij partem aliquam attingere, cum id pertineat ad ordinariũ, qui & ipſe debet proponere edicta, & examinatores ex Cõcilij præſcripto deputatos adhibere, à quibus omnes illiuſmodi concurſu examinentur: quo examine confecto, ex his, quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, ordinarius habet eligere magis idoneos, ac poſtea Abbati, vel alij collatori relinquere, vt ex electis, cui maluerit, curam conferat. Sed quid loquimur de inferioribus col-
latoribus, cum eadem congregatio ex profeſſo
15 interrogata reſpondit, Patriarcham habentẽ ius
conferendi eccleſias aliquot parochiales, in
diœceſi Epiſcopi ſuæ Prouinciæ ſitas, non poſſe
eas conferre, niſi approbatis, & examinatis ab
examinatoribus deputatis per Epiſcopum eius
16 diœceſis, in qua ſitæ ſunt? & interim dum pa-
rochiales illæ vacant, Epiſcopus illius diœceſis,
in qua ſunt, ius habet inſtituendi in eis Vicariũ,
cum congrua, arbitrio ſuo, fructuum portionis
aſſignatione, qui parochiæ inſeruiat, donec eis
17 de rectore fuerit prouiſum? cenſuit eadem con-
gregatio, Patriarcham in aliena diœceſi, licet ea ſuo Suffraganeo ſit ſubiecta, capellanos ad animarum curationem conſtituere non poſſe, niſi de eiuſdem Epiſcopi conſenſu, & examine eius præeunte, quod per eum, aut eius examinatores faciendum eſt. Quod ſi locum habet in Patriarcha, qui iuriſdictione maior eſt Epiſcopo, & in eum, ſi eſt ſuæ Prouinciæ, habet iuriſdictionem, *vt late oſtendimus in cap. 5. lib. 2. & c. 7. lib. 3. de Sacrorum Immunit.* quanto magis habere debet in inferioribus collatoribus, qui non maiores, ſed longe Epiſcopis inferiores ſunt, & non imperant, ſed obtemperant Epiſcopis ipſis? Adeo quòd mirari non deſinam, quoſdam inferiores collatores tantæ eſſe petulantiæ, vt Epiſcopos ſuos, eorumque auctoritatem ita paruifaciant, & ſacroſancti Tridentini concilij ſanctiones negligant, & quaſi contẽptui habeant, cum tamen meminiſſe deberent, Romanos ipſos Pontifices, licet concilio non ſubſint, conciliorum tamẽ ſanctionibus plurimam impartiri reuerentiam ita, vt illis quouis reſcripto, & conſtitutione non derogare velle profiteantur, ſed tantummodo cum de illis expreſſam fecerint
mentionem, *prout ſupra diximus ad §. quòd tu*
Romanam. Admonitos etiam vos velim, can- 18
dem congregationem, ex citata Bulla Pij quinti reſpondiſſe, etiam in beneficijs curatis Apoſtolicæ Sedi, & quibuſuis alijs etiam ex antiqua conſuetudine reſeruatis ordinarios debere proponere edicta concurſus: nec aliter à Sede Apoſtolica prouiſionem fieri, niſi fidem ſuæ approbationis habeat ab ordinario. In vacatione igitur parochialis eccleſiæ, cuius collatio ad alium, quàm ad Epiſcopum pertineat, examen, & electio perſonæ idoneæ, ac edictorum appoſitio ad ipſum ſpectat Epiſcopum, non autem ad ipſos collatores. Ab hac tamen regula excipi fortaſſe poſſent Abbates exempti, & habentes ius congregandi ſynodum: nam ſi congregandi ius habent, & concurſum facere poſſe videntur, cum in dicto concilio Tridentino caueatur, vt examen concurſus fiat ab ipſis examinatoribus in ſynodo deputatis. De hac tamen exemptione, & iure congregandi liquidò, & patẽtibus Apoſtolicis litteris conſtare deberet, cum hodie quamplurimi ſint, qui ſe exemptos eſſe profiteantur, & reuera non ſint.

Summa ex §. Ita quod.

1 *Habens beneficium in commendam, de fructibus diſponit, ac ſi illum in titulum haberet.*
2 *Commendatarius non eſt verus dominus beneficij.*
3 *Commenda non eſt titulus.*
4 *Commenda non tribuit ius in beneficio.*
5 *Commendatarius non eſt Prælatus, ſed legitimus adminiſtrator.*
6 *Commendatarius perpetuus facit fructus ſuos.*
7 *Cenſuit Alciatus, commendatarium poſſe fructus etiam diſſipare: ſed male.*

8 *Nec*

8 *Nec Titularis fructus ſui beneficij diſſipare poteſt.*

9 *Clerici beneficialium fructuum vere domini ſunt.*

10 *Mortaliter peccat, qui fructibus beneficialibus abutitur.*

11 *Commẽda perpetua vero titulo æquiparatur.*

12 *Commendatarius Abbatiæ cenſetur verus Abbas.*

13 *Commendatarius Abbas eſt capax cauſæ cõmiſſariæ Apoſtolicæ, ſicut Abbas titularis.*

14 *Abbas commendatarius ſuccedit in cauſa ſuo prædeceſſori demandata.*

15 *Beneficia vacantia per mortem commendatarij impetrantur, ac ſi titularis obijſſet.*

16 *Commenda eſt quodãmodo affinis prælaturæ.*

17 *Habens temporariam commendam ex eius fructibus licite paſcitur.*

18 *Commendatarius temporarius poteſt ſoluere æs alienum, quo grauatur beneficium ſibi commendatum.*

19 *Idem faciens neceſſarias expenſas in beneficio, poteſt illud retinere, donec expenſas recuperet.*

Ita quòd liceat, eis debitis, & conſuetis illorum ſupportatis oneribus de reſiduis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus diſponere, & ordinare, ſicuti illa in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere, & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt.

§. Ita quòd.

1 ITA QVOD. Illi, quibus beneficia in commendam ſunt conceſſa, perinde de fructibus, redditibus, & prouentibus diſponere poſſunt, ac ſi ea in titulum haberent: quod mirum profectò videtur, cum gloſſa *ad cap. nemo deinceps, ibi fructus ſuos, vbi Archid. Dominic. Franc. & alij, de elect. lib. 6.* aſſerat, commendatarium non facere fructus ſuos, prout etiam tenuit Rota *in antiquior. tit. de præbend. dec. 1. n. 3.* atque ita reſpondit Alexander *in conſ. 96. n. 3. lib. 4. Corn. conſ. 66. n. 4. lib. 3.* licet de facto, ait Alexander, aliquando aliter probetur. Huius concluſionis ratio illa eſſe po-
2 teſt: quia commendatarius non dicitur verus
3 dominus beneficij, cum commenda non dicatur
titulus: titulus verò ſit perfectus, *vt not. Ioan. Andr. ad c. dilectus, de dilationib. lib. 6. Baldus ad l. ex verbo, C. de fideicom. libert.* immo dicitur nudus miniſter, vel cuſtos, *Ang. conſ. 35. incip. quidam nobilis, Alex. ad l. Lucius, ff. depoſ.* Nec 4
cõmenda tribuit ius in beneficio, nec facit Præ- 5
latum, ſed procuratorem cum legitima adminiſtratione, *Innoc. ad cap. ſi conſtiterit, de accuſ. vbi etiam Aret. Franc. ad d. c. nemo deinceps, n. 5. ibi, fortius hoc procedit, de elect. lib. 6.*

Quidquid citati auctores dicant, verius eſt,
commendatarios perpetuos facere fructus ſuos 6
perinde, atque titulum habentes, *vti expreſſe tradunt Federic. in tract. de permut. benef. n. 23. Corn. d. conſ. 66. n. 4. Phil. Prob. ad d. c. nemo deinceps, n. 18. Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ. nu. 39. & in praxi benef. tit. de commend. n. 2. Ant. Capic. dec. 3. n. 8. & Alciat. ad l. pactum curatoris, n. 4.*
C. de pact. vbi ait, quòd commendatarius habet
omnino liberam fructuum diſſipationem, & eo- 7
rum dominus potius, quàm adminiſtrator eſt, vnde donare poterit, ſi ita dignitati conuenire ſuæ exiſtimauerit. Hæc Alciatus, qui merito à Rebuffo reprehenditur *d. tract. n. 47.* quia non ſolum commendatarius non poteſt fructus ſuæ
commendæ diſſipare, ſed nec Titularis. Nam 8
etſi, facta bonorum eccleſiaſticorum diuiſione, *de qua late diximus c. 17. n. 7. cum ſeqq. lib. 3. de Sacror. Immun.* Dominicus Soto *lib. 10. de iuſtit. & iure, q. 4. art. 3. & 4. quem refert, & ſequitur*
Couar. ad c. cum in officijs, n. 3. de teſtam. rite
exiſtimat, Epiſcopum, ſacerdotes, & alios bo- 9
norum eccleſiaſticorum adminiſtratores vere eſſe dominos fructuum eius portionis, quæ ſibi ex illa partitione obuenit, adeo vt non teneantur ad reſtitutionem eorum, quos in profanos vſus vltra neceſſaria conſumpſerunt, quod & placuerat antea Sancto Thomæ, *vti videre eſt 2. 2. q. 85. art. 7. vbi & Caiet. Præpoſ. in ſum. 44. diſt. col. 5. Sylueſt. in verbo clericus, 4. q. 20. & verb. reſtitutio 3. q. 5. Adrian. in 4. ſentent. incip. pro clariori, 4. concl. & alij, quos idem Couar. cit.*
d. n. 3. verſ. quartum, non eſt tamen dubium, 10
quin mortaliter peccent. Quòd ſi titulares non debent fructus beneficiorum, nec poſſunt abſq. mortali culpa diſſipare, multò minus poſſunt commendatarij: ſed quamuis non poſſint commendæ fructus diſſipare, faciunt tamen fructus ſuos, vt poſt iam dictos aſſueuerat *Cardinalis Alexand. ad can. cum autem col. 6. diſt. 44. & ad can. ſi quis, col. penult. diſt. 58.* Hinc Card. Put.
dec. 25. n. 5. lib. 1. dicebat, tales perpetuos com- 11
mendatarios non differre à veris titularibus, & tales commendas operari illos effectus, quos ſolent operari veri tituli: proinde ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus tranſigere, & vendere. *Domin. conſ. 17. incip. pro declaratione. in fine, auct. Capic. dec. Neap. q. 3. in cauſa,* quia habent liberam poteſtatem in temporalibus, & ſpiritualibus, *Abbas ad c. cum nobis olim, notab. vlt. de elect.* Idcirco Rebuffus *in d. tract. de pacif.*

poſſeſſ.

possess.n.42. scribit, commendatarium Abbatiæ
12 censeri verum Abbatem ita, vt sit capax commissionis causæ, quæ à summo Pontifice fiat, sicut Abbas titularis, & habeat locum, *c. quoniam Abbas, de offic. deleg. teste Barb. consil. 2. incip. Sa-*
13 *pienter, consil. vlt. volum. 2.* quod Cancellaria non videtur admittere, vt committi possit com-
14 mendatario, etsi ipsum succedere in causa suo prædecessori demandata tradit Philippus Probus *an d. c. nemo deinceps, n. 23. cum seq.* quia censetur verus Abbas, & verus Prælatus: & ita obseruari in regno Franciæ testatur Chassan. *ad consue. Burg. ad rubr. des successions des bastards, §. 3. n. 58. in consil. ibid. posito.* In quo etiam beneficia per mortem commendatarij vacare, & sic impetrari, ac si titularis mortuus esset, scribit
15 idem Rebuffus *d. tract. n. 44.* In quibus tamen conferendis quid obseruet Cancellaria, *vide supra ad §. quæ extra, vers. verum quoniam.*

Non obstat d. gloss. *ad d. cap. nemo deinceps, vbi Arch. Dom. Franc. et alij,* quia debet intelligi de ijs commendis, quæ dantur ad tempus, & dantur ob ecclesiæ vtilitatem, non æque personæ: nam *d. c. nemo deinceps,* loquitur de commẽda temporali, non autem de perpetua, *vt post Roman. consil. 350. dixit Puteus d. decis. 25. n. 3.* & dicitur eo casu commẽdatarius custos, & depositarius. *Corn. d. consil. 66. n. 4. in fine, Alciatus ad d. l. pactum curatoris, num. 3. ita quoque intelligi potest Alex. d. consil. 96. n. 3.* vnde Antonius de Butrio *ad d. cap. nemo deinceps, n. 11.* asserit, commendam aut dari in titulum, aut in custo-
16 diam: & licet, inquit, apud Italos vsu receptum sit, vt commenda non detur in titulum, commenda tamen habet quandam attinentiam, & affinitatem cum prælatura, per quam ecclesia non dicitur simpliciter vacare, in qua habetur titulus commendæ. atque mirum non est, si Papa in Bulla dixit, eum, qui beneficium habuerit in commendam, posse, debitis, & consuetis illorum supportatis oneribus, de residuis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus disponere, & ordinare, ac si illud in titulum obtineret.

17 Et non modò ij, qui perpetuam habent commendam, sed etiam, qui ad tempus ex beneficij commendati fructibus, & redditibus viuere possunt, sicut ij, qui habent in titulum *d. cap. nemo deinceps, Rebuff. d. tract. de pacif. posses. nu. 39. & Pauin. in tract. de offic. & potest. capit. Sed. vac. 2 par. q. 3. n. 12.* scribit, clericum, cui ecclesia commendetur, posse facere expensas, & sumere ali-
18 menta, & soluere debita, sicut & qui nondum adijt hæreditatem, & deliberat, an adeat, licet ius non habeat soluendi debita, *l. si filius, & l. Aristo, §. fi. ff. de iure deliber.* & si necessarias ex-
19 pensas fecerit in ecclesia de suo, potest eam retinere, donec sibi restituatur expensum, *l. necessa- Germon. de Indultis.*

ria. §. 1. ff. de pignor. quod non est in re depositã. Similiter, si ecclesia fuisset commendata propter tenuitatem, contendere posset, vt nõ amoueretur ab ea, nisi ad minus suas meliorationes reciperet, *cap. ad aures, de reb. eccl. non alien. cap. potuit, de locat.*

Summa ex §. Alienatione.

1 *Bona immobilia, & pretiosiora mobilia commendatarij alienari non possunt.*
2 *Clerici bonorum immobilium domini non sunt, quamuis titulares.*
3 *Bonorum immobilium* CHRISTVS *Dominus solus est.*
4 *Alienationis verbum in materia ecclesiastica largissime capitur.*
5 *Alienatione prohibita, probibetur & omnis actus, per quem transferatur quoduis dominium.*
6 *Hypotheca, pignus, emphyteusis, ac seruitus sub alienationem cadunt.*
7 *Locatio in centum, vel mille annos alienatio est.*
8 *Manumissio alienatio est.*
9 *Prælatus iurans se non alienaturum res ecclesiæ si illas locauerit ad longum tempus, non est periurus.*
10 *Dispositio legis finalis C. de iu. emphyt. non habet locum in cõductore ad longũ tempus.*

Alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium eorumdem ipsis penitus interdicta.

§. Alienatione.

ALIENATIONE. Licet Papa dicat, 1
commendatarios posse de residuis beneficiorum fructibus, & redditibus disponere, & ordinare, perinde ac si illa haberent in titulum, interdicit tamen eis alienationẽ bonorum immobilium, atque etiam pretiosiorũ mobiliũ, vti sunt sacræ vestes, calices, patenæ, thuribula, candelabra, cruces, & his similia, quæ ex auro, argentove constant, quæque ecclesiæ deseruiunt, aut ei ornamento sunt. Nec immeritò,
siquidem, & ipsi titulares, quamuis sint domini, 2
vt sup. ad §. proxime præcedentem diximus, fructuum eius portionis, quæ sibi ex diuisione contigit, prædia tamen, castra, & vniuersæ possessiones, ac fundi, & proprietates quælibet, siue Episcopali mensæ, siue canonicorum collegio, siue cuiusuis singulari clerico sub præbendæ ecclesiasticæ nomine annexa, non transeũt in absolutum dominium Episcopi, vel alte-

rius beneficiati, vel præbendam possidentium,
qui tantummodo earundem possessionum ad-
ministratores censentur: namque dominium
penes mortalium quemquam existere non pos-
3 se, cum CHRISTVM dumtaxat Dominum agno-
scãnt, docuimus *lib.3.c.17.n.12.de Sacr. Immu.*
Vbi etiam *n.88.post Abbatem, Ant. de But. &*
alios ad c.nulli, §.alienatione, per eundem textũ,
4 *de reb.eccl.alien.vel non.* alienationis verbum in
materia ecclesiastica largissime capi diximus,
prout etiã in statutis tradit Cardinalis *cons.15.*
eũ extendatur ad directi, & vtilis dominij trãs-
lationem. Namque Bartolus *ad l.fi.per eumdem*
text.C. de rebus alien. non alienan. & ad auth.
5 *neque, C.commun. de legat.* dicit, hoc esse valde
singulare, quòd alienatione prohibita, videtur
prohibitus omnis actus, per quem fit translatio
6 dominij directi, vtilis, vel alicuius in re. Nãque
Iustinianus *d.l.fi.* sanciuit, vt siue lex, siue testa-
tor, siue pactio contrahentium alienationẽ pro-
hibuerit, non solum dominij alienationem, vel
mancipiorum manumissionem esse prohibitam,
sed etiam vsusfructus dationem, ac hypothecã,
pignorisq. nexum penitus prohiberi, item em-
phyteuseos contractus, & seruitutes minime im-
poni posse: qui enim seruitutes imponi sinit,
alienat, sicut ille, qui nõ vtendo seruitutẽ amit-
tit, *l.alienat.27.in princ. & §.eum quoque, ff. de*
verb.signif. quia intelligitur facere, quod non
debet facere. Si tamen proprie, ac stricte accipi-
tur verbum, alienatio, pro ijs dumtaxat habebi-
tur, in quibus directa transferuntur dominia, *l.1*
C.de fund.dotal. Quocirca *in d.c.nulli, §.alienat.*
legitur: Alienationis verbum continet condi-
tionem, donationem, venditionem, permutatio-
nem, & emphyteuticum perpetuum cõtractum,
item manumissionem, *c.3.& 4.& d.c.nulli, in*
princ.eod. sicut etiam perpetuam locationem,
c.ad audientiã, eod.de reb.eccl. alien. vel non, &
clem.1.eod. etsi Accursius *ad l.penul.§.instituto,*
7 *ff.de legat.2.* ait, prohibitum alienare, posse im-
pune in centum, vel mille annos locare: verius
glossa *ad d.clem.1.* vti conductio non sit aliena-
tio, si ad modicum tempus fiat, quod & Abbati
placuit *ad d.§.alienat.* conditionem, esse super-
fluum *in d.c.17.n.101.* demõstrauimus. Aliena-
tionis igitur nomen continebit venditionẽ, do-
nationem, permutationem, emphyteusim, ma-
8 numissionem, & longam locationem, de quibus
omnibus singillatim actum est *in d.c.17.à n.102*
vsque ad fi.& in c.17.lib.2.eod.de Sacr. Immun.
9 Sed Prælatus, qui iurauit, se non alienaturũ res
ecclesiæ, si illas locauerit ad longum tempus, an
incurrat pœnam periurij? receptum est, non in-
currere, quamuis sub prohibitione alienationis
rerum ecclesiæ veniat etiam locatio ad longum
tempus, *d.Clem.1.* vbi omnes. huiusmodi autem
prohibitio intelligitur ad effectum inualiditatis
locationis, non ad effectum incursus pœnæ, vt
post Calderinum *ad c.cum contingat, de iureiur.* 10
tenet Didacus *lib.2.variar.resol.c.16.n.2.* Hinc
Rota testimonio Cantucij *decis.26.nu.3. diuers.*
p.2. tenuit, dispositionem *l.fi. C. de iure emphyt.*
loquentis de emphyteuta, non habere locum
in conductore ad longum tempus ad effectum
excludendi pœnam priuationis.

Summa ex §. Commendare.

1 *Commendare, laudare est.*
2 *Cõmendare est alicuius fidei quid cõmittere.*
3 *Commendare beneficium est alicuius fidei committere.*
4 *Commendare apud Vlpianum deponere est.*
5 *Deposita pecunia commendata dicitur.*
6 *Gladius depositus furenti reddendus non est.*
7 *Depositarius re deposita vti non debet.*
8 *Maiorem auctoritatem habet commendatarius, quàm depositarius.*
9 *Ordinarius vsque ad sex menses commendare potest beneficium curatum.*
10 *Inferior summo Pontifice non commendat, nisi ætate legitima, & ordine sacro concurrentibus.*
11 *Magis idoneus esse debet commendatarius, quàm titularis.*
12 *Inferior Papa potest beneficium simplex commendare.*
13 *Legati ordinarijs præstantiores sunt.*
14 *Legatus ecclesias non collegiatas commẽdat, nec reseruat, nec confert.*
15 *Ordinarius potest ecclesias collegiatas parochiales commendare.*
16 *Constitutio de parochialibus ecclesijs simplicibus non extenditur ad parochiales collegiatas.*
17 *Differt beneficium parochiale simplex à beneficio annexo canonicatui, siue ecclesia collegiatæ.*
18 *In parochiali collegiata non est necessaria ætas, quæ in parochiali simplici, concursus nullus.*
19 *Ordinario non est vllo iure prohibitum de collegiatarum ecclesiarum reseruatione, seu collatione, quod est Legato Apostolico.*
20 *Ordinarij iurisdictio est potius dilatanda, quàm restringẽda: secus Legati Apostolici.*
21 *Commendatarius facit fructus suos loci sibi commendati, dum eum in suo statu conseruet, ac si esset Titularis.*
22 *Cui commendatur ecclesia, dum ei de pastore prouideatur, est potius custos, ac depositarius, quàm commendatarius.*
23 *Depositarius ecclesiæ rectore vacantis non*

facit

facit fructus suos, nisi quos in sibi necessarijs impendat.

24 *Impetratio beneficij multiplici reseruatione affecti vacantis nulla est, si reseruationes taceantur.*

25 *Cardinalis beneficium multiplici reseruatione affectum vigore indulti conferre potest.*

26 *Principis priuilegium latissimæ interpretationi subiacet.*

27 *Reseruatio duplex est: realis, & personalis. Vide harum inclinationes in textu.*

28 *Reseruatio personalis dignior est, quã realis.*

29 *Qui beneficia reseruata conferre potest, & specialiter, et generaliter reseruata cõfert.*

30 *Concurrẽtibus simul reseruationibus in vna, & eadem persona, nempe personali, & reali, potentior attenditur.*

31 *Potentior reseruatio est ex familiaritate Papæ, quàm Cardinalium.*

32 *Collatio beneficiorũ reseruatorũ ex familiaritate semper ebara sũmis Pontificib fuit.*

33 *Ius conferendi beneficia quamuis reseruatione affecta Cardinali competit ex indulto, dum sit ordinarius collator, ac ea extra curiam vacent.*

34 *Regulæ Cancellariæ, & extrauagantes impediunt collationem ordinariorum.*

35 *Indultum extraordinarium, quia odiosum est, restringi debet.*

36 *Indultum extraordinarium non extenditur ad beneficia duplici ratione affecta.*

37 *Episcopus ex indulto conferẽs beneficia reseruata, non potest conferre affecta duplici reseruatione, sicut Cardinalis: & quare.*

38 *In diuersis similibus à casu expresso non fit extensio, etiam ex maioritate rationis.*

39 *In ijs, quæ a Principe ægre obtinentur, casus non expressi per verba etiam generalissima non comprehenduntur.*

Commendare, cæteraq. super his necessaria, & opportuna facere, & exequi libere, & licite valeas in omnibus, & per omnia perinde, ac si collationes, prouisiones, commendæ, ac gratiæ, vel quæuis aliæ dispositiones tam per nos, vel prædecessores, aut successores nostros pro tempore existentes, & Sedem prædictam, quàm etiam Legatos de latere, etiam Cardinales, etiam motu, & scientia similibus, deq. Apostolicæ potestatus plenitudine, ac cum quibusuis fortissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis, etiam familiaribus, continuis commensalibus nostris, aut Cardinalibus hactenus concessa, & in posterum concedenda, non emanassent, seu emanarent, & Cancellariæ Apostolicæ regulæ, cætereq. constitutiones, etiam dignitatum, non tamen maiorũ, & principalium, prioratuum etiam conuentualium, aliorumq. beneficiorum ecclesiasticorum, etiam Cardinalium viuentium, aut Romanorum Pontificũ, non tamen nostrorum, vt præfertur familiarium, continuorum commensalium, seu aliàs quouis modo reseruationes generales, seu speciales continentes, seu inducentes, vel alias quomodolibet affectiones facientes, & alia quæcumque cõtraria, seu tibi in præmissis, vel circa ea impedimẽtum quomodolibet præstantia, seu præstare volentia, ad monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, aliaq. beneficia prædicta nullatenus se extenderent, sed de ipsis, quæ pro tẽpore quomodolibet extra dictam curiam, etiam commendis cessantibus, & vnionibus dissolutis vacare cõtigerit, vt præfertur, libere disponas perinde, ac si collationes, cõmendæ, reseruationes, affectiones, regulæ, & cõstitutiones huiusmodi non apparerent.

Commendare. Pars hæc licet verbis sit prolixa, sensu tamẽ stricta, & perbreuis est: nã quæ superius relata sunt, hìc iterũ inculcãtur. Quare breuiter duæ quæstiones examinandæ sunt: quarum altera est, an ordinarij possint beneficia cõmendare. altera, an conferre ratione indulti valeant Cardinales ea beneficia, quæ duplici modo reseruata sunt, vel affecta: de illa prius, de hac posterius ordine differemus. Commendare pluribus accipitur modis, testimonio glossæ *ad cap. nemo deinceps, in verbo commendare, de elect. lib. 6.* præsertim, cum res aliqua laudatur, commendari dicitur: vnde Cicero ad Atticum: Cui, qui noster honos? quod obsequium, quæ etiam ad cæteros contempti cuiusdam hominis commendatio nostra defuit? 1

Germon. de Indultis.

desuit? vt meum iudicium reprehendi à Quinto fratre, vulgoq. ab omnibus mallem, quàm illum non efferre laudibus? Plinius Clausio *lib. 5. epist. 7.* Sermonem inquit, vultus, gestus, vox ipsa moderatur: epistola omnibus commendationibus destituta malignitati interpretantium exponitur: quo sensu videtur ab Vlpiano accipi *in l. si verò, §. cum quidam, ff. mandati*, vbi ita. Rogo te commendatum habeas Sextilium Crescentem amicum meum, non obligabitur mandati: quia commendandi magis hominis, quàm
2 mandādi causa scripta est. Sed proprie commendare est, alicuius fidei committere. *Cicero ad Quint. fratr.* Tibi me, tibi meas omnes opes, fortunasq. commendo, tibi committo existimationem, ac spem reliquæ vitæ. *Pro Archia Poeta:* Poetæ quasi deorum aliquo dono, & munere cōmendati nobis esse videntur. *De Harusp. resp.* Pontifices, quorum auctoritati, & fidei, & prudentiæ maiores nostri sacra, religionesq. commendarunt. Quo sane sensu commenda apud
3 nos intelligenda est: nam commendare beneficium est illud alicuius fidei, auctoritati, & prudentiæ committere. Hinc mihi videtur rectè Rebuffus *in praxi benefic. tit. de commend. nu. 3.* dixisse, commendam non sequi in totum naturam depositi, etsi Vlpianus *in l. cōmendare. ff. de verb.*
4 *signif.* respondeat, commendare nihil aliud esse, quam deponere, prout etiam Papinianus *in l. Lucius, ff. depos.* nam & depositam pecuniam, com-
5 mēdatam dicit Alexander Papa Tertius *cap. 1. depos.* & Beatus Augustinus ad *Psalm. 5. versic. perdes omnes*, gladium commendatum appellat:
6 si cui, inquit gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commendauerit, poposcerit, si forte gladium suum repetat furēs, manifestum est non esse reddendum, ne se vel occidat, vel alium, donec ei sanitas restituatur, *can. ne quis arbitretur, 22. q. 2.* natura tamen depositi est, vt quod depositum est, in eadem
7 specie restituatur, hoc est, vt depositarius re deposita non vtatur, si vtatur, sed eam custodiat, *d. l. Lucius*, in qua ita Iurisconsultus. Quod ita verum est, si id actum esset, vt corpora nummorum eadem redderentur. Nam si, vt tantumdem solueretur inter contrahentes conuenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos, & fit mutuum, *l. 2. ff. de reb. cred. si cert. petat.* quænam sit contractuum substantia, ac natura, & quæ adminicula, diximus *cap. vlt. num. 72. cum nonnullis seqq. lib. 3. de Sacrorum Immunitat.* Itaque si depositarius re deposita vti, fruive cœperit, non erit amplius depositarius. Quare si ita vocandus est; oportet, vt solam rei depositæ custodiā adhibeat. At qui in commendam habet beneficium, siue in perpetuum, siue ad tempus, eius administrationem habet. *Crescent. decis. 14. nu. 5. de rescript.* & expensas ex redditibus beneficij commendati facere, sumereq. ex eo alimenta, & debita soluere, sicut is, qui in titulum habet, *cap. 1. de solut. Archidiaconus ad can. qui plures, 21. q. 1. & supra late dictum est ad §. ita quòd liceat:* maiorem igitur habet auctoritatem com- 8
mendatarius, quam habeat depositarius.

Sed an ordinarius possit beneficium commen 9
dare, quæstionis est, posseq. vsque ad sex menses innuit *d. cap. nemo deinceps*, non æque vlterius. Placet tamen mihi nostrorum expositio, *vtputa Archid. Domin. Philipp. & aliorum*, quòd intelligi debeat illud cap. de beneficijs curam animarum habentibus, non item de alijs simplicibus beneficijs loqui, *can. sanctorum, 70. dist. glos. ad can. pastoralis, 7. q. 1. Rebuff. in tract. de pacif. possess. nu. 45. quod verba d. cap. nemo deinceps, demonstrant, ibi.* Huiusmodi autem commendam (vt præmittitur) rite factam declaramus vltra semestris temporis spatium non durare: statuentes quidquid secus de commendis ecclesiarum parochialium actum fuerit, esse irritum ipso iure. Neque etiam displicet eiusdem Philippi *ibid. in princ.* cōsideratio, quòd scilicet, 10
etiam ad semestre inferior Papa nō possit beneficium parochiale in commendam dare, nisi duo concurrant, videlicet, legitima ætas, & ordo sacerdotalis. Quare videmus, maiorem in cōmen- 11
datario idoneitatem, quàm in titulari requiri, cui parochiale beneficium conferri potest, licet viginti quinque annis maior non sit, dum tamen eos attingat, *cap. 12. §. nemo, Conc. Trid. sess. 24. de reformat.* satisfit, si non est sacerdos, in tali esse ætate constitutum, vt intra tempus à iure, & ab ipsa Tridentina synodo statutum, valeat promoueri, *d. cap. 12. §. neminem, cap. licet canon, & cap. statutum, de elect. lib. 6.* Non est 12
ergo dubium, quin Inferior Romano Pontifice possit beneficium simplex in commendam dare, quod indicant & verba huius nostri indulti, ibi: Commendare, ceteraq. super his necessaria, & opportuna facere, &c. & beneficium parochiale ad semestre, non item vlterius.

Sed an id locum habeat in ecclesia parochiali collegiata inter nostros controuertitur. Siquidem Ioan. Andr., *quem sequuntur Archid. Domin. Imola, & Philip. ad d. cap. nemo deinceps*, dicit, non habere locum, quia Episcopus potest talem ecclesiam & ad tempus, & in perpetuum commendare, *Petrus autem de Anchar. ibid. n. 2. in fine*, contrarium tuetur: quia, inquit, ecclesia collegiata non debet esse deterioris conditionis, quàm sit parochialis simplex, *l. Senatores, ff. de Senat.* quibus addo, quòd immo non 13
debet esse melioris conditionis: nam videmus, Legatos Apostolicos, qui ordinarijs præstantiores sunt, *tot. tit. de offic. legat.* non posse collegia- 14
tas

tas ecclesias commendare, vel sibi reseruare, vel conferre, *c. pen. eod. de off. leg. lib. 6.* ergo nec ordinarius poterit, saltem vltra semestre, *ex d. c.*
15 *nemo deinceps*, verior tamen videtur Ioãnis Andreæ, & Archidiaconi opinio, quæ communis est, vt eam ordinarius possit commendare. Huius opinionis est, quòd cum ante constitutionẽ *d. c. nemo deinceps*, parochiales ecclesiæ in commendam dari consueuissent, *vti videre est in can. qui plures 21. q. 2. c. dudum, 2. de elect. c. si*
16 *constiterit, de accus.* essetq. postea statutum, vt ad parochialium ecclesiarum regimen nullus assumeretur, nisi esset in certa ætate constitutus, & idoneas haberet qualitates, atq. intra annum ad sacerdotium posset promoueri, *d. c. licet canõ*, idq. non habere locum in ijs, qui assequerentur collegiatas ecclesias, etiam si aliàs parochiales essent, decreuerit Bonifacius octauus *c. statutũ, eod. de elect. lib. 6.* Quapropter ego *supra ad* §. *quibusuis* dicebam, congregationem Cardinaliũ ad concilium Tridentinum interpretandum cõstitutam *ad* §. *ad certas, d. c. 12. sess. 24.* respondisse, ætatem xxij. annorum sufficere ad acquirendum canonicatum, cui sit annexa parochialis, quemadmodum etiam *ad d. c. 18. ead. sess. 24.* quo cauetur, vt nullus admittatur ad beneficiũ parochiale, nisi qui ab Episcopo, vel eius Vicario generali, atque ab alijs examinatoribus fuerit approbatus, hoc est per examen concursus, eandem congregationem respondisse, examen concursus non esse necessarium in dignitate, quæ parochialem perpetuò, & accessorie annexam habet, concludendum est (quia magna in-
17 terest differentia inter beneficium parochiale simplex, & inter annexum canonicatui, vel ecclesiæ collegiatæ) cõstitutionem, *d. c. nemo deinceps*, restringi debere, non autem extendi ad ecclesias collegiatas, cum de simplicibus parochialibus loquatur, non æque de collegiatis. Nec obstat ratio Petri de Ancharano, vt collegiata ecclesia non sit deterioris conditionis, quàm sit parochialis simplex: nam ex iam dictis patet responsio: quia scilicet in simplici paro-
18 chiali legitima ætas viginti quinque annorum requiritur, non item in collegiata, requiritur in illa examen concursus, non æque in ista. Nec obstat, quòd Legatus, qui maior est ordinario, non possit collegiatam ecclesiam commendare: respondetur enim, Legato id esse iure prohi-
19 bitum *d. c. pen.* & quidem expresse, vt collegiatas ecclesias nec sibi reseruare, nec cõferre valeat. De ordinario nullibi constat, quinimmo cõtrarium apparet manifeste, *ex iam citatis can. qui plures, cap. dudum, & cap. si constiterit*, cuius iu-
20 risdictio extendi, non restringi debet: secus verò in Legato *per ea, quæ supra ad* §. *per quæ sublatis, diximus.* Poterit itaq. summo Pontifice inferior omnia beneficia ad eius collationem spectantia, exceptis, vti diximus, parochialibus ecclesijs, & quidem simplicibus, in commendam,
siue temporalem, siue perpetuam dare: & com- 21
mendatarius faciet fructus suos, ita tamen, vt teneatur conseruare ecclesiã in suo statu, adeo, vt in ea seruiat numerus consuetus clericorum, & alia similia facere, quæ titularem facere oporteret, *Abb. ad c. querelam, n. 1. de elect. c. de monachis, n. 3. & 8. de præbend.*

Quando autem oritur controuersia de ele- 22
ctione, vel confirmatione, licet ecclesia dicatur alicui in commendam dari, tunc tamen non dicitur proprie beneficium commendari, quia vere non commendatur, sed in ea constituitur custos, vel œconomus, cuius officium durat vsquequo ecclesiæ de pastore, & titulari legitime prouisa sit, etiam si sex mensium spatium fuerit elapsum, *c. cum vos, de offic. ordin. Ioan. Andr. & Philip. ad d. cap. nemo deinceps, num. 2.* & eo casu commenda dicitur facta ecclesiæ intuitu, & cõ-
mendatarius, seu potius custos ille deposita- 23
rius dicitur, nec facit fructus suos, sed tantum ea percipere potest, quæ sibi ad victum, vestitumq. sunt necessaria, & ita intelligi possunt, *glossa, Archid. Dominic. Franc. & alij ad d. c. nemo deinceps, Rota antiquiorib. tit. de præb. decis. 1. num. 3. Alex. in consil. 96. num. 3. lib. 4. Corn. consil. 66. nu. 4. lib. 3.* qui dicunt, *vt supra ad* §. *ita quòd liceat, in princ. ostensum est*, commendatarium non facere fructus suos. Hactenus de commendis.

Altera quæstio principalis istius Paragraphi est, an Cardinalis beneficium duplici, seu multiplici reseruatione affectum conferre possit vigore indulti, vt si beneficium vacet per obitũ ali-
cuius, qui sit, exempli gratia Collector, Abbre- 24
uiator, & Capellanus, quo casu triplici modo dicitur reseruatum, quòd si de hisce omnibus reseruationibus non fuerit facta mentio, impetratio est ipso iure nulla, *testimonio Felini ad c. in nostra, corollario, 6. de præscript. Caldil. consil. 7. Aeneas de Falcon. in tract. reseruat. benef. quæst. 4. princip. effect. 44. Caputaq. decis. 85. in fine, part. 2. Quint Mandos. in tract. signat. grat. in verbo indultum, versic. an autem*, vel si fuerit Cubicularius, & Scriptor, vel Cursor, & Collector, vtriusque reseruationis mentio fieri debet, vt valeat impetratio. An igitur Cardinalis, hisce non obstantibus reseruationibus, possit vacantia beneficia conferre? Hæc quæstio dissentientes valde habet magistros: alij asserunt, alij negant, alij distinctionem adhibent: Aegidius Bellamera *decis. 425.* dicit non posse, etsi Rota, vt ipse refert, contrarium tenuerit. Eiusdem opinionis videtur fuisse Aeneas de Falcon. *in d. tract. d. quæst. 4. effect. 6. n. 11.*

quamquam sibi parum constat: siquidem, ait, vel reseruatio est personalis respectu personarũ seruientium curiæ,& principaliter deputatarum ad seruitium Papæ, & curiæ, vti sunt familiares, vel Auditores, & similes, & hoc casu procedit *dec.*415. *Aegidij*, aut sunt personæ non tam qualificatæ, vt Collectores, qui communiter deputantur ex extraneis, & tunc procedit dispositio Rotæ per Aegidium relatæ. Mandosius *d. vers. an autem, in fine*, indistinctè Aegidium sequitur, vt qui conferre potuisset, vna reseruatione obstante, quæ sublata fuit propter indultum, non possit conferre illa ex duplici capite facta: ita quoque tenuisse Rotã testatur Caputaquensis *d. decis.* 85. quod autem possit, voluit Rota per dictum Aegidium citata, *quam etiam refert, & sequitur Felinus ad d. cap. in nostra, col. 6. versic. tamen videtur, Ludouic. Gomes. ad reg. de impetr. benef. vac. per obitum famil. Card. q.* 15. *vers. sed istis non obstantibus, & vers. modo*
25 *ad propositum, ibi, hinc dicit*. Quæ opinio videtur esse & rationi, & æquitati valde consona: nam quatenus Cardinales concernit, lata interpretatione est adiuuanda, ex ijs, quæ tradunt nostri, *ad l. beneficium, ff. de const. princ. ad cap. quia*
26 *circa, de priuileg.* est enim priuilegium Principis in sui præiudicium latissime interpretandum, *cap. olim, de verb. signif. cap. cũ dilectus, de donat. cap. decet, de reg. iur. Rota decis.* 3. *nu.* 2. *de offic. legat. in nouis, & dec.* 4. *ibi, ratio, de præb. in nouis, Aeneas de Falcon. d. effect.* 6. *nu.* 12. *Lapus all.* 84 *nu.* 2. ideo fieri debet extensio, quæ est benigna interpretatione adiuuanda. Idem tamen Gomesius *d. q.* 15. *vers. sed quando concurrerent*, distinctione vtitur: quòd aut in vna persona concurrunt duæ reseruationes personales, vel duæ reales, & tunc vtraque est principalis de per se, & non veniunt sub dispositione loquente de vna reseruatione: aut concurrunt duæ reseruationes, altera personalis, realis altera: & tunc attẽditur, quæ sit potẽtior: sed vt res clarior fiat, est paulò altius repetenda, & cũ eodẽ Gomesio dicendũ.
27 Quòd reseruationes per regulas, & extrauagantes inductæ dupliciter considerantur, vel intuitu personæ, vel ratione rei. Reseruatio familiaritatis dicitur personalis, quia ex persona resultat, vti est illa Protonotariorum, Abbreuiatorum, Collectorum, & aliorum huiusmodi officialium, *de quibus in reg.* 3. 4. 5. *&* 6. Reseruatio realis, principaliter rem ipsam aspicit, licet secundariò, ac minus principaliter personam, vt est reseruatio primarum dignitatum in ecclesijs cathedralibus, & collegiatis, *d. reg.* 3. cum alijs eiusdem generis. Nam tametsi illæ dignitates adhæreant personis, in reseruatione tamen consideratur principaliter locus, & res ipsa, & minus
28 principaliter, vel secundariò persona. Atque inter istas duas reseruationes, personalis reseruatio censetur dignior: licet nonnullæ ex realibus reseruationibus sint fortiores, vt est illa de qua *in cap.* 2. *de præb. lib.* 6. vnde Rota *in d. decis.* 4. *de* 29
præben. in nouis, dicit, quòd habens potestatem conferendi auctoritate Apostolica beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, potest nedum specialiter, sed generaliter reseruata conferre, vacantibus in curia per obitum duntaxat exceptis, quia illa veniunt sub generali concessione, *d. cap.* 2. Vnde concludit Gomesius: quòd quando duæ concurrunt in persona vnius reseruationes, nẽpe personalis, ac realis, potentior attenditur: at- 30
qui ex his duabus reseruationibus potentior est reseruatio, quæ fit ratione officialium, & fami- 31
liaritatis Papæ, quàm quæ familiaritatis Cardinaliũ: propterea quòd Pontifices omnes à Ioan- 32
ne vigesimo secudo vsque ad nostra tẽpora semper de huiusmodi officialium reseruationibus mentionem in suis regulis fecerunt, de familiarium verò Cardinalium reseruationibus nõ semper. Neque solum contenti fuere sibi ea reseruare per regulas, sed & plures extrauagantes ediderunt, quod est argumento charam illis, & peculiarem fuisse suorum familiarium reseruationem. Verum ne quidquam ad rem nostram pertinens omittamus: sciendum est, reseruationem considerari quattuor modis, ratione rei, vt dignitas maior: personæ, vt beneficia familiarium: loci, vt apud Sedem: temporis, vt de mense: at qui Cãcellaria tenet, nulla habita ratione prædictæ differẽtiæ, quòd dignior sit reseruatio perpetua.

Quidquid dicant Gomesius, & alij, ipse in ea sum sententia, vt existimem, Cardinalem virtute indulti conferre posse beneficia omnia, etiam duplici, & triplici, & multiplici reseruatione affecta, nisi ea Papa sibi expresse reseruauerit, *vti sunt post pontificales in cathedralibus maiores, & in collegiatis principales*. Item ea, quæ dicuntur consistorialia, vel conuentũ habent, vel quorũ fructus in libris cameræ taxati reperiuntur, de quibus omnibus plura diximus *supra ad* §. *etiam si*, vel ea, quæ fuerunt familiarium, & continuorum commensalium eiusdem Romani Pontificis indultum concedentis, eorum inquam, qui vere, & actualiter familiares, & continui commensales sunt, aut dum Cardinalatus fungebatur honore, fuerunt, *vt videre est supra ad* §. *etiam ex eo quòd*. Qua in re duo animaduertenda sunt, vt 33
vera sit hæc nostra propositio, primum vt Cardinalis ille, quem dicimus omnia virtute indulti conferre posse beneficia, quamuis reseruatione affecta, exceptis, quæ superius enumerauimus, sit ordinarius collator, ita vt ordinarium, non extraordinarium habeat indultum: alterum, quòd huiusmodi beneficia vacent extra curiam. Me declaro, & quoad primum.

Dico,

Dico, Cardinalem, cui ordinarium concessum est indultum, posse conferre omnia beneficia, illis duntaxat exceptis, si vacent extra curiam, etsi pluribus fuerint reseruationibus affecta. Namque diximus *supra ad* §. *per quæ sublatis*, *& passim alibi*, indultum nihil aliud esse, quàm
34 remotio impedimenti, quo impediuntur ordinarij collatores per regulas Cancellariæ, & extrauagantes, quominus possint omnia, & singula conferre beneficia. Nam ante promulgationem, & regularum, & extrauagantium dubium non est, quin ordinarij conferrent per cuiusuis obitum: concesso itaque indulto, sublatum est omne impedimentum, & ordinarius collator restituitur in pristinum eius statum. Si verò indultum fuerit extraordinarium, non item: ratio est,
35 quia illud est fauorabile, hoc odiosum, & cum sit odiosum debet restringi, ita vt non extenda-
36 tur ad beneficia duplici reseruatione affecta, de quibus intelligi debent ea, quæ attulimus ex Gomesio, & alijs: nam Gomesius expressè loquitur de beneficijs vacantibus per obitum familiarium Cardinalium. Nam tale priuilegium Cardinalibus concessum, vt soli suorum familiarium beneficia conferre valeant, licet dicatur esse fauorabile, non est tamen ita fauorabile, vt est illud, quod conceditur habenti collationem. Etenim Papa, dum concedit Cardinalibus, vt possint conferre beneficia per obitum suorum familiarium vacantia, dat, quod ipsi non habent: sed dum concedit Cardinalibus collationem habentibus indultum, nihil dat, sed remouet obstacula, quibus impediebantur, quominus conferrent, est itaq. differentia manifestissima.

Sed obijciet aliquis sic. Si Cardinalis habens ordinarium indultum est melioris conditionis, quàm sit Cardinalis habens indultum, quoad familiaritatem, quia Papa concedendo indultum nihil noui, aut iuris confert ei, qui habet ordinariam collationem, idem profectò dicendum esset, de quolibet ordinario, etiam non Cardinali, habente indultum. Atqui videmus aliter à Rota decisum fuisse *in d. decis.* 85. *Caputaquen.*
37 *part.* 2. vt indultum concessum Episcopo conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, non operetur, vt possit conferre beneficia reseruata duplici reseruatione. Ad hoc facile responderemus, ex eadem decisione: quòd ibidem Papa restringit se ad vnicam reseruationem: non enim dubium est, quin inter alias reseruationes adsit vacatio apud sanctam Sedem: & ex eo, quòd Papa concessit indultum, vt posit conferre beneficia vacantia apud Sedem, ex ipsa specificatione in indulto facta manifeste constat, Papam noluisse date prouisionem de beneficijs reseruatis alio modo, quàm ex vacatione apud Sedem, *argum. l. cum prætor, ff. de iudic.* & cum in indulto sit facta specialis mentio de vacantibus apud Sedem, non videtur, quòd comprehendatur in eo alia reseruatio diuersa, & dissimilis, *Rot. decis.* 1. *de offic. legat. in antiq.* & maxime, quia in diuersis similibus à casu expresso, non fit extensio etiam ex maioritate rationis, 38
secundum Antonium consil. 151. *in fin. quem refert, & sequitur Crauet. consil.* 6. *num.* 11. *lib.* 1. tum quia sumus, ait Caputaquen. *d. dec.* 85. *n.* 3. in his, in quibus Papa solet se difficilem præbere, quo casu verba quantumcumque generalia 39
non comprehendunt casum non expressum, *vt per Ioan. Monach. ad cap.* 1. *in glos. in verb. natalium, de filijs presbyt. lib.* 6. *Bald. ad cap. naturalis, in fin. in tit. si de feud. fuer. controuersia.* Sed in indulto nostro Papa se non restringit ad vnam vacationem, ergo nec nos restringere nosmetipsos debemus, cum sit causa fauorabilis. Et hæc opinio nostra maxime adiuuatur stylo Cancellariæ: siquidem in litteris Apost. vna tantum dispositiue datur reseruatio, aliæ verò dantur conditionaliter: & ex ista ratione forsan non est expressum in indulto de pluribus reseruationibus, idque habere quoque locum in indultis extraordinarijs potest. Verùm, si beneficium reseruatum sit ratione mensium, adsitq. alia reseruatio, vel si sit ipsum alia de causa affectum, nec in impetratione fuerit facta mentio de mense vacationis, vel dispositiue, vel conditionaliter, tenet Rota *decis.* 122. *diuers. par.* 3. *lib.* 1. collationem valere, quia Regula octo mensium, qua cauetur fieri debere mentionem de mense, non loquitur de beneficijs aliàs reseruatis, sed de quibus Ordinarij prouidere possunt, in quorum numero non sunt reseruata.

Altera conditio erat, quòd beneficia à Cardinali virtute indulti conferenda, licet affecta, vacent extra curiam. De qua conditione ad §. proxime subsequẽtem sermonem facturi sumus: nam si in curia vacent, ac duplici reseruatione sint affecta, licet conferri à Card. non valeant, *ex d. c.* 2. *de præb. lib.* 6. & ex eo quòd Papa sibi collationem in indulto reseruat, non tamen tenet eorum collatio ab ipso Papa facta, absque illius Cardinalis consensu, si ipse fuerit in curia, vel si absuerit, eius procuratoris.

Summa ex §. Si verò illa.

1 *Reseruatio beneficiorum in curia vacantium est reseruationum maxima.*
2 *Reseruatio beneficiorum in curia vacantium de iure communi est, præterquam quòd confirmatur etiã per regulas Cancellariæ.*
3 *Papa non confert beneficia ad collationem Cardinalis ex eius indulto spectantia, etsi vacant in curia, nisi cum eius assensu.*

4 *Paria sunt, vacare in curia, & apud Sedem Apostolicam.*
5 *Vacare dicitur beneficium non solum per obitum, sed & pluribus alijs modis.*
6 *Resignata in curia, dicuntur in curia vacare, licet alibi sit constitutus procurator.*
7 *Differunt beneficia vacantia in curia à specialiter reseruatis.*
8 *Aliud est vacare apud Sedem Apostolicam, aliud esse reseruatum Sedi Apostolicæ.*
9 *Beneficia in curia vacantia sunt ceteris magis affecta.*
10 *Beneficia in curia vacantia sub generali collatiua facultate non veniunt, quamuis clausula maxime prægnantes sint.*
11 *Clausula motus proprij in beneficijs in curia vacantibus in generali concessione nihil operatur.*
12 *Beneficia regalium Franciæ, quamuis in curia vacent, à Papa non conferuntur.*
13 *Prærogatiua regalium Franciæ vsque ab anno 1339. incepit.*
14 *Rex Franciæ ecclesiarum regni sui protector dicitur.*
15 *Bonifacius octauus scribit Regi Franciæ, illum in temporalibus sibi subiectum esse.*
16 *Regem Franciæ ius regaliorum in ecclesijs à se fundatis habere, ait Rebuffus.*
17 *Beneficia iurispatronatus laicorum non possunt dici vacare in curia.*
18 *Papa non confert beneficia iurispatronatus laicorum in Francia vacantium, ait Rebuffus: sed hoc non est semper verum.*
19 *Beneficia vacantia per promotionem ad episcopatum iure communi non erant olim reseruata: sunt verò primum consuetudine, deinde pontificia constitutione, tandem per regulam Cancellariæ vigesimã quartam.*
20 *Beneficia promoti ad episcopatum non vacant ante consecrationem.*
21 *Quattuor requiruntur, vt beneficium promoti vacet: prouisio, confirmatio, consecratio, & possessionis adeptio ecclesiæ, ad quam quis promouetur.*
22 *De stylo Cancellariæ non vacant beneficia promotorum ante adeptionem possessionis.*
23 *Dispensatio retentionis beneficiorum per promotionem vacantium ante possessionem episcopatus non est necessaria.*
24 *Beneficia promoti vacant, si per eum stat, quominus intra tempus ei à lege datum adipiscatur sua ecclesiæ possessionem.*
25 *Beneficia per promotionem vacant illico, eum in eodem consistorio, in quo quis promouetur, eius beneficia à Papa conferuntur.*
26 *Retentio beneficiorum expedienda est per easdem Bullas, quibus expeditur episcopatus, aliàs excommunicatur, qui id seorsum postea faceret.*
27 *Regula de beneficijs vacãtibus per promotionem non pertinet ad eos, qui ad episcopatus in partibus infidelium sitos promouentur.*
28 *Dispensatio de non consecrando non impedit quin beneficia promoti vacent, nisi de eorum retentione mentionem faciat.*
29 *Dispensatus ad obtinenda beneficia non censetur dispensatus ad ea retinenda.*
30 *Tot necessariæ sunt dispensationes, quot sunt obstacula.*
31 *Beneficia vacant per translationem ea obtinentis ad episcopatum.*
32 *Beneficia vacant per promotionem ad Cardinalatum.*
33 *Habens episcopatum, aut beneficia in ecclesia ad ius regalium Regis spectante, si efficiatur Regis rebellis, & episcopatu, & beneficijs priuatur.*
34 *Beneficia vacant per assumptionem ad summum pontificatum.*
35 *Ne beneficia per promotionem ad episcopatum vacent, necessaria est dispensatio, & litterarum expeditio.*
36 *Si permutetur episcopatus cum episcopatu, non vacant priora beneficia, nec est necessaria litterarum expeditio.*
37 *Retentio beneficiorum concessa extenditur ad obtenta, tam de iure, quàm de facto.*
38 *Etiam iurispatronatus beneficia vacant per promotionem.*
39 *Pensio vacat per promotionem, sed antequam possessio apprehendatur ecclesiæ collatæ secundum auctorem.*
40 *Pensio est odiosa, quia beneficio seruitutem imponit, nisi sit in resignatione reseruata, aut ad sustentationem concessa.*
41 *Odium, seu fauor dispositionis cognoscitur ex intentione disponentis.*
42 *In quacumque dispositione attendi debet, quod principaliter agitur, & quandoque non est principale, quod prius est.*
43 *Concurrentibus odio, & fauore in dispositione, dicitur tota fauorabilis.*
44 *Pensio, & episcopatus non sunt incompatibiles inter se.*
45 *Præiudicium ex legitima causa tertio factum latam recipit interpretationem.*
46 *Odiosa dispositio strictam non recipit interpretationem, cum odium est rationabile.*
47 *Legitima est pensio imposita ex bone sta causa pro tertia parte fructuum.*
48 *Papa pensionem imponere super beneficio potest absque consensu beneficiati.*
49 *In generali concessione non conceduntur ecclesiæ cathedrales.*

50 Suffi-

50 *Sufficit, dispensationem in aliquo operari.*
51 *Licet gratia de retentione pensionum facta non faciat mentionem de ecclesijs, quibus pensiones innituntur, singillatim, dum in plurali numero de eis loquatur, omnes ecclesias comprehendere præsumitur.*
52 *Facultas transferendi pensionem, si pensio amittatur, ac ex gratia retineatur, nihil valet, nisi iteretur.*
53 *Facultas transferendi non est accessoria ad pensionem, sed extrinseca.*
54 *Prorogatio, cum tendit in præiudicium tertij, dicitur nouus actus, etiam in odiosis.*
55 *Pensio morte pensionarij extinguitur.*
56 *Ius pensionis concessæ alicui, vt in alium transferatur, penes primum remanet, donec fiat translatio in secundum.*
57 *Cum ius pensionis est penes vnum, commodum penes alterum, habens ius nullum ex pensione commodum sentit.*
58 *Commodum pensionis potest absque solemnitate, & pensionarij consensu ex vna in aliam personam transferri.*
59 *Translatio commodi personalis pendet ab eo, qui est dominus eiusdem commodi.*
60 *Mortuo pensionario, hoc est ius pensionis habente, pensio extinguitur.*
61 *Commodum pensionis habens agit actionem mandati, non autem tamquam ius habens.*
62 *Pensio, & vsusfructus assimilantur.*
63 *Vsusfructus cum persona extinguitur.*
64 *Hæredes pensionarij consequuntur pensionem decursā pro rata tēporis vitæ pensionarij.*
65 *Pensio translata durat in translatarium, etiam post mortem transferentis.*
66 *Actus in dubio præsumitur validus, ac iustus.*
67 *Resolutio fit regulariter, quoad omnes qualitatis actus.*
68 *Ius datoris mensura est iuris acceptoris.*
69 *Pensionis commodū durat, quousq. durat persona ius pensionis habens, siue trāslatarius.*
70 *Beneficia vacantia per resignationem in manibus Papæ factam, à Papa conferri possunt absque consensu Cardinalis indulto gaudentis.*
71 *Indultum dans facultatem conferendi beneficia resignata in manibus Papæ non extenditur ad resignationem factam ad fauorem certæ personæ.*
72 *Altero resignante, & altero supplicante, dicitur resignatum in fauorem certæ personæ.*
73 *Procuratore fines mandati excedente in resignatione, cessio nulla fit.*
74 *Clausulæ, non aliàs, aliter, nec alio modo, important conditionem suspensiuam.*
75 *Sunt enim limitatiuæ, & præseruatiuæ voluntatis.*
76 *Facta resignatione pro certa causa, si ea cesset, resignatio euanescit, saluo iure resignantis.*
77 *Resignatio valida est, cum supplicatio est signata.*
78 *Consensus pensionis potest præstari, etiam post obitum resignantis, si eo viuente supplicatum fuerit.*
79 *Consensus ad beneficij resignationem præstari potest per procuratorem, etiam mortuo resignante, si ab eodem procuratore supplicatio porrecta fuerit.*
80 *Regula de extensione consensuum* Cardinales *non comprehendit.*
81 *Cui non conuenit legis qualitas, nec conuenit dispositio.*
82 *Fraudes in* Cardinali *non præsumuntur.*
83 *Cedere non dicitur* Cardinalis *consentiens collationi alterius.*
84 *Clausula de consensu* Cardinalis *mortui in prouisione Papæ apposita nihil operatur.*
85 *Verba hæc: de* Cardinalis *consensu, faciunt gratiam conditionalem.*
86 *Subreptio quandoque non excusatur, licet ex simplicitate, vel ignorantia proficiscatur.*
87 *Auctoris opinio circa Coadiutoriam futuræ successionis.*
88 *Regula reuocatoria disponens de Legatis à latere comprehendit* Cardinales.

Si verò illa in dicta curia per obitum, aut promotionem, vel quamuis aliam dimissionem, vel amissionem, præterquam per resignationem in manibus nostris, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium vacare contigerit, etiam ex eo, quòd illa obtinentes dictæ Sedis notarij, subdiaconi, acolyti, capellani, cubicularij, nuntij, abbreuiatores, scriptores, seu alij officiales, aut quauis alia qualitate aliquam aliam generalem reseruationem, vel affectionem inducentes qualificati, aut prædictorum nostrorum, seu aliorum eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam tunc viuentium, non tamen nostri, vt præfertur familiares, continui commensales fuerint, vel extant, aut ex quauis alia causa dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata fuerint, ac ipsi familiares, & officiales beneficia huius-

modi

modi commendæ, vel vnionis, aut quouis alio titulo obtinuerint, quod in expeditione litterarum Apostolicarum super illorum collatione per nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes facienda, tuus, si in eadem curia tunc præsens fueris, per teipsum, si verò ab ea te abesse contigerit, vt præfertur, tui ad id à te pro tempore constituti procuratoris expressus accedat assensus. Alioquin prouisiones, commendæ, gratiæ, & dispensationes huiusmodi, ac litteræ Apostolicæ desuper conficiendæ nullius sint roboris, vel momenti, auctoritate Apostol. tenore præsentiũ de specialis dono gratiæ indulgemus.

§. Si verò illa.

1 SI VERO ILLA. Hactenus de beneficijs, quæ extra curiam vacant, nunc agit de beneficijs, quę vacant in curia: nam licet reseruatio eorum beneficiorum, quæ in curia vacant, sit maior reliquis omnibus reseruationibus, *cap. 2. de præbend. lib. 6. Rota decis. 4. de præbend. in nouis*, quia non solum est in-
2 ducta de iure communi, sed etiam confirmatur
3 per regulas, Papa tamen non confert beneficia in curia vacantia ad Cardinalem vigore indulti spectantia, nisi eiusdem Cardinalis, si est in curia, vel si est absens, procuratoris expressus accedat consensus, *Puteus decis. 31. lib. 2.* In curia autem beneficia vacare pluribus modis dicuntur, quod an fit ex mente Pontificis, *in d. cap. 2.* an verò ex interpretatione prudentum, nolo altius inuestigare, cum sit receptum, nemine discrepante, in curia vacare, vel apud Sedem. (sunt enim paria vacare in curia, & apud Se-
4 dem) *glos. ad cap. statutum, de præbend. in 6. cum qua transeunt omnes, vt testatur Iacobus Simon.*
5 *tract. de reseruat. benef. q. 30. num. 2.* dici non solum beneficia vacantia per obitum, sed etiam per alterius beneficij assecutionem, promotionem, priuationem, per decretum, vt si in litteris apponatur decretum dimittendi obtentum, aliàs vacet eo ipso, vel si in indulto conferendi ponatur decretum, quòd prouisus teneatur expedire nouam prouisionem, aliàs beneficium vacet, item si fuerunt resignata in curia, etsi procura-
6 toris constitutio alibi facta sit, in curia etiam dicuntur vacare reseruata *per extrauag. ad regimen.* Immo Caldil. *consil. 9. de præbend.* asserit, omnia beneficia, si vacare contigerit, dici vacare in curia: quod qualiter debeat intelligi, ostendit Lapus *num. 3. cum seqq. allegat. 84.* & de his omnibus in curia vacationibus post alios tradit idem Simoneta *d. quæst. 30. & quæst. 26. 27. 28. 29. 31.*

Quidquid tamen sit, puto maximam esse dif- 7
ferentiam inter beneficia, quæ vacant in curia, siue per obitum, siue per alios dictos modos, & beneficia, quæ sunt deuoluta, & specialiter reseruata. Namque Rota *d. decis. 4. de præb. in nouis*, 8
ait, aliud esse dicere beneficium vacans apud Sedem Apostolicam conferre, & aliud reseruata Sedi Apostolicæ conferre: vbi etiam dicit, quòd habens facultatem conferendi reseruata, potest etiam conferre generaliter reseruata, vacantibus per obitum apud Sedem duntaxat exceptis: specialius itaque beneficia in curia vacantia ceteris 9
dicuntur esse affecta, *d. c. 2. Mand. in præfat. 5. regul. num. 1.* neque sub generali conferendi fa- 10
cultate veniunt, *glos. ad c. 1. de offic. legat. Gambara de Legat. lib. 3. nu. 122. Mandos. ad d. alleg. Lapi 84. littera D. verbo, non includuntur.* Paulus Granutius *in append. ad Simon. d. q. 26. verb. curia, vbi num. 8. etiam asserit post Aeneam de Falcon. in tract. de reseruat. q. 4. princ. effect. 43.* id habere locum, etiam si collationis clausulæ prægnantes sint, vt puta de vacantibus, & vacaturis qualitercumq. & vbicumq. etiam generaliter, vel specialiter reseruatis. Atque etiam si 11
clausula motus proprij in hac facultate conferendi quæcumq. beneficia fuerit adiecta, beneficia in curia vacantia non venire, *post Dominic. & Franc. ad d. c. 2. & Gabriel. de clausul. concl. 2. effect. 8. num. 90.* tradit, adijcitque neque vigore indulti posse Cardinalem de vacantibus in curia prouidere, licet ipse summus Romanus Pontifex rectè prouideat de consensu Cardinalis, *Puteus d. decis. 31. lib. 2.* quam conclusionem procedere arbitror in his reseruationibus, quas hic enumerat Papa, & si quæ sunt, illis similes, non in omnibus reseruationibus: alioquin de indulto dici posset, quod Gomesius dicit de facultate Cardinalibus concessa: quando quærit, an Cardinales possint conferre beneficia vacantia in curia per obitum suorum familiarium, & concludit, posse, *ad regul. de impetr. benefic. vac. per obitum famil. Card. q. 15. in princ.* alioquin illa regula, ait, inseruiret eis de vento, & rarò haberet locum. Ideo ait Papa hic. Si verò illa in dicta curia per obitum, aut promotionem, &c. De vacantibus igitur in curia per obitum, non est dubium, quin eorum collatio ad Pontificem maximum pertineat, habito Cardinalis consensu. Quæ regula illam patitur exceptionem, vt non procedat, si vacauerint per obitum familiarium: Gomesius loco proxime citato. Quod tamen

non

Digitized by Google

non fit, tam ratione indulti, quàm ex generali concessione, & indulgentia summi Pontificis erga S. R. E. Cardinales, *vt ex d. regul. 30. de impetr. benef. per obitum famil. Card.*

12 Sed ne prætereamus, quæ notatu digna sunt, scire etiam oportet, quòd beneficia, quæ sunt sub iure regalium, siue, vt aiunt, regaliorum Franciæ, non conferuntur à Papa, etiam si vacent in curia, *vti notat Rebuffus in tract. nomin.*
13 *num. 9.* & hanc declarationem Regem habuisse anno Domini 1339. scribit Dominicus Rufæus *in tract. de iure regaliorum, in 9. priuileg.* nec in mandatis Apostolicis comprehenduntur, *vt in*
14 *d. cap. 2. de præbend. lib. 6.* propter Regis prætogatiuam, qui dicitur ecclesiarum regni protector, asserente *Ioanne Feral. in tract. de iuribus, & priuilegijs Regis Franciæ, in 8. priuileg.* hancq. facultatem Regi competere non iure proprio, sed Apostolicæ Sedis fauorabili priuilegio *tradunt Ioan. de Selua in tract. de benef. par. 2. q. 23. nu. 2. Malcret. in tract. de elect. fol. 23. vers. 3. infertur*. Quod sane ius regaliorum quo tempore fuerit concessum, ostendunt Guaguinus in vita Philippi Pulchri *fol. 123. & seq. vers. eodem tempore, Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem, num. 370. cum seq. de testam. Stephan. Aufrer. in repet. clement. 1. nu. 57. de offic. ordin.* quod in loco refert ad verbum epistolam,
15 quam Bonifacius Octauus eidem Philippo scribit, in qua dicit, Regem Franciæ sibi, & in temporalibus, & spiritualibus subesse, ac beneficiorum, & præbendarum nullam habere collationẽ: & epistolam eiusdem Philippi, in qua respondet Bonifacio, se in temporalibus neminẽ recognoscere, & aliquarum ecclesiarũ, & præbendarum
16 collationem habere. Et propterea Rebuffus *d. tract. nominat. q. 15. nu. 10.* ait Regem non habere illud ius regaliorum in omnibus ecclesijs regni, sed in illis, quas fundauit, & in ecclesijs, quæ sunt citra Ligerim, atque ita fuisse in cameta computorum Parisijs declaratum affirmat.

17 In ecclesijs, quas fundauit Rex, mirum non est, cũ censeantur esse de iure patronatus. Nam regulariter beneficia spectantia ad præsentationem patroni laici, in curia non dicuntur vacare, *Abbas ad cap. dilecta, de maior. & obed. Barb. ad cap. dilectus, de offic. Legati,* quia laici retraherentur à fundationibus ecclesiarum, *Archid. ad d. cap. 2.* Immo ex consuetudine Franciæ receptum est, auctore Rebuffo, *d. q. 15. nu. 2.* vt etiam
18 Papa beneficia de iure patronatus non conferat per rationem supradictam: etsi ego aliter obseruari vidi, prout aliàs dixi, vel eo prætextu, quod beneficium nõ modò vacabat in curia, sed etiam per obitum Cardinalis in curia residentis. Hactenus de is beneficijs, quæ per obitum in curia vacant.

Magis dubitatur de beneficijs vacãtibus per 19
promotionem, namque beneficia vacantia per promotionem ad cathedralem ecclesiam de iure non erant reseruata, sed ordinarij illa conferre poterant, *cap. cum in cunctis, §. cum verò, de elect. glos. ad clem. 1. in verbo collato, ante fin. vt lit. pend. Iacob. Simoneta in tract. reseruat. benef. q. 27. in princ. Quint. Mandos. ad reg. 1. Cancell. q. 15. nu. 5.* vsu tamen curiæ receptum fuit, vt vacarent in curia. *d. glos.* ac præter consuetudinem superuenit *extrauag. ad regimen, sub tit. de prebend.* Vnde, cum hodie sint, nemine contradicente, reseruata, alia suboritur dubitatio, an beneficia promoti eo ipso vacent, quo est pro- 20
motus, vel post consecrationẽ, vel post adeptam possessionem tantum. Communi interpretum consensu receptum est, non vacare ante consecrationem, *Abbas ad d. §. cum verò, in tertio notab. Romanus consil. 335. & ibi per Mand. notatis in verbo promotionem, & Mandos. pater ad d. reg. 1. q. 15. nu. 2. & 3. Caputaquen. d. decis. 401. par. 2. Aldobrandinus Cardinalis in vna Pharen. pensionis, quæ hodie est impressa p. 1. Decisionum diuers. decis. 233. nu. 1. Granuc. in append. ad Simon. d. q. 27. in verbo, promotionem.* Immo Quintilianus Mandosius *ad d. regul. de benef. vac. per promot. qua apud eundem est, nu. 26. q. 4. nu. 4.* scribit, de iure communi quattuor copulatiue requiri ad hoc, vt promotus ad episcopatum, & alias maiores dignitates, amittat beneficia, quæ prius obtinebat, vtputa prouisio, confirmatio, 21
consecratio, & possessionis adeptio, *d. c. cum in cunctis, §. cum verò, vbi Ant. Card. & Abbas, Oldrad. consil. 14. Roman. d. consil. 335.* etsi curiæ stylus fuisse videtur, vt statim vacarent, statimq. conferantur per summum Pontificem, *quem stylum reprehendit Ioan. Andr. ad d. clement. 1. in verbo collatio, vt lit. pend. versic. item aduertendum, & cum eo Roman. consil. 345. nu. 17. Cassad. decis. 2. de constitut. & Mandos. in d. q. 15. nu. 5.* & Rotam tenuisse contra huiusmodi stylum innuit Caputaquensis *decis.* 401. qui sane stylus non videtur contrarius iuris dispositioni, neque interpretum opinioni, si accipiatur, prout idem Mandosius explicat *d. q. 4. nu. 5. atque ita in Rota die 9. Ianuarij, 1548. declaratum fuisse refert,* videlicet, quòd licet beneficia promoti statim conferantur, vere tamen, & effectualiter non præsumuntur vacare, nisi adepta possessione, vel vel nisi promotus fuerit in mora, & per eum steterit, quominus eam adipisceretur: qui stylus ex alio stylo comprobatur: namque Cancellariæ 22
stylus est, vt in quibuscumque cedulis consistorialibus dispensationem continentibus, de retinendo priora beneficia, dicatur, vt quæcumque beneficia, vel talia beneficia, &c. quæ obtines, postquam possessionem dictæ ecclesiæ, & illius bonorum

Digitized by Google

bonorum adeptus fueris, &c. vna cum eccle-
sia, &c. retinere possis. Ex quibus datur intelli-
gi, ait Mandosius, *d.nu.5.ibi,qui quidem stylus,*
23 quòd ante adeptam possessionem nulla dispen-
satio retentionis necessaria sit: & ratio rationis
est, quæ tacite,seu in consequentiam colligitur,
quòd beneficia prius obtenta non vacant ante
adeptam possessionem ecclesiæ, ad quam quis
promotus fuerit, alioquin frustra diceret, post-
quam possessionem adeptus fuerit,immo per ta-
lem dispositionem non esset cautum promoto,
24 si interim beneficia vacassent. Quibus assenti-
re videtur Caputaquensis *d.decis.401.n.4.* quia
inquit, à lege datur promoto ad faciendum se
consecrari tempus trium mensium: quòd si in-
tra dictum tempus non facit se consecrari, de-
bet ei imputari, & pari modo ei imputabitur, si
non docet de impedimento,quare possessionem
episcopatus non fuerit assequutus, & habetur,
ac si possessionem assequutus esset, ita vt bene-
ficia dicantur vacare:quia post assequutam epi-
scopatus possessionem, beneficia vacant: hæc
Caputaquensis. Card. Aldobr. *in d.decis.233.*
nu. 1. ait. Et quamuis in vna sit introductum,
vt vacent per promotionem,hoc tamen est,quia
eo ipso,quo Papa aliquem promouet ad episco-
patum,decernit beneficia vacare,illa illico con-
25 ferendo, in hoc enim solo casu Cancellaria te-
net, beneficia vacare statim post promotionem,
hoc est, si Papa in eodem consistorio facta pro-
motione alicuius ad episcopatum, illico confe-
rat beneficia, quæ prius obtinebat promotus.
26 Obseruat etiam Cancellaria, vt vnà cum Bullis
episcopatus expeditiones faciat retentionis be-
neficiorum, cuius, si expressa mentio facta non
fuerit, sub pœnis, & censuris, amplius fieri non
potest: quæ argumento sunt, priora beneficia
per promotionem non vacare, sed tantum per
possessionis apprehensionem: quæ opinio æqua
est, & ciuili, naturaliq. rationi conuenit. Vidi
ego, promotionem ad episcopatum locum non
habuisse, promotumq. ecclesiæ possessionem
numquam apprehendere potuisse, quo casu pu-
to dubium non esse, ipsum suis prioribus priuari
beneficijs non debuisse, cum per illum non ste-
terit,quominus adipisceretur traditæ sibi eccle-
siæ possessionem: esset enim durū,ac plane inau-
ditum, luere pœnas debere,qui crimen non cō-
27 misisset. Ideo videtur mihi dixisse, quod opor-
tuit Mandosius *in d.q.4.nu.5.vers.ex præmissis,*
nempe dictam regulam de beneficijs vacanti-
bus per promotionem non pertinere ad eos, qui
ad episcopatus apud infideles existentes, pro-
mouentur, cum eorum possessionem ex quauis
diligentia assequi minus posint. Idem tradit
Gigans *de pensionib. q.56.* & quod de stylo dixi-
mus, mihi mirifice placet opinio R.P.D.Iosephi
Ferrerij Referendarij, & Abbreuiatoris de parco
maiori, cuius alias mentionem fecimus, vt de
stylo beneficia per promotionem tantum nō di-
cantur vacare,sed de stylo decernantur vacare.

Sed quæri non ab re posset,an beneficia pro-
moti, qui dispensationem de non promouen-
do ad septennium à summo Pontifice obtinuit,
statim vacent, an verò elapso septennio, vel
post consecrationem tantum. Qua in re dice- 28
rem, quòd si illa dispensatio non facit mentio-
nem de retentione beneficiorum,& pensionum,
tum quoad amissionem beneficiorum habetur
pro promoto, *Aegid.decis.702.& Rota decis.21.*
de præbend. in nouis, atque ad hoc, vt beneficia
promoti ad episcopatū vacent, sufficit,vel quòd
sit consecratus,vel per eum stet,quominus con-
secretur, vel quòd possessionem episcopatus
adeptus sit, *Caputaquen. d. decis. 401. nu. 9.* sic
qui est dispensatus ad obtinenda alia beneficia,
non censetur dispensatus ad ea retinenda, *Doct.* 29
ad cap. non potest, de præbend. lib.6. Aldobrand.
d.decis.233.nu.26. Immo tot esse debent dispen
sationes, quot sunt obstacula, *Gemin.consil.33.* 30
Franc.ad d. cap.non potest,& super omnibus di-
spensari debet expresse, *Aldobrand.d.decis.233.*
nu.22. quemadmodum, si plures essent reserua-
tiones, de omnibus fieri debet mentio, alioquin
impetratio est nulla ipso iure, *Caputaq.decis.85.*
in fine, par. 2. late diximus nos supra ad §. *com-*
mendare, vers. altera quæstio principalis.

Et non solū vacant priora beneficia per pro- 31
motionem ad episcopatum, sed vacant etiam, si
quis habuerit prouisionem alterius episcopatus 32
cum eodem episcopatu, *argum.cap.nisi cum pri-*
dem, de renunciat. vel si promoueatur ad Car- 33
dinalatum, *Collectar.ad cap.fin.col.1.de concess.*
præbend. vel etiam,si Episcopus hostis efficiatur,
& rebellis Regis, & regni inimicus, in ijs eccle-
sijs, in quibus ius regaliorum datur Regi, quo
casu vacat & episcopatus, *Rebuff.in tract.nomi-*
nat.q.15.nu.10. vers. item quando, vel quando
quis ad summum pontificatū eligitur, vt in spe- 34
cie consuluit Hieronymus Gabrielius *cons.200.*
quando Ioannes Angelus Medices in Pontifi-
cem maximum fuit assumptus, & Pius Quartus
dictus,quod euenisse etiam scribit *Collectar.loco*
proxime citato, tempore Clementis Sexti.

Promotus itaque ad episcopatum, ne vacent 35
priora sua beneficia, debet non solum dispensa-
tionem super retentione obtinere, *de qua Man-*
dos. in eius prax.signat.gratiæ, vers. dispensatio,
super retentione propter promotionem: sed etiam 36
litteras expedire: *Puteus decis.327.* vbi etiam
asserit, non procedere in permutatione episco-
patus, nam quoties ex causa permutationis ali-
quis accipit alium episcopatum,habet retentio-
nē beneficiorū, nec obligatur ad expeditionem
littera-

Digitized by Google

litterarum ſuper ea retentione, ideo non cadit
37 in pœnam motus proprij. Item retentio bene-
ficiorum conceſſa extenditur ad obtenta tam
de iure, quam de facto, & econtra, *Caputaquen.*
dec.251.lib.1.& refert Granuc.ad Simon.q.27.
num.9. qui etiam quærit, an in hac beneficiorum
38 retentione, ſi promotus, qui beneficia iuris pa-
tronatus habebat, illa non expreſſit, ſubreptitia
cenſeatur, & beneficia ad patronorum commo-
da vacent: & refert, Gondiſaluum, & poſt eum
Gambarum *tract. de Legato, lib.3.num.499.* te-
nere pro affirmatiua.

Quidquid diximus de beneficijs, idem intel-
ligunt noſtri de penſionibus, *Caputaq.dec.303.*
in princ.decis.304.nu.1.decis.313.& decis.319.
part.2.& decis.100.part.3.Aldobrand.in d.de-
39 *cis.233 num.1.* illam verò conſtituunt differen-
tiam, quòd penſio ſtatim vacat per promotio-
nem. Mihi tamen non placet, vti vacet ante poſ-
ſeſſionis apprehenſionem, per ea, quæ de benefi-
cijs ſupra diximus, maxime cum data fuerit pro
ſuſtentatione, vel quando renuntiatum eſt be-
neficium cum retentione alicuius penſionis: nam
quando datur pro alimentis dicitur fauorabilis,
Gigans q.51. cum aliàs penſio dicatur odioſa,
40 quia per eam onus, & ſeruitus in beneficio in-
ducitur, *Gomes.ad regul.de infirm.q.16.Caecial.*
de penſion.q.8.& de eod. Gigans quæst.96. Ca-
putaquen.d.decis.100.num.5. cum beneficia ſine
diminutione conferri debeant, *tit. vt benef. ſine*
diminut.confer. ſed quia principalis intentio Pa-
pæ eſt conſulere ei, qui penſionem ſibi in reſi-
gnatione beneficij reſeruat, vel cui ea pro ſu-
ſtentatione conceditur, talis diſpenſatio dicitur
fauorabilis, vt eleganter tradit Cardin. Aldobr.
in decis.240. num.8. impreſſa in d. parte prima
Decis. Diuerſor. ex receptiſſima concluſione,
41 quòd ad iudicandum, an diſpoſitio ſit odioſa,
vel fauorabilis, inſpicitur principalis intentio di-
ſponentis, an fuerit odium, vel fauor, *l. qui exce-*
ptionem, ff. de condit. indeb. vbi Bartol. Paulus de
Caſtro, & alij communiter ad l.venia, C. *de in*
ius vocand.vbi Decius num.5.& 6.teſtatur eam
eſſe communem, & ibi latiſſime Riminald. col.3.
Cald.conſ.14. de verb.ſignificat. Bartol. ad l.ſi
quis nec cauſam, nu.70.ff. ſi cert.petat. per eund.
text. Mill. in verbo lex dicitur fauorabilis, vel
odioſa, latiſſime Tiraqu.tract.Lignag.§.30. gloſ.
prima, n.5.& vltra cumulatos per ipſum Roman.
conſ.4.nu.7.& conſ.328.nu.3. Caputaq.dec.15.
42 *num.6.part.2.* qui ait, quòd illud attendi debet,
quod principaliter agitur, *d.l.ſi quis nec cauſam,*
in quacumque diſpoſitione, *vt aſſerit Rimin. ad*
d.l.venia, colum.3. Principale item dicitur, quod
per ſe fit, neque alterius loco ſubrogatur. *§.ſi*
quis alienam purpur. Inſtit. de rer.diuiſ. Steph.
de Feder. *de interpret.iu.par.1.nu.16.* Cantuc.
Germon. de Indultis.
decis.76.num.3.diuerſ.par.2. & Baldus *ad l.1.*
§.huius ſtudij num.5.verſ. & nota ff.de iuſt.&
iu. quem allegat, & ſequitur Tiraqu. *de reg.in-*
ter alios acta pag.1. in princ. dicit, idem eſſe,
principaliter, quod primò, & immediate. *l. &*
quia ff.de iuriſd.omn. iud.l.item, ſi fundi.ff. de
vſufr. contingenter autem, idem, quod ſecun-
dario, ſiue mediate, *l.1.ff.de auctor. tut.* Neque
ex prioritate effectus argui poteſt, quid eſſe
principale: ſiquidem videmus, reum ſtipulando
ſe principaliter obligari, etiam, ſi ante eum
fideiuſſor acceſſerit, nec prioritatem acceſſionis
fideiuſſoris facere fideiuſſorem principalem,
Bart. *ad l.ambitioſa num.19. verſ.exemplum.ff.*
de decr.ab ord.facien. ſic, facta inſtitutione, qua
aliqui ſuccedant, donec aliqui naſcantur, licet
effectus inſtitutionis ſit in ſuſpenſo, donec illi
naſcantur, per ea, quæ not. Bald. *ad l.eam, quam*
num.49. C. *de fideicommiſſ.* inſtitutionem tamen
perfectam eſſe, quoad ſubſtantiam, & eſſe princi-
pale, tradit Cantuc. *d.decis.76.per tot.& nu.13.*
Quod item procedit, quando odium, & fauor
eſt immediata cauſa diſpoſitionis, *Aretinus ad*
l.Gallus, §.quid ſi is, in fin.ff.de liber.& poſthum.
Quæ concluſio etiam locum habet, cum in
vno capite diſpoſitio eſt odioſa, & alium gra-
uat, *Aldobrandinus d. decis.240. num.10.* dici-
tur enim fauorabilis inſpecta principali inten-
tione, vt affirmant ſupradicti doctores, & præ-
ſertim Decius *ad d.l.venia, C.de in ius vocando.*
Præterea quando concurrit odium, & fauor, 43
tota diſpoſitio dicitur fauorabilis, *cap. non du-*
bium, de ſentent. excommun. vbi Abbas: idem
Abbas ad cap. in litteris, in fine, num.34. de re-
ſtitut.ſpoliat. Ancharan. conſil.37.poſt med.&
conſil.215.num.8.Crot.ad l.omnes populi, n.227.
Crauet.conſil.218.nu.10.lib.1.cum qua opinione
videtur etiam tranſire Tiraquell. in citat. tract.
Lignag. num.6. Concurrit inſuper, quòd agitur
de penſione iam impoſita, non autem de im-
pendenda, quæ dicitur fauorabilis, *Gigans d.*
quæſt.96. & penſiones ſunt compatibiles cum 44
epiſcopatu, *Cardinalis ad clem.1.§. eadem, n.5.*
de ſuppl.neglig.prælat. non ſecus, àc cum mona-
cho: namque penſionarius tenetur ſoluere pen-
ſionem, etiam quòd penſio dicatur extincta per
profeſſionem illius, cui debetur penſio, & ſi non
ſoluerit, declarandus eſt, cum quis non debeat
priuari ſua poſſeſſione, *cap.ad querelam, de elect.*
cap. conſultationibus, de iure patr. Caſſad.dec.10.
num.7.in fine, de reſcript.& 8.de reſtitut.ſpoliat.
Caputaq. *decis.317. part.2.* Nec obſtat illa ex-
ceptio profeſſionis, quia ſuper ea iudicatum
non fuit, cum monachus ex diſpenſatione pen-
ſionem retinere poſſit, *Gigans de penſ.q.57.n.7.*
Caputaq.d.dec.317. ex quibus omnibus videtur
dicendum, non extingui penſionem promoti,

nisi adepta episcopatus possessione, vel cum per eum steterit, quominus eam nanciscatur.

Neque obstat, quòd quando agitur de præiudicio tertij, res, seu dispositio est odiosa, & stri-
45 ctè interpretanda, quia respondetur, quòd quando tertio præiudicatur ex honesta, & fauorabili causa à iure non improbata, tunc lata sit interpretatio, *cap. tua nobis, vbi Abbas num.4. de rescript. Seisel. Archiepiscopus Taurinens. ad l. fin. num.51. ff. de constit. princ.* vel saltem, cum non possit dici, hoc præiudicium esse ex his, quæ non sunt irrationabilia, & multum odiosa, dispositio licet non sit amplianda, non est tamen restringenda, *Seisel. vbi supra num.52.* & sic, vt ait Felinus *ad cap. causam, quæ sub n.7.* benigne interpretanda: quod etiam confirmatur *ex ijs, quæ asserit post Cyn. ad l. quicumque, de seru. fugit. Abbas ad d. cap. non dubium, num.3. de sentent.*
46 *excommun. vbi vult*, quòd quotiescumque odium est rationabile, non fiat stricta interpretatio. Quòd autem retentio pensionis vsque ad possessionis episcopatus apprehensionem non sit odiosa odio irrationabili, liquidò constat: nam licet beneficia sine diminutione conferri debeāt,
47 de iure etiam est, vt ex causa licita, & honesta possit pensio pro tertio imponi, *Felin. ad cap. audientiam, 2. col. 2. versic. secunda conclusio, de rescript.* Nemini iniuriam facit Papa, reseruando pensionem in collatione ecclesiæ ad fauorem alicuius, cum ipse sit dominus beneficiorum, *clement.1. in fine, vt lit. pend. cap.2. de præbend.*
48 *lib.6.* cum alijs vulgatis, maxime cum ipse Papa possit pensionem imponere sine consensu beneficiati, *Gigans de pensionib. q.6. Caputaquen. decis.316. par.2.* quæ omnia, si locum habent in pensione imponenda, multo magis in antea posita, vti vacare non dicatur prius, quàm promotus fuerit possessionem episcopatus adeptus. Nec vllus ita est grauatus pensione, qui non libenter persolueret pensionis ratam, scilicet trium mensium, vt is, cui ipse pensionem soluit, consequeretur episcopatum.

Amittit igitur pensionem, qui episcopatum consequitur, nisi ei fuerit concessa retentio. Sed quid iuris erit, si data fuerit retentio, de sufficienti tamen retentione non constat, vt si quis habuerit plures pensiones super pluribus, & diuersis ecclesijs, & in gratia retentionis expressa, & indiuidua mentio de ecclesijs cathedralibus
49 facta non sit, an pensio, quam habet ille super ecclesijs cathedralibus, intelligatur reseruata, cum in generali concessione non comprehendantur ecclesiæ cathedrales, *cap.2. & cap. dilectus, de concess. præbend. & cap. quamuis, de præbend. lib.6.* & dato, quòd comprehendantur, an huiusmodi retentio intelligenda sit de duabus tantum, an verò possit intelligi de tribus, aut quattuor: nam cum materia sit odiosa, videtur restringi debere ad duas, non autem tres comprehendere, *Collect. ad cap. dudum, de elect. & per notata ad cap. non potest, de præbend. in sex.* &
50 quia sufficit, vt dispensatio in aliquo operetur, *Puteus decis.246. lib.1.* In qua sane difficultate videmus, excellentissimos sacræ Romanæ Rotæ Auditores fuisse valde ambiguos, testimonio ipsius Cardin. Aldobrand. *in iam citata dec.233.*
51 etsi magis videntur inclinare, vt gratia illa comprehendat ecclesias cathedrales, cum in gratia adsint verba geminata, omnibus, & singulis, quæ reddunt gratiam ita amplam, vt cathedrales comprehendantur, *Oldrad. cons.215. n.6. Felin. ad c. in nostra, coroll.39. de rescript. Gemin. ad c.1. num.17. de fil. presb.* maxime si gratia sit motu proprio facta, quo casu etiam in materia odiosa venit episcopatus, cum esset ratio *cap. quamuis, & ibi Franc. §.1. num.5. versic. secundò limita, de præb. lib.6.* Item quod extendi debeat non ad vnam, vel duas ecclesias, sed ad plures: quia si ad duas tantum gratia esset redigenda, superflua redderentur illa verba vniuersalia, & geminata, ex quo pluralis loquutio ex sui natura etiam sine signo vniuersali duo comprehendit: vnde licet infinitatem non debeant importare, debent tamen plura, quàm duo significare hæc signa vniuersalia, *Crauet. consil.190. nu.4. & consil.294. num.1. lib.1. Tiraquell. ad l. boues, §. hoc sermone, limit.25. ff. de verb. signif. Gomes. ad regul. de annal. q.3. & de triennal. q.2. sed est omnino videnda d. decis.233. & d. decis.240. de eadem re.*

Opportune hic etiam quæri potest, an retentio pensionis concessa promoto ad aliquam ecclesiam, quæ pensio erat eidem à principio con-
52 cessa cum facultate transferendi, dicatur concessa cum eadem facultate transferendi: Caputaquensis *decis.303. num.2. & 3. part.2. & decis.99. & 100. par.3.* scribit, in Rota tentum
53 fuisse, non esse concessam, nisi in retentione detur etiam facultas transferendi, & quidem expresse. Namq. facultas transferendi nō est quid accessorium ad pensionem, sed est quid extrinsecum, nec est de esse, & natura pensionis, *d. decis.99. & dec.319. part.2.* ideo sicut in assignatione pensionis, si quis vult facultatem transferendi, debet expresse illam petere, & obtinere, ita etiam in retentione, debet exprimi ipsa retentio translationis in dispensatione, *Domin. ad c. non potest, in fine, princ. & in notab. vbi etiam Franc. in vlt. notab. & in glos. 2. de præbend. in 6. Dec. ad cap. ad aures, versic. venio ad tertiam, de rescript. Rot. in antiq. dec.65. eod. de rescript.* Præterea prorogatio cum respicit præiudiciū tertij,
54 tunc dicitur nouus actus etiam in odiosis, vt in facultate transferendi, *Dec. ad cap. de causis, de offic. delegat.* & in nouo actu requiritur expressa mentio

Digitized by Google

mentio illius qualitatis, potestatis transferendi,
55 *Caputaq.d.decis.*100. *num.*14. Natura siquidem pensionis est ad tempus, & morte pensionarij extinguitur, sicut vsusfructus, *cap.fin. de pignor.S. finitur, Instit.de vsufruct.Caccialup.de pens.q.*1. *Gigans quoque de pens. q.*1. *num.*5. & facultas transferendi operatur perpetuitatem pensionarij primi, & sic contra pensionis naturam.

Verum quoniam de translatione pensionis agi cœptum est, ab re forte non erit de alia translatione videre, de qua quotidie oriuntur controuersiæ non paucæ, vtputa cum Papa alicui concedit pensionem super aliquibus beneficijs cum facultate transferendi, & vult commodum, & vtilitatem ipsius pensionis ad alterum spectare, vt fieri solet super beneficijs Hispaniæ propter eius regni pragmaticam Primum dubitatur, an ipsa pensio, & ipsius ius resideat penes eum, in persona cuius gratia pensionis facta est, aut penes eum, in cuius commodum, & vtilitatem tendit pensio: secundò, an commoditas pensionis possit in alium transferri sine alia solemnitate, & sine scientia, & voluntate pensionarij, hoc est ius pensionis habentis: tertiò, an pensio extinguatur per mortem pensionarij, an verò per obitum eius, ad cuius commodum, & vtilitatem concessa est.

Quoad primum, Rota *in vna Hispalen. pensionis, die veneris,* 13. *Februar.* 1573. *coram R.P. D. Grasso, quæ est hodie impressa in prima parte Decis.Diuers.dec.*399. tres constituit casus: quorum primus est, quando sumus in claris, quod gratia fuit facta alicui, & in eius personam col-
56 lata, vt si Papa dixerit: concedimus tibi pensionem mille ducatorum super fructibus talium beneficiorum, reperias Hispanum, qui teneat illam in persona sua propter pragmaticam. Hoc casu, cum gratia solo verbo Papæ sit facta, & perfecta, ius ipsius pensionis residet penes eum, donec aliquis Hispanus nominetur, in eiusque personam ius, ac titulus pensionis ab eo confe-
57 ratur. Secundus casus est, in curia frequentior, quando sumus in claris, quod gratia fuerit facta alicui Hispano, vt quia Papa dixerit, constituimus, & assignamus pensionem hanc super istis beneficijs in personam N. Hispani propter pragmaticam, & volumus, quod illam exigat ad commodum B. tunc dixit, quod ipsa pensio, & ius ipsius residet penes N. nominatum, & non penes B. excepta vtilitate, seu commodo pensionis, *ex l.quidam cum filium, & ibi Bald.Angel. & Imol. ff.de hered. instituend.* Tertius casus est, quando sumus in dubio, & tunc resoluit, non esse recedendum à verbis supplicationis, & litterarum.

Secunda quæstio erat, an commoditas pensionis possit in alium transferri sine alia solemnitate, & sine scientia, & consensu pensionarij, *Germon. de Indultis.*

& tenuit Rota *in eadem causa, & coram eod. decis.*400. *num.*2. sine aliqua solemnitate, & absq. 58
consensu pensionarij posse transferri, *ex l.necessario, §.fin.de pericul. & commod.rei vend.* cum alijs ibidem per Bartolum allegatis, & sine scientia, & voluntate pensionarij, *l.*2. *vbi Bald. Salic. & Angel. C. de commun. diuid.* Quare vero non requiratur alicuius solemnitatis innouatio, respondetur, quia non reperitur iure cautum, quod in transferendo vtilitatem terminorum pensionis decursorum, & decurrendorum requiratur aliqua solemnitas, sed tantum in iure, & titulo ipsius pensionis reperitur hoc expressum regulariter in litteris: & quoad commoditatem, & vtilitatem, hoc totum pendet à voluntate 59
eius, cuius est commodum, nam res est sua, de qua libere potest absque alia solemnitate disponere, nec in hoc est aliud quærendum, nisi an constet de voluntate B. in cuius vtilitatem constituta est pensio, *l. nescimus, & ibi Bart.ff. de negot. gestis, Abbas consil.*67. *num.*2. Idcirco videmus, vtilitates istas per contractus, & alias voluntates transferri libere posse, & solere.

Ex his suboritur alia, & tertia dubitatio, an pensio extinguatur per obitum ipsius pensionarij, hoc est ius pensionis habentis N. an verò per 60
mortem B. in cuius gratiam, & commodum data est pensio: & resolutum fuit in eadem causa, *die veneris,* 13. *Nouembris* 1573. *decis.*401. *n.*5. extinctam iri per mortem pensionarij: propterea quòd ius, & titulus ipsius pensionis apud pensionarium residet, etsi vtilitas, & commo- 61
dum ad alium pertinet: ideo ad illam cōsequendam agere potest actione mandati, non autem aliquo iure, quod habeat in ipsa pensione, *d. l. quidam cum filium, §. sin autem.ff. de hered. instit. & ibi Bald. circa princ. versic. & nota, vbi etiam Angel. & Imol.n.*2. Præterea materia hæc 62
pensionis solet passim terminari, & definiri ijsdem regulis, quibus regulatur vsusfructus, *d.decis.*401. *num.*4. nam commoditas vsusfructus durat non solum, dum viuunt eius cessionarij, 63
vel nominati, sed etiam quousque viuit persona, penes quam residet vsusfructus, *l. necessario, §. fin. vbi Bald. Alber. & alij, ff. de peric. & commod. rei vend.* Sic, defuncto pensionatio, eius hære- 64
des consequuntur pensionem pro rata temporis decursi, dum pensionarius viueret: quodque do vsufructuario dicitur, *l. si defuncta.ff.de vsufruct.* idem de pensionatio censeri dixere Caccialup. *in tract. de pension. quæst.*25. & Gig. *in tract. pariter de pension. quæst.*53. Verùm, si pensio transferatur, verbi gratia, mense Augusti, debeturne integra rata, seu terminus, festo die natiuitatis dominicæ soluendus translatori, an translatario? Rota inter varias Auditorum sententias conclusit ad fauorem translatarij, quoniam ita

 voluisse

Digitized by Google

voluisse translator videretur, *decis.*118. *diuers. par.3. lib.*1. Nec obstare censuerunt allegatam legem, *si defuncta*, vt, scilicet, si morte extincta fuisset pensio, diuidenda esset pro rata temporis: siquidem maxima est differentia inter necessariam pensionis translationem, & voluntariam, hoc enim casu totum debetur, ex doctrina Bartol. *ad l.fin.ff.de iure Fisci*, Romani *cons.*10. & Alexand. *consil.*82. *volum.*2. *in fine*, quia, vt dicitur in *d. decis.*118. translator hoc voluisse videretur.

65 Quæritur etiam, si is, ad cuius commodum, & vtilitatem constituta fuit pensio; facta translatione pensionis, decesserit, an valeat translatio, necne: ego puto valere, si ille, in cuius persona est constituta pensio, vt obseruari solet, habeat transferendi facultatem, ipse & viuens transferat. Immo si grauatus pensione, allegauerit extinctionem pensionis, aut aliam nullita-
66 tem, debet illam probare, quia actus in dubio præsumitur validus, ac iustus, *l.ei, qui dicit, ff. de probat. Aegid. decis.*135. *Dec. consil.*11. *num.*8. *Crauet.consil.*165.*num.*1. *lib.*1. *cum alijs plurib. per moder. ad l.*2.*num.*157.*&* 159.*C.de rescind. vend.* & quidem clare concludens, cum veniat obiectiue, *l.sciant cuncti*, C. *de probat. cum alijs per Paris. consil.*104.*colum.*1. *vol.*4. quinimmo in dubio ista confidentia, & vtilitas debet intelligi generaliter, & cum omnibus qualitatibus ipsius pensionis, & sic cum facultate transferendi, *d.decis.*400. *nu.*5. etiam quòd simus in materia odiosa, *Angel.& alij per Crauet.cons.*118. *n.*14.
67 *lib.*1. quia resolutio fit regulariter, etiam quoad omnes qualitates ipsius actus, *l.à filio*, §. *testator, de alimen.legat. Paul. & alij citati à Craueta*
68 *cons.*45.*&* 47.*nu.*4.*eod.lib.*1. & quia ex iure datoris metimur ius acceptoris, *l.grege*, §.*statu liber.l.lex vectigalis.ff.de pignor.l.si is, cui*, §.*fin.ff. quemadm.seru.amitt.cum alijs per Ruin.cons.*17. *num.*8.*lib.*1. Idq. cum pensio est in persona alicuius cum facultate transferendi ad vtilitatem,
69 & commodum alterius, durare debet commodum illud, quousque durat persona eius, in qua fuit posita, vel eius translatarij. Itaque, qui dixerit commoditatem pensionis esse limitatam ad vtilitatem vnius personæ, atque ideo non potuisse aliam nominare ad accipiendum commodum ipsius pensionis, debet probare. *Rota dicta decis.*401. *in princ. & fine, facit etiam, quod notat Caputaquen.decis.*314.*num.*2.*part.*2. Multa alia de pensionibus, earumque qualitatibus essent dicenda: sed quoniam instituti nostri non est, de his diffusius dicere, ad alia consultò transimus.

Quomodocumque igitur beneficia in curia vacauerint, non erit valida collatio à Papa facta, nisi Cardinalis indultum habentis non accesserit consensus, si præsens fuerit, vel si abs[illegible] 70
Procuratoris. Ab hac tamen regula excl[illegible]untur beneficia vacantia per resignationem in manibus ipsius Papæ factam, vt hic. Immo, si indulto caueatur, vt Cardinalis possit conferre 71
beneficia in curia vacantia per promotionem, amissionem, vel quamcumque aliam dimissionem, etiam in manibus Papæ factam, intelligitur de beneficio vacante per cessionem in manibus Papæ simpliciter factam: non item si cessio, seu renuntiatio, seu resignatio, esset facta in fauorem certæ personæ, *Puteus decis.*423.*lib.*2. eo enim casu, nisi in fauorem illius admitteretur, beneficium non diceretur vacare. Etiam, si in mandato apposita sit clausula: non aliàs, nec aliter, nec alio modo, quia resignatio ad fauorem certæ personæ facta æquiparatur dictæ clausulæ: non aliàs, nec aliter, nec alio modo, *dec.*96. *num.*4.*diuers.par.*3.*lib.*3. Fuit etiam resolutum, 72
quod quando in eadem supplicatione resignat vnus, & alter supplicat, quòd dicatur resignatio facta in fauorem certæ personæ, quæ ex quo sunt in eadem supplicatione, videntur omnia correspectiue facta, *per ea, quæ notat Felin.ad cap.pastoralis, de rescript.* Immo si resignatio fit per 73
procuratorem, fines mandati excedere non debet procurator, alioquin cessio nulla est, *Caputaquen.decis.*82.*part.*3. namque omnia mandati capitula censentur correspectiua, adeo, vt non obseruato vno capitulo, quantumcumque minimo, resignatio reddatur nulla, *Bald. ad d.cap. cum adeo, num.*3. *& ibi addit.de rescript. l.si is, qui ducenta*, §.*vtrum, vbi Bartol. & Socin. nu.*3. *ff.de rebus dub. Cagnol.ad l.si quis maior, n.*196. C.*de transact.* attentis præsertim clausulis, & 74
non aliàs, nec aliter, nec alio modo, quæ important conditionem suspensiuam, *Bald. ad auth. ingressi, nu.*12. *de sacrosanct.eccl.Curt.sen.cons.*8. *num.*12. *Iason consil.*162.*num.*5.*lib.*2. *Boer.decis.*243.*num.*11. *Rebuff. in tract.de pacif.possess. n.*146.*& facit Ripa lib.*3. *respons.cons.*1.*num.*3. quia sunt limitatiuæ, voluntatis, & præseruatiuę, *Paris.cons.*10.*num.*28. *lib.*4. vnde si resignatio 75
fuerit admissa, fuerintq. litteræ expeditæ, & ex aliqua causa non sortiatur effectum, vtputa, quia verus non fuit expressus valor, non abdicatur ius à resignante, *Caputaq. decis.*84. *num.*1.*ead. part.*3. quia vbi resignatio fit contemplatione 76
certæ causæ, & non aliter, existente nulla illa causa, annullatur & resignatio, & non abdicatur ius à resignante, *Paul.de Castr.ad l.eum, qui, in princ.ff.de inoffic.testam. Iaf.cons.*86.*num.*16. *vol.*3.*Boer.d.dec.*v42.*nu.*11. *Caputaq.dec.*215. *part.*1.*& decis.*83.86.*&* 91.*ead.part.*3. Secus est, si valor expressus sit, qui cum augmento dari solito ascenderet ad verum valorem, *decis.*123. *diuers.par.*3.*lib.*1. Cœterum resignatio 77
valida

valida est, cum de supplicatione signata constat, ex qua dicitur prouisum illi, in cuius fauorem facta fuerat resignatio, *Felin. ad rubr. de constit. col. 3. Cassa. decis. 8. de restit. spoliat.* Mohed. *decis. 6. num. 2. diuers. par. 3. lib. 1.* præsertim, quoad expectatiuas *decis. 7. num. 1. eod. lib. 1. Gomes. ad regul. de infirm. resign. q. 18. Caputaquen. dec.* 88. *num. 1. ead. part. 3.* quod puto verum, si præstitus fuerit consensus à resignante, vel eius procuratore ad hoc speciale mandatum habente; alioquin ex stylo curiæ gratia non censetur per-
78 fecta: secus verò, quoad pensionem, ob quam etiam post obitum præstari potest consensus, si est porrecta supplicatio viuente resignante, *decis. 794. in prim. part. Decis. Diuers. in impressis,*
79 etsi consensus post signatam supplicationem in vita resignantis potest post ipsius mortem per eius procuratorem præstari, quando supplicatio fuit porrecta, & signata ad instantiam eiusdem procuratoris, *Crescent. decis. 9. tit. de procurat.* in qua etiam fuit resolutum, præstari consensum posse, si mandatum fuit cum reseruatione, licet reseruatio non potuerit habere effectum. Cum mentionem fecerimus de supplicatione signata, sciendum est, controuersiam, vel potiùs differentiam esse inter Rotam, & Cancellariam circa beneficiorum expeditionem: nam Cancellaria tenet, quòd, si alicubi facta fuerit prouisio per solam supplicationem, & prouisus ante litterarum confectionem discedat, beneficium vacet, non per obitum, sed, vt priùs vacauerat: Rota verò tenet, beneficium vacare per obitum, *decis. 37. diuers. par. 3. lib. 1.* quibus stantibus, conciliari possunt Cassadorus, & Aegidius, vt hic *decis. 609. & 644.* intelligat de stylo Cancellariæ; ille verò *in decis. 8. num. 5. de restit. spoliat.* de stylo Rotæ. Ratio differentiæ est, quia Rota existimat, gratiam, signata supplicatione, esse perfectam: Cancellaria verò non signaturam tantùm considerat, sed litterarum quoque expeditionem, alioquin paucæ expedirentur Bullæ cum ipsius Cancellariæ maximo detrimento.

Hinc verò dubitari non ab re posset, an regula de extendendis consensibus habeat locum in extensione consensuum præstitorum per Cardinales, de quibus hic in fine huius §. vbi Papa vult, non valere collationem beneficiorum ad Cardinalis indultum habentis prouisionem spectantem, nisi ipsius Cardinalis, vel eius procura-
80 toris accedat consensus: & Rota tenuit, non habere locum, teste *Caputaq. decis. 28. in princ. p. 3.* siquidem regula loquitur de consensibus præstitis coram notario, & testibus: atqui Cardinales præstant consensum eorum per cedulam,
81 ideo Cardinales non comprehendit: cui enim non conuenit qualitas legis, non conuenit illius dispositio, *Bart. ad l. 1. §. quod autem, ff. ne quid Germon. de Indultis.*

in loco publico, l. 4. §. ait prætor ff. de damno infecto: & quia regula est facta ad tollendas fraudes, quæ in Cardinalibus non præsumuntur, *Gomes.* 82
in proœm. regul. quæst. 6. num. 10. credidit enim Papa exploratæ fidei, ac grauitatis viros, qui ad tanti officij magnitudinem assumuntur, Cardinales scilicet, non alirer facturos esse pro sapientia, ac dignitate sua, ac ipse faceret Papa, *arg. l. vnicæ, ff. de offic. præfect. prætor.* Præterea regu- 83
la loquitur in cessionibus, & similibus, sed Cardinalis, consentiendo collationi alterius, non cedit, sed facit, quòd prouisio facta sine consensu suo non resoluatur statim, secundum dictam regulam de consensibus Cardinalium, *Gomes. ad reg. de impetr. benefic. vacant. per obitum famil. Card. q. 10. & decis. 28. in fine, Puteus decis. 302.* vbi habetur, quo modo intelligi debeat clausula illa, quatenus consensus Cardinalis requiratur: idem de consensu præstando in collatione facienda de beneficijs ad eius collationem spectantibus vigore indulti. Sed quid iuris erit, si in prouisione Papæ de beneficio, cuius collatio ad 84
Cardinalem pertineat, vel ratione indulti, vel virtute dictæ regulæ *de impetrat. benef.* apposita fuerit clausula, de consensu Cardinalis iam mortui? Rota tenuit, non valere prouisionem, *Puteus decis. 269. lib. 3.* Ratio est, quia illa verba, de 85
Cardinalis consensu, faciebant gratiam conditionalem: ergo sub contraria conditione videbatur non dedisse, *l. pecuniam, quam, ff. si cert. petat. Crauet. consil. 93. num. 2. & est text. in cap. si pro te, de rescript. lib. 6.* alia ratio est, quia Papa concedendo per obitum familiaris, de consensu Cardinalis, illud facit, quia negare non potest, existente dicta regula *de impetr. benef. vac. per obitum famil. Cardin.* nam si Papa sciuisset, collationem beneficij ad eum libere pertinere, equidem non concessisset, seu difficilius concessisset. Idcirco illa impetratio dicitur odiosa, & subreptitia: quæ sane subreptio non excusatur, 86
licet proueniat ex simplicitate, vel ignorantia, *Caldil. consil. 31. in 3. colum. versic. & hoc coniungo: Felin. ad cap. super litteris, nu. 13. versic. limit. 2. de rescript.* Hic opportune quæri potest, an Papa, non obstante Indulto, cui inest clausula, *Præterquam per resignationem in manibus Papæ factam,* possit conferre beneficium cessante vnione, vel Commenda per resignationem in manibus Papæ factam? Exemplo res fiet illustriot. Primus renunciauit in manibus Papæ ad fauorem Secundi beneficium à Papa alteri beneficio vnitum ad vitam Secundi: quo vita functo, Papa illud contulit Tertio. Vtrum teneat collatio, ex quo facta est sine consensu Cardinalis Indultum habentis? & quidem videbatur, non valere: nam, soluta vnione, licet diceretur, vacare per resignationem, attamen secunda vice

Digitized by Google

saltem de Cardinalis consensu debere fieri prouisionem. Nihilominus Peregrinus Fabius post Cassad. *decis.* 5. *de priuil.* & *decis.* 2. *de vnione*, dicit Rotam tenuisse contrarium *dec.* 39. *diuers.*
87 *par.* 3 *lib.* 1. Quid dicemus de Coadiutoria cum futura successione? Hanc nemo dubitat, fieri in manibus Papæ: sed vtrum fieri possit sine consensu Cardinalis Indultum habentis, vel absque derogatione Indulti? & talis est dubitatio, vt inter se valde dissentientes habuerit Rotæ Auditores teste Fabio *decis.* 46. *diuers. part.* 3. *lib.* 1. Ego sentio, consensum Cardinalis inibi non esse necessarium, nec Indulti derogationem requiri. Nam, cùm verum sit, Coadiutoriam cum futura successione fieri in manibus Papæ, eumq. sibi reseruare collationem omnium beneficiorum in eius manibus resignatorum, fit profectò, vt non opus sit consensu, nec derogatione. Neque obstat, quòd Coadiutoria non censeatur propriè beneficium reseruatum, quia respondetur, immo esse proprie reseruatum ex eo, quòd nemo potest Coadiutoriam cum futura successione admittere, nisi solus Romanus Pontifex, arg. *c.* 2. & *c. ex tenore de conces. preb.*

Hinc transeundum esset, & quærendum, an Cardinales subijciantur regulis, & constitutionibus perinde, ac alij inferiores sacerdotes: verum quoniam Gomesius *in q.* 4. *proœm. ad regul.* & *ad d. regul. de impetrat. benef. vac. per obitum famil. Cardin.* dixit, quod oportuit, non insistam, sed ad alia, quæ ad institutam disputationem pertinent, me confero. Id verò intelligi potest, quòd regula reuocatoria loquens de facultati-
88 bus Legatorum de latere comprehendit etiam Cardinales, *decis.* 248. 249. 250. & 252. *diuers. par.* 2. Neque obstat regula, qua disponitur, eos non comprehendi, nisi de illis specialiter exprimatur: quia respondetur, satis comprehendi ex quo mentio fit Legatorum de latere, qui hodie non sunt, nisi Cardinales, *d. decis.* 252. *diuers. p.* 2. *num.* 1. etiam, si facultas reualidata fuerit cum clausula, *non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque*; quia illa clausula non sufficit ad tollendas dictas regulas reuocatorias habentes clausulas derogatoriarum derogatorias, *d. decis.* 250. *num.* 1.

Summa ex §. Alioquin.

1 *Papa facultatem conferendi Cardinalibus concedere præsumitur cumulatiue, non priuatiue.*
2 *Inter ordinarios collatores datur locus præuentioni.*
3 *De iure communi Cardinalis habens indultum idem est, quod alius ordinarius.*
4 *Episcopus realiter, & originaliter conferendi beneficia potestatem habet.*
5 *Alternatiua est gratia fauorabilis, quia conseruat ordinarium in sua antiqua prærogatiua.*
6 *Papa in præiudicium ordinariorum rite omnia beneficia confert.*
7 *Papa beneficiorum collationem cuiuis concedens, liberalis est, non enim eam concedere tenetur.*
8 *Maiorem penes se retinet auctoritatem Papa, quàm det.*
9 *Liberalitas eam exercenti damnosa esse non debet.*
10 *Nulli iniuriam facit, qui suo iure vtitur.*
11 *Non præsumitur, Principem irrita esse velle, quæ facit.*
12 *Papa promissis obligatur diuinitus, & humanitus.*
13 *Deus præstitit, quod promisit.*
14 *Ethnici professi sunt pactorum obseruantiam.*
15 *Clausula irritans ligat etiam ipsum summum Pontificem.*
16 *Clausula irritans annullat suapte natura gratiam.*
17 *Clausula irritans possessionem discolorat.*
18 *Clausula irritans ligat etiam ignorantes.*
19 *Iudex ex officio potest repellere agentem contra clausulam irritantem. Vide ibidem eius effectus.*
20 *Prouisio Papæ aduersus indultum habẽs clausulam irritantem, nisi specialiter indulto derogatum sit, nulla est.*
21 *Decretum irritans quando inficiat titulum, & possessionem prouisi ab Ordinario.*
22 *Reseruatio, & collatio eiusdem sunt effectus.*
23 *Collatio Papæ, nulla de acceptatione expectantis facta mentione, valet.*
24 *Collatio Papæ habet vim reseruationis.*
25 *Appositio manus Papæ vim derogatiuam habet.*
26 *Appositio manus Papæ plus operatur, quàm reseruatio.*
27 *Valet summi Pontificis prouisio aduersus collationem concessa Legato, & facta absque eius mentione.*
28 *Papa conferendo non satis derogat indulto, nisi id expresse demonstret.*
29 *Papa iure naturali suadetur ad seruandam legem, quam ipse tulit.*
30 *Quæuis collatio Papæ valet, si de eius voluntate constet.*
31 *Litteræ Apostolicæ, & huiusmodi ex Pontificis maximi voluntate pendent.*
32 *Vbi voluntas Principis elucet, superflua est quæuis derogatio.*

33 Papæ

33 *Papæ concessiones iustæ præsumuntur, & absque nullius præiudicio.*

34 *Cardinales non subijciuntur regulis Cancellariæ, nisi illis nominatim includantur.*

35 *Indulto Cardinalis non derogatur, nisi per expressam mentionem.*

36 *Nomen Cardinalis in derogatione indulti nõ non est necessarium.*

37 *In coadiutorijs futuræ successionis indulti derogationem non esse necessariam tenet auctor.*

38 *Consensus Cardinalis in derogatione indulti non est necessarius, si minuatur clausula sub quibusuis, &c.*

Alioquin prouisiones, commendæ, gratiæ, & dispositiones huiusmodi, ac litteræ Apostolicæ desuper conficiendæ nullius sint roboris, vel momenti, auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus. Decernentes, reseruationes, affectiones, regulas, constitutiones, & ordinationes, necnon collationes, commendas, gratias, dispositiones, & decreta in illa contenta, quoad impediendum te, quominus in præmissis tam ordinaria auctoritate, quàm concesso tibi per præsentes indulto huiusmodi vti valeas ad dicta beneficia, ad tuam etiam cum alio, vel alijs dispositionem, vt præfertur, pertinentia nullatenus se extendere, nec de eis per quoscumque etiam dictæ Sedis Legatos, etiam de latere, nunc, & pro tempore deputatos, quamuis etiam speciali facultate fungentes prouideri, vel aliàs disponi posse.

§. Alioquin.

LIOQVIN. Ostendit hìc beatissimus Papa, prouisiones, & dispositiones, quæ secus ac indulto concessum est, factæ fuerint, nullius esse roboris, àc momenti. Hinc emergit difficultas, an Papa, non obstante huiusmodi indulto, possit libere conferre beneficia in indulto comprehensa: & dato, necessariam esse derogationem, an expressa indulti derogatio facienda sit, an verò sufficiat quæcumque derogatio, atque dato, necessariam esse indulti expressionem in derogatione, an Pa-
pa conferre possit sine consensu Cardinalis in-
dultum habentis. Quoad primum videtur di-
cendum, Papam posse, ac quidem libere con-
ferre etiam ea beneficia, quorum conferendi po-
testas S.R.E. Cardinalibus fuit concessa ex his,
quæ diximus *supra ad §. per quæ sublatis.* Siqui-
dem Romanus Pontifex, etsi Cardinalibus nul-
lam, vel ordinariam habentibus collationem
indulget, vt omnia possint conferre beneficia,
quorum mentio sæpe facta est, nihilosecius non
omnem auctoritatem, omnem ve potestatem ea 1
conferendi sibi ipsi ademit, sed maiorem reti-
nuit: *Rota decis. 1. & 17. de præbend. in nouis,*
textus in cap. dudum, §. nos igitur, eod. de præben.
lib. 6. Staphil. in tract. de vi, & effect. claus. tit.
clausula, seu si Episcopo, ex l. penult. ff. de pact.
& l. si quis in principio testamenti, ff. de legat. 3.
nam tali casu Papa dicitur concedere Cardina-
libus facultatem conferendi cumulatiue, non
priuatiue, *vt tradunt omnes ad cap. si à Sede, ex*
eodem textu, de præbend. lib. 6. Cosmus Gumyer
in pragmat. sanct. tit. de collat. §. neque etiam, in
glos. præuentionem. Quo in loco, sermonem ha- 2
bens de ordinarijs collatoribus, scribit, esse lo-
cum præuentioni, vt si vnus eorum conferat, al-
ter nihil vlterius quærere debeat, cum iam pro-
uiso ius in re quæsitum sit. *Quod post Baldum,*
& Ioan. Monachum, hic ad cap. si eo tempore,
de elect. lib. 6. ille ad cap. 1. in princ. qui feud. da-
re poss. notauit Gomesius in tract. gratiar. expect.
nu. 14. Nec vlla differentia cõstitui potest inter
Cardinalem habentem vel ordinarium, vel ex- 3
traordinarium indultum, & Episcopum, aliumq.
ordinarium collatorem, quia de iure communi
beneficia omnia, *vt ad d. §. per quæ sublatis dictum est*, conferre potest simplex Episcopus, 4
perinde atque Cardinalis episcopatum habens:
sed impeditur regulis, & extrauagantibus con-
stitutionibus, *vel vt Puteus ait in decis. 26. nu. 3.*
lib. 3. accidentaliter (realiter enim, & origina-
liter conferendi potestatem habet) quibus de
medio sublatis, in pristinum statum reuertitur:
vnde non male Caputaquensis *post Cassad. de-*
cis. 214. nu. 6. & 7. par. 2. dixit, indulta, & al- 5
ternatiuas censeri gratias fauorabiles, quia per
ea, vel eas ordinarius conseruatur in sua anti- 6
qua prærogatiua. Atqui Romanum Pontificem
in præiudicium ordinariorũ posse conferre be-
neficia omnia voluit Ioannes de Selua *in tract.*
de benef. par. 3. q. 60. in fine, immo ibidem asse-
uerat, Papam præiudicare posse ordinarijs col-
latoribus, etiam si ipsi conferre præpararunt,
atque ita ad actum conferendi, quo Papam præ-
uenisse videntur, deuenerunt. Nam summum
Pontificem cum ordinario concurrere in iurisdi-
ctione, & facultate conferendi, ac posse ordi-
narijs præiudicare, eos præueniendo in colla-

tionibus, respondit pluribus Iacobus Menochius *consil.83.nu.9.cum seqq. lib.*1. est enim sanctissi-
7 mus Papa dominus, & creator beneficiorum, & habet plenissimam potestatem in omnibus, quæ sub cælo sunt, testimonio Baldi *ad proœm. Gregor.* Quo circa, si Papa Cardinalibus, vel Episcopis dat id, quod dare non tenetur, liberalitatem vtique videtur exercere, vti volunt nostri *ad cap. relatum, de prebend. post gloss. ibi, & est textus in clement. si dominum, de reliq. & vener. Sanctorum, & in cap.*1. *de donat.*
8 Et quamuis eisdem Cardinalibus ob tantæ dignitatis splendorem, atque auctoritatem dederit liberam conferendi facultatem, dubium tamen non est, quin maiorem penes se retinuerit, *Cald. consil.*3. *tit. de præbend. Rebuffus in prax. benef. sub hoc tit. forma, & declaratio nouæ prouisionis, in verbo: seu si venerabili, argumento cap. dudum, & cap. quamuis, de præbend. lib.6. Fran. Curt. cons.* 64. *in* 5. *colum. Ioan. Cephal. consil.*539.*nu.*49.*lib.*4. *Caputaquen. decis.*337. *nu.*8. *part.*1. *& decis.* 61. *&* 409.*nu.*3. *part.*2. Nec est verisimile, beatissimum Papam voluisse seipsum priuare collatiua facultate, cum ipse sit eius fons, & origo, *gloss. ad l. & quia, in verbo, nec ipsa lex, ff. de iurisdict. omn. iudic. & vt notant omnes ad l.*1. *ff. de offic. eius, cui mand. est*
9 *iurisdict.* Nec Papa ipse ex sua liberalitate debet damnum pati, sicut & donans, *l. diuus, ff. de regul. iur. Rebuff. super Concordat. tit. rubric. mandati Apostolici,* §. *in verbo, vnum collatorem, versic. nec debemus hoc restringere, & alia plura his similia adducta ad* §. *per quæ sublatis, nu.*46.
10 *cum seqq.* Nec vlli iniuriam facit, qui suo iure vtitur, *cap. cum ecclesia, vbi glos. de elect. Ioan. Staphil. de grat. & expect. in princ. nu.*4. *&* 5. *& in* §. *post hæc, nu.*4.
11 Quæ omnia, licet vero veriora sint, præsumendum tamen bene est de Principe, vt non velit irrita esse, quæ nemine cogente, immo
12 æquitate suadente, fecit: siquidem Papa sua promissione, & contractu obligatur non tan-
13 tum iure humano, *cap.* 1. *de probat. & can. postea quam,* 25.*q.*2. sed & diuino, quo Deus optimus maximus etiam promissis stare voluit, *Genes. cap.* 22. præstitit enim, quod promisit Abraham multiplicare semen suum, *& Lucæ cap. vlt.* Ego mittam promissum Patris mei in vos spiritum: nihil enim religiosius, sanctiusve est, quàm seruare ea, quæ semel placuerunt:
14 vnde *Psalmista psal.* 88. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita: *& vt ait cap.* 1. *de pact.* quod desumptum est ex cap. 12. Concil. Africani primi, pax seruetur, & pacta custodiantur. Immo olim Prætores ethnici profitebantur se pacta seruaturos, *l. iuris gentium,* §. *prætor ait, eod. ff. de pact.* Itaque cum Papa Cardinalibus dat facultatem conferendi, videtur eam nondebere reuocare, *adstipulantibus Innoc. ad cap. nouit, de iudic. Roman. consil.*352.*nu.*16. namque, conuentionem, & concordata habere clausulam decreti scribit Menochius *d. consil.*83. *nu.* 3. & ob id eo iure collationis priuari non debet ordinarius collator, *Gemin. consil.*56. *col. vlt. versic. item quòd concordare.* Præterea, quod magis est, & efficacius, indultum Cardinali concessum habet clausulam decreti annullatiuam, decernens irritum, & inane, *vt in princ. sequentis* §. *habetur expresse.* Quæ quidem clausula, vt nemo, 15
vel mediocriter in iure versatus ignorat, ligat & ipsum summum Pontificem, *Gemin. ad cap. quodam, in fine, de præbend. lib.*6. *& ibidem Anchar. notab.*3. *& Franc. notab.* 1. *Philippus Probus in addit. ad Ioan. Monach. ad cap. tibi, qui, num.* 5. *de rescript. eod. lib.* 6. *Paris. consil.* 37. *num.* 3. *lib.* 4. *Rebuff. super Concordat. rubr. de firma, & irreuocab. concord. stabil. in verbo tertio notanda, Puteus decis.* 141. *num.* 4. *lib.* 2. Atque clausula hæc decreti de sui natura annullat gra- 16
tiam, & inde secuta, *cap. penult. de præbend. lib.*6. *Abbas ad cap. dilectus, num.*14. *de præbend. Oldradus consil.* 319. *num.* 3. *Felinus ad cap. cum accessissent, num.*7. *de constit. Cassad. super regul. Cancell. decis.* 12. *num.* 4. *Gomes. ad regul. de annal. quæst.* 4. *in princ. & versic. nam decretum, Rebuffus in d. verbo tertio notanda,* Immo clausula ista vitiat non modò titulum, sed 17
& possessionem discolorat. *Probus ad d. cap. tibi, qui, num.* 18. *Bellamera decis.*66. *Caputaquen. decis.*307.*num.*4. *part.*3. & est tantæ efficaciæ, 18
vt liget etiam ignorantes, *cap. si eo tempore, cum ibi notatis, de elect. lib.*6. Nam sufficit, legislatorem aliquid prohibuisse, ad hoc, vt actus in contrarium factus, sit nullus, vti recentiores scribunt *ad l. non dubium, C. de legib.* immo quod 19
fortius est, ipse iudex, parte non opponente, potest repellere, sic nulliter agentem, *auctore Bartolo ad l. vbi pactum, G. de transact. & ad l. si vnus,* §. *pactus ne peteret, post gloss. ibi, ff. de pact. Paulus de Castro ad l. etiam,* §. *item a debitore, ff. de petit. hæred.* Quia decretum irritans afficit omnia, quæ sequuntur ita, vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant. *d. cap. si eo tempore. Cassad. decis.*1.*nu.*7. *de restitut. spoliat.* Gomes. *ad reg. de trienn. quæst.* 49. *num.* 3. & dicitur habere oculos retro, operatur namque nullitatem ab initio, reddit sententiam nullam, & impedit executionem rei iudicatæ: post alios tradit Cantuc. *decis.* 24. *num.* 5. *diuers. par.* 2. qui etiam *in decis.* 22. *num.*18. *eadem par.* 2. scribit, fauorem reditus ad ius commune cessare, vbi sit clausula decreti irritantis in eius fauorem inductæ. Did. Couarr. *ad cap. quamuis in* 2. *par.* 2. §. 2. *num.* 6. *de pactis.*

Et quam-

Digitized by Google

Et quamuis Iacobus Menochius *d. conf. 83. n. 21*
cum seqq. conetur ostendere, & probare clausulã
decreti irritantis in alternatiuis appositam, (idẽ
ius esse de alternatiuis, & indultis supra est di-
ctum) non ligare Papam, sed ordinarium, quòd
apposita sit non respectu personæ Papæ, sed or-
dinarij, vel respectu inferiorum, præsertim exe-
cutorum, vel subexecutorum: tandem tamen,
& rectius *n. 25.* concludit, clausulam decreti in
dubio ligare Pontificem Maximum, quando sci-
licet non constat, quod aliter voluerit: *& ita*
videtur sentire Philippus Probus in d. c. tibi, n. 21
20 Non est itaque dubiũ, quin decretum liget adeo
manus Papæ, vt eius prouisiones irritæ, & nullæ
sint, si in ipsa noua prouisione non est deroga-
tum indulto, decretum irritans habenti, *Paris.*
consil. 79. lib. 4. Puteus decis. 141. n. 4. lib. 2. Ca-
putaquen. decis. 82. n. 2. par. 2. Sed, an decretum
21 irritans appositum in extraordinario indulto in-
ficiat titulum, & possessionem prouisi ab Ordi-
nario? Rota *decis. 72. diuers. par. 3. lib. 1.* tenuit
non inficere, nisi indultum sit super certo cor-
pore beneficij, vel sit notorium, ex *decis. 1. & 2.*
Cassad. de restit. spoliat.

Maior dubitatio est, si concedimus, Papam
non posse beneficia indulto comprehensa libere
conferre, an consuetudo satis derogasse dicatur
indulto, an opus sit expressa derogationis men-
tione. Quæstionem facit, quòd reseruatio, &
22 collatio Papæ à pari procedunt, & eiusdem sunt
effectus, *testimonio Gemin. ad c. si à Sede, col. 2.*
circa med. vers. ego crederem dictum Lap. de præ-
ben. lib. 6. Rota decis. 10. de præbend. in nouis, &
decis. 6. num. 6. eod. in antiquior. Rebuff. in prax.
benef. tit. de reseruat. n. 30. sed collatio Papæ va-
23 let, de acceptatione expectantis nulla facta
mentione, vt post alios multos scribit Mandos.
ad regul. 3. q. 13. n. 5. sic reseruationem in se ha-
bere derogationem ad subsequentia, nemo du-
bitat, *teste Rebuff. eod. tit. de reseruat. n. 40.* ergo
idem erit dicendum de collatione: nam ipsa
24 sola Papæ collatio habet vim reseruationis, *d.*
decis. 10. cum alijs citatis. Sic etiam ipsa sola ap-
25 positio manus Papæ vim decreti annullatiui, &
derogationis habet, *Rota decis. 14. nu. 1. vt lite*
pend. in nouis, Gaspar Perus. in tract. de reseruat.
in princ. q. 10. Immo Rebussus *eod. n. 34.* tradit,
26 manus appositionem Papæ plus operari, quàm
ipsam reseruationem. Denique pro hac senten-
tia mirifice faciunt *cap. dudum, §. nos igitur, &*
c. quamuis, de præb. in 6. quibus rescriptum est,
27 libere posse Papam, nulla facta mentione con-
cessionis factæ suis Legatis, conferre beneficia
illa, quorum collationem iam concesserat illis
Legatis, vel delegatis: quandoquidem vna cum
illis cumulatiue concurrit in collatione.

Quibus tamen non obstantibus, verius est,
collationem Papæ nõ derogare indulto, nisi in- 28
dulti fiat mẽtio, *locis cit. videlicet Paris. cons. 79.*
lib. 4. Puteus decis. 141. Caputaquen. d. decis. 82.
& quamuis ea, quæ sunt in contrarium adducta,
vera sint, vt collatio, & reseruatio à pari proce-
dant, & appositio manus Papæ habeat vim de-
creti annullatiui, atque ipse Papa valeat, etiam
nulla facta mentione concessionis, & facultatis
Legatis datæ, conferre beneficia ad illorum
collationem spectantia, tamen quia ipse Papa
sibi legem imposuit, adijciendo decretum irri-
tans, & declarando nullas, ac irritas prorsus es-
se omnes Apostolicas prouisiones, quæ secus,
ac in indulto habetur, factæ fuerint, sibi impu-
putare debet, *argumento l. veteribus, ff. de pactis,*
& licet legibus solutus sit, *l. Princeps, ff. de legib.*
can. ideo, 25. q. 1. non est tamen alienum à di-
ctamine rationis, vt egregie scribit Plutarchus
in libello de doctrina Principis: namque ratio
naturalis dictat, Principem illam seruare debe- 29
re legem, quam ipse tulit, ac alias omnes, quæ
iustæ videntur, *l. digna vox, C. de legib. l. ex im-*
perfecto, C. de testam. l. 4. C. ad leg. Falcid. & mul-
to magis ea, quæ ipse concessit, præsertim ea,
quæ iure competunt eis, quibus conceduntur,
prout sunt indulta Cardinalibus collationem
habentibus concessa. Præterea non dubito, quin 30
collatio aliter facta valeat, si ita velle Pontificẽ
Maximum constat: siquidem Apostolicæ litte- 31
ræ, concessiones, rescripta, & huiusmodi alia ex
Pontificis Maximi voluntate virtutem habent,
vt nemo nescit, qua carent, si deficiat voluntas:
in huiusmodi enim concessione, non potestas,
sed voluntas deficit, *c. mandatum, de rescript.*
cap. proposuit, de concess. præben. nam & Craueta
cons. 126. n. 4. lib. 1. respondit, in derogatione
priuilegij, in quo adest clausula derogatoria ad
sequentia, an derogatum sit, difficultatem esse,
an constet de voluntate Principis, quia de pote-
state non est dubium. Vbi igitur constat, Prin- 32
cipem ita voluisse, nihil operatur clausula dero-
gatoria in priuilegio apposita: *ita quoque Feli-*
nus ad c. nonnulli, nu. 6. vers. sed in terminis no-
stris, de rescript. Vnde non oporteret dicere, Pa-
pam non potuisse conferre, obstante indulto,
sed noluisse: nam si eidem veritas fuisset expres-
sa, non ita concessisset, & eo casu nullam Papæ
iniuriam facimus: immo iustum, & optimum
iudicamus, quinimmo omnes Papæ concessio- 33
nes debent intelligi cum iustitia, & saluo alte-
rius iure, *l. auctoritatem, & l. meminimus, C. vn-*
de vi, c. si quando, de rescript. vnde tunc videtur
facultati beneficia conferendi concessæ Cardi-
nali derogasse, quando dixit non obstante in-
dulto, *d. decis. 141. & decis. 82. sic etiam conclu-*
dit Menoc. in d. cons. 83. n. 35. videlicet, collatio-
nem Papæ valere, non obstante alternatiua,
quam

quam habebat Episcopus Brixiensis in eodem consilio nominatus, quia in collatione Papæ aderat clausula, seu si venerabili fratri Episcopo Brixiensi, vel quibusuis alijs: quæ sane clausula parit hunc effectum, vt deroget indulto speciali concesso ordinario, ne admittat ad beneficium aliquem, cui à Papa est prouisum per litteras Apostolicas non facientes mentionem illius specialis indulti, *vti declarat Rebuff. in prax. benef. tit. declaratio noua prouis. in verbo, seu si venerabili.*

Hinc dubitamus, an indulto Cardinalis intelligatur ex generalibus clausulis derogatum, aut opus sit expressa indulti mentione. Ex supradictis videretur dicendum, necessariam esse expressionem, tum propter clausulæ decreti irritantis virtutem, & efficaciam, tum propter reuerentiam, quæ ipsis S. R. E. Cardinalibus ha-
34 beri solet: non enim subijciuntur regulis Cancellariæ, alijsq. extrauagantibus constitutionibus, nisi nominatim illis includantur, *vti tradit Gomes. in procem. ad regul. q. 4. & ad regul. de impetr. benef. vac. per obitum famil. Cardin.* vnde in indulto nostro adijcitur: Decernentes reseruationes, affectiones, regulas, constitutiones, & ordinationes, necnon collationes, commendas, gratias, dispositiones, & decreta in illis contenta, quoad impediendum te, quominus in præmissis tam ordinaria auctoritate, quàm concesso tibi per præsentes indulto huiusmodi, vti valeas ad dicta beneficia, & ad tuam etiam cum alio, vel alijs dispositionem, vt præfertur, pertinentia, nullatenus se extendere: est itaque opus
35 indulti mentione, *Paris. d. consil. 79. lib. 4. Puteus d. decis. 141. lib. 2. Caputaquen. d. decis. 82. par. 2.* Sed an opus sit mentione ipsius Cardinalis indultum habentis, an sufficiat dicere, non obstan-
36 te indulto Præsulis, etiam Cardinalis, *Put. decis. 190. in princ. lib. 3.* dicit, sufficere, vtpote si dixerit, conferendo beneficium in diœcesi Taurinensi, non obstante indulto Præsulis, etiam Cardinalis, cũ vnus sit Præsul Taurinẽsis Cardinalis. Quæ Putei decisio non solùm habet locum, quando in litteris non est facta specialis mentio Cardinalis, sed etiam, quando in supplicatione non est facta mẽtio nominis indiuidua, nec tituli Cardinalis, *decis. 88. diuer. par. 3. lib. 2.* In coadiutorijs verò cum spe futuræ successionis, an derogatio indulti sit necessaria? Rotæ Auditores in hac dubitatione varij fuerunt: fuit tamen in vna Toletana Canonica. & præb. corã Fabio resolutum, esse necessariam *decis. 82. &*
37 *84. eod. lib. 2.* Quod mihi placere non potest per ea, quæ supra dixi ad *§. prox. post n. 86. vers. quid dicemus de Coadiutoria?*
38 Sed an teneat collatio à Põtifice Max. facta, in qua fuit expresse indulto derogatum, habitus tamen fuit Cardinalis consensus, prout idem expostulat indultum? *Put. d. decis. 190.* dicit, tenere, si adest clausula, sub quibusuis tenoribus, &c. latissime extensis: nam propter hanc clausulam prouisio Papæ ad omnia potuit extendi, & latissimam interpretationem accipere: ita vt consensum comprehendat, etsi nequaquam præstitus sit consensus.

Summa ex §. Ac irritum.

1 *Clausula, quorum tenores, &c. tollendis priuilegijs sufficit.*
2 *Curiæ stylus, velut lex, seruandus est.*
3 *Priuilegiorum tenores quamplurimi clausulam, quorum tenores, &c. valere faciunt.*
4 *Relatio ad scriptum idem operatur, quod expressio in scriptura.*
5 *Quod Papa vult haberi pro expresso, fingitur expressum, licet vere non sit.*
6 *Absurdum est, Papam, aliumve Principem suismet constitutionibus derogare non posse.*
7 *Derogatio ex voluntate pendet.*
8 *Clausula, de verbo ad verbum, habet vim singularis expressionis.*
9 *Principe generaliter derogante omnibus priuilegijs, tolluntur habentia clausulam derogatoriam ad futura rescripta.*
10 *Derogatio generalis non extenditur ad priuilegia inserta in corpore iuris.*
11 *In derogatione non cadit dubium super potestate, sed super voluntate.*
12 *Non præsumitur facile, Principem derogare priuilegijs in corpore iuris clausis.*
13 *Inter æquales clausulas præualet, quæ motu proprio concepta sit.*
14 *Clausulæ, haberi pro expresso, &c. vel quorum tenores, &c. tollunt priuilegium, si de eo in constitutione derogante expressa fiat mentio.*
15 *Priuatorum non est facere, quòd habeatur pro expresso specialem requirẽs mentionẽ.*
16 *Princeps est lex animata.*
17 *Lex, & Princeps fingere potest, expressum esse, quod non est, secus priuatus.*
18 *Causæ grauaminis in interlocutoria non possunt à partibus haberi pro expressis: præterquam in actu, in quo partes habeant plenam potestatem.*
19 *Legatus Cardinalis clausula, quorum tenores, vti non potest.*
20 *Cardinalis Verallus Legatus Franciæ habuit facultatem apponendi in suis expeditionibus clausulam, quorum tenores, & habeantur pro expressis.*
21 *Cardinalis Legatus per clausulam, quorum tenores,*

tenores, &c. indulto Cardinalis derogare potest.

22 *Legatorum Cardinalium maxima est auctoritas.*

23 *Legatus triplex: de latere, cum potestate Legati de latere, & Legati nati.*

24 *Nuncij facultatem Apostolicam in sua Prouincia tantum exercent.*

25 *Nuncij beneficia non conferunt, nisi ex gratia Apostolica.*

26 *Nuncij ex consuetudine beneficia 24. ducatorum valorem non excedentia conferunt.*

27 *Prouiso à Nuncio incumbit onus probandi valorem beneficij collati aduersus prouisum à summo Pontifice.*

28 *Narratiua prouidentis, tanquam pars gratia, per prouisum debet verificari.*

29 *Circa valorem beneficiorum Nuncio non creditur propter fraudes, quæ fiunt.*

30 *Facultas conferendi derogans potestati ordinarij odiosa est.*

31 *Dignitas sub facultate conferendi Nuncij non comprehenditur.*

32 *Dictio, alia, est repetitiua similium.*

33 *Dictio, alia, non trahit maiora expressis.*

34 *Priuilegium contra ius commune obtentum strictissime interpretandum est.*

35 *Priuilegium iuri communi derogans non comprehendit omissa.*

36 *Facultas conferendi Nuncijs data iuri communi detrahit.*

37 *Clausula, alia quæcumque in facultate collatiua posita, etiam dignitates amplectitur,*

38 *Dictio, alia, si habeat dictionem generalem annexam, non repetit simpliciter similia.*

39 *Hospitale per verbum, quæcumque, sub appellationem beneficiorum cadit.*

40 *Dispensatio est stricti iuris.*

41 *Dispensatio per verbum, quæcumque, comprehenditur, etiam in materia stricta.*

42 *Clausula in omnibus, & per omnia efficacissima.*

43 *Nuncius beneficia in mensibus ordinarij vacantia ex indulto licite confert.*

44 *Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur.*

45 *Facultas Nuncij, seu Legati ad reseruata non extenditur.*

46 *In generali mandato non veniunt generaliter reseruata.*

47 *Qui potest prouidere de beneficio ad Papam deuoluto, non potest de reseruato.*

48 *Legatus, qui potest recipere resignationem ex permutatione, & translatione, non potest de beneficijs reseruatis prouidere.*

49 *Exprimit Papa, quod fieri vult.*

50 *Ex indulto non conferuntur dignitates post Pontificalem maiores, etiam stante clausula de qualibuscumque reseruatis conferendis.*

51 *Litteræ Papæ expectatiuæ ad dignitates non extenduntur ad maiores post Pontificales.*

52 *Notatu digna nō expressa neglecta vidētur.*

53 *Ad spolium agenti titulo saltem colorato opus est.*

54 *Prouisio Nuncij Apostolici non tribuit titulum coloratum, nisi de facultate tribuendi aliàs constet.*

55 *Collatio Nuncij reuocati valet, si facta sit ante notitiam reuocationis.*

56 *Constito de probabili scientia Nuncij, quòd sit reuocatus, collatio non tenet, secus si non constet, quamuis eius facultas per decretum irritans reuocata sit.*

57 *Legis obseruantia post duos menses ligat.*

58 *Clausula, ex nunc, operatur, vt lex liget statim, ac est promulgata.*

59 *Legem ignorantes ligare iniquum est.*

60 *Lex ad futura protenditur, non autem retrotrahitur ad præterita.*

61 *Absens à legis notitia excusatur.*

62 *Regula reuocatoria vim legis generalis obtinet.*

63 *Titulus coloratus est necessarius, ne detur vitiosus ingressus ad rem.*

64 *Prouisio facta à Nuncio, indulto priuato, & ignorante, post bimestre à die publicationis reuocati indulti incipiens, non tribuit titulum coloratum.*

65 *Nuncius Apostolicus ad Principem plurium Prouinciarum dominum missus cum potestate Legati, vbicumque in eiusdem Principis dominatione beneficia conferat, valet collatio.*

Ac irritum, & inane, si secus super præmissis omnibus quauis auctoritate, etiā per nos, & dictos Legatos, Nuncios scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis, ac cōstitutionibus & ordinationibus Apostol. necnon prædictarum, & aliarum ecclesiarum, etiam in quibus secularia, ac monasteriorum, seu aliorum regularium locorum, etiam in quibus beneficia regularia huiusmodi forsan fuerint, seu à quibus ipsa beneficia regularia dependere contigerit, & ordinum, quorum illa fuerint iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,

Digitized by Google

dinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & Ordinibus, ac dilectis filijs eorum Capitulis, Conuentibus, Superioribus, & personis, necnon prædictis Cardinalibus, & quibusuis alijs cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, per quoscumque Romanos Pōtifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam, sub quibuscūque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam super monasteriorum, & beneficiorum huiusmodi dispositione, ac aliàs quomodolibet cōcessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro sufficienti eorū derogatione aliàs de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbū, non autem per clausulas generales idē importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ad effectum omnium, & singulorum præmissorum, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, illasq. & illa quatenus te, quominus ordinaria auctoritate, & cōcesso tibi indulto prædicto vti valeas, impedirent, aut impedire, vel aliàs tibi, aut personis, quibus beneficia prædicta per te, vel alium, seu alios contuleris, vt præfertur, præiudicare possent, reuocamus, cassamus, & annullamus, viribusq. omnino euacuamus, ac cassa, nulla, viribusq. vacua decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

§. Ac irritum.

AC IRRITUM. Paragraphus iste est pars proximi superioris: nam vt maiorem habeat efficaciam clausula decreti irritantis, de qua ind. §. actum est, Papa hic reuocat, ac reuocata esse decernit omnia, quæ contra tenorem huius indulti gesta, & facta fuerint, item reuocat, quoad hoc indultum, statuta omnia, consuetudines, priuilegia, indulta, litterasq. Apostolicas, quæ reuocata ipso indulto esse decernit haud secus, ac si eorum omnium tenores de verbo ad verbum hic essent inserti. Habet enim clausula hæc sic: quorum tenores de verbo ad verbum haberi volumus pro expressis, vim maximam, plurimumq. iuris confert illam habentibus. *decis.* 88. *n.* 4. *diuer. par.* 3. *lib.* 2. & *decis.* 101. *nu.* 3. *par.* 3. *lib.* 3.

Neque ab re hic inuestigari posset, an hæc clausula, quorum tenores, &c. sit sufficiens ad tollenda priuilegia, & alia indulta clausulam derogatoriam habentia ad futura priuilegia, seu indulta, nisi de ipsis de verbo ad verbum fiat indiuidua, & specialis mentio. Hanc esse altam, & profundam quæstionem respondit Aymo Craueta *consil.* 126. *nu.* 1. *lib.* 1. sunt enim hinc inde interpretum opiniones: alij asserunt, alij negant, alij distinctione opus esse contendunt: Cynus *ad l. vnic. n.* 3. *C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* dicit, non derogare, nisi priuilegij expressa, & indiuidua mentio fiat. Eiusdē opinionis fuerunt *Federic. de Senis consil.* 233. *Paulus de Castro consil.* 278. *par.* 1. *Caldilinus consil.* 11. *tit. de priuileg. Card. cons.* 136. *Staphil. in tract. litter. grat. tit. de vi, & effect. clauf. causa, si seu Episcopis, Archidiaconis, &c. nu.* 4. *cum seqq.* idem videtur tenuisse Rota auctore Caputaquen. *decis.* 121. *par.* 1. Contraria tamen sen- 1
tentia verior videtur, & est communis, *adstipulantibus Craueta d. consil.* 126. *n.* 7. *Ripa ad c.* 1. *n.* 55. *de rescript. Rebuff. super Concord. tit. forma mandati Apostolici, veb. pro expressis, vers. item si dicatur, ibi, & ista est communis, Quint. Mandos. ad regul.* 19. *q.* 19. *n.* 13. *facit & optime Putei decis.* 190. *in princip. lib.* 3. & hunc esse curiæ stylum tradunt *Antonius de Butr. consil.* 2. *Io. Andr. ad cap. vnic. de excessib. prælat. Alex. consil.* 216. *colum.* 7. *lib.* 2. *Felinus ad cap. nonnulli, num.* 6. *versic. addatis primo, ibi, & ita dicit se habere de rescrip.* Atqui stylus curiæ seruandus est, quia 2
pro lege habetur, *cap. tam graui, de crim. falsi, nostri ad cap. ex litteris, de consuet. ad cap. ad audientiam, de rescript.* Caputaquen. *decis.* 331. *par.* 3. Thesaurus in *decis. Pedemont.* 1. *n.* 9. Qui sane stylus rationem habet perelegātem, quam affert Federicus de Senis, quamuis sibi contrarius

Digitized by Google

3 rius *consil.*47.quia absurdum esset dicere, si Pa-
pa vellet derogare omnibus priuilegijs quibus-
cumque concessis, quòd haberet necesse expri-
mere tenores infinitorum priuilegiorum per or-
bem concessorum,tam per semetipsum, quàm
per antecessores suos,ferme enim extenderetur
4 ad infinitum. Hinc Felinus *d.vers. addatis pri-
mo,ibi,nam id,ad quod,*tradit scriptum, ad quod
fit relatio,censeri, ac si expressum fuisset specifi-
ce in scriptura,quæ ad alium refertur, *l. ait præ-
tor,§.1.ibi,sic accipiendum est, quasi quantitatē
nominauerit,ff.de re iudic.l.asse,ff.de hered. inst.
5 c.cum venerabilis,§.1.de excep.*Præterea,ex quo
Papa vult,haberi pro expresso, fingitur expres-
sum,licet expressum non sit,*clem. 1. de prob.* Po-
test enim ad validitatem actus à se gesti fingere
expressum, quod expressum non est, *Ant.de Bu-
trio cons.*55. *qui allegat c.1. de transac.c.illa, de
elect. clem. pastoralis,de re iud. & c.si motu pro-
prio,de preb.lib.6.* Quòd si aliud diceremus, se-
queretur, Papam, aliumve Principem posse sibi
auferre per indirectum potestatem reuocandi
suammet legem, vel priuilegium: nam si habe-
rent necesse expressam facere mentionem illius
priuilegij, nec recordarentur, & illud forte non
inueniretur,suismet constitutionibus nō possent
6 derogare,hoc est vti iure suo,quod est absurdū,
*prout tenent Panormit.ad c.cum instantia, col.2.
de censib.Feder.de Senis d.consil.47.Collectan.ad
c.cum dilectus,colum.1.de rescr. Iason ad l. Præ-
tor,n.8.ff.de noui operis nunciat.Rebuff.d.tit.for-
ma mandati Apost.in verbo,pro expressis,versic.
7 item si dicatur,in fine.* Denique derogare,vel nō
derogare pendet non ex Principis potestate,
sed ex voluntate,*vti supra ad § proxime præce-
dentem diximus*: at voluntas non deficit, vbi
adest clausula, de verbo ad verbum, quæ habet
8 vim singularis expressionis, *Alexan. consil.* 30.
colum. 3. ante med. lib. 5. Craueta d.consil. 126.
num. 7. versic. Tertio: ex qua expressione rei-
terata, vt hic, liquidò constat de Papæ inten-
tione, *argumen.l.balista,ff.ad S. C. Trebel. cum
alijs similibus.*
9 Alij, vti Franciscus Ripa *ad d.cap.1. n.56.de
rescript.*distinguunt, quòd aut Princeps per viā
legis generalis derogat omnibus priuilegijs,
etiam si de illis necessarium esset specialem fa-
cere mentionem, & tunc tolluntur etiam priui-
legia habentia clausulam derogatoriam ad fu-
tura rescripta: quo casu procedere communem
opinionem, & quem diximus, esse curiæ stylum
scribit idem Ripa,*item c.si.de sent.excomm.lib.6
clement.1.de sepult.l.omnes,C.de præscrip.30.vel
40.ann.cum similibus,* atque talis derogatio ge-
10 neralis non extenditur ad priuilegia inserta in
corpore iuris, nisi ex alijs coniecturis appareat
de mēte Principis,*vt voluit Romanus cons.*498.
Germon. de Indultis.

*vel, vt dicit Felinus ad d. cap. nonnulli. num. 2.
in princip.& num.3.versic.modo dicta regula,de
rescript.* nisi vel specialis fiat mentio, vel per
æquipollentia, quia tunc cessat ratio superius
adducta, quia non dubitamus de Principis po- 11
testate in derogatione, sed de voluntate: ve-
rum cum constat de speciali derogatione, vel
de æquipollentibus, vel coniecturis, satis ap-
paret, Principem derogare voluisse, ideo nul-
la constitui poterit differentia inter priuilegia
inserta, vel non inserta, si de voluntate, in
qua fundatur lex, & priuilegium, constiterit.
Differentia autem illa constitui poterit, quòd 12
difficilius Princeps videtur derogare priuilegijs
in iuris corpore clausis, quàm ijs, quæ clausa
non sunt. Aut, inquit Ripa, derogatur omni- 13
bus priuilegijs per aliud priuilegium, vel re-
scriptum: & tunc subdistinguendum est: aut
enim clausulæ derogatoriæ vtriusque priuilegij
sunt conceptæ, & præualent illæ, quæ sunt ma-
ioris efficaciæ, aut sunt æqualis efficaciæ: hoc
casu attenditur, an priuilegium sit concessum
motu proprio, an verò ad partis supplicationē:
si motu proprio est concessum, habet locum
communis opinio, si ad partis instantiam, con-
trariam conclusionem præualere arbitratur.
Quam sane conclusionem limitat quinque mo- 14
dis, vt ibi per eam. Quidquid sit, concluden-
dum videtur, clausulam hanc, haberi pro ex-
presso, &c. vel hanc, quorum tenores de ver-
bo ad verbum, &c. eundem producere effectū,
ac si specialis, expressa, & indiuidua mentio fa-
cta fuerit: quod ita intelligo, si in rescripto, seu
priuilegio, seu indulto, seu constitutione dero-
gante facta sit aliqua saltem mentio rescripti,
priuilegij, indulti, seu constitutionis clausulam
derogatoriam ad futura habentis, quæ per con-
traria derogantur. Me declaro, vt scilicet
per hoc indultum alijs indultis derogatum
intelligatur, si dictum sit: non obstantibus in-
dultis, quorum tenores, &c. vel si Princeps de-
rogare intendit priuilegijs contrarium continē-
tibus, dictum sit, non obstantibus priuilegijs,
quorum tenores, &c. & ita intelligere voluit
Caputaquensis *d. decis.* 121. *par.* 1. dum ait.
Clausula, quorum tenores, non operatur ex-
pressam, & indiuiduam mentionem: quando
non fuit facta aliqua mentio de illo, de cuius
derogatione, vel mentione tractatur.
Sed an illud perpetuò verum sit: scilicet quòd
pro expresso habeatur illud, quod specialiter
exprimi debet: & receptum est, procedere dum-
taxat in legibus, statutis, priuilegijs, rescriptis, 15
alijsq. Principum ordinationibus, non æque in
actibus priuatorum, qui non possunt facere,
quòd habeatur pro expresso illud, cuius specia-
lis requiritur mentio, *c.qui ad agendū,de procur.
lib.6.*

lib.6. l.sed & si quis, §.quæsitum, vbi notant om-
nes,ff.si quis caution. Aret.ad c.1.colum.6.versic.
bis tamen non obstantibus, de rescript. Felin. ad
16 *d.c.nonnulli,n.6.versic.obstat secundo,eod.*Ratio
17 diuersitatis est elegans, nam lex, & Princeps,
qui est animata lex, possunt fingere, vt quod
non est expressum, habeatur pro expresso, non
item priuatus, *l.etsi forte,& ibi Bart.ff.de castr.*
pecul.idem Bart.ad l.si quis pro,ff.de vsucap. Are.
*loco cit.*Ideo Rebuffus *d.verbo pro expressis,vers.*
18 *ista licet,*scribit causas grauaminis in interlocu-
toria non posse haberi pro expressis à partibus,
Alex.ad l.quidquid, in 2.colum. ff. de verb. oblig.
Angel.cons.249.incip.Philippus sic consueuit, Ia-
son cons.173. in fine, volum.4. Sed exceptio ista
illam patitur exceptionem,videlicet,vt habean-
tur pro expressis,sed clausula apponatur in actu,
in quo priuatus habet plenam potestatem,vtpo
te in testamētis,*l.si quis in principio,& ibi Bar-*
tolus,ff.de legat.3.Bald.consil.226. n.1. lib.1.&
consil.386.lib.4.Paul.de Castro,consil.284.col.2.
circa med.par.1.Corn.cons.84.lib.3.& cons.161
colum.1.lib.4.Craueta d. cons.126. nu.4.
19 Sed an inferior Pontifice Romano, vt Lega-
tus,possit vti hac clausula, quorum tenores, vel
habentur pro expressis. Rebuffus loco citato,
*versic.an Legatus post Aret.*tenet, non posse,
nisi concessum sit à Papa, prout dicit, fuisse
20 concessum Cardinali Verallo Franciæ Legato,
& in specie consuluit Craueta *d.consil.* 126.asse-
rens; Legatum Auenionensem habuisse in suis
facultatibus hanc potestatem apponendi clau-
sulam, quorum tenores, quam, cum fuisset in
quadam prouisione apposita, sustentauit,habe-
re effectum contra priuilegia monasterij S.Ruf-
fi extra muros Valentiæ, quæ ita erant conce-
pta,vt non intelligeretur derogatum, nisi men-
tio ipsorum facta esset, & tenor eorum esset in-
21 sertus de verbo ad verbum. Sed an Legatus de
latere, qui hanc habet facultatem, possit dero-
gare indulto Cardinalis, adijciendo hanc clau-
sulam, quorum tenores; & puto,posse,si aliquā
indulti mentionem fecerit,*vt in decis.Putei* 190
in princip.lib.3. idque intelligo,si Legatus hanc
expressam,& specialem habuerit facultatem, vt
possit etiam Cardinalium indultis derogare: cæ-
terum non æque propter ea, quæ habent priui-
legia multa,& maxima,alioquin parum prodes-
set Cardinalibus indultum,in quo expresse vult
summus Pontifex omnes prouisiones,factas se-
cus, atque in indulto continetur,esse nullius ro-
boris, & momenti, etiam si per ipsummet Pa-
pam, & Legatos,ac Nuncios,scienter, vel igno-
ranter factæ fuissent.
Locus admonet, vt nonnulla de Nunciorum
auctoritate in conferendis beneficijs dicamus:
22 de Legatis non est, quod vlterius disputemus,
tum quia maximam esse eorum auctoritatem
ignorat nemo, tum quia passim de his dictum
est. Videamus igitur de Nuncijs. Nuncij ver-
bum accipitur pluribus modis, maxime pro re
ipsa, & persona,vt ait Festus: sed nos loquimur
de persona, de eo inquam, qui mittitur, vel ad
aliquid agendum, vel ad aliquid nunciandum,
vt in cap.ego N. in fine, de iureiuran. præsertim
de eo, qui in Prouinciam aliquam à Sede Apo-
stolica cum auctoritate, & iurisdictione mitti-
tur, quique Legatus dicitur. Nam in Paratitlis 23
tit.de offic.Legati dicebamus, triplex esse Lega-
torum genus: quorum alij Legati à latere ap-
pellantur, sic dicti, quòd à latere summi Pon-
tificis prodeant,etsi hodie sunt Cardinales: alij
sunt Legati non de latere, & non Cardinales,
cum auctoritate tamen plerumque Legati de
latere: alij item, qui ratione dignitatis in suis
Prouincijs huiusmodi legationis officium obti-
nent, & Legati nati dicuntur. Nostri ergo sunt
Legati non a latere, & nō Cardinales,sed Apo-
stolici Nuncij vulgò nuncupantur. Horum iu-
risdictionem metimur ex facultate sibi ab Apo-
stolica Sede data: & si quam acceperunt, ex-
tra Prouincias, in quas mittuntur, exercere 24
non possunt,*argumento l.vlt.ff.de iurisdict.omn.*
iudic. nec beneficia qualiacunque sint, iure le- 25
gationis conferre possunt, *cap. 1. de offic. legat.*
lib.6. nam vt conferre valeāt,necesse est,vt spe-
cialem habeant facultatem conferendi, prout
Episcoporum Vicarij,*c.2.& 3.de offic.Vic.lib.6.*
de quibus late egimus *supra ad §.tibi,quoad vi-*
xeris. Et quamquam iure ipso legationis Nun- 26
cij conferre non valeant beneficia: cōsueuit ta-
men Sedes ipsa Apostolica eisdem concedere
collationem illorum beneficiorum, quorum va-
lor non excedit summam 24.ducatorum.
Hinc illud in primis difficilem, & perelegan-
tem habet dubitationem, cuinam, inquam, in-
cumbat onus probandi beneficium a Nuncio
Apostolico limitatam facultatem habente ad
collationem beneficiorū valorem viginti quat-
tuor non excedentium collatum, non excedere
dictum valorem viginti quattuor, an ei, cui à
Nuncio prouisum est, an ei, cui à Papa: exem-
plo res fiet illustrior: A.obtinuit in curia sibi de
quattuor beneficijs valorem centum viginti du-
catorum non excedentibus prouideri: B. in
cuius persona de duobus ex illis per dictum
Nuncium prouisum fuit, se tuebatur attestatio-
ne narratiua Nuncij in gratia facientis mentio-
nem non excessus: quæsitum fuit,an A. incum-
beret onus probandi excessum, & in Rota *in* 27
vna Placen. beneficiorum coram viro doctissimo
R.P.D.Orano 8.Maij,1586.quæ est in eius libro
*decis.30.*fuit tentū,non incūbere.Ratio est,quia
A.fundauit suam intentionē: B.qui contra eum
excipit,

excipit, vt illam elidat, debet etiam suam ex-
ceptionem probare: *Bartolus ad l. admonendi,*
num.50.ff.de iureiur.& ad l.non solum, §.sed vt
probari, num.4. ff. de noui oper. nunciat. Aegid.
28 *decis.76. num.4.* Præterea narratiua huiusmodi
est pars suæ gratiæ, atque ideo per eum debet
verificari, *cap.1.vt lit.contest.lib.6.* quod etiam
procedit, etsi non negaretur, *Rota decis. 20. de*
præbend. in nouis; Oran. d. decis.30. ergo multo
magis erit verificandum, quando contra illam
oppositum fuit, *Rota decis.54.de concess.præben.*
in antiq. Nec obstat Nuncij assertio prædicta,
29 quia circa valorem assertioni Nuncij non credi-
tur propter fraudem, quæ fieri potest, *Rota de-*
cis. 10. de præbend. in nouis, Puteus decis. 322.
lib.3. in fine, Ioannes Paulus decis. 74. Oran. d.
decis. 30. Prouisus igitur à Nuncio tenetur pro-
bare, quòd beneficium esset iuxta taxam, & va-
lorem, ad quem Nuncius facultatem habet, *Cre-*
scent.decis.4.de probat. Per confessionem autem,
quòd fructus beneficij, valorem viginti quat-
tuor non excedunt, non probatur beneficium
esse viginti quattuor, *Cauarr.lib.1. variar. re-*
solut.c.20.num.7. Oran. 144. ante fin. in vna
Bononien. 24. Martij, 1586.

An verò facultas Nuncij conferendi benefi-
cia comprehendat dignitates, quæstionis est, &
30 videtur non comprehendere: siquidem prædi-
cta facultas, cum derogat potestati ordinarij,
censetur odiosa, *vti notant glos. Imola, Petrus*
de Ancbar. ad cap. 2. de offic.ordin.lib.6. Abbat
ad cap.si quis contra, not.2. de foro compet. ideo
31 eximuntur dignitates, *cap. fin. de præbend. &*
cap.cum in illis, in princip. eod. tit. lib.6. Mill.
in repert. in verbo beneficia, & ita per hanc ra-
tionem respondit Socin.cons.260. vol.2. Sed ma-
ior hæsitatio est, quando in facultate collatiua
adest clausula, & alia quæcumque, & qualiacū-
que: & etsi videtur dicendum, etiam hoc casu
32 non comprehendi. Ratio est plane elegans: nam
dictio, alia, est repetitiua similium, vt cum no-
33 stris loquar, atque ideo non debet operari, vti
veniant maiora expressis, *Oldrad.consil.8.quem*
refert, & sequitur Antonius de Butrio, ad cap. di-
lectis, de donat. vt si testator reliquerit, quòd sol-
uatur debitum certis creditoribus illius ciuita-
tis, & alijs quibuscumque, debeat intelligi cre-
ditoribus eiusdem ciuitatis. facit quoque, quod
respondit Romanus *consil. 13.* de statuto prohi-
bente contra instrumentum guarentigiatum
opponi doli exceptionem, & aliam quamcum-
que: aliam quamcumque interpretatur similē,
ita etiam Iason *ad l. si vnus, in fine princ. ff. de*
pact. & ad l. quicumque, n.3. C. qui admitti, Ge-
min. ad d. cap. cum in illis, §. 1. de præbend. in 6.
quibus haud male conuenit, quod notauimus
supra ad §. per quæ sublatis, n.62. quòd priuile-
gium contra ius commune obtentum, strictissi- 34
me interpretari oporteat, cum tantum dispone-
re videatur, quantum expresse loquitur, *Imola*
ad l. etiam, ff. solut. matrim. per l. ius singulare,
ff. de legib. cap. dudum, in fine, & ibi gloss. de elect.
l. si quando, C. de inoffic. testam. clement. 1. & ibi
Card. de censib. clement. 2. §. fin. & ibi Card. de
priuileg. Bald. ad l. humanitatis, colum. 10. vers.
decimoquarto, C. de impuber. & alijs substit. Alex.
ad l. liberorum, ff. de verb. signif. & consil. 3. lib. 2.
sub num. 2. & est textus in l. quod verò, ff. de
legib. & in l. si verò, §. de viro, & ibi Doct. ff. so-
lut. matrim. Puteus decis. 66. n.4. lib. 1. Caputaq.
decis. 84. n.7. par. 2. Et quòd priuilegium non 35
comprehendat omissa, quando est contra ius
commune, asseuerat Baldus *ad cap. 1. colum. 1.*
quib. mod. feud. amitt. in 2. rubr. per cap. licet, de
translat. Episcop. & Card. per glos. ibi in clem. 1.
quæst. 6. Facultatem autem conferendi Nun- 36
cijs concessam esse contra ius commune nemo
dubitare potest ex ijs, quæ diximus *ad d. §. per*
quæ sublatis, cùm iure communi omnium bene-
ficiorum collationem haberent ordinarij; con-
trarium tamen tenuit Rota testimonio Crescen-
tij *decis. 1. de priuileg.* quando scilicet in faculta-
te inest clausula, alia quæcumque. Nam licet 37
dictio, alia, simpliciter prolata, & per se, & abso-
lute posita, faciat relationem similium, *glos. ad*
l. si fugitiui, C. de seruis fugit. Doct. ad cap. Sedes,
de rescript. gloss. ad l. quidam relegatus, ff. de reb.
dub. text. in cap. cum non ab homine, de iudic. Bal.
ad l. conuenticula, C. de Episc. & cler. attamen si 38
habet dictionem generalem secum annexam,
quæ de sui natura videatur importare, vt ali-
quid plus significaret, quàm oratio absoluta,
vti habetur in l. balista, ff. ad S. C. Trebell. & in
l. generali, §. idem quæsiji, ff. de vsu, & vsufruct.
legat. tunc non facit relationem similium: quod
expresse probatur *in text. in c. si tibi absenti, in*
verbo alius, & ibi gloss. de præben. lib. 6. & in
l. 1. §. debitum, in fine, ff. de constitut. pecun. & in
d. l. si serui fugitiui, ibi, qualibet alia, glos. singul.
ad clemen. 1. verbo, aut earum parte, de foro com-
peten. Iason ad d. l. quicumque, n.2. C. qui admitti;
nam & hospitale, quod appellatione beneficio-
rum non videtur venire, *clement. per litteras, de*
præben. propter verbum, quæcumque, venit, *vt* 39
post Felin. ad cap. de quarta, in fine, de præscrip.
notat Crescent. d. decis. 1. num. 4. sicut & dispen- 40
satio, quæ est stricti iuris, *cap. quòd dilatio, de*
consanguin. & affinit. ac per verbum, quæcum- 41
que, in materia stricta venire solet, *Ant. de Butr.*
ad cap. vlt. de præben. in 6. Franch. ad c. gratia,
de rescript. in 6. mirifice facit, quod notatur ad
decis. 2. num. 11. & 12. de fil. presbyt. in nouis,
maxime quando sunt disposita verba gemina-
ta, scilicet, quæcumque, & qualiacumque:

nam ſecundum videtur referri ad qualitates, vt
cuiuſcumque qualitatis ſint, ſic etiam dignita-
tes comprehendantur, *Creſcent.d.deciſ.1. nu.5.*
de priuileg. Qui etiam aſſeuerat, Auditores mo-
tos fuiſſe ex eo, quòd illa gratia Nuncij, hoc
eſt facultas conferendi dirigebatur in tertium,
videlicet in fauorem eorum, in quibus debebat
fieri collatio, dicitur fauorabilis, ita vt compre-
hendat maiora beneficia, *ad not.per Ioan. Andr.*
ad cap. vlt. & ibi per alios communiter de verb.
42 *ſignif.lib.6.* Idem dicitur de clauſula *in omnibus,*
& per omnia. Doct.*ad l.1.ff.de leg.1.* vbi Iaſon
nu.20.cum ſeq. Ripa *nu.1.* Rolan. cum concor-
dantibus per eum collectis *conſ.67.n.47.vſque*
ad n.49.lib.3. & ex illis verbis: *in omnibus, &*
per omnia: extendi mandatum etiam ad rem
ſubrogatam, tradit Petrus *deciſ.21. in vna Se-*
gobien. lib.3. & ſub ijſdem verbis; *in omnibus,*
& per omnia; cum non ſint ſimplicia, ſed gemi-
nata atque vniuerſalia, comprehendi id, quod
aliàs non comprehenderetur, Rolan. *conſil. 60.*
num.21. cum ſeqq. lib.1. & Cantuc. *in vna Ti-*
raſonen. Canonic. & præb. deciſ. 8. nu.5. diuerſ.
par.2. ſcribit, ex his verbis oſtendi conſtantem,
ac determinatam voluntatem conſtituentium
ampliſsimam facultatem tribuendi, tum pro-
pter vniuerſitatem, tum propter geminationem
verborum.

Quæreret autem aliquis, an facultas conferē-
di beneficia Nuncio Apoſtolico conceſſa com-
prehendat etiam vacantia in menſibus ordina-
rijs. Et videtur dicendum, non comprehende-
re, obſtante regula, quæ dat quattuor mēſes or-
dinarijs, & alternatiua necnō iure cōmuni, quo
43 ordinarij poſſunt conferre omnia, & ſingula be-
neficia, & quocumque die, & menſe, *Creſcent.*
deciſ. 11. de priuileg. Idem tamen Creſcentius
deciſ.8.eod.de priuileg. ſcribit, in Rota tentum
fuiſſe, quòd poteſt. Ratio eſt, quia cum in illis
Papa poſsit prouidere, & cum ordinario concur-
rere: idem eſt etiam in Nuncio, qui auctoritate
Papæ poteſtatem habet conferendi; *arg. cap.ſi*
44 *Apoſtolicæ, de præbend.lib.6.* quia omnia noſtra
facimus, quibus auctoritatem noſtram imparti-
mur. *l.2. C.de vet.iure enuclean.argum.l.ſolent,*
ff.de iuriſdict. omn. iudic.

Sed an facultas Nuncio, ſeu Legato Apoſto-
lico conceſſa conferendi omnia, & qualiacum-
que beneficia, extendat ſe ad reſeruata, dubi-
tari poſſet. Et quamquam ex his, quæ diximus,
ſi adeſt clauſula, alia quæcumque, & qualiacū-
45 que, videatur dicendum ipſum poſſe: Rota ta-
46 men tenuit, non poſſe, *deciſ.3.de offic.legat. Pa-*
riſ.conſ.10.n.4.volum.4. nam in generali man-
dato non veniunt generaliter reſeruata, *c.fin.de*
offic.Vic.lib.6.c.quamuis,2.& c.dudum, de præb.
lib.6. quia in iſtis facultatibus non veniunt ge-
neraliter reſeruata, *clem.ſi de beneficio, de præb.*
Nam licet executor impetrantis poſsit prouide- 47
re de beneficio ad Papam deuoluto, non poteſt
tamen de reſeruato, *d.deciſ.3.ad not.per Archid.*
ad c.cum in tua, ſuper verbo nō exiſtit, de conſuet.
lib. 6. pro quo allegat dictum Federici de Se-
nis *in tract.de rer.permut.* videlicet, quòd Le- 48
gatus habens poteſtatem recipiendi reſignatio-
nem ex cauſa permutationis, & tranſlationis
perſonarum, non poſsit ſe intromittere de be-
neficijs reſeruatis generaliter, vel ſpecialiter,
d.c.dudum, quod etiam aſſeuerant *Gemin.ad c.ſi*
cui nulla, eod.de præbend. lib.6. Lapus alleg. 84.
n.4.Roman.conſ.342.& conſ.160.Cald.conſil.9.
tit.de præb. At quando Papa vult, quòd Nuncij, 49
vel Legati ſui poſsint de beneficijs reſeruatis
prouidere, in facultate ſolet id exprimere, *d.de-*
ciſ.3.cir.fi. ergo niſi illud exprimatur, denegari
videtur, *c.ad audientiam, de decim.* Sed ſi in fa- 50
cultate dicatur, vt poſsit etiam reſeruata qualia-
cumque conferre: an valeat conferre dignita-
tes poſt Pontificalem maiores? & puto, non poſ-
ſe ex eo, quo tradit Gomeſius *in tract.grat. ex-*
pect. n.45. quòd ſi Papa dat litteras expectati- 51
uas ad dignitates, litteræ non extenduntur ad
illas dignitates, quæ poſt Pontificales cenſen-
tur maiores, ex regula tertia, *vti diximus ſup.ad*
§.etiam ſi, nu.9. cum ſeqq. & curiæ ſtylus eſt, vt
ſemper exprimat cathedrales, cum eas vult in- 52
cludi: nam ea, quæ notatu ſunt digna, niſi expri-
mantur, videntur neglecta, *l.iniuriarum, §.præ-*
tor, ff.de iniur.Rota deciſ.1. de fil. presb.in antiq.

Hinc oritur difficultas ſatis opportuna: an
ſcilicet teneat collatio facta à Nuncio, cuius fa-
cultas cōferendi beneficia erat reuocata, vel ſpe-
cialiter, vel per regulam reuocatoriam indulto-
rum Nuncij: & an det ſaltem titulum coloratū,
vt ſpoliatus poſsit reſtitui: nam titulum colora- 53
tum habere debet agens ad ſpolium, *gloſ.fin.ad*
clemen.1.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.Doct. ad c.in
litteris, de reſtit.ſpoliat.Aegid.deci.49.Guido Pa-
pæ deciſ.85.n.2.Caputaquen.deciſ.306.in princ.
par.3.ſcribit Rotam tenere, quòd prouiſio Nun- 54
cij non dat titulum coloratum in ſpolio, quan-
do non conſtat de facultatibus: quemadmodum
nec ſola præſentatio ſine inſtitutione tribuit ti-
tulum coloratum, *Gomeſ. ad reg. de trien. q. 53.*
Valere autem collationem beneficij à Nuncio, 55
cuius facultas conferēdi fuit ſimpliciter reuoca-
ta, factum exiſtimo, ſi inquam, fuerit facta ante
reuocationis notificationem, *ex ijs, quæ diximus*
ſup. ad §.Tibi, quoad vixeris, n.58.cum ſeqq. Sed
maior dubitatio eſt, quando facultas eſt ſublata
per regulam reuocatoriam, quæ irritans habet
decretum: quod ſane inficit titulum, & poſſeſ-
ſionem diſcolorat, *vt ſupra ad §.alioquin, latius*
demōſtrauimus. Qua in re diſtinct. opus eſſe arbi- 56
tror:

Digitized by Google

tror: nempe quòd aut Nuncius scit se reuocatum, tantumq. temporis est elapsum, vt probabiliter scire possit reuocationem, aut nescit, nec scientiæ huiusmodi tempus effluxit: hoc casu putarem, valere collationem, non æquæ illo: verum dicet aliquis. Quo modo sciri potest, Nuncium habuisse notitiam reuocationis? Iustinianus *in nouell. 66. sub tit. in auth. vt factæ*
57 *nouæ constitut.* constituit, vt nemo ad legis obseruantiam teneatur, nisi post duos menses à tempore publicationis elapsos. Idem videtur constituisse & Alexander Tertius *cap. 3. ne clerie. vel monach. & Honorius Tertius cap. vlt. eod. & cap. nouit, de sentent. excommun.* quæ vtique vera sunt, si certum non fuerit constitutum irritationis tempus, *vt cap. cum singula, de præbend. in 6. & in extrauag. execrabilis, eod. de præben. & in Concil. Trid. cap. 2. sess. 7.* vel nisi ita concipiatur lex: vt statim constet, velle Principem eam sortiri suum effectum, videlicet, si adiecta fuerit clausula, ex nunc, *vt in elem. 2.*
58 *de hæret. vbi notat gloss. in verbo ex nunc, quam rectè interpretatur ad cap. 2. de constit. Abbas*, vt id fiat respectu retractionis actus, non item
59 pœnæ: esset enim pene iniquum, vt lex ignorantem, & tale non cogitantem, vt ita dicam,
60 opprimeret, *vti ego aliàs disserebam in cap. 2. lib. 1. mearum Animaduers.* Atque ideo lex generaliter ad futura, non ad præterita negotia trahi solet, vt ibidem pluribus docui. Itaque cum est simpliciter prolata, nemo prætendere ignorantiam post duos menses à tempore publi-
61 cationis elapsos potest, nisi forte absens esset, adeoq. longe, vt verisimile sit ad eius notitiam legem non peruenisse, *vt in cap. 3. vers. mihi*
62 *nulla, eod. lib. 1. dixi.* Et quod de lege dicimus, idem profectò intelligi potest de regula reuocatoria, quæ licet lex generalis non sit, cum ad omnes non pertineat, est tamen, quoad Nuncios lex, & vim legis habet. Sic, si alicuius dispositionis initium generale fuerit, seu ratio, tota dispositio est generalis, *decis. 234. num. 3. diuers. par. 2.* vbi etiam *num. 1.* ostenditur, quomodo intelligenda sit Bulla Pij Quinti reuocatoria regressus. Item ratio ipsius dispositionis ampliat dispositionem, seu legem, *l. cum pater §. dulcissimis, ff. de leg. 2.* Abbas *ad cap. 1. nu. 8. de iuram. calum.* Felin. *ad cap. tua nos num. 3. de iureiur. d. decis. 234. num. 2.*

Ex quibus tollitur difficultas, quæ dissentientes valde habuit sacræ Rotæ Auditores, teste Caputaquensi *decis.* 307. *par.* 3. videlicet an prouisio Nuncij, cuius facultas ad conferendum beneficia erat reuocata per regulam reuocatoriam indultorum Nuncij, det titulum coloratum, saltem, vt agens ad spolium possit restitui, quia, vt superius diximus, agens ad spolium, debet habere saltem titulum coloratum. Namque alij dicebant, titulum etiam coloratum habere non posse, nisi per eum, qui conferendi habet potestatem, quam Nuncius non dicitur habere ex eo, quòd eius facultas fuerat reuocata. Alij, quòd de iure non requiritur titulus ad restitutionem in spolio, licet Rota de 63
rigore in beneficialibus, ne detur vitiosus ingressus, decreuit, titulum saltem coloratum requiri, propterea quòd potest etiam esse, vt facultas Nuncij fuerit reualidata, atque ideo prouisus dici debet, habuisse titulum coloratum. In qua sane quæstione distinguerem, vt superius 64
dictum est, quòd aut collatio, seu prouisio facta fuit à Nuncio post duos menses à tempore publicationis elapsos, aut ante: hoc casu haberet titulum, vel saltem coloratum, nisi adsit clausula, ex nunc, vel certum sit definitum tempus; illo casu non habere titulum, neque etiam coloratum. Restat, vt videamus, an Legatus, seu Nuncius Apostolicus cum potestate conferendi 65
beneficia ad Principem missus; cui subditæ sint plures Prouinciæ, aut Regna; possit in omnibus locis eidem Principi subiectis ea vti facultate. Dubium faciebat Pauli Tertij Papæ regula, qua cauetur, ne Nuncij etiam Legati à Latere facultatem habentes, possint beneficia conferre, nisi in locis, ad quæ eos declinare contingat: cùm essent Nuncij ad vnum Principem, qui plurima Regna haberet, etsi sub vno nomine omnia Regna appellantur. Tenuit attamen Rota, valere collationem Nuncij Barcbinone tunc existentis, etiam in alio Regno factam, *decis. 242. num. 4. diuers. par. 3. lib. 3.* Idem dicendum est de Nuncio apud Sabaudiæ Ducem residente, qui licet in Cisalpina Italiæ parte, Augustę scilicet Taurinorum, commoretur, conferre tamen potest beneficia in Sabaudia eiusdem Principis Transalpina Prouincia, quæ est in Gallia, eademq. lingua, moribus, ipsoq. vestitu vtitur, quo Galli, atque eisdem fere priuilegijs gaudet, quibus ecclesia Gallicana. Hæc, antequam ego Tarantasiensi præficerer ecclesiæ, Concilij Tridentini decreta non obseruabat: non est subiecta spolio, eiusque Ordinarij hæreticæ prauitatis causas cognoscunt.

Summa ex §. Volumus autem.

1 *Prouisio ex indulto, si de beneficio viginti quattuor ducatorum valorem excedente, fit, à Papa per nouam collationem confirmanda est.*
2 *Reseruatio octo mensium est ordinaria in summo Pontifice.*
3 *Prælati residentes habent ipso iure alternatiuam collationem sex mensium.*

4 *Alternatiua acceptata intelligitur, cum de hoc patentes litteræ extent.*
5 *Quod confertur à non habente alternatiuam Septembri, Decembri, Martio, & Iunio intelligitur collatum potestate ordinaria.*
6 Collatio facta Ianuario, Februario, Aprili, Maio, Iulio, Augusto, Octobri, Nouembri intelligitur ex indulto Apostolico.
7 *Maius trahit ad se minus.*
8 *Pars in toto continetur.*
9 *Minus maiori includitur.*
10 *Indultum maius est alternatiua.*
11 *Per indultum non præsumitur quemuis renunciasse alternatiuæ.*
12 *Priuilegium secundum numquam tollit primum.*
13 *Numquam præsumitur renunciatum priuilegio, nisi ex incompatibilitate priuilegiorum.*
14 Collatio Cardinalis habentis alternatiuam facta in curia non eget noua prouisione Apost. ac si ipse esset in diœcesi.
15 Cardinalis residens in curia, in sua diœcesi esse præsumitur.
16 Card. gaudet alternatiua, quamuis non appareat per litteras patentes eum ipsam acceptasse.
17 Cardinales non comprehenduntur sub regulis Cancellariæ.
18 *Episcopus absens à diœcesi beneficium vacans quouis quattuor mensium sibi iure ordinario concessorum conferre potest, secus si vacet in mensibus alternatiuæ.*
19 *Alternatiua residentiæ causa concessa est.*
20 *Naturale est, commodis recompensari incommoda.*
21 *Episcopus rediens in diœcesi in mense reseruato Papæ per suam absentiam, non recuperat ius conferendi.*
22 *Mensis ceptus sub reseruatione Papæ, in eadem perseuerat vsque ad finem, etiam Episcopo ad diœcesim redeunte.*
23 *Totum integrum, non autem singulæ partes considerandæ sunt.*
24 *Regula vniuersalis cōprehendit omnes casus.*
25 *Debemus ab actore ius metiri.*
26 *Acceptatio alternatiuæ semper censetur continuata.*
27 *Beneficium in mense reseruato vacans per ordinarium conferri nequit.*
28 *Reseruatio, & decretum irritans titulum discolorant.*
29 *Beneficium iurispatronatus laicorum non cadit sub reseruatione.*
30 *Archiepiscopus Tarantasiensis beneficia iurispatronatus laicorum æque confert, ac laicorum: & quare.*
31 *Alternatiua est fauorabilis.*
32 *Decretum notorium dicitur, cum discolorat titulum.*
33 *Alternatiuæ acceptatio constat etiam ex libro Datarij Apostolici.*
34 *Spoliato incumbit onus probandi alternatiuam fuisse acceptatam.*
35 *Beneficia simultanea sub alternatiua non comprehenduntur.*
36 *Si prouisus à Cardinali non expediat litteras nouæ prouisionis, & beneficium impetretur ab alio dabitur prouisio de reseruato apud Sedem Apostolicam.*
37 *Vnica est reseruatio in corpore iuris clausa.*
38 *Actus contrarius suæ formæ nullus est.*
39 *Prouisus à Cardinali potest quandocumque expedire etiam elapso tempore expeditionis, & soluendorum iurium Cameræ, antequam tertio ius acquiratur, ne Camera fraudetur.*
40 *Qui negligit expeditionem, amplius expedire non potest.*
41 *Qui expeditionem legitime distulit, de expeditione facienda auditur.*
42 *Intrusio est legitimum impedimentum.*
43 *Stante intrusione non est soluenda annata.*
44 *Emphyteuta, seu vassallus rei ab alio occupatæ cauonem soluere non tenetur.*
45 *Probato impedimento, intrat excusatio.*
46 *In pœnalibus non fit extensio.*
47 *Priuationis pœna non habet locum, nisi in casibus in iure expressis.*
48 *Fraudibus occurrendum est.*
49 *Tempus octo mensium circa expeditionem debet currere a die possessionis pacificæ habitæ.*
50 *De iure pacifica possessio consideratur.*
51 *Commissio, ac prouisio debet esse cum effectu.*
52 *Magis fauendum est ecclesiæ, quàm personæ.*
53 *Durante causa debet durare & effectus.*
54 *Ordinarius collator, potest plusquā semel conferre, si collatio eius semel facta nō teneat.*
55 *Dictio, duntaxat, restrictiua est.*
56 *Dictio, duntaxat, negatiua est.*
57 *Dictio, duntaxat, restrictiua est, sicut dictio, tantum.*
58 *Tempus conferendi à iure definitum est sex mensium.*
59 *Beneficiorum non collatorū ab ordinario collatore intra sex menses collatio ad summum Pontificem pertinet.*
60 *Clausula generalis, & quouis modo vacet, &c. non semper operatur: & quando.*
61 *Tempus sex mensium non currit, nisi à die habitæ notitiæ vacationis.*
62 *Ignorātia debet esse verisimilis, & probabilis.*
63 *Ignorātia verisimilis æstimatur ex longitudine*

dine temporis, ac ex qualitate beneficij.
64 *Nemo sine culpa puniri debet.*
65 *In semestri tempus suspensionis non computatur.*
66 *In collationibus sunt examinandæ personæ.*
67 *Sublato impedimento, currit semestre à tempore scientiæ, secundum Ioannē de Selua.*
68 *Quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, & causæ cognitionem non requirunt, extra proprium territorium licite exercentur.*
69 *Etiam Vicarij Episcoporum extra diœcesim rite conferunt beneficia.*
70 *Beneficium absenti conferri potest.*
71 *Patroni ecclesiastici habent sex menses, laici quattuor ad præsentandum.*
72 *Ius præsentādi ex deuolutione competens sex menses habet, quamuis quattuor tantum habeat primus patronus, vt laicus.*
73 *Mutata conditione personæ, mutatur conditio rei.*
74 *Ius præsentandi, si competat simul ecclesiastico, & laico, habet tempus sex mensium.*
75 *Habens rem communem cum pupillo, gaudet priuilegij pupilli.*
76 *Ius patronatus relictum quattuor laicis, & vnico clerio, laicale est.*
77 *Semestre, prout ascendit deuolutio ad superiorem, integrum remanet cuique superiori.*
78 *Semestre non habet locum in confirmatione, aut institutione.*
79 *Negligentia confirmationis, & institutionis potest corrigi per temporis præfixionem à superiore factam, quo elapso, suppleri ab eo potest.*
80 *Tempus non currit superiori in resignatione permutationis causa facta.*
81 *Tempus ad confirmandum in iure nullum reperitur.*
82 *Indulti formula in litteris collationum, vt valeat, inserenda est.*
83 *Quod est pro forma statutum, partium consensu non tollitur.*
84 *Actus formæ contrarius, quamuis de partium consensu, nullus est.*

Volumus autem, vt ij, quibus beneficia generaliter reseruata, vel affecta huiusmodi, quorum fructus, redditus, & prouentus viginti quattuor ducatorum auri de camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum excedent, vigore præsentium per te, vel alium contuleris, ac etiam ij, quibus beneficia ipsa regularia commendaueris, vt præfertur, infra quattuor, si citra, si verò vltra montes, collationes, seu commendæ ipsæ fiant, intra octo menses à die illis factæ eorumdem beneficiorum prouisionis, seu commendæ computandos, nouas prouisiones, seu commendas super beneficijs huiusmodi à dicta Sede impetrare, & litteras Apostolicas desuper in totum expedire, ac iura omnia Cameræ Apostolicæ propterea debita cum effectu persoluere teneantur, alioquin lapsis eisdem mensibus beneficia ipsa vacare censeantur eo ipso, possintq. per alios ab eadem Sede duntaxat impetrari, nisi illi, quibus collata, aut commendata fuerint, legitimo impedimento detenti, de huiusmodi legitimo impedimento constare fecerint, vel ipsis petentibus huiusmodi nouas prouisiones, seu commendas, & coram Datario nostro adhibitis notario publico, & testibus fide dignis protestantibus, quòd per eos non stat, illas eis contigerit negari. Ceterum hæc voluntas nostra litteris prouisionum, quæ de ipsis beneficijs reseruatis, vel affectis, ac etiam singulis litteris Commendarum, quæ per te, vel alium vigore præsentium fient, vt præfertur, omnino adscribatur, sin minus collationes, & Commendæ huiusmodi nullius sint roboris, vel momenti.

§. Volumus autem.

OLVMVS AVTEM. Si prouisus à Cardinali ratione indulti de beneficio, cuius redditus, seu fructus excedant, secundum cōmunem æstimationem, valorem viginti quattuor ducatorum, nouam ab ipso Pontifice maximo non acceperit prouisionem intra quattuor menses, si citra, vel octo, si vltra montes sit, atque iura omnia Cameræ Apostolicæ debita non persoluerit, eo ipso priuatur beneficio, quod ab alio, quàm ab ipso Papa conferri non potest. Nisi prouisus fidem indubitatam fecerit, se legitimo fuisse impedimento detentum. Hinc illa in primis occurrit consideratio, an Cardinalis alicui ecclesiæ præfectus, 1

& indultum habens , ſi conferat ſimpliciter, in-
telligatur conferre vigore induIti,ſic vt prouiſus
teneatur expedire nouam prouiſionem iuxta
decretum hic poſitum. Qua in re puto, atten-
dendum eſſe, quo menſe vacauerit beneficium,
& an Cardinalis, antequã Cardinalitia digni-
tate donaretur,baberet alternatiuam. Nulli du-
bium eſt ex regula de reſeruatione menſium ,
quin Papa ſibi reſeruet beneficia omnia,& qua-
2 liacumque vacantia in menſibus Iulij, Auguſti,
Octobris, Nouembris, Ianuarij,Februarij, Apri-
3 lis, & Maij, vel ſi Patriarchæ, Archiepiſcopi, &
Epiſcopi in ſuis reſederint eccleſijs, Iulij, Septẽ-
bris, Nouembris, Ianuarij, Martij , & Maij. In
alijs verò ſex menſibus vacãtia ipſi Patriarchæ,
Archiepiſcopi, Epiſcopi conferunt, Ita tamen ſi
4 alrernatiuam acceptauerint, nec acceptaſſe in-
telliguntur , niſi huiuſmodi acceptationem per
patentes litteras ſuo ſigillo munitas declaraue-
rint,& litteras ipſas ad R. P. D. Datarium San-
ctitatis ſuæ tranſmiſerint. In propoſita igitur
difficultate inſpicere oportet, an Cardinalis an-
te Cardinalatum baberer alternatiuam, necne:
5 nam ſi non habebar vacante beneficio in quat-
tuor illis menſibus ordinarijs collatoribus reſer-
uatis, vel conceſſis, videlicet, Septembris, De-
cembris, Martij,& Iunij, collatio intelligitur eſ-
6 ſe facta non virtute indulti , ſed ordinaria pote-
ſtate : ſi verò in alijs octo menſibus Sanctiſſimo
Papæ reſeruatis, vacauerint, vtique vigore in-
dulti collatio facta cenſetur: ſi verò alternati-
uam acceptauerat ante, & vacauerint in ſupra-
dictis menſibus Papæ reſeruatis, ex indulto da-
ta ſibi facultate contuliſſe videtur; ſi in alijs,iu-
re ordinario. argumento eſt, quod ſcriptum tra-
dit Creſcentius *deciſ.13. in fine, de priuileg.* Sed
dicet aliquis: Epiſcopus habens alternatiuam ,
ſi poſtea obtinuerit indultum à Papa conferen-
di in omnibus menſibus,ac cõferat beneficium,
7 vigore indulti videtur conferre, non autem al-
ternatiuæ, quia quod maius eſt, trahit ad ſe ,
8 quod minus eſt , vulgatis iuribus , & in toto &
pars continetur, *l. in toto, ff. de regul. iuris*,& mi-
9 nus includitur maiori, *l. inter ſtipulantem, §. 2.
& l. diligenter, in fine, ff. de verb. oblig. cap. ex*
10 *parte , de decimis:* ſiquidem indultum maius eſt
alternatiua, atque ideo indulto includitur. Ro-
ta tamen tenuit, teſte Caputaquenſi *deciſ.309.*
11 *par.1. & deciſ.88. par.2.* Epiſcopum alternati-
uam habentem , ſi poſtea obtinuerit indultum,
12 non videri renunciaſſe alternatiuæ: quia priui-
legium ſecundum numquam tollit primum, niſi
priuilegia ſint inter ſe contraria, *Anton. de Butr.*
13 *ad cap. 1. de offic. legat. ſuper gloſ. 1.* & quando
poteſt capi alia coniectura , quàm renunciatio-
nis priuilegij , numquam præſumitur priuilegio
renunciatum, *Anton. de Butrio ad cap. acceden-*
*tibus, col. 2. verſ. per prædicta, de priuileg. Caput.
d. deciſ. 309. nu. 3.* qui etiam ait , vt primo priui-
legio renunciatũ dicatur,requiritur, quòd actus
geſtus ſit incompatibilis cum priuilegio, ita vt
nulla coniectura capi poſſit,niſi quòd eidem re-
nunciatum ſit, *Alex. conſ. 33. col. 3. verſ. quinto
ſi dicatur gabella, lib. 5. Felin. ad cap. cum acceſ-
ſiſſent, col. 3. verſ. ad hoc facit, poſt Ant. de Butr. de
conſtit. vbi etiam Dec. col. pen. verſ. 5. intelligitur.*
Ex his alia ſuboritur difficultas, videlicet, ſi
Cardinalis acceptauerit alternatiuam , an ea
gaudere poſſit in curia reſidens, perinde ac ſi
ſi reſideret in diœceſi: & an prouiſus à Cardi-
nali, vel eius Vicario, debeat gaudere beneficio
alternatiuæ,ita vt non teneatur iuxta decretum
nouam facere expeditionẽ, & iura debita Apo-
ſtolicæ Cameræ ſoluere. Exempli gratia, Epi-
ſcopus,qui acceptauit alternatiuam, libere con-
fert beneficia vacãtia menſe Auguſti, ſi in diœ-
ceſi reperiatur, abſens vero eodem menſe con-
ferre non poteſt, Cardinalis verò ea confert ra-
tione indulti, quamuis in curia reſideat, hoc eſt
extra diœceſim , an ergo prouiſus teneatur no-
uam facere expeditionem? Ego in ea ſum ſen-
tentia, vt exiſtimem, ipſum non teneri,quia Car- 14
dinalis cũ ex natura officij Cardinalatus in cu-
ria reſidere teneatur, *vti diximus ſupra ad §. Ti-
bi, quoad vixeris, ad §. Tã ratione, & ad §. Nec- 15
non* , & in curia reſidendo omnibus , & ſingulis
eccleſijs deſeruire intelligatur, *cap. bona, de po-
ſtulat. prælat. cap. cum defectus, de cleric. non re-
ſident. Oldradus conſil. 48. per totum, Probus ad
cap. vnic. num. 8. de maior. & obed. nos ad d. §.
Tibi, quoad vixeris, nu. 12. cum ſeqq.* non vide-
tur abeſſe à diœceſi ſui epiſcopatus. Itaque con-
cludo, prouiſum à Cardinali alternatiuam ha-
bente de beneficio in menſe non reſeruato va-
cante non teneri ad accipiendum nouas proui-
ſiones, licet in curia ſit, & non reſideat in diœ-
ceſi: ſi verò non habuit alternatiuam , tenetur
prouiſus aliam expedire prouiſionem,niſi de be-
neficijs vacantibus in quattuor illis menſibus
Septembris , Decembris, Martij , & Iunij fuerit
prouiſus: quia tunc intrat regula de reſeruatio-
ne octo menſium , & poſſunt legitime conferri ,
vt diximus, poteſtate ordinaria. Etſi dici etiam
poteſt , Cardinales epiſcopatus habentes gau- 16
dere beneficio alternatiuæ,quamuis per litteras
patentes non declarauerint,ſe alternatiuam ac-
ceptaſſe: vt videantur eſſe conditionis melioris,
quàm ſint ſimplices Epiſcopi, vel eò maxime ,
quòd nõ comprehenduntur ſub regulis Cancel-
lariæ, regula: Quòd Cardinales non compre-
hendantur ſub regulis faciendis. Et hoc fauora- 17
bilius , & conuenientius, illud verius putarem.
Vir omnibus numeris abſolutus Cardinalis Pa-
leottus, qui plura docte,atque elegãter ſcripſit,
cùm

Digitized by Google

cùm hunc nostrũ Tractatum legisset, dixit mihi,
sibi videri in Congregatione Cardinaliũ inter-
pretationi Tridẽtini Concilij decretis præfecto-
rum(in quorũ numero & ipse erat) decisum fuis-
se,nouas prouisiones,quas Papa mandat, à san-
cta Sede Apostolica impetrari, & iuribus Apo-
stolicæ Cameræ persolutis, per litteras Aposto-
licas expediri; intelligi debere de beneficijs re-
seruatis nõ ratione mensium,sed ratione alterius
affectionis,seu reseruationis. Quã quidem deci-
sionem diu à me,sed frustra quæsitam,iuri valde
consonam existimo ex eo, quod sæpius dixi, in-
dulta,nẽpe,nihil de nouo tribuere, sed remoue-
re tãtùm regularũ obstacula Ordinariorũ colla-
tiones impedientia, qui ante eas regulas libere
beneficia cõferebãt,sicut prouisi nec nouas im-
petrare prouisiones, nec eas per litteras Apost.
expedire,nec aliquid cameræ Apost.tenebantur
soluere: Vide Rot. *dec.4.in fin.diuers. p.3.lib.1.*
Verũ,quoniã de alternatiua hucusque loquuti
sumus, ab re fortasse nõ erit hic de duobus quę-
rere,de quibus quotidie cõtrouersia est. Alterũ,
an Episcopus,qui alternatiuã acceptauit,& à ci-
uitate,ac diœcesi per totũ mensem Martij, v.g.
absens fuit, si vacet canonicatus, aut præbenda
eodẽ mense,dũ ipse abest,possit ab ipso conferri,
an verò collatio ad Papam spectet? Rota *in vna*
Sulm. canonicatus,& præb. die 3. Martij,1583.
18 *corã R.P.D. Cantucio*, tenuit,collationẽ ad Epi-
scopũ pertinere,hoc est, valere collationẽ de ta-
li beneficio per ipsum factam. Namque alterna-
19 tiua conceditur Episcopis, quandiu apud suas
ecclesias personaliter resideant, sicut ex verbis
regulæ liquidò apparet:at in casu proposito non
intrat alternatiua, quia Episcopus erat absens:
nec sufficit acceptatio, quia habet suas qualita-
tes requisitas,videlicet personalem residentiam
limitatam; quæ si non concurrat, non afficit, &
tandiu durat ipsa alternatiua, quandiu ipse per-
sonaliter in ecclesia, aut diœcesi redeat, & tunc
intrat reseruatio octo mensium, Cantucius *in d.*
decis. vnde legitime confert quæcumque benefi-
cia vacauerint: hæcq. colliguntur ex mente, &
20 verbis expressis regulæ: & sic secundum natu-
ram commodis compensantur incommoda.
Econtra, si Episcopus habuerit alternatiuam,
deq. eius acceptatione constet,& à propria diœ-
cesi discedat,reuersusq. in diœcesim fuerit,pura
mense Septembris, vacaueritq. beneficium, an
ipse illud conferre posit,aut Papa? Quæstionem
facit, quod dicebamus,quòd beneficio alterna-
tiuæ tamdiu licet Episcopis gaudere,quamdiu in
suis ecclesijs resederint, quòd si absint, priuati
illo censentur:& subintrat regula octo mensium.
Rota tamen *in vna Fauentin. canonicatus,die lu-*
21 *næ,16. Decembris,1585. corã R.P.D. Blanchetto,*
tenuit contrarium: quia cum ab initio mensis
Septembris esset acquisitum ius Papæ, semper 22
ille mensis remanet eidem reseruatus, sicut di-
citur de beneficio semel affecto,quod semper re-
manet affectum, *Rota decis.10. de præb. in nouis,*
& dictio, quamdiu, inseruit mensi integro, non
autem aliquibus diebus mensis, quo casu intrat
regula, *l.eum,qui.ff.de vsucap.* vt totum integra-
le,non autem singulæ partes veniant conside-
randæ: aliàs sequeretur,quòd liceret Episcopis 23
gaudere mense Augusti propter residentiam, &
Septembris,quamuis abessent,& per reditũ men
se Octobris, sicq. haberent plusquam alternati-
uam. Sequeretur etiam, quòd alternatiua con-
cessa residentibus,vt eos ad residendum inuitet,
contrarium operaretur: namque ad sæpe disce-
dendum à sua diœcesi inuitaret. Sed quid iuris
erit, si integritas Episcopi talis fuerit, vt huius-
modi præsumptionem excludat? eadem Rota di-
cit in illa Fauentina,idem esse: propterea quòd
agitur de expositione regulæ, quæ vniuersaliter 24
loquitur,& comprehendit omnes casus, *l.1.§.se-*
xum,ff.de postulando. Quod etiam procedit, si
collatio spectet ad capitulum, & prouisio facta
sit ab Episcopo, si prouisus, inquam, veniat ex
collatione Episcopi: cũ debeamus ab actore ius 25
metiri,& cũ ipse non habeat titulum, vt qui ha-
beri potest à non habente potestatem conferen-
di,multo minus ab Episcopo prouisus potest mo
lestare à Papa prouisum. Nec obstabit,si dicetur,
acceptationẽ alternatiuę lapsu quinquennij ex-
pirasse: quia contrarium obseruatur de stylo, vt
alternatiuæ acceptatio semper censeatur conti- 26
nuata, *Blanchettus d.decis. Fauentin.*
Quid autem dicemus, si de alternatiuæ ac-
ceptatione nõ constet? Vir doctissimus Seraphi-
nus Oliuarius Romanæ Rotæ splendidissimũ lu-
mẽ *in vna Asturicen. Archidiaconatus,die 3. De-*
cembris,1571. quæ est decis.137.lib.1. dixit,al-
ternatiuæ acceptationem posse ex aliqua prote-
statione colligi,item ex depositione testium de-
ponentium,Episcopum contulisse aliquod bene-
ficium de mense alternato, vel vt mox dicetur:
nam beneficium in mense reseruato vacans per 27
ordinarium conferri nõ potest; quòd si confera-
tur, possessio capta vigore illius dicitur vitiosa,
testimonio viri excellentissimi Orani *decis.168.*
in fin. Ratio est,quia ei obstat regula de mẽsibus
reseruatis,quæ habet decretũ irritans,quod im-
pedit restitutionẽ, *vt post Cassid.decis.3.de iudic.*
& dec.8.de priuil.notat Caputaq.decis.345.nu.2.
par.3. atque ideo prouiso ab ordinario obstant
reseruatio, & decretum,quæ titulum,ac omnem 28
ipsius possessionem taliter inficiunt, vt faciant,
quòd talis non posit dici aliquam possessionem
habuisse, *Cassad.dec.1.& 2.de restit.spoliat. Ca-*
put.d.dec.345.n.4. Quæ regula nõ habet locũ in 29
beneficio iurispatronatus laicorũ, quod cõferre
semper

semper potest ordinarius: quia non venit sub re-
seruatione, *Cassad.decis.*1.*num.*3.*de dilat.Oran.*
*d.decis.*168.*in fine*. Si tamen sit ex fundatione,
vel ex dotatione: secus verò, si sit ex priuilegio,
vt post Anton. & alios tenet Abbas *ad cap. dile-*
ctus de offic. deleg. & iurispatronatus ex priuile-
gio in gratia Apostolica non est facienda men-
tio, Feder. *cons.*64. *dub.*1. Card. *cons.*69. *in* 2.
*dub.*Felin. *in tract.quando litt. Apost.in* 11.*limit.*
Decius *cons.*149. Rochus *in tract.iur.patr.*3.*p.*
*lib.*2. *art.* 3. *quæst.* 6. *in princ.* & quamuis in
*c.*2. *de præb.lib.*6. non comprehendantur bene-
ficia iuris patronatus laicorum ex fundatione,
comprehenduntur tamen beneficia ex priuile-
gio. Domin. *ad d.c.*2.*n.*12.post Archid. *de præb.*
in 6. & ibi Franc. & Decius *d.cons.*140. *num.*6.
nisi in priuilegio adsit causa, cui derogari non
possit, nisi de toto tenore, & data præsentium
esset facta mentio, Rota *decis.*304. *num.*3. ibi;
*tamen ijs, diuers. par.*2. etsi in diœcesi nostra
Tarantasiensi, vel priuilegio, vel antiqua con-
30 suetudine receptum est, vt Archiepiscopus con-
ferat beneficia iurispatronatus ecclesiasticorũ,
ac si essent laicorum. Quærenti mihi, vnde hoc,
responsum fuit, hoc euenisse, quia, cum omnia
beneficia eiusmodi essent iurispatronatus laico-
rum, ecclesiastici aliquorum effecti sunt patroni.
Sed alia est, ac verior causa huiusmodi collatio-
nis, nempe, quia ea fere omnia beneficia sunt
adeo tenuis reditus, & adeo grauata, vt eùm
prouisione Apostolica expediri non debeant,
nisi conferrentur, vt supra, perpetuò vacarent.
Cœtera verò ordinarius conferre minus potest,
vnde rectissime dixit Caueta *de antiq.temp.p.*4.
*num.*234. *& post cum Seraphin. in d. decis.*137.
31 alternatiuæ materiam esse fauorabilem, & Epi-
scopis vtilem, quam si semel Episcopus recusa-
uerit, gratia iam dicitur consummata, nec potest
reuiuiscere, *Cassad.d.dec.*2.*de restit.spoliat.n.*4.
*Achil.decis.*1.*de priuil. Seraph.d.decis.*137.*lib.*1.
Verùm, si inter partes conueniat, quòd bene-
ficium vacauit in mense reseruato, vtputa Au-
gusti, qui est vnus ex octo mensibus reseruatis,
stante reseruatione clara, & notoria, cum decre-
to irritante, collatio ordinarij est nulla, & conse-
quenter possessio capta illius vigore, vti diximus,
est inrestituibilis, *Cassad. d. decis.*1. *de restitut.*
*spoliat. Puteus decis.*180.*lib.*1.*Oran.decis.*250. *in*
princ.in vna Croton.*decanatus*, 20.*Maij* 1587.
cum alijs, quos cumulat Menoch. de recuperand.
*remed.*15. *num.*443. *& seq.* & licet decretum
non sit super certo corpore beneficij, eadem ra-
men ratio militat, quando decretum est iustifi-
catum, probata vacatione in mense reseruato,
*Caputaquen. d.decis.*345.*nu.*5.*par.*3. nam tunc
32 decretum dicitur notorium, cum semel inconti-
nenti probatur, & discolorat titulum, *Gomes.ad*
*regul.de triennal.q.*44. *Simon. tract.de reseruat.*
*q.*40. *Puteus decis.*190. *lib.*3. *Oran.d.decis.*250.
Neque obstat, quòd mensis Augusti non sit sem-
per reseruatus, quia respondetur, id verum esse,
quando Episcopus acceptauit alternatiuam, de
qua acceptatione constare debet, sicut ex D. 33
Seraphino diximus, vel vt ait Oran. *d.dec.*250.
ex libro apud R.P.D.Datarium S.D.N. existen-
te, in quo acceptationes huiusmodi adnotari
solent. Alternatiuam verò fuisse acceptatam 34
spoliato incumbit onus probandi, non æque ei,
qui est in possessione, *Oran.loco citato.* Huic alia 35
necti potest non importuna dubitatio, videlicet,
an beneficia simultanea, hoc est ea, quorum ad
Episcopum, & Capitulum simul collatio spectat,
sub alternatiua comprehendantur? & non com-
prehendi, dicitur in *reg.*8.*Cancellariæ.*§.*insuper:*
siquidem alternatiua, qua gaudent Episcopi ex
Indulgentiæ Papæ, ea duntaxat capit beneficia,
quæ liberæ collationis sunt ipsius episcopi, vel
ad eius liberam spectant dispositionem, vt in di-
cta regula legitur, secus verò ea, quorum proui-
sio ex iuris dispositione est communis Episcopo,
& Capitulo, *c. cum ecclesia*, vbi Abbas *nu.*8. *de*
elect. Rota *decis.*4. *de concess. prebend. in nouis.*
Cassad. *decis.*22.*num.*2.*de præb.* eadem Rota *in*
vna Salmantin.dimidiæ portionis 25.*Iun.*1590.
coràm Comitulo, prout, me proponente, in Si-
gnatura iustitiæ in vna Cordubensi etiam dimi-
diæ portionis die 29. Nouemb. 1602. fuit reso-
lutum, & commissa causa appellationis à senten-
tia declarationis per Auditorem Cameræ lata
vigore Breuis de capienda possessione nomine
Cameræ in Rota cum clausula: *parito Breui ar-*
bitrio Rotæ. Idem dici potest de 2. reg. reserua-
toria beneficiorum vacantium, Sede Episcopali
vacante: capit enim ea tantùm, quæ sunt liberæ
collationis Episcopi, & excipit alia, quorum di-
spositio est episcopo communis cum alio, vel
alijs, aut ad alterius præsentationem, vel ele-
ctionem pertinent, suffragante textu *c.cum illis.*
§.*si verò de beneficio, de præb.in* 6. & tenuit Rota
coràm Pamphilio in vna Vicent. beneficij S.Mar-
tini 19. *Nouembr.*1599. Quotiescumque igitur
confertur à Papa simpliciter, beneficium non
reseruatum, gratia Apostolica est nulla, Roman.
*cons.*335.*num.*14. Gemin.*cons.*36.*num.*1.*in fin.*
Simonet. *de reseruat.quæst.*61. &, quando gra-
tia est nulla, iudex ad executionem Breuis de
capienda possessione nomine Cameræ procede-
re non potest, & si procedat, vtique errat, vt te-
nuit Rota *in ead. Vicentina coràm eod. Pamphil.*
& in alia simili *coràm Audit.* Cordub. *in causa*
Gerunden. beneficij 31.*Maij* 1600. & *in eadem*
Vicentina coràm Sacrato 10. *Decembr. eiusdem*
anni. Cum autem iudex, nec rite, nec recte pro-
cedit, spoliat: Caputaq. *dec.*112.*par.*2. si autem
spoliat,

spoliat, aut spoliauit, competit restitutio: Bald.
cons.357. vers. semper ergo lib.2. Crauet. *consil.
140.num.2.vers.amplius competit restitutio.*
His de alternatiua disputatis, redeamus ad
indulta: & quoniam quæsitum fuit, an Cardina-
lis episcopatum habens, si conferat simpliciter,
intelligatur conferre vigore indulti, ita vt pro-
uisus teneatur expedire nouam prouisionem,
36 modò de illo dubitari potest, an si prouisus a
Cardinali, non expedierit litteras nouæ proui-
sionis iuxta decretum hic positum, & beneficium
impetretur ab alio, debeat dari prouisio de re-
seruato apud Sedem Apostolicam, stante decre-
to, quòd aliàs vacet eo ipso? Et puto, dandam
esse: siquidem licet ex communi interpretum
37 consensu vnica sit reseruatio in corpore iuris
clausa, de qua *in cap.2.de prabend. lib.6.* quod
tenet & Cancellaria, non plures, *vt Gomes. ad
regul.de triennali,q.31.vers.secundus igitur ar-
ticulus, & Aeneas de Falconibus in tract. de re-
seruat.q.2.princ.num.12.existimant:* reseruatio
tamen illa, quæ est per *d.cap.2.* inducta, exten-
ditur non solum ad modos solitos vacationis, si
sequatur in curia, sed etiam *vti diximus sup. ad
§.per quæ sublatis,num.34.& ad §.si vero illa,
in princip.supra,* si beneficium vacet, vt dicitur,
iuxta decretum, vt si ponatur in litteris proui-
sionis decretum dimittendi obtentum, alias va-
cet eo ipso, ac in specie, si in indulto conferendi
ponatur decretum, prout hic, quod prouisus te-
neatur expedire nouam prouisionem, alias be-
neficium vacet, & similia: quia in istis beneficijs,
dari reseruationem apud Sedem obseruat ea-
dem ipsa Cancellaria: immo hic additur: alio-
quin lapsis eisdem mensibus beneficia ipsa va-
care censeantur eo ipso, possintq. per alios ab
eadem Sede duntaxat impetrari. quæ clausula
quid sibi velit, *vide Mandos. in tract. signat. grat.
verbo indultum, in versic. in indulto.*
Maior dubitatio est illa; an scilicet elapso
tempore præfixo, ad expediendas litteras Apo-
stolicas, & soluenda iura cameræ Apostolicæ
debita, prouisus possit quandocumque expedi-
re, antequam sit alteri ius quæsitum? Et videtur
dicendum, non sufficere: ratio est, quia huius-
modi decretum inducit formam, ex quo apponit
tempus, quo non seruato nemo audiri debet, *l.
scire autem oportet, §. consequens, in princip. ff. de
excusat. tut. Baldus ad authent. quæ supplicatio, C.
de precib. Imper. offerend.* Quod maxime locum
habet, quando vltra tempus apposita est etiam
pœna, *Felin. ad cap. cum sit Romana, in 4. limit.
de appellat.* prout hic est apposita, quòd si ali-
qua excusationis specie vtatur, non debet audi-
ti, si tempus non obseruauerit constitutum, *d. §.
38 consequens*, alioquin actus contra formam præ-
missam factus erit nullus, *l. cum hi, §. si prætor ff.
de transact. l.1. & fin. C. si fals. caus. alleg. c. cum
dilecta, vbi Felin. num.6. colum.8. versic. gesta
contra formam, de rescript. cap. Pisanis, de resti-
tut. spoliat. cap. venerabili, de offic. deleg. Alexand.
cons.23. lib.4. Socin. cons.35. incipiendo ordinem,
versic. verum, quia ibi, & pro part.1. part.* præ-
terea illa verba, eo ipso, hic apposita, sunt latæ
sententiæ, non ferendæ, *Card. ad clem.1. vers. si
quis autem, quæst.10. de sequest. possess. Felinus ad
cap. Rodulphus, nu.31. vers. eo ipso, eod. de rescript.*
Cum igitur iste à Cardinali prouisus nouam non
expedierit prouisionem intra tempus à lege
præscriptum, & contra eum lata fuerit sententia,
atque ita priuatus censeatur, licet alteri non-
dum sit ius quæsitum, non videtur tamen, posse
amplius expedire, immo videtur inhabilis factus
ex eo, quod fructus perceperat, non habita
Apostolica prouisione. Contrarium tamen ex 39
stylo curiæ verius est, vt prouisus iste possit quan-
documque expedire, antequam sit tertio ius
quæsitum. Ratio est, quia pœna hic apponitur,
ne Apostolica camera iuribus sibi debitis frau-
detur: fraudaretur autem, si numquam noua
prouisio expediretur. Sed quia parum refert, an
hodie, aut cras fiat prouisio: ideo si illud benefi-
cium alteri collatum non fuerit, poterit impune
noua obtineri prouisio.
Sed dicet aliquis. Quid iuris erit, si Papa
elapso tempore hic præscripto, alteri beneficium
contulerit, & prouisus à Cardinali voluerit no-
uam expedire prouisionem? an debeat audiri?
Hic distinctione opus est: nam qui statutum tem-
pus non obseruauit, aut fuit legitime impeditus,
aut non item: hoc casu priuatus est ipso facto, 40
siquidem tria pro formà hic requiruntur: vnum
vt intra quattuor, aut octo menses nouam impe-
tret prouisionem: alterum, vt litteras Apostoli-
cas desuper in totum expediat: tertium, vt iura
cameræ propterea debita cum effectu soluat:
quæ si ommissa fuerint, & non fuerit legitime
impeditus, & alteri fuerit collatum beneficium,
illud recuperare non poterit, per ea, quæ tradit
Mandosius *loco supra citato*, maxime propter di-
ctionem, alioquin, *text. in l.1. ff. de abig. in l. alio-
quin. ff. de dolo, in l. finita, §. ex hoc edicto, cum glos.
in eo versic. ff. de damno infecto, Roman. cons.402.
cum seq. num.23.* quibus conueniunt, quæ supe-
rius diximus *ex l. scire oportet, §. consequens, ff. de
excusat. tut.* ex eo quòd non obseruauit tempus
constitutum, non debet audiri. Aut fuit legitime 41
impeditus, & tunc licet intra tempus hic præscri-
ptum non expedierit litteras, & non soluerit an-
natam, adhuc tamen auditur, & tempus retro-
trahitur: & ne in pœnam incideret à Cardinali
prouisus, Rota tenuit, *teste Puteo, dec.328. lib.3.*
intrusionem esse legitimum impedimentum: 42
nam existente intruso ante adeptam possessio-
nem

43 ñem nemo tenetur ſoluere annatam,quæ de fru-
ctibus beneficij ſoluitur, *d. deciſ.* 328. *Caputaq.*
*deciſ.*248.*num.* 2.*par.* 1.prout in ſimili dici ſolet,
44 quòd re per alium occupata emphyteuta , vel
vaſſallus canonem, vel cenſum ſoluere non te-
netur, *vt Mandoſ. loco citato, verſ. diſputatum,*
aſſeuerat poſt Gulıel. de Cun. & Bald. ad l. in ſo-
*lemnibus,*C.*de rei vind.Alex.conſ.* 92.*in fin.li.*6.
*Guido Papæ conſil.*162.*Mart.Iun.conſ.*78.*nu.*8.
45 *lib.*1.nam probato impedimento intrat excuſa-
tio, *Creſcent.dec.*5. *de præſcript. Cæſar de Craſſ.*
*deciſ.*3.*num.*3.*de conſtit in impreſſis,& ante eos*
*Ioannes de Selua in tract.de beneſ.quæſt.*59.*n.*1.
*part.*3. Neque obſtat, quòd probata intruſione
poterat expedire cum cautione, cum dicatur,
decretum obligare ad ſoluendum cum effectu
iura cameræ debita, ita quòd ad realiter ſoluen-
dum obliget: nam reſpondetur cum Rota *d. de-*
46 *ciſ.*328. *in fine*, quòd cum ſimus in pœnalibus,
non debemus facere extenſionem ad cauſam, in
qua ſub obligatione quis expedire tenetur: tum
47 quia priuationis pœna non habet locum, niſi in
caſibus à iure expreſſis, *gloſ.ad cap.fin.de iure*
patron. & ibi Abbas, & Bald.ad auth. ex teſta-
mento, C.*de ſecund. nupt. Dec. ad rubr. de iudic.*
*lect.*1. *quibus ſuffragatur l.& ſi quis,*§.*diuus, ff.*
de relig. & ſumpt. funer.

Sed an tempus illud quattuor, aut octo men-
ſium incipiat currere à die habitæ poſſeſſionis
ſimpliciter, an à die habitæ pacificæ poſſeſſionis?
Hanc quæſtionem valde diſſentientes habuiſſe
ſacri palatij Auditores aſſeuerat Mandoſius *in*
tract.ſignat.grat.in verbo indultum,verſ.in hu-
iuſmodi, ipſe tamen in eam tranſit ſententiam,
vt incipiat currere à die habitæ poſſeſſionis ſim-
pliciter, tum propter fauorem officialium, tum
48 quia magis vrget ad euitandas fraudes, quibus
occurrendum eſt, *argum. l.ſi cui, ibi per medias*
vias ff.de ſeruit.l.in fundo, vbi gloſ.ff. de rei ven-
dicat.cap.fin.in princip.cum gloſ.de poſtul. nam
vt prouiſus effugeret expenſas, quas in expedi-
tione litterarum Apoſtolicarum facere eum
oportet, diceret, ſe non eſſe pacificum poſſeſſo-
rem. Quod maxime procedit in beneficijs in lo-
cis remotis exiſtentibus, in quibus difficile ſciri
poſſet, quis ſit pacificus poſſeſſor. Rota tamen,
atteſtante *Caputaquen. deciſ.*245. tenuit, illud
49 decretum, quòd prouiſi infra quattuor, aut octo
menſes teneantur nouas impetrare prouiſiones,
accipi debere, vt intelligatur à die adeptæ poſ-
ſeſſionis, non autem à die collationis: quia cum
annatæ, vt in præcedenti quæſtione dictum eſt,
ſoluantur de fructibus, & decretum intelligatur
cum effectuali ſolutione annatæ, non autem
cum fideiuſſione de ſoluendo, debemus intelli-
gere de pacifica poſſeſſione, non de poſſeſſione
ſimpliciter, & non actu, & re habita: tum quia
ius noſtrum pacificam poſſeſſionem conſiderat, 50
*vti videre eſt in cap.commiſſa,de elect.lib.*6.*gloſſ.*
*in verb.ann.ad cap.licet canon,eod. & ad clem.*2.
in verb.ne vno anno,vt lit.pend.

Quæro inſuper, an Cardinalis, qui ratione in-
dulti contulit beneficium ei, qui intra tempus
conſtitutum litteras Apoſtolicas non expediuit,
nec annatam ſoluit, valeat illud alteri conferre,
an verò collatio deuoluta ſit ad ſummum ipſum
Pontificem? & videtur dicendum, ipſum poſſe:
ratio eſt: quia licet habens poteſtatem confe-
rendi beneficia, committat vni, quòd de illo be-
neficio valeat alicui prouidere, *prout in cap. is,*
*cui, de offic.deleg.lib.*6. *& cap.is, cui,de præbend.*
eod.lib. 6. & ille prouideat alicui, qui conſentire
noluit, vel conſentit, & deinde renunciauit, &
videatur non poſſe alteri prouidere, quia fun-
ctus eſt officio ſuo, ex quo ſemel prouidit, *vt in*
cap.in litteris,& cap.venerabili, de offic. delegat.
prout etiam notatur ad cap.conſtitutus,de conceſſ.
præbend.quibus congruit etiam cap.ſi compromiſ-
*ſarius, de elect. lib.*6. attamen Lapus, & Gemi-
nianus *ad d. cap.ſi compromiſſarius,* §. *& idem,*
contrarium tuentur, quòd ſcilicet huiuſmodi
commiſſio, aut prouiſio debet intelligi cum ef- 51
fectu, *argum.cap.relatum, de cleric. non reſident.*
§.*hæc autem verb. de pœnitent.diſtinct.*1.*cap.is,*
*cui, in primo reſponſo, de procurat.lib.*6. *Ioannes*
Andreæ ad d. cap. in litteris, de offic. delegat. ad
*cap.*1.*de regul.iur.lib.*6. *& ad cap. cum in multis*
articul.de reſcript. Etſi Ioannes de Selua *in tra-*
*ctat.de benefic.quæſt.*20. *num.*3.*par.*2. conten-
dit, adhibendam eſſe diſtinctionem, quòd aut
commiſſio eſt facta fauore illius, cui data eſt con-
ferendi, aut prouidendi facultas, vel illius, cui
mandatur prouideri, aut facta eſt fauore eccle-
ſiæ, cui prouideri mandatur, *d. cap. is, cui,* hoc
caſu, ſemel, iterum, atque pluries prouideri po-
terit, donec eccleſiæ ſit prouiſum, illo non item.
Rationem diuerſitatis aſſignat illam, quia ma-
ior fauor debetur eccleſiæ, quàm perſonæ, *cap.*1. 52
*ne Sede vacante,lib.*6. & quia durat adhuc cauſa
principalis, & finalis commiſſionis factæ, ſcilicet,
vt eccleſiæ conſulatur: & durante ipſa cauſa, 53
debet & effectus durare, ſicut acceſſorius, *cap.ſi*
*ſuper gratia, de offic.delegat. lib.*6.*cap. cum ceſ-*
ſante,de appellat. Gemin. ad d.cap.ſi compromiſ-
ſarius,§.*& idem,verſ.vltim.quæro, de elect.li.*6.
Verum dici poſſet, Cardinalem indultum ha-
bentem, non eſſe ſimilem illi, cui eſt data facul-
tas conferendi beneficia, præſertim Cardinalem
ordinarium indultum habentem: quoniam in-
dultum, vt ſæpe diximus, præcipue *ad* §. *per quæ*
ſublatis, nihil confert, ſed remouet duntaxat
obſtacula, atque in priſtinum ſtatum reſtituit or-
dinarium collatorem, ita vt valeat conferre om-
nia beneficia, quæ ſibi non reſeruat Papa.

Atqui

Digitized by Google

54 Atqui dubium non eſt, quin ordinarius col-
lator poſſit vni beneficium conferre, eoq. recu-
ſante, aut intra tempus ad conſentiendum præfi-
xum non conſentiente, alteri prouidere poſſit,
cap. ſi tibi abſenti, vbi omnes notant, de præbend.
lib.6. Quæ licet vera ſint, tamen Papa hic ex-
preſſe decreuit, vt ſi prouiſus non expedierit no-
uas prouiſiones intra conſtitutum tempus, poſ-
ſit per alium ab eadem duntaxat Sede impetra-
55 ri: dictio, duntaxat, reſtrictiua eſt, *l. non ſolum,*
§. tale, ff. de liber. legat. cum ſimilibus, Cephal.
56 *conſil.197.num.15.lib.2.* & eſt dictio negati-
ua, quæ omne aliud excludit, *l. ob æs, C. de*
præd. min. Iacob. Menoch. conſil.201. num.40.
57 *lib.3.* & eſt reſtrictiua, prout etiam dictio, tan-
tum, *l. ſi aduerſus, C. ſi aduerſ. vend. l.3. §. cum*
Titio, ff. de adimend. legat. Decius ad l.1. num.3.
C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Bartol. ad l.1. ff.
ſi quis ius dicent. non obtemp. Curt. iun. conſ.352.
num.5. cum ſeq. Ioan. Cephal. conſ.649. num.83.
lib.5. Si igitur Papa non dixiſſet, vt decurſo
tempore, intra quod prouiſus tenebatur nouam
expedire prouiſionem, poſſit per alium ab ea-
dem duntaxat Sede impetrari: Cardinalis vti-
que poſſet iterum conferre, ſicut poteſt, ſi be-
neficium vacet in menſibus non reſeruatis, ſi
ille, cui collatum eſt, recuſet, aut non conſentiat
intra tempus à Cardinali ad deliberandum de-
finitum, *d. cap. ſi tibi abſenti.*

Hinc alia inſurgit dubitatio, an ordinarius
collator, qui habet indultum conferendi etiam
reſeruata beneficia, debeat ea conferre intra
58 tempus à iure communi definitum, quod eſt
ſex menſium, *cap. nulla, de conceſſ. præbend. cap.*
licet, & fere per totum, de ſupplend. negligen. præ-
lat. clement. 1. eod. de ſuppl. neglig. prælator. & ſi
non contulerit, an collatio deuoluatur, & perti-
59 neat ad Sedem Apoſtolicam? dicunt, perti-
nere, *Caſſadorus deciſ.8. de præbend. Rota in no-*
uis, deciſ.14. de reſcript. Aegidius deciſ.735. Cre-
60 *ſcentius deciſ.15. de præbend.* Hinc eſt, quòd
gratia Apoſtolica de beneficio vacante conceſ-
ſa cum clauſula generali, & quouis modo vacet,
etiam ſi reſeruatum, vel affectum, &c. ſi in fine
ſupplicationis, in qua narrabatur deuolutio ad
Sedem Apoſtolicam, per R.P.D. Datarium, vel
per Referendarium addantur hæc verba, & de
deuolutione detur diſpoſitiue, reſtricta, & limi-
tata eſſe cenſetur, ita, vt, ſi de deuolutione
non doceatur, prouiſus beneficium non capiat,
licet per ſupradictas clauſulas ſit reſeruatum,
ne verba clauſulæ fruſtratoria ſint, quoniam
ordinarius vigore indulti reſeruata conferre
poteſt, & poſt negligentiam temporis iure
communi definiti amittit facultatem conferen-
di, & ad Pontificem maximum deuoluitur ex
ſupradictis, *Creſcent. d. deciſ.15.*

Germon. de Indultis.

Tempus autem illud ſex menſium non cur- 61
rit, niſi à die habitæ notitiæ vacationis, *cap. quia*
diuerſitatem, de conceſſ. præbend. cap. licet, &
ibi Innocentius de ſuppl. negligen. prælat. Roch. de
iure patron. in verbo honorificum, quæſt.25. In-
nocent. & Anchar. ad cap. nos quidem, de teſtam.
Bald. ad l.1. ff. ſi quis caut. Alexand. ad l. penult. ff.
ſi quis teſtam. lib. iuſſ. Roman. conſ.228. Ioan. And.
& Abbas ad cap. fin. de iur. patron. Tiraq. de re-
tract. Lignag. §.35. gloſſ.4. num.7. Seraph. in vna
Toletan. beneficij, die veneris 18. Nouemb. 1578.
quæ eſt hodie impreſſ. par.1. deciſ. Diuerſ. dec.481.
num.1. Ignorantia tamen debet eſſe veriſimi- 62
lis, & probabilis, vt in ſimili decidit Rota *d. de-*
ciſ.481. num.2. Veriſimilis autem omnino æſti- 63
matur ignorantia ex longitudine temporis, &
ex qualitate beneficij, *Abbas ad d. cap. quia di-*
uerſitatem, num.7. Baldus ad l.1. C. ad Maced.
Grat. conſil.42. num.26. lib.1. & in terminis Ro-
man.481. Achil. de ſuppl. neglig. deciſ. vnica, ma-
xime ſi adeſt fumus ſcientiæ, *per Seraphin. d. de-*
ciſ.481. in fin. Semeſtre igitur non currit, niſi à
die ſcientiæ, non ignoranti: alioquin quis pu-
niretur ſine ſui culpa, quod nec naturalis, nec 64
ciuilis ratio ſuadet; vel ſi collator fuerit legiti- 65
me impeditus: atque ideo in illo ſemeſtri à La-
teranenſi concilio ſtatuto, tempus ſuſpenſionis
nullatenus computari reſcripſit Innocentius ter-
tius *in d. cap. quia diuerſitatem, in princip. de*
conceſſ. præbend. quod etiam procedit, ſi ſuſpen-
ſus ſciat, beneficium vacare, niſi ſit negligens in
petenda abſolutione, *argument. cap. vlt. de elect.*
vbi Doctores, & Abbas ad d. cap. quia diuerſita-
tem, aſſerunt, quòd poſt abſolutionem obten-
tam in curia non currit ſibi tempus, quouſque in
domum ſuam ſe receperit, & ſarcinas ſuas re-
collegerit, *argum. l. ſi ab hoſtibus, §. fin. ff. ex*
quib. cauſ. maior. Iuſtius ſiquidem, & honeſtius
eſt, quòd prouideat indigenis, quorum forte
non habent copiam, & quoniam conueniens eſt
habere conſilium ſui capituli, *cap. ne pro defectu,*
de elect. & in collationibus ſunt examinandæ 66
perſonæ, & ſi quid iudiciale occurreret, non poſ-
ſet in aliena diœceſi expedire, *cap. nouit, de offic.*
Legati, & clement. 1. de foro compet. prout etiam
notant Henric. & Abb. ad d. cap. licet, de ſupplend.
neglig. prælat. quæ opinio tuta non eſt viſa Ioanni
de Selu. in tract. de benef. par.3. q.59. n.2. ſublato 67
enim impedimento currit ſemeſtre à tempore
ſcientiæ, *d. c. quia diuerſitat. in fin.* Nec obſtat,
quòd in aliena diœceſi non poſſint exercere ea,
quæ ſunt iuriſdictionis, vt eſt beneficiorum
collatio, *l. extra territorium, ff. de iuriſdict. omn.*
iudic. quia reſpondendum eſt, ea, quæ ſunt vo- 68
luntariæ iuriſdictionis, vti eſt beneficiorum col-
latio, & cognitionem cauſæ non requirunt, poſ-
ſe, extra proprium territorium exerceri, *l.2. ff. de*

Xx *offic.*

Digitized by Google

offic.proconf. c.nouit, de offic.legat. late Iason ad
d.l. extra territorium : nostri omnes ad d.cap.no-
uit , & non solum possunt conferre beneficia ipsi
69 ordinarij extra diœcesim existẽtes, verumetiam
eorum Vicarij, si conferendi habeant potestatẽ,
*vt diximus sup.ad §. Tibi, quoad vixeris, nu.*84.
cum seqq. maxime cũ præsentia clerici, cui con-
70 fertur beneficium, non sit necessaria, nã absenti
potest conferri,*c. si tibi absenti, de præb. lib.6.*
71 Idem dici potest de præsentatione, nam pa-
troni ecclesiastici habent semestre, laicis verò
patronis ad præsentandum datur quadrimestre,
cap. 1. *de iure patron. lib.* 6. & istud tempus non
currit eis à tempore vacationis beneficij, sed à
tempore notitiæ, siue iure proprio, siue deuo-
luto, *cap. quia diuersitatem, vbi Abbas num.*8.
72 *cap.licet , de suppl. neglig. prælat.* quòd si patro-
nus laicus est negligens, vt infra quadrimestre
non præsentet, ad superiorẽ deuoluitur potestas
conferendi, & hìc habebit semestre, *d. c.vnic. de*
73 *iure patr.lib.*6. quia mutata conditione personę,
statim commutatur conditio rei, *arg. l.cum quis*
sibi, §. 1. *ff.de solut.l.* 1. §. *is quoque, ff.de collat.bo-*
nor. c.dilectus, 3. *de præb.cap.translato, de constit.*
*Io.Andr. & Gemin.ad d.c.vnic.Feder.cons.*124.
*Abbas ad d.cap.quia diuersitatem,nu.*8. quemad-
74 modum etiam datur semestre, si præsentatio ad
laicum, & ecclesiasticum spectet, cum ratione
communionis transeat priuilegium ecclesiasti-
cum ad laicum, prout fieri videmus, & experi-
75 mur in eo, qui habet rem communem cum pu-
pillo, vt gaudeat priuilegijs ipsius pupilli, *l. si*
communem, ff.quemad.seruit. amitt. Itaque lai-
cus per communionem, quam cum ecclesia ha-
bet, consequitur, quod per semetipsum consequi
non potest, *cap.penult.de concess.præbend.* quia
magis dignum trahit ad se, quod est minus di-
gnum, *cap. quod in dubijs, de consecr. eccl. vel al-*
tar. l.qua religiosis, ff.de rei vind. l. si alieni, ff.de
76 *vsucap. cap. non æstimemus*, 13. *quæst.* 2. si verò
iuspatronatus esset relictum quatuor laicis, &
vnico clerico, diceretur laicale, nõ ecclesiasticũ,
ita vt expectatiua illud non comprehenderet,
nec de facili Papa illi derogaret, vt solet, quan-
do iuspatronatus est mixtum, *Crescent. decis.* 3.
*de iure patron. Puteus decis.*157.*lib.*3.
Sed an illud semestre, quod cõperit ex deuo-
lutione Episcopo, vel alteri superiori, incipiat
currere à die notitiæ, quam patronus laicus ha-
buit, an verò à die deuolutionis, *Ioan.de Selua in*
*tract.de benefic.p.*3.*q.*59.*nu.*3.*in fine*, vult, à die
deuolutionis, *immo Paulus de Cittadinis in tract.*
77 *de iure patron. par.* 6. *art.* 3. *nu.* 44. scribit, non
solum ex iure deuoluto dari sex integros menses
Episcopo ob negligentiam patroni, sed etiã alios
sex integros menses Metropolitano, ob negli-
gentiam Episcopi, & alios sex integros menses
Patriarchæ, seu summo Pontifici, ob negligen-
tiam Metropolitani: ita vt ius eligendi gradua-
tim deuoluatur, & cuilibet detur integer termi-
nus, *cap.*2.*de concess. præb. d.cap.licet, de suppl.*
neglig. prælat.
Hinc quæri posset, an istud semestre tempus 78
habeat locum, etiam quoad confirmationem, &
institutionem : & respondendum est, non vtique
habere : nam iure scripto cautum non est, intra
quod tempus fieri debeat confirmatio, vel insti-
tutio : vnde Ioannes Andreæ, & Hostiensis *ad*
cap.cum ecclesia, de elect. Compost. & alij ad cap.
*publicatio, eod. de elect. Abbas ad d.cap.*2.*nu.*12.
*de concess. præbend. Rota decis.*4. *de iure patron.*
in nouis, Ioannes de Selua in d. tract. part. 3.
*quæst.*64. *nu.*2. asserunt, quòd si ille, ad quem
pertinet confirmatio, & institutio, sit negligens, 79
poterit superior ei præfigere tempus ad confir-
mandum, vel instituendum : quo elapso ipse sup-
plebit. Ex quibus idem Ioannes de Selua *ibid.*
*nu.*3. scribit, semestre non currere superiori, in 80
cuius manibus sunt resignata beneficia causa
permutationis: ratio est eadem, quia tempus ad 81
confirmandum nullum à iure præfixum reperi-
tur, *cap. eam te, de iure patron.* Nec obstat *cap.*
nulla, de concess. præbend. quia loquitur in ha-
bente liberam potestatem conferendi, vbi non
astringitur renunciantibus conferre, *clement.* 1.
de rer.permut. Et ne beneficia remaneant in su-
spenso, idem, quod supra adhiberi poterit reme-
dium, videlicet, vt collator ordinarius compel-
latur à superiore ad huiusmodi conferenda be-
neficia, aut ab eo præscribatur tempus ad id per-
ficiendum, quo decurso prouidebit, *argum.cap.*
nullus, & cap. irrefragabili, de offic. ordin. vel si
conferre noluerit ordinarius, & liquido de refu-
tatione constabit, libere poterunt permutantes
ad sua priora redire beneficia sub illa conditio-
ne resignata, *argum. cap. si de beneficio, de præb.*
lib.6.c.potuit, de locat.c.super eo, de appell.clement.
quamuis, de appell. De his in pręsentia hactenus.
In vltima parte istius paragraphi Sanctissi-
mus D. Papa, ne quis possit se ignorantia tueri,
vult non valere prouisionem, collationem, aut 82
aliam quamuis dispositionem à Cardinali ratio-
ne indulti factam, nisi huiusmodi indulti formu-
la in litteris collationum fuerit inserta: sin secus
factum fuerit, mandauit collationes, Commen-
das, & huiusmodi alias prouisiones nullius es-
se roboris, vel momenti. Quæ sane verba nul-
litatẽ ipso iure inducunt, & sic etiam sine partis
obiectu, *l. qui in carcerem, ff.quod met. caus. l. si*
quis Sempronium, in fine, ff.de hæred. instituend.
cap. nouit, iuncta glos.fin. de his, quæ fiunt à præ-
lat. cap. quod super, & ibi Abbas in 4. *not. de fid.*
instr. cap.nihil est, iunct. glos. in verbo potestate,
de elect.cap.ad aures, vbi omnes, de rescript. quo-
niam

Digitized by Google

niam videntur apposita pro forma, *Bald. & alij ad l. 1. ff. de liber. & posth. Ias. ad l. non dubium, 8. not. C. de legib. num. 17.* & vbi aliquid est pro for-
83 ma statutum, vt aliàs dictum est, non potest hoc partium contrario consensu tolli, *Bartol. ad l. de his, ff. de transact. Barbat. cons. 43. col. 13. vol. 1.* atque ideo actus in contrarium factus, etiam si
84 fiat de consensu partium, nullus est, *vt videre est in cap. statutum, & ibi glos. in verb. committatur, & in cap. dispendia, de rescript. in 6. glos. ad l. à diuo Pio, ff. de ritu nupt. glos. in verb. clausula, cap. dilecto, de præbend.* Idcirco ipse Hieronymus Cardinalis meus de Ruuere, vt omnis actus à se factus teneret, in fine transumpti ipsius indulti, quem suo Cancellario misit, hæc manu propria verba apposuit. Hanc indulti nobis concessi formulam in litteris collationum, quæ vigore indulti à nobis, aut à Vicario nostro fient, inseri mandamus ad indulti ipsius præscriptum. Hieronymus Cardinalis de Ruuere, Archiepiscopus Taurinensis.

Summa ex §. Nulli.

1 *Pœna contradicenti indulto indicta, si contradictio iusta sit, ipsum non afficit.*
2 *Inhibitio non iuri, sed facto aduersatur.*
3 *Contradicens indulto Apostolico, peccat letaliter.*
4 *Indignatio Dei ex peccato est.*
5 *Indignatio Apostolorum Petri, & Pauli pro Papæ indignatione accipitur.*
6 *Contraueniens indulto etiam ex eo, quòd Papæ se opponit, peccat.*
7 *Non est homo, qui ligat peccantem vinculo ecclesiastico, sed* C*HRISTVS.*
8 *Non obediens, quod credat Papam ligare non posse, hæreticus est.*
9 *Papæ reuerenter obedire tenemur.*
10 *Amittit beneficium, qui benefacienté irritat.*
11 *Qui indignationem Papæ non declinat, beneficijs priuandus est.*
12 *Prælati limina Apostolorum quotannis visitare olim tenebantur: hodie singulo quoque triennio, si in Italia sint, si extra, quadriennio, si longe remoti, quinquennio, si longissime, decennio.*
13 *Visitatio liminum Apostolorum ab initio nascentis Ecclesiæ ortum habuit.*
14 *Longe remoti Prælati in primitiua Ecclesia visitare limina Apostolorum per chirographum poterant.*
15 *Aegroti in primitiua Ecclesia à visitatione liminum Apostolicorum excusabantur.*
16 *Visitatio liminum Apostolicorum, in desuetudinem eum abiisset, à Zacharia Papa renouata est.*
Germon. de Indultis.
17 *Visitatio liminum Apostolicorum iuramento, quod Papæ primitus à Prælatis præstatur, includitur.*
18 *Petrus tantum dicitur Apostolorũ Princeps.*
19 *Paulus ob excellentiam Apostolus vocatur.*
20 *Limina Apostolorum sunt ipsa Romana curia, vbicumque, scilicet, adest Papa.*
21 *Remitti obligationem visitandi limina Apostolica intelligitur à summo Pontifice, qui viuit, non ab Apostolis, qui mortui sunt.*
22 *Limina Apostolorum præcise repræsentant Papam.*
23 *Liminum visitatio introducta est ad reuerentiam exhibendam summo Christianorum Pastori.*
24 *Visitans Legatum Apostolicum non excusatur, ac si visitasset Sedem Apostolicam.*
25 *Limina per Nuncium visitari possunt.*
26 *Status suæ ecclesiæ in visitatione liminum repræsentandus est à quolibet Episcopo.*
27 *Status ecclesiæ non scripto, sed voce repræsentandus est.*
28 *Forma visitationis liminum ex constitutione Sixti Papæ quinti.*
29 *Status ecclesiæ in scriptis redigendus est, quamuis visitatio personalis sit.*
30 *Apostolicus idem est, quòd* C*HRISTI Vicarius.*
31 *Visitatio liminum sub Apostolorum nomine posita est, vt vitaretur fastus verborum de visitatione Papæ.*
32 *Episcopi Papæ fratres sunt.*
33 *Humilitas est sanctitatis fundamentum, atque basis.*
34 *Papa se seruum seruorum Dei humilitatis causa nominat.*
35 *Septem, & nouem ecclesiæ Vrbis antiquitate, & sanctitate præcipuæ sunt.*
36 *Papa limen est ad Apostolos.*
37 *Hic tractatus septem mensium spatio ab auctore absolutus est.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri indulti, decreti, derogationis, reuocationis, cassationis, annullationis, euacuationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ M. D. Lxxxvi. Kal. Martij, pontificatus nostri anno secundo.

§. Nulli.

1 NVLLI. Hæc eſt vltima pars in dulti, in qua Papa comminatur pœnā contradicentibus huic facultati, Hieronymo Cardinali de Ruuere conceſſæ, & non parentibus. Qua in re non mihi diſplicet opinio Staphilæi *in tract. de vi, & effectu clauſularum*, *clauſ. nulli omnino hominum*, vt illa clauſula intelligi debeat de ijs, qui ſine iuſta,& rationabili cauſa contradicere audent, vt probant illa, quæ ſequuntur, verba,infringere, vel ei auſu temerario contraire. Ex quibus conſtat eum, qui ſe ei opponeret iure, & non de facto, non comprehendi ſub illa cauſula, iuxta notata ab interpretibus,*ad cap. in præſentia,in 4. notab. de pro-*
2 *bat.* Quocirca Oldradus *conſ.*136.*nu.*12. reſpōdit,inhibitionem non impedire ea, quæ ſunt iuris,ſed ea,quæ ſunt facti, ideſt, prohibere duntaxat ea, quæ de facto ſunt, non autem, quæ de iure fiunt, *l.fin.ff. quod quiſque iur. & quod notat*
3 *Innoc. ad cap.veniens, de præſcript.* Ex quibus fit, quòd contradicens, & ſe opponens ſine iuſta, & rationabili cauſa huic indulto, peccat letaliter,prout indicant illa verba. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum: ſiquidem Deus illi indignatur, & iraſcitur: indignatio
4 enim Dei non niſi ex peccato eſt: ergo peccat mortaliter, iuxta illud Pſalmi 50. Iniquos odio habui,*c.odio,diſt.*86. vt latius infra ſubijciemus. Eſt igitur huius cōminationis effectus, vt Deus indignetur ex hoc facto, & ſe gratioſum non exhibeat, *Bart. ad extrauag. qui ſint rebelles,in verbo indignationem noſtram*.

5 Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum indignationem pro Papę indignatione accipiendam eſſe teor: rationem mox afferam. Idem videntur ſentire Staphilæus loco citato, *nu.* 4. & Rebuffus *in tract. nominat. q.*19. *nu.*8. *& in praxi benef. tit. forma, & declaratio noua prouiſionis, in verbo nulli ergo,verſ.ego autem*, & non ſolum
6 indignationem Pontificis maximi incurrit, ſed etiam peccat, qui contrauenit, vel contrarium facit, *can. qui reſiſtit*, 11. *q.*3. *& Paulus ad Roman.*13. Qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit. Indignatur itaque eo caſu Deus omnipotens,teſtimonio Hieremiæ, *cap.*23. Ecce turbo diuinæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpet ſuper caput impiorum, *& Abac.*3. Nunquid tu in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? Dauid *Pſal.* 84. Nunquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generationem? & Paulus *ad Rom.* 2. Qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia. Quaſi velit Papa comminari, bis, qui non parent præceptis, & mandatis ſuis, vt non ſolum peccent 7
in illum,ſed in Deum opt.max. Dicit enim Ioan. Chryſoſtomus: Nemo contemnat eccleſiaſtica vincula: non enim homo eſt, qui ligat, ſed CHRISTVS, qui hanc poteſtatem dedit hominibus, eoſque & dominos fecit tanti honoris, *c.nemo*, 11.*q.*3. Immo Rebuffus loco proxime 8
citato ſcribit,eum,qui non obtemperat,credens, Papam ligare non poſſe, hæreticum eſſe cenſendum,quia errat in poteſtate Petro,& ſucceſſoribus data, *Matth.*16. *can.quodcumque*, 24.*q.*1. *gloſ. & alij ad cap. generali, de elect. lib.* 6. *& gloſ. penult. ad extrauag. execrabilis.* Parendum eſt igitur litteris Apoſtolicis: nam ex eo, quod habetur *cap.*2. *de maiorit. & obed.* ibi, in libro Regum legitur,qui non obedierit Principi,gloſſa exponit, ideſt, Papæ, morte moriatur, ideſt letaliter peccat: namque ei reuerenter parere 9
tenemur, *cap.ſi quando, de reſcript.* Quo verò ad pœnam temporalem, qui Principis indigna- 10
tionem incurrit,debet feudo,ſeu beneficio,quod ab eo tenet, priuari, *gloſ.ad* §. *porrò, verſic. ſed delator, in verbo, pendet*, quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi, cum benefacientem irritauerit: vbi Baldus tradit, quòd qui incurrit Papæ indignationem,meretur priuari beneficijs eccleſiaſticis,*quem ſequitur ibidem Aluarot. idem aſſe-* 11
runt Bald. & Ioan. Baptiſta in repet. l. cunctos populos, C.de ſumm. Trin. Felin.ad cap.veniens, col. 1. *de præſcript. Socin. conſil.* 87. *col.* 3. *in* 3. *volum. textus expreſſus in* §. *item,qui dominum, quæ fuit prima cauſ. benef. remittendi, l.*2. *C.de petit. bonor. ſublat. lib.* 10. *clement. fin. de celeb. miſſ. Iacob. in tract. de feud. in verbo, dictiq. vaſſalli,in* 13. *cauſa, Rebuffus in tract.nominat. quæſt.* 19. *num.* 8.

Verum, quoniam diximus verba illa, Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorū,de Pontifice maximo eſſe intelligēda,ab re fortaſſe non erit, hic de eo afferere,quod hodie contingit,de quo etiā ampliſſimus vir Cardinalis meus Hieronymus de Ruuere, vti eſt ingeniorū excitator ingenioſiſſimus ipſe,à me quæſiuit, quænam ſint limina Apoſtolorū,quæ viſitare tenentur Epiſcopi, Ar- 12
chiepiſcopi,Primates,& Patriarchæ ſingulis annis,ex cōſtitutione Gregorij Tertij,aliàs Octaui, *de qua in cap.ego N.in fine,de iureiur.* vel ex cōſtitutione Sixti Papæ V. quæ eſt in eius Bullario in ordine 17. ſingulo quoque triennio in Italia, extra, quadriennio,in longinquis partibus conſtituti, quinquennio, longiſſime autem remoti, decennio: quod inſtitutum tertio quoque,quarto,quinto,& decimo anno repetere,& obſeruare tenentur. Et quid teneantur facere ipſi eccle-

ſiarum

Digitized by Google

siarum Prælati, vti dici posit, ipsos visitasse
limina Apostolorum.
13 Sed in primis sciendum est, huiusmodi insti-
tutum iam ab initio nascentis Ecclesiæ, vel ab
ipsis Apostolis, dictante Spiritu sancto, ortum
habuisse: quod verum esse puto hac coniectura:
nam Anacletus, qui quintus in ordine fuit Ro-
manus Pontifex, & Zacharias, vt refert Gratia-
nus *in can. iuxta*, 93. *dist.* ita constituunt. Iuxta
sanctorum Patrum, & canonum instituta omnes
Episcopi, qui huius Apostolicæ Sedis ordinatio-
ni subiacent, qui propinqui sunt, annue circa
idus Maij sanctorum Principum Apostolorum
Petri, & Pauli liminibus præsententur, omni oc-
14 casione seposita. Qui verò de longinquo, iuxta
chirographum suum impleant: qui autem huius
constitutionis contemptor extiterit, præterquã
si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis
15 subiacere sententijs. Quòd si Anacletus dicit
iuxta sanctorum Patrum, & canonum instituta:
dicendum quoque est, huiusmodi institutionem
iam ab antiquissimis temporibus fuisse, vel, vt
dixi, ab ipsis Apostolis, quorum nonnullos, vi-
16 disse Anacletum plusquam verisimile est. Quæ
cum forte in desuetudinem abijssent, renouauit
Zacharias, vti videre est in canone quarto syno-
di Romanæ sub eodem Papa habitæ, quæ extat
in bibliotheca Vaticana. Sic quoque Grego-
rius Tertius, tradendo formulam iurisiurandi,
quod sanctissimo Domino Papæ Episcopi, &
17 alij maiores ecclesiarum Prælati præstare de-
bent, de quo *in d. cap. ego N.* decreuit inter cæ-
tera, vt iurarent, se singulis annis limina Apo-
stolorum visitaturos. Sanctissimus verò Papa
Sixtus Quintus, disciplinæ ecclesiasticæ resti-
tuendæ studiosissimus, cum animaduerteret, ob
non seruatam dictam constitutionem Christia-
no populo perquam necessariam, plurima, eaq.
grauissima scandala, & incommoda Ecclesiam
accepisse, ecclesijs ipsis, earumq. Pastoribus
mirifice consulendo, mandauit, non vt singulis
annis limina visitarent, sed tertio, quarto, quin-
to, atque decimo anno.
At videamus, quæ sint ista limina, quæ Epis-
copi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ iu-
risiurandi religione visitare promittunt. Vulgò
18 homines existimant, limina Apostolorum esse
Basilicas sanctorum Petri, & Pauli, cum vnicus
19 sit Apostolorum Princeps, nempe Petrus: alter
ob excellentiã doctrinę dicitur simpliciter Apo-
stolus, videlicet Paulus: quibus assentire vide-
tur Antonius de Butrio *ad d. cap. ego N. num.* 9.
alij Basilicas sanctorum Petri, & Ioannis Late-
ranensis, quòd in eorum ecclesijs condita sint
20 ipsorum Apostolorum sanctissima corpora. No-
stri tamen omnes, quotquot viderim, vno ore
fatentur, limina Apostolorum esse ipsam curiam

Romanam, vbicumque, scilicet, adest Papa,
*Abbas ad d. cap. ego N. num. 6. Hostiens. num. 8.
Felin. num. 9. Ioan. à Turrecremata ad d. can.
iuxta, in verbo hominibus, Speculat. tit. de legat.
§. nunc ostendendum, num.* 58. *Stephanus de
Caieta in repet. can. ad limina, num.* 1. 30. *q.* 1.
nec etiam dissentit idem ipse Antonius de Bu-
trio loco citato: quia ait, quid comprehenda-
tur appellatione liminum Apostolorum, dic Pe-
tri, & Pauli: vel Apostolorum, id est curiam
Romanam. Non est itaque dubium, quin om-
nes iuris Pontificij interpretes limina Aposto-
lorum pro curia Romana accipiant.
Nec aliter intelligi potest ex eo, quòd Gre- 21
gorius Tertius auctor illius constitutionis, *d. c.
ego N.* dicit: visitabo, nisi eorum absoluar li-
centia. Quæ sane verba referri nequaquam pos-
sunt ad Apostolos, qui mortui sunt, vt perite
considerat Hostiensis *d. num.* 8. necnon alij om-
nes, sed ad ipsum Pontificem Maximum, qui il-
lis liminibus præest, & qui auctoritate ipsorum
Apostolorum fungitur, & eorũ vices gerit: idq.
facile ex verbis *d. can. ad limina*, intelligi potest,
cuius verba sunt hæc. Ad limina beatorum Pe-
tri, & Pauli Apostolorum Principum hic præ-
sens homo, nomine Stephanus orationis causa
veniens, nostro præsulatui suggerendo inno-
tuit, &c. vbi idem Stephanus de Caieta ait. No- 22
ta primò, quòd limina Apostolorum ibi esse
intelliguntur, vbi est Papa, vt patet, dum dicit:
Ad limina Apostolorum, & subdit, nostro præ-
sulatui. Quod & ratio suadet: id etenim à san-
ctissimis illis Patribus fuit sancitum, vt eam, quã
decet, Episcopi omnes Romano Pontifici reue- 23
rentiam exhiberent, summo nempe Christiano-
rum Pastori, atque capiti: quod indicat etiam
Gratianus, qui postquam verba Cypriani de
vnitate ecclesiæ, *in can.* 3. *ead. dist.* 93. retulit,
qui cathedram Petri, super qua fundata est Ec-
clesia, deserit, in Ecclesia esse non confidat,
addit ipse: Episcopi verò, qui Apostolicæ ordi-
nationi subiacent, etiam hanc reuerentiam de-
bent, vt sese singulis annis Apostolorum limini-
bus repræsentent: mox subijcit *d. can.* iuxta
sanctorum Patrum. Ideo Speculator *in d. §. nunc
ostendendum, in fine, & post eum Anton. de Butr.
ad d. cap. ego N.* quærit, an Episcopus, qui sin- 24
gulis annis visitare limina Apostolorum iureiu-
rando se adstrinxit, fuerit securus, si visitauerit
Legatum, respondit non esse: quia limina Apo-
stolorum ibi esse intelliguntur, vbi est Papa; &
aliud est Sedes, aliud Legatus.
Sed quid facere teneantur Episcopi, vt limi-
na Apostolorum visitasse dicantur, ex interpre-
tibus nostris haud satis constat, immo de ipsis
Episcopis, ne verbum quidem. Verum, quo-
niam *d. c. ego N.* cauetur, vt possint per nuncium

Digitized by Google

visitare, quærunt Hostiensis, Abbas, Antonius de Butrio, quo modo visitabunt per nuncium, & respondent: quòd Episcopus mittet nuncium cum litteris patentibus statum ecclesiæ conti-
26 nentibus. Quorum responsio mihi argumento est, quòd Episcopi, cum per semetipsos visitant, tenentur facta prius beatorum pedum deosculatione, statum suarum Ecclesiarũ ipsi beatissimo
27 Papæ referre, idq. non scriptis, sed oretenus, quod videtur innuere & ipse Sixtus Papa Quin-
28 tus *in d. const.* 17. ibi. Iurent iuxta formulam in libro Cãcellariæ Apostolicæ, Quinterno appellato, nuper descriptam, se, beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli limina, statutis in hac nostra constitutione temporibus, personaliter, ac per seipsos visitaturos, ac nobis, & successoribus nostris pro tempore existentibus Romanis Pontificibus rationem reddituros de toto eorũ pastorali officio, deq. rebus omnibus ad ipsarũ, quibus præsunt, ecclesiarum statum, ad cleri, & populi disciplinam, animarum denique, quæ illorum fidei creditæ sunt salutem, quouis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica humiliter recepturos, & quàm diligentissime executuros: quodque cum satis per se clarũ non esset, videlicet, an statum ecclesiarum scriptis, aut verbotenus referre tenerentur, præstã-
29 stantissimi Patres, qui à Sanctitate sua pro interpretatione, & executione Concilij Tridentini selecti sunt, decreuerunt, esse in scriptis dandum, siue per semetipsos visitent, siue per nuncium: idq. rectissime, vt solent omnia, tum quia huiusmodi relatio in congregatione dictorum amplissimorum patrum legitur, & exactissime examinatur, vt si aliquid pro recto regimine, & administratione Ecclesiarum, quibus præsunt Episcopi, antea omiserunt, attẽtius deinceps inuigilare velint, admonentur, exhortatione accẽduntur, & iubentur, tum quia relationes illæ, quæ scriptis fiunt, ad perpetuam rei memoriã, & pro conseruatione ipsarum Ecclesiarum status conseruantur: & si qua emendanda sunt, aut corrigenda, curant diligenter, vt emendentur, ac corrigantur. Quæ omnia argumento sunt, limina Apostolorum, nihil aliud esse, quàm ipsum
30 Apostolicum, hoc est CHRISTI Vicarium, & Apostolorum, Petri, & Pauli successorem, *c. pro humani, de homic. lib. 6.*

31 Sed quæret curiosus, & dicet. Quid opus fuit dicere, visitare limina Apostolorum, si limina sunt ipse Romanus Pontifex? satis enim erat dicere, visitare Papam? Respondeo, id esse honoris causa factum, hoc est, ob illum honorem, & reuerentiam, quam beatissimis illis Apostolis, cuius vices tuetur Papa, præstare debemus, & vt euitaretur fastus ille verborum, vt ita dicam, de visitãdo Papa. Nam licet Papa, *vt sup. ad S. Episcopus, diximus*, sit summus sacerdos, Princeps sacerdotum, Põtifex Max. vniuersalis Papa, & orbis verus, & solus Episcopus, atque Pastor, cumq. ita recognoscere teneamur, cum tamen Episco- 32
pi eius fratres sint, atque ita ab ipso vocari soleant, *vt videre est supra ad S. dilecto*, superbiæ quodammodo esset, ipsos teneri ad visitandum Papam, quoniam humilitas est fundamentum, & 33
basis sanctitatis, quæ in summo Pontifice maxime debet elucere, *Matth. 23. can. contra morem, prope fi. dist.* 100. *can. dominus, 93. dist. c. vlt. 99. dist. in. can. nullus, 9. q. 3. can. quicumque, 26. q. 5. Decius cons.* 151. *n. 4. lib.* 1. ob idq. se seruos seruorum Dei appellare voluerunt, *vt latius sup. ad S. seruus seruorum, scripsimus*. Ideo dixerũt limina Apostolorum, non Papam, nec Pontificem 34
Max. non summum sacerdotem, non totius dominici gregis Pastorem. Nullus siquidem fere est ex Episcopis, qui Romam veniat, ac non solũ limina Apostolorum Petri, & Pauli, sed etiam alias quinque, & septem Basilicas antiquitate, & excellentia sanctitatis insignes non visitet. Nam præter Episcopos quamplurimi sunt, qui 35
religionis ergo Romam proficiscuntur, vt limina Apostolorum, & alia pia loca visitent, & sanctorum reliquias venerentur. Hinc factum autumo, vt visitatio illa, quam Pontifici Maximo Episcopi obedientiæ causa facere debẽt, limina Apostolorum sit nuncupata: vel dici potest, ipsum Papam esse limen ad Apostolos, vt sicut li- 36
men est ingressus ad ecclesiam, quodq. in ecclesia continetur, dignius est limine, ita quia Apostoli Papa sint digniores, ab illis denominata sint limina, non ab ipso, vt per eum ad Apostolos haberetur ingressus. Hæc de liminibus, quæ quãuis sint ingressus, & ianuæ ad ædificium, mihi tamen huius de indultis tractatus finis, & exitus sunt, cui extremam manum impono Kalend. Aprilis, anno Domini M. D. XC.
Romæ, septimo scilicet mense, ex quo hanc pro- 37
uinciam suscepi, cum Kal. Septemb. anni elapsi ipsum inchoauerim: vnde mirum nõ erit, si plura hic desiderari curiosus lector animaduertet: quæ attexere nec temporis angustia, nec plurimæ occupationes permiserunt. Quidquid illud sit, CHRISTO Deo nostro gratias ago, qui solus est splendor gloriæ, & virtutum remunerator vnà cum æterno eius Patre, & viuificante Spiritu nunc, & semper, & in sempiternũ, Amen. Tu amice iuris studiose laboribus nostris feliciter vtere, & vale.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS EORVM,
QVAE IN VTROQVE VOLVMINE
NOTATV DIGNA SVNT:

Digitized by Google

I N D E X.

Digitized by Google

I N D E X.

Digitized by Google

INDEX.

I N D E X.

B

INDEX.

a 4 Bonum

INDEX.

INDEX.

Cardi-

INDEX.

Carnes

I N D E X.

Christus

Digitized by Google

Clausula,

INDEX.

Digitized by Google

I N D E X.

Cogni.

Digitized by Google

I N D E X.

Consue-

Digitized by Google

Digitized by Google

I N D E X.

D

Decimæ,

INDEX.

iores

Digitized by Google

INDEX.

Donatio

E

& cum

INDEX.

Emphy-

Digitized by Google

Digitized by Google

I N D E X.

Epiſco-

Digitized by Google

F

Fauo-

I N D E X.

INDEX.

G

Gladij

H

Homi-

Digitized by Google

I

Inthro-

INDEX.

Iudex

INDEX.

Iuramen-

Digitized by Google

INDEX.

d Iure

INDEX.

L

Digitized by Google

Litigao-

Digitized by Google

M

Monacha-

Digitized by Google

INDEX.

I N D E X.

N

Nomi-

INDEX.

O

Ordi-

P

Papa,

I N D E X.

Papæ

INDEX.

Patriar-

INDEX.

Digitized by Google

Digitized by Google

Proba-

Q

R

I N D E X.

Romani

Digitized by Google

S

INDEX.

dioecesi

Digitized by Google

T

Theo-

Digitized by Google

Digitized by Google

X

Z

Digitized by Google

REGESTVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg ✠ Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

a b c d e f

Omnes ſunt Terniones, præter *b*, X x, & f, Duerniones; G g, Quaternionem; & ✠ Folium ſimplex.

ROMAE,
Apud Hæredem Bartholomæi Zannetti.
MDCXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google